



880.8  
M95 f  
1885







880.8

M95

1885

FRAGMENTA  
HISTORICORUM GRÆCORUM.

---

VOLUMEN TERTIUM.

---

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT ET SOCII, VIA JACOB. 56.

---

# FRAGMENTA HISTORICORUM GRÆCORUM

COLLEGIT, DISPOSUIT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT,

INDICIBUS INSTRUXIT

**CAROLUS MÜLLERUS.**

VOLUMEN TERTIUM.

INSUNT FRAGMENTA :

- |                             |                            |                         |
|-----------------------------|----------------------------|-------------------------|
| NEANTHIS CYZICENI.          | DIONYSII THRACIS.          | POLYÆNI SARDIANI.       |
| LYSIMACHI.                  | AGATHARCHIDIS CNIDII.      | JUSTI TIBERIENSIS.      |
| NYMPHIDIS HERACLEOTÆ.       | PSAONIS PLATÆENSIS.        | HERMOGENIS TARSENSIS.   |
| PHILINI AGRIGENTINI.        | CN. AUFIDII.               | THALLI.                 |
| EUPHANTI OLYNTHII.          | P. RUTILII RUFII.          | MEMNONIS.               |
| SPHÆRI BOSPORANI.           | PROMATHIDÆ HERACLEOTÆ.     | PHILONIS BYBLII.        |
| ARATI SICYONII.             | METRODORI SCEPSII.         | ASPASII BYBLII.         |
| DINLÆ ARGIVI.               | C. ALEXANDRI POLYHISTORIS. | FAVORINI ARELATENSIS.   |
| PHILOSTEPHANI CYRENÆI.      | ALEXANDRI EPHESII.         | HADRIANI CÆSARIS.       |
| HERMIPPI CALLIMACHII.       | POSIDONII RHODII.          | ARRIANI NICOMEDENSIS.   |
| CALLIXENI RHODII.           | L. LUCULLI.                | PHLEGONTIS TRALLIANI.   |
| PTOLEMÆI MEGALOPOLITANI.    | M. T. CICERONIS.           | CEPHALIONIS.            |
| HEGESIANACTIS ALEXANDRINI.  | M. POMPONII ATTICI.        | NICANORIS ALEXANDRINI.  |
| MNESIPTOLEMI.               | ASCLEPIADIS MYRLEANI.      | TELEPHI PERGAMENI.      |
| EUPHORIONIS CHALCIDENSIS.   | ARISTODEMI NYSÆENSIS.      | CHARACIS PERGAMENI.     |
| ✓ DIOCLIS PEPARETHII.       | THEOPHANIS MYTILENÆI.      | CREPEREII CALPURNIANI.  |
| ✓ Q. FABII PICTORIS.        | TEMAGENIS ALEXANDRINI.     | CALLIMORPHI.            |
| L. CINCHII ALIMENTI.        | ARISTONIS ALEXANDRINI.     | ANTIOCHIANI.            |
| P. CORNELII SCIPIONIS.      | SOCRATIS RHODII.           | DEMETRII SAGALASSENSIS. |
| C. ACILII GLABRIONIS.       | OLYMPI.                    | DAMOPHILI BITHYNI.      |
| HANNIBALIS CARTHAGINIENSIS. | EMPYLI.                    | CHRYSEROTIS.            |
| SOSILI LACEDÆMONII.         | CÆCILII CALACTINI.         | ATHENÆI NAUCRATITÆ.     |
| CHERÆÆ.                     | LYSIMACHI ALEXANDRINI.     | SEVERI IMPERATORIS.     |
| SILENTI CALACTINI.          | NICOLAI DAMASCENI.         | ASINII QUADRATI. ✓      |
| XENOPHONTIS.                | JUBÆ MAURITANI.            | NICAGORÆ ATHENIENSIS.   |
| EUMACHI NEAPOLITANI.        | ATHENODORI TARSENSIS.      | LUPERCI BERYTHII.       |
| MENODOTI PERINTHII.         | DIONYSII PERGAMENI.        | CALLINICI.              |
| ALEXANDRIDIS DELPHI.        | DIODORI GADARENI.          | EPHORI CUMANI.          |
| POLEMONIS ILIENSIS.         | THEODORI GADARENI.         | NICOSTRATI TRAPEZUNTII. |
| SATYRI.                     | STRABONIS AMASENSIS.       | NICOMACHI.              |
| HERACLIDIS LEMBI.           | ✓ CHÆREMONTIS STOICI.      | CALLICRATIS TYRII.      |
| POSIDONII OLBIOPOLITÆ.      | SELEUCI ALEXANDRINI.       | THEOCLIS.               |
| A. POSTUMII ALBINI.         | THRASYLLI MENDESII.        | ZENOBIÆ.                |
| ZENONIS RHODII.             | POTAMONIS MYTILENÆI.       | ✓ PORPHYRII TYRII.      |
| ANTISTHENIS RHODII.         | APIONIS OASITÆ.            | ✓ DEXIPPI ATHENIENSIS.  |
| SCYLACIS CARYANDENSIS.      | PAMPHILÆ EPIDAURIÆ.        | EUSEBII.                |
| PTOLEMÆI EVERGETÆ II.       | CLAUDII CÆSARIS.           | ONESIMI.                |

PARISIIS,

EDITORIBUS FIRMIN-DIDOT ET SOCIIS,

INSTITUTI FRANCIGI TYPOGRAPHIS,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXXIII.





# LIBER QUINTUS.

A PTOLEMÆO III EVERGETE USQUE AD FINEM PTOLEMÆI VI PHILOMETORIS,  
SIVE USQUE AD EVERSIONEM CORINTHI.

247-146 a. C.

---

## NOMINA AUCTORUM.

NEANTHES CYZICENUS.  
LYSIMACHUS.  
NYMPHIS HERACLEOTA.  
PHILINUS AGRIGENTINUS.  
EUPHANTUS OLYNTHIUS.  
SPHÆRUS BOSPORANUS.  
ARATUS SICYONIUS.  
[PHYLARCHUS.]  
DINIAS ARGIVUS.  
[ERATOSTHENES CYRENÆUS.]  
PHILOSTEPHANUS CYRENÆUS.  
HERMIPPUS CALLIMACHIUS.  
[ISTER CALLIMACHIUS.]  
CALLIXENUS RHODIUS.  
PTOLEMÆUS MEGALOPOLITANUS.  
HEGESIANAX ALEXANDRINUS.  
MNESIPTOLEMUS.  
EUPHORIO CHALCIDENSIS.  
DIOCLES PEPARETIHUS.  
Q. FABIVS PICTOR.

L. CINCIUS ALIMENTUS.  
P. CORNELIVS SCIPIO.  
C. ACILIVS GLABRIO.  
HANNIBAL CARTHAGINIENSIS.  
SOSILUS LACEDÆMONIVS.  
CHÆREAS.  
SILENUS CALACTINUS.  
XENOPHON.  
EUMACHUS NEAPOLITANUS.  
MENODOTUS PERINTHIUS.  
ALEXANDRIDES DELPHUS.  
POLEMO ILIENSIS.  
SATYRUS.  
HERACLIDES LEMBUS.  
POSIDONIUS OLBIOPOLITA.  
A. POSTUMIVS ALBINUS.  
ZENO RHODIUS.  
ANTISTHENES RHODIUS.  
SCYLAX CARYANDENSIS.

# NEANTHES CYZICENUS.

## LYSIMACHUS.

Suidas : Νεάνθης (\*), Κυζικηνός, ῥήτωρ, μαθητὴς Φιλίσκου τοῦ Μιλήσιου· ἔγραψε Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς καὶ λόγους πολλοὺς πανηγυρικοὺς. Cf. Eudoc. p. 309.

Philiscus, Isocratis discipulus (v. Suidas v. Φιλίσκος), non solum Neanthis, sed etiam Timæi magister fuisse perhibetur. Verum, quamvis eodem magistro usi sint, æquales tamen Timæum et Neanthes dicere vix licebit. Etenim Timæus circa an. 315 a. C. Athenas profectus paullo post an. 264 diem obiisse debet. Neanthes vero scripsisse dicitur De rebus Attali, qui regnavit inde ab anno 241 usque ad an. 198 a. C. Neanthes igitur juvenis ad Philiscum senem circa an. 280 a. C. accesserit, cum Timæus triginta quinque annis antea eundem sophistam audiisset. Verum vel sic Neanthes, quo tempore Attalus regnum suscepit, fere senex esse debuit : adeo ut valde dubium sit, num αἱ περὶ Ἄτταλον ἱστορίαι usque ad mortem regis deductæ fuerint, an nonnisi partem rerum ab Attalo gestarum comprehenderint.

Ceterum Cyzicenus noster vitæ partem haud dubie degebat in aula principis, cujus res gestas posteritati mandare decreverat, quique Cyzicenam mulierem, celeberrimam istam Apolloniadem,

(\*) Νεάνθης corruptum in Νεάνθος fr. 28; in Κλεάνθης fr. 30 (uti patet ex collato fr. 17), fr. 3 ap. schol. Arist. Eq. 84 (uti patet ex Plut. Them. c. 29); fr. 35, ubi de fabula Abydenorum laudatur Κλεάνθης ἐν Μυθικοῖς; in Εὐάνθης fr. 16, ubi v. not.; fr. 31 ex Jovin., ubi Euanthes ἐν Μυθικοῖς laudatur de fabula Cyzicena, quæ Neanthis vindicare non dubitavi. Eidem tribui locum Plinii (fr. 34), ubi de fabula Arcadica laudatur *Euanthes, inter auctores Græciæ non spreus*. Ceterum *Euanthes Cyzicenus Olympionica* memoratur ap. Pausan. VI, 13, 7. — *Euanthes Milesius* ap. Diogen. L. I, 29 : Εὐδοξος ὁ Κνίδιος καὶ Εὐάνθης ὁ Μιλήσιος φασὶ τῶν Κροίσου τινὰ φίλων λαβεῖν παρὰ τοῦ βασιλέως ποτήριον χρυσοῦν, ὅπως δῶ τῷ σοφωτάτῳ τῶν Ἑλλήνων. Τὸν δὲ δοῦναι θαλῆ κτλ. Fortasse Milesius qui de septem sapientibus egit, non diversus ab *Euanthe Samio*, quem de Solone laudat Hermippus ap. Plutarch. Solon. c. 1 : Οὐ μέντοι στρατηγὸς ἐπὶ τοῦτον ἐπεδείχθη τὸν πόλεμον (ad bellum Cyrrhæum), ὡς λέγειν φησὶν Ἑρμιππος Εὐάνθη τὸν Σάμιον. — *Euanthis ἐποποιεῖ* hymnum in Glaucum commemorat Athen. VII, p. 296, C. — Quod deinde *Cleanthes* attinet, scripsit quidem Assius stoicus nonnulla argumenti mythici, ut ἀρχαιολογίαν περὶ θεῶν, Περὶ γιγάντων (Diogen. L.) s. Θεομαχίαν, cujus tertium librum laudat Plut. De flux. c. 17, sed opus Μυθικά inscriptum Diogenes non affert, neque ex iis, quæ affert, fragmentum 35 peti potuit. Præterea *Cleanthes ἐν α΄* Περὶ ὄρων laudat Plut. De II. c. 5.

duxerat uxorem (v. Polyb. XXII, 18). Fortasse Neanthes inter magistros regis fait sicuti *Lysimachus* ille, cujus Athenæus meminit VI, p. 252, C : Ἄτταλου δὲ τοῦ βασιλέως ἐγένετο κόλαξ καὶ διδάσκαλος Λυσίμαχος, ὃν Καλλιμάχος μὲν Θεοδώρειον ἀναγράφει, Ἑρμιππος δ' ἐν τοῖς Θεοφράστου μαθηταῖς καταλέγει. Οὗτος δὲ δ' ἀνὴρ καὶ Περὶ τῆς Ἄτταλου παιδείας συγγέγραφε βίβλους πᾶσαν κολακείαν ἐμφαινούσας. Aliunde de hoc viro non constat.

### *Scripta Neanthis :*

1. Ἑλληνικά, libris minimum VI, fr. 1—4
2. Ὄροι Κυζικηνῶν, libris min. II, fr. 5.
3. Αἱ περὶ Ἄτταλον ἱστορίαι, fr. 7.
4. Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, fr. 8—16.
5. Περὶ Πυθαγορικῶν, fr. 17—21. Fortasse pars operis antecedentis.
6. Περὶ τελετῶν, libris min. II, fr. 23—27.
7. Τὰ κατὰ πόλιν μυθικά, libris min. V, fr. 28—35.
8. Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς. Suid. Eudoc.
9. Λόγοι πολλοὶ πανηγυρικοί. (Cf. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* § 50, 10).

In *Hellenicis* a mythica ætate exorsus ad sua usque tempora narrationem de rebus Græcorum ratione compendiarum deduxisse videtur; nam libro tertio jam egit de Themistocle. Quæ ex opere *De viris illustribus* supersunt, omnia spectant ad poetas et philosophos, quibus accensendi septem, quos vocant, sapientes (fr. 10). Ab hoc opere Jonsius p. 157, et Menagius ad Diog. L. VIII, 72, distinguendum esse putant librum de Pythagoreis (N. δ καὶ περὶ τῶν Πυθαγορικῶν εἰπῶν, fr. 22 et fr. 19). Nescio an recte. In libris Περὶ τελετῶν (fr. 23. 24; περὶ τελετῆς fr. 25) λόγους μυστικοὺς enarravit, nominaque mystica vel mythice vel allegorice exposuit (fr. 23 et 27). Periegetam egit, locorumque fabulas cum urbium originibus, cum deorum cultu aliisque civitatum institutis conjunctas in opere Κατὰ πόλιν μυθικά inscripto congescit. Deprehendimus fabulas Lydias (fr. 26), Syrias (fr. 30), Atticas (fr. 32), Arcadicas (fr. 33).

Fides Neanthis haud ita magni facienda. Falso multa ab eo tradita esse de rebus antiquariis, vel inde colligas, quod contra eum librum conscripsit Polemo (Πολ. ἐν ταῖς πρὸς Νεάνθη ἀντιγραφαῖς, fr. 24). Plutarchus quoque notat τὴν Νεάνθους ἐν

ἐνίοις εὐχέρειαν (fr. 32). Quod quidem vituperium haud redimi dixerim verbis Plinii, cui *Neanthes* est inter auctores Græciæ non spreus (fr. 33). Quæ haud absque ironia dicta esse ex iis, quæ Neanthe duce narrat incredibilia, facile patet. Verum ne opus quidem est hisce testimoniis, quum levitatem auctoris ex ipsis fragmentis affatim cognoscere possis. Legas, quæso, fragm. 36 de nomine Capherei promontorii, fr. 11 de Heraclito κυνοβρώτῳ, fr. 9 de morte Sophoclis, fr. 17 de Pythagora Syro, fr. 20 de Empedoclis λογοκλοπείᾳ, et si quæ his similia.

## ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

1.

## E LIBRO SECUNDO.

Athenæus III, p. 111, D : Θρόνος ἄρτου ὄνομα. Νεάνθης ὁ Κυζικηνός, ἐν δευτέρῳ Ἑλληνικῶν γράφων οὕτως· « Ὁ δὲ Κόδρος τόμον ἄρτου τὸν καλούμενον θρόνον (τοῦ καλουμένου θρόνου Casaub.) λαμβάνει, καὶ κρέας, καὶ τῷ πρεσβυτάτῳ νέμουσι (νέμει em. Casaub.). Res obscura.

## E LIBRIS TERTIO ET QUARTO.

2.

Idem XIII, p. 576, D : Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνός ἐν τῇ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν Εὐτέρπης αὐτὸν (sc. τὸν Θεμιστοκλέα) εἶναι φησιν υἰόν.

Plutarch. Themist. c. 1 : Φανίας... τὴν μητέρα Θεμιστοκλέους... Εὐτέρπην ἀναγράφει. Νεάνθης δὲ καὶ πόλιν αὐτῇ τῆς Καρίας Ἀλικαρνασσὸν προστίθησι.

3.

Plutarch. Themist. c. 29, 10 : Πόλεις δ' αὐτῷ τρεῖς μὲν οἱ πλείστοι δοθῆναι λέγουσιν, εἰς ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ὄψον, Μαγνησίαν καὶ Λάμψακον καὶ Μυοῦντα· δύο δ' ἄλλας προστίθησιν ὁ Κυζικηνός Νεάνθης καὶ

Φανίας (fr. 10), Περκώτην καὶ Παλαίσκηψιν εἰς στρωμνὴν καὶ ἀμπεχόνην.

Schol. Aristoph. Equit. 84 : Ὁ βασιλεὺς δωρεῖται αὐτῷ (Θεμιστοκλεῖ) τρεῖς πόλεις, Μαγνησίαν εἰς σῖτον, Λάμψακον εἰς οἶνον, Μυοῦντα εἰς ὄψα, ὡς δὲ Κλεάνθης (sc. Νεάνθης) καὶ Περκώτην εἰς στρωμνὴν καὶ Παλαίσκηψιν εἰς στολήν.

## E LIBRO SEXTO.

4.

Athenæus VII, p. 311, E : Ὁ δὲ Γαίσιων, οὗ Ἀρχέστρατος μνημονεύει, ἡ Γαισωνίς λίμνη ἐστὶ, μεταξὺ Πριήνης καὶ Μιλήτου ἠνωμένη τῇ θαλάττῃ, ὡς Νεάνθης ὁ Κυζικηνός ἱστορεῖ ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἑλληνικῶν. Cf. Ephorus fr. 91 (qui Gæsonem fluvium dicit in lacum influentem); Herodot. IX, 97; Cæsus ap. Plinium V, 29, 31, Cæsus ap. Melam I, 17, ubi cf. Tzschucke.

## ΩΡΟΙ [ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ].

## E LIBRO PRIMO.

5.

Athenæus p. IV, 175, D : Τοῦτο δὲ τὸ ὄργανον (sc. τὸ τρίγωνον) Νεάνθης ὁ Κυζικηνός ἐν πρώτῳ Ὁρων εὐρημα εἶναι λέγει Ἰβύκου, τοῦ Ῥηγίνου ποιητοῦ, ὡς καὶ Ἀνακρέοντος τὸ βάρβιτον. Cf. Jubæ fragm. h. l. laudatum.

6.

Strabo I, p. 45 : Οὐδ' ὁ Σκήψιος δὲ Δημήτριος εἶ, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἀπολλοδώρῳ τῶν ἀμαρτιῶν ἐνίων αἴτιος ἐκεῖνος κατέστη. Πρὸς γὰρ Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν φιλοτιμωτέρως ἀντιλέγων, εἰπόντα ὅτι οἱ Ἀργοναῦται πλείοντες εἰς Φᾶσιν τὸν ὑφ' Ὀμήρου καὶ τῶν ἄλλων δμολογούμενον πλοῦν, ἰδρύσαντο τὰ τῆς Ἰδαίας μητρὸς ἱερὰ περὶ Κύζικον, ἀρχὴν φησὶ μηδ' εἰδέναι τὴν εἰς Φᾶσιν ἀποδημίαν τοῦ Ἰάσονος Ὀμηρον. De tem-

## HELLENICA.

1.

*Thronus*, panis nomen, commemorat Neanthes Cyzicenus secundo libro Rerum Græcarum sic scribens : « Et Codrus frustum panis, quem *thronum* vocant, sumit, atque carnem, et natu maximo distribuit. »

2.

Neanthes Cyzicenus Historiarum Græcarum libro tertio et quarto matrem Themistoclis Euterpen (Halicarnassensem ex Caria) fuisse tradit.

3.

Plerique auctores tradunt datas Themistocli fuisse tres civitates, quarum e redivibus panem, vinum et obsonia pararet, Magnesiam, Lampsacum et Myuntem : duas addunt ad vestem stragulam et amictum ei concessas Neanthes Cyzicenus et Phantias, nimirum Percoten et Palæscpsin.

4.

*Gæson*, cujus meminit Arcestratus, Gæsonis palus est inter Prienen et Miletum mari conjuncta, ut tradit Neanthes libro sexto Hellenicorum.

## ANNALES CYZICENORUM.

5.

Triangulum instrumentum Neanthes Annalium libro primo inventum esse ait Ibyci Rhagini poetæ, quemadmodum Anacreontis sit barbiton.

6.

Non recte etiam Demetrius Scepsius, sed et errorum quorundam causam Apollodoro is præbuit. Nam contra Neanthem Cyzicenum majore contentione disputans, qui dixerat Argonautas, quum navigarent ad Phasin (quæ sit ab Homero et aliis testibus confirmata navigatio) Idææ matris templa, quæ sunt circa Cyzicum, fundavisse :

1.

plo Matris Idææ in Dindymo monte, quod Zenonem imperatorem cultui Christiano dedicasse opinatur Cedrenus p. 119, B, v. Marquardt, *Cyzicus u. sein Gebiet*, p. 148 et p. 95 sqq.

### ΑΙ ΠΕΡΙ ΑΤΤΑΛΟΝ ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

#### E LIBRO PRIMO.

7.

Athenæus XV, p. 699, D : 'Ο δέ τις ἐλάνας (sc. ἔλεγε), τὰς λαμπάδας οὕτω φάσκων καλεῖσθαι παρὰ τὴν ἑλλην· οὕτω δ' εἶπειν Νεάνθη ἐν πρώτῃ Τῶν περὶ Ἀτταλον ἱστοριῶν. Eadem Eustathius ad Homer. Od. p. 1571 ed. Rom.

### ΠΕΡΙ ΕΝΔΟΞΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.

8.

#### ΕΠΙΧΑΡΜΟΣ.

Stephan. Byz. : Κραστός.. ἐκ ταύτης (Κραστοῦ) ἦν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικός καὶ Λαῖς ἡ ἑταῖρα, ὡς Νεάνθη ἐν τῷ Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. De Laidis patria cf. Polemonis et aliorum sententias ap. Athen. p. 588, C. — Ex eodem De viris illustribus petita esse quæ de Periandro, Heraclito, Sophocle, Platone, Antisthene, Timone traduntur, recte statuit Marquardt. l. l. p. 166.

9.

#### ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

Vita Sophoclis p. 130 Westerm. : Τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν Ἴστρος (fr. 51) καὶ Νεάνθη φασὶ τοῦτον τὸν τρόπον. Καλλιπιδὴν ὑποκριτὴν ἀπ' ἐργασίας ἐξ Ὀποῦντος ἤκοντα παρὰ τοὺς Χόας, πέμψαι αὐτῷ στα-

omnino de Iasonis peregrinatione ad Phasin Homero nihil quicquam fuisse cognitum ait.

### DE REBUS ATTALI.

7.

Hic ( unus e dipnosophistis ) *helanas* dixit, lampades aiens sic vocari a splendore (παρὰ τὴν ἑλλην), usum autem esse eo vocabulo Neanthes libro primo Historiarum de rebus Attali.

### DE VIRIS ILLUSTRIBUS.

8.

#### EPICHARMUS.

E Crasto urbe oriundus Epicharmus comicus et Lais meretrix, teste Neanthes in libro De viris illustribus.

9.

#### SOPHOCLES.

Obiisse Sophoclem Ister et Neanthes tradunt hoc modo : Callippidem histrionem, quum Opunte venisset ad Choes celebrandos, misisse ei uvam, cujus acinum adhuc immaturum in os injicientem Sophoclem propter summam senectutem suffocatum fuisse ideoque vitam finisse.

φυλὴν· τὸν δὲ Σοφοκλέα λαβόντα εἰς τὸ στόμα βᾶγα ἔτι ὀμφακίζουσαν ὑπὸ τοῦ ἄγαν γήρως ἀποπνιγέμεν τελευτῆσαι.

10.

### ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ.

Diogenes L. I, 99 : Σωτίων δὲ καὶ Ἡρακλείδης καὶ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Ὑπομνημάτων δύο φασὶ Περιάνδρους γεγονέναι, τὸν μὲν τύραννον, τὸν δὲ σοφὸν καὶ Ἀμβρακιώτην· τοῦτο καὶ Νεάνθη φησὶν ὁ Κυζικηνὸς ἀνεψίους τε εἶναι ἀλλήλοις. Cf. Aristot. fr. 136; Schneider. ad Aristot. Polit. p. 301; Müller. Dor. II, p. 155.

11.

### ἩΡΑΚΛΕΙΤΟΣ.

Idem IX, 4 : Ἐρμιππος δὲ φησὶ λέγειν αὐτὸν (Heraclitum aqua intercute laborantem) τοῖς ἰατροῖς, εἴ τις δύναται τὰ ἔντερα πιέσας ὑγρὸν ἐξερᾶσαι; ἀπειπόντων δὲ, θεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν ἥλιον καὶ κελεύειν τοὺς παῖδας βολβίτοις καταπλάττειν· οὕτω δὲ κατατεινόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ. Νεάνθη δ' ὁ Κυζικηνὸς φησὶ μὴ δυνηθέντ' αὐτὸν ἀποσπάσαι τὰ βόλβιτα μεῖναι καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀγνοηθέντα κυνόδρωτον γενέσθαι.

12.

### ΠΛΑΤΩΝ.

Diogenes L. III, 3 : Νεάνθη δὲ φησὶν αὐτὸν τετάρτων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν. Ex his Platonatus foret Ol. 87, 1. Rectius Hermippus l. l. et Apollodorus natum Ol. 88, 1, vixisse dicunt annis 81. Cf. Clinton. ad an. 429.

10.

### PERIANDER.

Sotion et Heraclides et Pamphila in quinto Commentariorum duos aiunt fuisse Periandros, tyrannum alterum, alterum vero sapientem eumque Ambracioten. Idem Neanthes quoque Cyzicenus dicit, addens patruales sibi invicem fuisse.

11.

### HERACLITUS.

Hermippus refert Heraclitum medicis dixisse, num posset quisquam pressis intestinis humorem exhaurire; negantibus autem, se ipsum solis objecisse radiis ac jussisse pueris botum fimo se oblinere; ita vero distentum altero die obiisse sepultumque in foro esse. Neanthes vero Cyzicenus ait illum, fimo bubulo quum se eximere non posset, ita perstitisse atque ob eam mutationem ignotum a canibus discerptum esse.

12.

### PLATO.

Neanthes tradit Platonem obiisse annos natum octoginta quattuor.

13.

Idem III, 4 : "Ενιοι δὲ διὰ τὴν πλατύτητα τῆς ἑρμηνείας οὕτως ὀνομασθῆναι ( φασὶ τὸν Πλάτωνα ). ἢ ὅτι πλατὺς ἦν τὸ μέτωπον, ὡς φησι Νεάνθης.

14.

Idem III, 25 : Τούτου, φησὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνός, εἰς Ὀλύμπια ἀνιόντος, τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἐπιστραφεῖν πρὸς αὐτόν· ὅτε καὶ Δίῳ συνέμιξε μέλλοντι στρατεύειν ἐπὶ Διονύσιον.

15.

### ΑΝΤΙΣΘΕΝΙΣ.

Idem VI, 13 : Καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα (καθὰ φησι Διοκλῆς) καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐγρήτο· βάρκτρον τε ἀνέλαβε καὶ πύραν· πρῶτον δὲ καὶ Νεάνθης φησὶ διπλῶσαι θοιμάτιον.

16.

### ΤΙΜΩΝ.

Schol. Arist. Lys. 808 : Τίμων οὗτος ἦν ὁ λεγόμενος μισάνθρωπος, ὃν φησι Νεάνθης ἀπὸ ἀχράδος πεσόντα χυλὸν γενέσθαι, μὴ προσιέμενον δὲ ἰατροὺς ἀποθανεῖν σαπέντα. Καὶ μετὰ τὴν τελευταίαν αὐτοῦ τὸν τάφον ἄβατον γενέσθαι ὑπὸ θαλάσσης περιρραγέντα, ἐν δὲ τῇ ἐκ Πειραιῶς εἰς Ζωστῆρα καὶ Σούνιον φερούση.

Eadem Suidas v. Ἀπορρωγας (cl. Τίμων), ubi Νεάνθης in duobus codd. Par., Εὐάνθης in reliq.—[ἀχράδος] ita Suidas; schol. χαράδρας corrupte.

13.

Sunt qui Platonem ob orationis ubertatem et miram latitudinem sic appellatum putent; sive quod ampla fuerit fronte, ut Neanthes scribit.

14.

Refert Neanthes Cyzicenus Platonem, quum ad Olympia aliquando ascendisset, Graecorum in se omnium ora convertisse, eodemque tempore Dionem convenisse, bellum adversus Dionysium parantem.

15.

### ΑΝΤΙΣΘΕΝΕΣ.

Antisthenes primus pallium, ut ait Diocles, duplicavit, ipsoque solo utebatur vestimento; baculumque sumpsit ac peram. Hunc etiam Neanthes primum refert duplicasse pallium.

16.

### ΤΙΜΩΝ.

Intelligendus est μισάνθρωπος, quem dicunt. Hunc Neanthes tradit, quum de piro silvestri cecidisset, claudum

### ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΚΑΙ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΩΝ.

17.

Clem. Alex. Strom. I, p. 129, 42 Sytb. (p. 352 Pott.) : Pythagoras sec. Aristarchum et Theopompum Tyrrenus fuit, ὡς δὲ Νεάνθης Σύριος ἢ Τύριος.

Eadem Theodoret. Therap. I, p. 468, et Porphyr. V. Pyth. init. (v. fr. 30, ubi laudatur Κλεάνθης ἐν πέμπτῳ Μουσικῶν. Eodem etiam noster locus relegandus erat; sed h. l. posui, quia Neanthes in libris de Pythagoricis mentionem hujus rei omittere vix potuit. Contra Menagius ad Diog. L. VIII, 72, p. 383 pro Μουσικῶν legi vult Πυθαγορικῶν. At nonne mirum foret quinto demum libro lectorem de patria Pythagorae doceri? Cf. not. ad fr. 30.

8

Porphyr. V. Pyth. §. 55 p. 90 ed. Kiessl., postquam de causis seditionis Cyloniae dixerat, pergit. Τούντεῦθεν δ' οἱ μὲν φασιν ὅτι τῶν ἐταίρων τοῦ Πυθαγόρου συνηγμένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλητοῦ παρὰ τὴν Πυθαγόρου ἀποδημίαν (ὡς γὰρ Φερεκύδης τὸν Σύριον αὐτοῦ διδάσκαλον γενόμενον εἰς Ἄγλον ἐπιπόρευτο νοσοκομήσων αὐτὸν περιπετῆ γενόμενον τῷ ἱστορουμένῳ θηριόσσει πάθει καὶ κηδεύσων), πάντας πανταγῆ ἐνέπρησαν αὐτοῦ τε καὶ κατέλευσαν, δύο ἐκφυγόντων ἐκ τῆς πυρᾶς, Ἀρχίππου τε καὶ Λύσιδος, ὡς φησι Νεάνθης, ὃν ὁ Λύσις ἐν Ἑλλάδι ἔκρησεν, Ἐπαμινώνδᾳ τε συγγέγονεν, οὗ καὶ διδάσκαλος γέγονε. Δικαίρχος δὲ καὶ οἱ ἀκριβέστεροι καὶ τὸν Πυθαγόραν φασὶ παρεῖναι τῇ ἐπιβουλῇ.

factum esse, et quum medicos admittere nollet, putredine consumptum obiisse; porro sepulcrum ejus ad viam, quae ex Piraeo ad Zosterem et Sunium ducit, inaccessum factum esse mari undique circumfuso.

### DE PYTHAGORA ET DE PYTHAGOREIS.

17.

Pythagoras secundum Neanthes Syrus vel Tyrius fuit.

18.

Proinde, ut nonnulli referunt, Pythagorae familiares in Milonis athletae aedibus congregatos, absente tum Pythagora (nam ad Pherecydem Syrium, quo praecceptore olim fuerat usus, in Delum discesserat, ut famoso illo pediculari morbo correpto adesset curamque ejus gereret), omnes igne immisso exusserunt et lapidibus obruerunt; duobus tantum ex incendio elapsis, Archippo et Lyside, ut Neanthes prodidit. Ex hisce Lysis in Graecia habitavit, et ad Epaminondam se contulit, ejus etiam praecceptor fuit. Sed Dicaearchus et accuratiores auctores ipsum quoque Pythagoram adfuisse aiunt, quum insidiae struerentur.

19.

Theolog. arithm. p. 40, 10 Ast. : Ἐπεὶ δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ ε' κύβος σις γίνεται, ὁ ἐπὶ ἑπταμήνων γονίμων χρόνος, συναριθμουμένων τοῖς ἑπτὰ τῶν ἕξ ἡμερῶν, ἐν αἷς ἀφροῦται καὶ διαφύσεις σπέρματος λαμβάνει τὸ σπέρμα, Ἀνδροκύδης δὲ ὁ Πυθαγορικὸς ὁ περὶ τῶν συμβόλων γράφας καὶ Εὐβουλίδης καὶ Νεάνθης, οἱ τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα ἀναγράψαντες, σις ἔτεσι τὰς μετεμψυχώσεις τὰς αὐτῶ συμβεβηκυίας ἔφασαν γεγονέναι. *Sequentia lege in fragm. Aristoxeni 23.*

20.

## ΕΜΠΕΔΟΚΛΗΣ.

Diogen. L. VIII, 54 : Ἀκοῦσαι δ' αὐτὸν (τὸν Ἐμπεδοκλέα) Πυθαγόρου Τιμαῖος (fr. 81) διὰ τῆς ἐνάτης ἱστορεῖ, λέγων ὅτι καταγνωσθεὶς ἐπὶ λογοκλοπεῖα τότε (καθὰ καὶ Πλάτων) τῶν λόγων ἐκωλύθη μετέχειν... Φησὶ δὲ Νεάνθης ὅτι μέχρι Φιλολάου καὶ Ἐμπεδοκλέους ἐκοινωνοῦν οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν λόγων· ἐπεὶ δ' αὐτὸς διὰ τῆς ποιήσεως ἐδημοσίωσεν αὐτὰ, νόμον ἔθεντο μηδενὶ μεταδώσειν ἐποποιῶν. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Πλάτωνά φασι παθεῖν· καὶ γὰρ τοῦτον κωλυθῆναι. Τίνος μέντοι γ' αὐτῶν ἤκουσεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς οὐκ εἶπε· τὴν γὰρ περιφερομένην πρὸς Τηλαυγοῦς ἐπιστολὴν, ὅτι μετέσχεν Ἰππάσου καὶ Βροντίνου, μὴ εἶναι ἀξιόπιστον. *Vix dubium est Timæum et Neanthem Philisci discipulos vel alterum ex altero, vel utrumque ex eodem fonte hausisse. Quare pro Πυθαγόρου Τιμαῖος reponendum puto Πυθαγορικῶν τινὸς Τιμ. Contra ipsum Pythagoram Emp. magistrum dixerat Alcidas ap. Diog. VIII, 56; ad hunc respicit Diog. VIII, 50. Ceterum cf. Karsten. Empedoclis Reliq. p. 4; de λογοκλοπεῖας fabula idem p. 51.*

19.

Androcydes Pythagoreus, qui de symbolis Pythagoreorum scripsit, et Eubulides et Neanthes, qui vitam Pythagoræ conscripserunt, ducentesimo quoque et decimo sexto anno metempsychoses Pythagoræ fuisse tradunt.

20.

Empedoclem audiisse Pythagoram Timæus auctor est in nono Historiarum, dicens improbatum, quod doctrinam evulgasset, consortio exclusum fuisse, quemadmodum etiam Platonem... Refert vero Neanthes usque ad Philolaum et Empedoclem ad sermonum communionem admittere omnes solitos, ubi vero ipse poemate disciplinam divulgavit, legum tulerunt, uti nullo cum epico poeta communicare disciplinam liceret. Idem Platoni quoque accidisse narrat ille : quippe et hunc fuisse prohibitum. Quem tamen illorum audiverit Empedocles, non dixit : eam enim quæ Telaugis fertur epistolam, in qua Hippasum et Brontinum audiisse dicitur, non esse fide dignam.

21.

Heraclides Serapionis filius tragœdias alterius fuisse me-

21.

Idem VIII, 58, de tragœdiis Empedoclis : Ἡρακλείδης δὲ ὁ τοῦ Σεραπίωνος, ἑτέρου φησὶν εἶναι τὰς τραγωδίας, Ἰερώνυμος δὲ τρισὶ καὶ τετταράκοντά φησιν ἐντετυχηκέναι. Νεάνθης δὲ νέον ὄντα γεγραμέναι τὰς τραγωδίας καὶ αὐτὸς ἔπειτα αὐταῖς ἐντετυχηκέναι. *Heraclidem veriora tradere non dubium. V. Karsten. l. l. p. 64.*

22.

Idem VIII, 72 : Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνὸς ὁ καὶ περὶ τῶν Πυθαγορικῶν εἰπὼν φησὶ Μέτωνος τελευτήσαντος τυραννίδος ἀρχὴν ὑποφύεσθαι· εἶτα τὸν Ἐμπεδοκλέα πείσαι τοὺς Ἀκραγαντίνους παύσασθαι μὲν τῶν στάσεων, ἰσότητα δὲ πολιτικὴν ἀσχεῖν. Ἔτι δὲ πολλὰς τῶν πολιτικῶν ἀπροίχους ὑπαρχούσας αὐτὸν προικίσαι διὰ τὸν παρόντα πλοῦτον, καὶ στρόφιον ἐπιθέσθαι χρυσοῦν, ὡς Φαβωρίνος ἐν Ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ· ἔτι τ' ἐμβάδας χαλκᾶς καὶ στέμμα Δελφικόν. Κόμη τ' ἦν αὐτῶ βαθεῖα καὶ παῖδες ἀκόλουθοι, καὶ αὐτὸς αἰεὶ σκυθρωπὸς ἐφ' ἐνὸς ἦν σχήματος. Τοιοῦτος δὲ προήει, τῶν πολιτικῶν ἐντυχόντων, καὶ τοῦτο ἀξιώσαντων οἶονεὶ βασιλείας τινὸς παράσημον. Ὑστερον δὲ διὰ τινα πανήγυριν πορευόμενον ἐφ' ἀμάξης ὡς εἰς Μεσσήνην, πεσεῖν, καὶ τὸν μηρὸν κλάσαι· νοσήσαντα δ' ἐκ τούτου, τελευτῆσαι ἐτῶν ζ' καὶ ὁ' [ὡς φησὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνός].

Postrema addit Hesychius Miles. (v. Ἐμπεδοκλῆς p. 24 ed. Orelli), qui eadem ad verbum exhibet, nisi quod Neanthis mentionem ab initio articuli ad finem relegavit. Ceterum de re cf. Karsten. l. l. p. 15 sqq.

morat. Hieronymus vero quadraginta tres se vidisse asserit, Neanthes autem hunc juvenem scripsisse tragœdias, quas ipse quoque postea viderit.

22.

Neanthes Cyzicenus, qui etiam de Pythagoreis scripsit, refert Metone vita functo tyrannidis pullulare exordia cœpisse ; tum vero Empedoclem Agrigentinos induxisse uti seditionibus omissis æqualitatem civilem amplecterentur. Multis itidem civium, quæ sine dote erant, dotem dedisse de copia divitiarum : ideo et purpuram eum induisse et strophium aureum circumdedit. Favorinus in primo Commentariorum auctor est ; crepidas item æreas et Delphicam sumpsisse coronam. Coma item illi proluxa fuit et pueri pedisequi : et ipse gravis semper atque in uno severitatis habitu perstitit. Eo habitu igitur prodibat, ut civibus ipsi occurrentibus ac pro magno id munere habentibus, specimen quoddam et insigne regium præ se ferre videretur. Postremo vero quum celebritatis eujusdam causa Messanam curru invectus pergeret, cecidisse coxamque fregisse : quo etiam ex morbo defunctum esse ætatis anno septuagesimo septimo [ ut Neanthes Cyzicenus tradit ].

22 a.

Iamblich. V. Pyth. c. 31, § 189 : Καὶ ἐξ ὧν Ἰππόβοτος καὶ Νεάνθης περὶ Μυλλίου καὶ Τιμύχας τῶν Πυθαγορείων ἱστοροῦσι μαθεῖν ἔνεστι τὴν ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν σωφροσύνην, καὶ ὅπως αὐτὴν Πυθαγόρας παρέδωκε. Τὸν γὰρ Διονύσιον τὸν τύραννον φασιν, ὡς πάντα ποιῶν οὐδενὸς αὐτῶν ἐπετύγχανε τῆς φιλίας, φυλαττομένων τὸ μοναρχικὸν αὐτοῦ καὶ παράνομον, λόχον τινὰ τριάκοντα ἀνδρῶν, ἡγουμένου Εὐρυμένους Συρακουσίου, Δίωνος ἀδελφοῦ, ἐπιπέμψαι τοῖς ἀνδράσι λογήσοντα τὴν μετάβασιν αὐτῶν ἀπὸ Τάραντος εἰς Μεταπόντιον εἰλωθῆσαν κατὰ καιρὸν γίνεσθαι· ἡρμόζοντο γὰρ πρὸς τὰς τῶν ὠρῶν μεταβολὰς, καὶ τόπους εἰς τὰ τοιάδε ἐπελέγοντο ἐπιτηδεύουσ. Ἐν δὲ Φάλαις (Φάλαις Scalig.), χωρίῳ τῆς Τάραντος παραγγώδει, καθ' ὃ συνέβαινε αὐτοῖς ἀναγκαίως τὴν δόουπορίαν γενήσεσθαι, ἐλόχα κατακρύψας τὸ πλῆθος ὃ Εὐρυμένης. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν προειδόμενοι ἀφίκοντο οἱ ἄνδρες περὶ μέσον ἡμέρας εἰς τὸν τόπον, ληστρικῶς αὐτοῖς ἐπαλλάξαντες ἐπέθεντο οἱ στρατιῶται. Οἱ δὲ ἐκταραχθέντες μετ' εὐλαθείας ἅμα τε διὰ τὸ αἰφνίδιον καὶ αὐτὸ τὸ πλῆθος (ἦσαν γὰρ αὐτοὶ σύμπαντες δέκα πού τὸν ἀριθμόν), καὶ ὅτι ἀνοπλοὶ πρὸς ποικίλως ὀπλισμένους διαγωνισόμενοι ἔμελλον ἀλίσκεσθαι, δρόμῳ καὶ φυγῇ διασώζειν αὐτοὺς διέγνωσαν, οὐδὲ τοῦτο ἀλλότριον ἀρετῆς τιθέμενοι· τὴν γὰρ ἀνδρείαν ἤδεσαν φευκτέων καὶ ὑπομενετέων ἐπιστήμη, ὡς ἂν ὁ ὀρθὸς ὑπαγορεύῃ λόγος· καὶ ἐπετύγχανον δὲ ἤδη τούτου· βαρυνόμενοι γὰρ τοῖς ὅπλοις ἀπελείποντο οἱ σὺν Εὐρυμένει τοῦ

διωγμοῦ· εἰ μὴ περιφεύγοντες ἐνέτυχον πεδίῳ τινὶ κυάμοις ἐσπαρμένῳ καὶ τεθηλότι ἱκανῶς· καὶ μὴ βουλόμενοι δόγμα παραβαίνειν τὸ κελεῖον κυάμων μὴ θιγγάνειν, ἔστησαν, καὶ ὑπ' ἀνάγκης λίθοις καὶ ξύλοις καὶ τοῖς προστυχοῦσιν ἕκαστος μέχρι τοσοῦτον ἡμύνοντο τοὺς διώκοντας, μέχρι τινὰς αὐτῶν μὲν ἀνηρηκέαι, πολλοὺς δὲ τετραυματικέαι, πάντα μὲν ὑπὸ τῶν δορυφόρων ἀναιρεθῆναι, καὶ μηδένα τοπαράπαν ζωγρηθῆναι, ἀλλὰ πρὸ τούτων θάνατον ἀσμενίσαι κατὰ τὰς τῆς αἰρέσεως ἐντολὰς. Ἐν συγχύσει δὲ πολλῇ τὸν μὲν Εὐρυμένην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ καὶ οὐ τῇ τυχοῦσιν γενέσθαι, εἰ μηδὲ ἓνα ζῶντα ἀγάγοιεν τῷ πέμψαντι Διονυσίῳ, εἰς αὐτὸ μόνον τοῦτο προτρεψαμένῳ αὐτούς. Γῆς οὖν ἐπαμήσαντες τοῖς πεσοῦσι, καὶ ἡρῶν πολυάνδριον ἐπιχόσαντες αὐτόθι, ὑπέστρεφον. Ἐῖτα αὐτοῖς ἀπήνησε Μυλλίας Κροτωνιάτης καὶ Τιμύχα Λακεδαιμονία, γυνὴ αὐτοῦ, ἀπολελειμμένοι τοῦ πλῆθους, ὅτι ἔγκυος οὔσα ἡ Τιμύχα τὸν δέκατον ἤδη μῆνα εἶχε καὶ σχολαίως διὰ τοῦτο ἐβάδιζε. Τούτους δὲ ζωγρήσαντες ἄσμενοι πρὸς τὸν τύραννον ἤγαγον, μετὰ πάσης κομιδῆς καὶ ἐπιμελείας διασώσαντες. Ὁ δὲ περὶ τῶν γεγονότων διαπυθόμενος καὶ ἀθυμήσας ἔφαινε (ὡς ἐνεφαινε conj. Kiessl.), Ἄλλ' ὑμεῖς γε, εἶπεν, ὑπὲρ πάντων τῆς ἀξίας τεύξεσθε παρ' ἐμοῦ τιμῆς, εἴ μοι συμβουλεύσαι (cod. Ciz. συμβασιλεύσαι vgo) θελήσετε. Τοῦ δὲ Μυλλίου καὶ τῆς Τιμύχας πρὸς πάντα ἃ ἐπηγγέλλετο ἀνανεούστων, Ἄλλ' ἐν γέ με, ἔφη, διδάξαντες μετὰ τῆς ἐπιβαλλούσης προπομπῆς διασώξεσθε. Πυθόμενου δὲ τοῦ Μυλλίου, καὶ τί ποτ' ἐστὶν ὃ μαθεῖν προθυμεῖται· Ἐκείνο, εἶπεν ὁ Διονύσιος, τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν

22 a.

Licebit præterea virorum illorum continentiam, et quomodo illam Pythagoras docuerit, ex illis etiam cognoscere, quæ Hippobotus et Neanthes de Myllia et Timycha Pythagoreis memoriae prodiderunt. Referunt enim Dionysium tyrannum, quum nihil inexpertum omitteret, non potuisse tamen ullius Pythagorei amicitiam sibi conciliare, utpote qui ingenium ejus imperiosum et a legum observatione abhorrens caute declinabant. Tyrannum itaque triginta militum, duce Eurymene Syracusano, Dionis fratre, viris immisisse, ut, quum pro more et temporis ratione Metapontum Tarento commigrarent, iis insidias tenderet: in usu quippe habebant, ut pro diversis anni tempestatibus domicilium mutarent, et loca huic rei apta seligerent. Itaque in agro Tarentino, regione convallibus obsita, quam Phalas nominabant, qua illis necessario transeundum erat, copias suas Eurymenes in insidiis collocaverat: quumque Pythagorei nihil tale metuentes circa meridiem eo pervenissent, milites, clamore edito, latronum more in eos irruerunt. Illi vero re improvisa numeroque insidiantium (nam ipsi non amplius decem erant) in metum terroremque conjecti, ac se facile captum iri rati, quod inermes adversus bene armatos pugnaturi essent, cursu fugaque sibi consulere decreverunt, minime id a virtute alienum existimantes; quippe qui probe noverant fortitudinem fugiendorum et sustinendorum, prout recta ratio dictaverit, scientiam

esse. Nec cesserat infeliciter consilium; siquidem Eurymenis milites armis graves lugientibus saginibus instabant; nisi ad campum fabis consitum affatimque jam florentem pervenissent. Tum enim placitum illud, quod fabas attingere vetabat, violare abnuentes pedem fixerunt, et necessitate compulsi lapidibus, fustibus et aliis, quæcunque præ manibus erant, tamdiu se contra hostes defenderunt, donec quidam ex ipsis cæsi, plures vulnerati, denique omnes a satellitibus interfecti sunt: neque enim ullus eorum vivus capi sustinuit, sed omnes secundum sectæ suæ regulas perire maluerunt. At Eurymenes ejusque satellites valde conturbati erant, quod ne unum quidem ad Dionysium adducere possent, quum tamen in hunc unice finem a tyranno missi essent. Terra itaque cæsis injecta, communique tumulto iis ibidem constructo, domum ire parabant, quum iis forte obviam facti sunt Myllias Crotoniates et Timycha Lacedæmonia, uxor ejus, quos reliqua multitudo a tergo reliquerat, quum Timycha jam decem mensibus gravida tardius incederet. Hos igitur vivos in potestatem redactos ad tyrannum læti deduxerunt, nullo studio curaque ommissa, quo illos incolumes conservarent. Dionysius autem cognito quod acciderat maxime affectus, ubi apparuit, Vos vero, ait, dignos a me honores consequimini, si consiliis vestris præsto adesse mihi volueritis. Quæ promissa quum illi respuissent, At unum saltem si me docueritis, inquit Dionysius, incolumes dato sufficienti præsidio dimittam: interroganteque Myllia, quid tandem esset, quod tantopere

οἱ ἑταῖροί σου ἀποθανεῖν μᾶλλον εἴλοντο ἢ κυάμους πατήσαι. Καὶ ὁ Μυλλίας εὐθὺς, Ἄλλ' ἐκεῖνοι μὲν, εἶπεν, ὑπέμειναν, ἵνα μὴ κυάμους πατήσωσιν, ἀποθανεῖν, ἐγὼ δὲ αἰροῦμαι, ἵνα τούτου σοι τὴν αἰτίαν μὴ ἐξείπω, κυάμους μᾶλλον πατήσαι. Καταπλαγέντος δὲ τοῦ Διονυσίου καὶ μεταστῆσαι κελεύσαντος αὐτὸν σὺν βία, βασάνους δὲ ἐπιφέρειν τῇ Τιμύχῃ προστάττοντος· ἐνόμιζε γὰρ, ἄτε γυναῖκά τε οὔσαν καὶ ἔπογκον (ἔτι ἔγκυον Schæfer.), ἐρήμην δὲ τοῦ ἀνδρός, ῥαδίως τοῦτο ἐκλάλησειν φόβῳ τῶν βασάνων· ἡ γενναία δὲ συμβρῦξασα ἐπὶ τῆς γλώσσης τοὺς ὀδόντας καὶ ἀποκόψασα αὐτὴν προσέπτυσσε τῷ τυράννῳ, ἐμφαίνουσα ὅτι, εἰ καὶ ὑπὸ τῶν βασάνων τὸ θῆλυ αὐτῆς νικηθὲν συναναγκασθεῖν τῶν ἐγχευομένων τι ἀνακαλύψαι, τὸ μὴν ὑπηρετῆσον ἐκποδῶν ὑπ' αὐτῆς περικέκοπται. Οὕτως δυσκατάθετοι πρὸς τὰς ἐξωτερικὰς φιλίας ἦσαν, εἰ καὶ βασιλικαὶ τυγχάνοιεν.

Eandem historiam respexit S. Ambrosius De Virginit. II, c. 4. Ceterum de Tymicha v. Menagius in Historia mulier. philosopharum. — Prima verba Ἰππόβοτος... ἱστοροῦσι habes etiam ap. Porphy. V. Pyth. extrem.; cetera ibi perierunt.

## ΠΕΡΙ ΤΕΛΕΤΩΝ.

## E LIBRO PRIMO.

23.

Favorin. v. Βριτόμαρτις p. 391, 7 Bas. : Νεάνθης ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τελετῶν φησι χρησμὸν Διὶ δοθῆναι, ὅτι ὁ ἐκ τῆς μητρός τῆς Ἑκάτης γεννησόμενος μεταστήσει τῆς βασιλείας αὐτόν· γεννώσης δὲ τῆς Ἑκάτης, τὰς συμπαρούσας κόρας τῇ λεχοῖ ἀναβοῆσαι βρίτον, τοῦτ' ἔστιν ἀγαθόν· παρὰ τοῦτο δὲ ἐπίφθεγμα ὠνομάσθαι τὴν θεόν.

Eadem Etym. M. p. 214, 25. « De voce βρίτον

discere averet; Hoc, subjecit tyrannus, cur socii tui mori maluerint quam fabas calcare? Illi quidem, Myllias statim respondet, ne fabas calcarent, mori sustinuerunt: at ego malim fabas calcare quam causam hujus rei tibi prodere. Quo responso percussus Dionysius Mylliam e conspectu abripi, Timychæ vero tormenta admoveri jussit, ratus eam, utpote mulierem et gravidam et a marito destitutam, facilius illud metu tormentorum indicaturam esse: sed mulier generosa dentibus linguam mordicus correptam abscidit, et in tyrannum expuit; eoque illi demonstravit, licet sexus ejus muliebris tormentis succumbens tacendum aliquid evulgare adigeretur, ministram tamen loquendi a se e medio sublatam præcisamque esse. Adeo difficulter ad admitendas extraneas, imo regias etiam amicitias adduci se passi sunt.

## DE INITIIS.

23.

Neanthes libro primo De initiis ait accepisse Jovem ora-

v. Bekk. An. p. 567, Müller. *Æginet.* p. 164, *Prolegom.* p. 244, Welcker. zu *Schwenks Andeut.* p. 343. » MARQUARDT. *Cyz.* p. 169.

## E LIBRO SECUNDO.

24.

Athenæus XIII, p. 602, B: Διαβόητα δ' ἐστὶ καὶ τὰ ἐπὶ Κρατίνῳ τῷ Ἀθηναίῳ γενόμενα· ὃς μειράκιον [ῶν] εὐμορφον, Ἐπιμενίδου καθαίροντος τὴν Ἀττικὴν ἀνθρωπίῳ αἵματι διὰ τινὰ μύση παλαιά, ὡς ἱστορεῖ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν δευτέρῳ Περὶ τελετῶν, ἐκὼν αὐτὸν ἐπέδωκεν ὁ Κρατίνος ὑπὲρ τῆς θρεψαμένης· ᾧ καὶ ἐπαπέθανεν ὁ ἐραστὴς Ἀριστόδημος, λύσιν τ' ἔλαβε τὸ δεινόν.

[ῶν] adjecit Dindorf. De re confer Diogen. L. I, 110, qui Aristodemi loco Ctesibium ponit; Heinrich. *Epimenid.* p. 94. Bœckh. C. I. I, p. 445. Ceterum addit Athenæus hæc: Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι τὰ παρὰ Κρατίνου καὶ Ἀριστοδήμου πεπλάσθαι φησὶ Πολέμων (fr. 53) ἐν ταῖς Πρὸς Νεάνθη ἀντιγραφαῖς.

25.

Athenæus IX, p. 375, F, ex Agathoclis Περὶ Κυζικοῦ opere fabulam Cretensem narrat de sue Jovis nutrice, suisque apud Præsios sanctitate; τὰ παραπλήσια, pergit, ἱστορεῖ καὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν δευτέρῳ Περὶ τελετῆς (scr. τελετῶν).

26.

Harpocratio v. Ἄττης: Ὁ Ἄττης παρὰ Φρυξὶ μάλιστα τιμᾶται ὡς πρόσπολος τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. Τὰ δὲ περὶ αὐτὸν δεδήλωκε Νεάνθης· μυστικὸς δὲ ὁ λόγος. « Dymæorum ἀπόρρητον λόγον de Cybelæ et At-

culum, fore, ut si masculum partum Hecate ederet, ab eo ipse regno pelleretur. Quum vero puellam Hecate ederet, puellas lecto ejus adstantes exclamasse βρίτον, id est bonum, atque ab acclamatione hac deam Britomartim esse vocatam.

24.

Celebratum etiam est Cratini factum Atheniensis; qui quum formosus esset adolescentulus, quo tempore Epimenides Atticam humano sanguine lustravit ob vetusta quædam piacula, ut tradit Neanthes Cyzicenus secundo libro De initiis, ultro se ipsum pro patria obtulit: cujus post mortem Aristodemus etiam, amator ejus, sponte vitam finivit, et cessavit malum.

25.

Similia illis, quæ Agathocles de sue Jovis nutrice tradit, leguntur apud Neanthen in libro secundo De initiis.

26.

Attes apud Phryges maxime honoratur utpote minister



tis commerciis et luctuoso pueri a sue interempti casu (Pausan. VII, 17, 5) sine dubio enarravit Neanthes eo loco, quo suum facinora memorabilia collegit (Athen. p. 375, F) » *ЛОВЕСК. Aglaoph. I, p. 151, citante Marquardt. l. l.*

27.

Clem. Al. Strom. V, p. 243, 20 Sylb. (p. 673 Pott.) : Συνομολογος τῆς τοιαύτης δόξης καὶ ὁ Κυζικηνὸς Νεάνθης, γράφων τοὺς Μακεδόνων ἱερεῖς ἐν ταῖς κατευχαῖς βέδου κατακαλεῖν ἕλω αὐτοῖς τε καὶ τοῖς τέκνοις, ὅπερ ἐρμηνεύουσιν ἀέρα.

Antecedit locus Philyllii comici, quo βέδου vocem ἀέρα significare probatur. Secundum alios, eodem Clemente testante, βέδου non ἀήρ sed ὕδωρ Phrygum sermone dicitur. Aliud aquæ nomen sacerdotale vide ap. Ephorum fr. 27. Cf. Lobeck. Aglaoph. p. 883, Müller. Dor. I, 8. — Præter allata ad librum Περὶ τελετῶν referre licet fr. 36.

## ΤΑ ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ ΜΥΘΙΚΑ.

## E LIBRO SECUNDO.

28.

Parthenius Erot. c. 33, p. 179 Westerm. : Περὶ Ἀσάονος. (Ἱστορεῖ Ξάνθος Λυδιακοῖς καὶ Νεάνθης (Νεάνθος cod.) β' καὶ Σιμμίας δ' Ῥόδιος.) Διαφόρως δὲ καὶ τοῖς πολλοῖς ἱστορεῖται καὶ τὰ τῆς Νιόβης· οὐ γὰρ Ταντάλου φασὶν αὐτὴν γενέσθαι, ἀλλ' Ἀσάονος μὲν θυγατέρα, Φιλόττου δὲ γυναῖκα· εἰς ἔριν δὲ ἀφικομένην Ἀητοῖ περὶ καλλιτεχνίας, ὑποσχεῖν τίσιν τοιάνδε· τὸν μὲν Φίλοττον ἐν κυνηγίᾳ διασφαρῆσαι, τὸν δὲ Ἀσάονα τῆς θυγατρὸς πόθῳ σχόμενον αὐτὴν αὐτῷ γήμασθαι· μὴ ἐνδιδοῦσης δὲ τῆς Νιόβης, τοὺς παῖδας αὐτῆς εἰς εὐωχίαν καλέσαντα καταπρῆσαι· καὶ

τὴν μὲν διὰ ταύτην τὴν συμφορὰν ἀπὸ πέτρας ὑψηλοτάτης αὐτὴν ῥῖψαι· ἐννοίαν δὲ λαβόντα τῶν σφετέρων ἀμαρτημάτων διαχρήσασθαι τὸν Ἀσάονα ἑαυτὸν.

## E LIBRO TERTIO.

29.

Ammonius p. 33. Valcken. : Ἰδίως δὲ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν τρίτῳ τῶν Κατὰ πόλιν βωμοὺς θεῶν φησιν, ἐσχάρας δ' ἡρώων.

Valckenarius p. 49, loci Plutarchei (fr. 32) immemor, scribi voluit ἐν τρίτῳ Τελετῶν καταπαλὸ βωμοὺς κτλ. — « De differentia vocum ἐσχάρα et βωμός cf. Eustath. ad Od. ζ', 305, p. 1564, 28 Rom. [ubi eadem ex Neanthe affert] et 1575, 5; Bekk. An. Gr. p. 256, 32; Vales. ad Harpocr. p. 468; Pausan. V, 13, 8. Bergl. ad Alciphr. p. 239. » *MARQUARDT.*

## E LIBRO QUINTO.

30.

Porphyrus Vit. Pyth., init. : Οἱ μὲν γὰρ Σάμιον αὐτὸν (Πυθαγόραν) εἶναι φασί· Κλεάνθης (scr. Νεάνθης vid. fr. 17) δὲ ἐν πέμπτῳ τῶν Μυθικῶν, Σύρον ἐκ Τύρου τῆς Συρίας. Σιτοδείας δὲ καταλαβούσης τοὺς Σαμίους, προσπλεύσαντα τὸν Μνήσαρχον κατ' ἐμπορίαν μετὰ σίτου τῇ νήσῳ, καὶ ἀποδόμενον, τιμηθῆναι πολιτείᾳ. Πυθαγόρου δ' ἐκ παίδων εἰς πᾶσαν μάθησιν ὄντος εὐφροῦς, τὸν Μνήσαρχον ἀπαγαγεῖν αὐτὸν εἰς Τύρον, ἐκεῖ δὲ τοῖς Χαλδαίοις συστάντα μετασχεῖν τούτων ἐπιπλεῖον ποιῆσαι. Ἐπανελθόντα δ' εἰς τὴν Ἰωνίαν ἐντεῦθεν τὸν Πυθαγόραν πρῶτον μὲν Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ διμῆσαι· δεύτερον δ' Ἐρμοδάμαντι τῷ Κροφυλίῳ, ἐν Σάμῳ ἤδη γηράσκοντι. Λέγει δὲ ὁ Κλεάνθης

Matris deorum. Exponit de eo Neanthes. Mystica narratio est.

27.

Congruunt cum hac opinione quæ Neanthes Cyzicenus scribit, Macedonum sacerdotes in precibus βέδου invocare, ut propitium sit ipsisque et liberis suis, eamque vocem interpretari *aerem*.

## DE SINGULARUM CIVITATUM NARRATIONIBUS FABULOSIS.

28.

De Assaone. (Narrat Xanthus in libro De rebus Lydorum, Neanthes libro secundo, et Simmias Rhodius.) Diverse multis narratur etiam Niobæ historia. Non enim Tantalus dicunt sed Assaonis fuisse filiam, uxorem vero Philotti; quæ quia cum Latona de prolis pulchritudine contendere ausa esset, hanc subiisset pœnam. Nempe Philottum in venatione dilaceratum esse, Assaonem vero, filiaæ amore

captum, connubio voluisse eam sibi jungere, et non obtemperante Nioba, filios ejus in convivium convocasse atque concremasse. Hanc ob calamitatem Niobam de rupe altissima præcipitem se dedisse, Assaonem vero, scelere suo cognito, manum sibi intulisse.

29.

Peculiari modo Neanthes Cyzicenus libro tertio Narrationum fabulosarum, quæ in singulis civitatibus obtinent, βωμοὺς ait deorum, ἐσχάρας vero heroum esse.

30.

Neanthes libro quinto Rerum fabulosarum Pythagoram Syrum fuisse prodit ex Tyro Syriæ urbe. Sed fame magna exorta in Samo, Mnesarchum mercaturæ causa appulisse in insulam et præmii loco civitate donatum esse. Pythagoram autem, cui a pueris ingenium ad omnes disciplinas aptissimum inerat, Tyrum postea fuisse abductum et Chaldaeis ibidem commendatum, quorum doctrina imbui imprimis cupiebat. Reversum autem inde in Ioniam Pythagoram primum Pherecydi Syrio se adjunxisse, deinceps

ἄλλους εἶναι, οἳ τὸν πατέρα αὐτοῦ Τυρρητὸν ἀποφαίνονται, τῶν τὴν Ἀἴμον ἀποικησάντων (v. Aristot. fr. 1). Ἐντεῦθεν δὲ κατὰ πρᾶξιν εἰς Σάμον ἐλθόντα καταμεῖναι καὶ ἀστὸν γενέσθαι. Πλέοντος δὲ τοῦ Μνησάρχου εἰς τὴν Ἰταλίαν, συμπλεύσαντα Πυθαγόραν νέον ὄντα κομιδῆ, σφόδρα οὔσαν εὐδαίμονα\* καὶ τόθ' ὕστερον εἰς αὐτὴν ἀποπλεῦσαι. Καταλέγει δ' αὐτοῦ καὶ ἀδελφοὺς δύο, Εὐνοστον καὶ Τυρρητὸν πρεσβυτέρους.

Πέμπτῳ μυθικῶν] π. Πυθαγορικῶν Menag. (vide not. ad fr. 17); qua conjectura facile caremus. Syrorum fabulas a Neanthe collectas ipse Porphyrius nos docet fragm. 31, ubi de Syris agitur ab esu carniū olim abstinentibus. Vel hoc occasionem dare poterat ut de Pythagoræ super hanc rem placitis, deque Pythagora Tyrio Chaldaeorumque alumno verba faceret. Ceterum num omnia, quæ ex Neanthe h. l. Porph. affert, ex iisdem Mythicis fluxerint, neque nego neque affirmo.

31.

Porphyrius De abstin. IV, 15, p. 345 ed. Roehr.: Καὶ μὴν καὶ τοὺς Σύρους ἱστοροῦσι τὸ παλαιὸν ἀπέχεσθαι τῶν ζώων, καὶ διὰ τοῦτο μὴδὲ τοῖς θεοῖς θύειν. ὕστερον δὲ θῦσαι μὲν εἰς ἀποτροπὴν τινῶν κακῶν, αὐτοὺς δὲ μὴδὲ ὅλως προσίσθαι τὴν σαρκοφαγίαν. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὡς φησι Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Κύπριος, κατὰ Πυγμαλίωνα, τὸν γένει μὲν Φοίνικα βασιλεύσαντα δὲ Κυπρίων, τὴν σαρκοφαγίαν παραδεχθῆναι ἐκ τῆς τοιαύτης παρανομίας. Λέγει δὲ ὁ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ Περὶ Κύπρου καὶ Φοινίκης ταῦτα: «Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον οὐκ ἐθύετο τοῖς θεοῖς οὐδὲν

ἔμφυχον, ἀλλ' οὐδὲ νόμος ἦν περὶ τούτου διὰ τὸ νόμῳ φυσικῶ κεκωλῦσθαι. ὑπὸ δὲ τινος καιροῦ πρῶτον ἱερεῖον θῦσαι μυθεύονται ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς αἰτουμένους, εἶτα τούτου γενομένου δλοκαυτίζειν τὸ τυθέν. Ὑστερον δὲ ποτε φλεγόμενου τοῦ ἱερείου πεσεῖν σάρκα εἰς γῆν, ἦν ἀνελόντα τὸν ἱερέα καὶ κατακαιόμενον, ἀβουλήτως προσαγαγεῖν τῷ στόματι τοὺς δακτύλους ἀκούμενον τὴν κατάκαυσιν. γευσάμενον δὲ τῆς κνίσσης, ἐπιθυμῆσαι καὶ μὴ ἀποσχέσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ γυναικὶ μεταδοῦναι. Γνόντα δὲ τοῦτο τὸν Πυγμαλίωνα αὐτὸν τε καὶ τὴν γυναῖκα κατὰ κρημνῶν ἀφεῖναι, ἑτέρῳ δὲ τὴν ἱερωσύνην παραδοῦναι. δς οὐ πολλοῦ χρόνου διαλείποντος τὴν μὲν αὐτὴν θυσίαν ἔτυχεν ποιούμενος, ἐπεὶ δὲ τῶν αὐτῶν κρεῶν ἔφαγε, ταῖς αὐταῖς ἐκείνῳ συμφοραῖς περιέπιπτεν. Ἐπὶ πλέον δὲ τοῦ πράγματος προβαίνοντος, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῇ θυσίᾳ χρωμένων καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἀπεχομένων, ἀλλὰ τῆς σαρκὸς ἀπτομένων, οὐκ (scr. οὕτω δὴ vel tale quid) ἀποστῆναι τοῦ κολάζειν. Τὸ μέντοι τῶν ἰχθύων ἀπέχεσθαι ἄχρι τῶν Μενάνδρου χρόνων τοῦ κομικοῦ διέμεινε.»

Hieronym. Adv. Jovin. II, c. 14: *Euanthes* (scr. *Neanthes*) *Cyzicenus et Asclepiades Cyprius, ætate qua Pygmalion in Oriente regnabat, scribunt esum carniū non fuisse.*

## E LIBRIS INCERTIS.

32.

Plutarch. Qu. Symp. I, 10, p. 761 ed. Didot: Προεβλήθη δὲ τι τοιοῦτον ὑπὸ Μάρκου τοῦ γραμματικοῦ. Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν ἔφη λέγειν ἐν τοῖς Κατὰ πόλιν μυθικοῖς, ὅτι τῇ Αἰαντίδι φυλῇ γέρας ὑπῆρχε τὸ μὴ κρίνεσθαι τὸν [αὐτῆς] χορὸν ἔσχατον. [Ο] μὲν οὖν

Hermodamanti Creophyllo, qui senex in Samo tum degebat. Nec tamen deesse scribit Neanthes, qui patrem ejus Tyrrenum affirmant, ex illorum genere, qui Lemnum incolebant: quumque negotiorum causa inde in Samum venisset, permansisse istic, civemque factum fuisse. Mnesarcho autem in Italiam navigante, Pythagoram admodum adolescentulum una cum ipso eodem profectum: quumque opibus ea terra maxime floreret, ipsum deinceps navi eam repetiisse. Recenset præterea duos ipsius fratres, Eunostum et Tyrrenum natu majores.

31.

Syros quoque antiquitus ab animalibus abstinuisse atque ideo neque diis ea mactare consuevisse memoriæ proditum est. Postea vero licet ad quorundam malorum aversionem procurandam ea sacrificaverint, numquam tamen eo adductos, ut carniū esum admiserint. Processu autem temporis, Neanthes Cyzicenus et Asclepiades Cyprius inquirunt, tempore Pygmalionis, qui quum genere esset Phœnix Cypriorum etiam imperium obtinebat, ex hujuscemodi piaculo carniū esum fuisse introductum. Asclepiades enim in libro De Cypro et Phœnice hunc in modum narrat: «Principio sane nullum animatum diis sacrificari consueverat, quin neque ulla de hoc lex erat, propterea quod na-

turali lege esset prohibitum. Quibusdam autem calamitosis temporibus quum anima pro anima repeteretur, primam fabulantur victimam sacrificatam et deinceps totam flammis consumendam traditam esse. Quod quidem sacrificium quum postea fieret ac victima concremaretur, carnis frustulum in terram decidisse, sacerdotem vero id sustulisse, quumque ignita carne digitos adussisset, eos forte ori admovisse, ut adustioni remedium quodammodo ferret; atque ita quum ex assa carne degustasset, edere ex ea mirum in modum appetivisse, neque ea abstinuisse, sed eandem etiam cum uxore communicasse. Pygmalionem autem, re comperita, ipsum una cum uxore e rupe præcipitem dandum jussisse, atque alium præfecisse sacerdotio, qui quum non multo post idem sacrificium faceret, eo quod ex iisdem carnibus comedisset, eodem etiam quo ille supplicio affectus sit. At quum ulterius res progrediretur, cupiditateque inducti a carnibus non abstinerent, sed vescerentur iis, pœnam tandem inferri desiisse. Abstinentia tamen a piscibus usque ad Menandri comici tempora apud Syros permansit.

32.

Proposuit Marcus grammaticus tale quidpiam de quo dispiceretur. Neanthem Cyzicenum in Urbium fabulis narrare dixit hunc Æantidi tribui honorem eximium habitum

ἔφη \* πρὸς ἀπόδειξιν ἱστορίας ὁ ἀνα \* \* \*. εἰ δὲ τοῦτο γ' οὐ νοθεύετε, προκείσθω τῆς αἰτίας ἐν κοινῷ πᾶσιν ἢ ζήτησις... μηδὲ ἡμεῖς τὴν Νεάνθους ἐν ἐνίοις εὐχέρειαν ἀποδράσεως ποιησόμεθα πρόφασιν. Locum lacunosum dedi ex recensione Dübneri. Scripserim : οὐδὲν μὲν οὖν ἔφη πρὸς ἀπόδειξιν ἱστ. ὁ ἀναγράφας αὐτήν, id quod in latinis expressi.

33.

Plinius H. N. VIII, 34 : *Euanthes (Neanthes), inter auctores Græciæ non spretus, tradit Arcades scribere, ex gente Anthi cujusdam, sorte familiæ lectum, ad stagnum quoddam regionis ejus duci, vestituque in quercu suspenso transnatare, atque abire in deserta, transfigurarique in lupum, et cum ceteris ejusdem generis congregari per annos novem. Quo in tempore si homines abstinerit, reverti ad idem stagnum, et quum transnataverit effigiem recipere, ad pristinum habitum addito novem annorum senio. Id quoque Fabius, eandem recipere vestem. Mirum est quo procedat Græca credulitas. Nullum tam impudens mendacium est, ut teste careat. Conf. Pausan. VIII, 2 sqq. ibique interpr.*

(34.)

Schol. Apoll. Rh. I, 1063 : Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος νεόγαμον τὸν Κύζικον [καὶ ἄπαιδα] ἱστορεῖ, Εὐφορίων δὲ ἐν Ἀπολλοδώρῳ μελλόγαμον, τὴν δὲ Κλείτην (τὴν δὲ γαμετὴν conj. Mein.) οὐ Μέροπος λέγει θυγατέρα, Θρηῖσσαν (Λάρισσαν ex Parthenio Erot. c. 64 scrib. Meinek. ad Euphor. p. 60) δὲ τὴν Πιάσου... Εὐάνθης (Νεάνθης?) δὲ ἐν τοῖς Μυθικοῖς συμφωνεῖ τῷ Ἀπολλωνίῳ.

Verba καὶ ἄπαιδα omittit cod. Parisinus. Neque de hac re Noster cum Apollonio consentit : nam paullo post scholiasta hæc : Ἱστορεῖ δὲ Ἀπολλώνιος

fuisse, ut nunquam choro ipsius ultimus locus assignaretur. [Nihil quidem ad confirmationem historiæ auctor attulit;] sin vero hoc certe, quod posuit, non ut falsum repudiatis, proposita sit in medium omnibus causæ indagatio... neque nos Neanthis in nonnullis rebus levitatem usurpemus pro subterfugendi disputationem occasione.

34.

Apollonius Cyzicum brevi post nuptias, Euphorion vero in Apollodoro mox celebraturum nuptias occubuisse dicit. Idem Euphorion desponsam puellam non Cliten neque Meropis filiam, sed Larissam, Piasii filiam dicit... Euanthes (Neanthes) in Mythicis cum Apollodoro facit.

Apollonius ait Cyzicum improlem cecidisse, Euanthes (Neanthes) vero filium ipsi cognominem habuisse narrat.

Euanthes (Neanthes) et Deilochus narrant Cliten suspendio vitam finisse, atque fontem Clites Cyzici esse.

35.

Veneris Meretricis templum est apud Abydenos, ut Pamphilus ait. « Quum enim servitute, inquit, premeretur

ἄτεκνον τὸν Κύζικον ἀναγγεῖσθαι, Εὐάνθης (Νεάνθης?) δὲ ἐσχληκέναι φησὶ παῖδα δμῶνυμον ἑαυτῷ.

Idem, I, 1065 : Εὐάνθης (Νεάνθης) δὲ καὶ Δηίλοχος ἱστοροῦσιν, ὅτι ἀπήγατο ἢ Κλείτη, καὶ ὅτι ἡ ταύτης κρήνη ἐν Κύζικῳ. Cf. Deiochi fragm. 4 et 7. Meinek. ad Euphor. p. 61 Euanthem scholiastæ poetam epicum esse suspicatur quem laudat Athenæus VII, p. 296. Neanthes agnoscit Marquardt. Quamquam offendere potest fabulas Cyzicenas, quas in Annalibus omittere vix poterat, iterum in hoc libro expositas esse.

35.

Athenæus XIII, p. 572, E : Πόρνης δὲ Ἀφροδίτης ἱερόν ἐστι παρὰ Ἀβυδηνοῖς, ὡς φησὶ Πάμφιλος. Κατεχομένης γὰρ τῆς πόλεως δουλείᾳ, τοὺς φρουροὺς τοὺς ἐν αὐτῇ ποτε θύσαντας, ὡς ἱστορεῖ Κλεάνθης (l. Νεάνθης) ἐν τοῖς Μυθικοῖς, καὶ μεθυσθέντας ἐταίρας πλείονας προσλαβεῖν, ὧν μίαν, κατακοιμηθέντας αὐτοὺς ἰδοῦσαν, ἀνελομένην τὰς κλεῖς καὶ τὸ τεῖχος ὑπερβάσαν, ἀπαγγεῖλαι τοῖς Ἀβυδηνοῖς. Τοὺς δ' αὐτίκα μεθ' ὀπλων ἀφικομένους ἀνελεῖν μὲν τοὺς φύλακας, κρατήσαντας δὲ τῶν τευχῶν καὶ γενομένους ἐγκρατεῖς, τῆς ἐλευθερίας χαριστήρια τῇ πόρνη ἀποδιδόντας, Ἀφροδίτης Πόρνης ναὸν ἰδρύσασθαι.

36.

Schol. Vat. et Neapol. in Eurip. Troad. 89 : Καφηρεὺς δὲ ἄκρωτήριον Εὐβοίας, μεταξὺ (ἀντικρὺ? Kampmann.) Σκύρου. Νεάνθης δὲ ὁ Κυζικηνὸς Καθηρέα αὐτόν φησὶ πρότερον κεκλήσθαι· εἶναι γὰρ ἐκεῖ βωμὸν εἰς ὃν Εὐβοεῖς καθαιρόμενοι ἔθουον. Χρόνου δὲ προϊόντος Καφηρεὺς ἐκλήθη παραφθειράντων τῶν ἐνοικούντων τὴν λέξιν. Περὶ τοῦτο δὲ οἱ πλείστοι τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὸν ἀπόπλουν διεφθάρησαν. Quodsi hæc ad libros Περὶ τελετῶν referri mavelis, nihil refragor.

Schol. Odys. ο, 16, de Icarii uxore Dorodoche vel Asterodia, et de Penelope, quam Laertes Ulyssi uxorem conciliavit. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φιλοστεφάνῳ καὶ Φερεκύδῃ. Vide Pherecydis fragm. 90.

Philostephani comici poetæ ἐν Δηλίῳ fragmentum (Athen. VII, p. 292, F), vid. in Meinek. Com. IV, p. 589.

36.

Postquam Pasiphae Dædali arte cum tauro congressa erat, Minois iram metuens Dædalus, alis ad humeros adaptatis una cum Icaro filio per aerem auferebatur. Sed filius in mare cecidit, quod ab eo vocatur Icarium. Dædalus tamen volando pervenit in Camicum Siciliæ urbem, ubi filium suum exspectans apud Cocali filias degebat, a quibus Minos, quum Dædalum quærens eodem advenisset, infusa aqua fervente necatur. Narrat hæc Philostephanus et Callimachus in *Ætills*.

37.

Athamas, Æoli filius, Thebarum rex, uxorem duxit Cadmi filiam Inonem, ex qua duos suscepit filios, Clearchum et Melicerten. Deinde quum Junonis jussu Inonem repudiasset, Nephelen superinduxit, quæ duos ei peperit liberos, Hellen et Phrixum. Verum consuescere Athamantem cum Inone clanculum Nephelle suspicata decessit. De novo igitur domus imperio potita Ino insidias struxit liberis e Nephelle susceptis. Dolum vero excogitavit ejusmodi. Torrebatur triticum in sementem destinatum. Quo facto quum sterilitate agri laborarent, Athamas Delphos misit qui deum consulerent. His vero Ino persuasit, ut oraculum ab ipsa contra Phrixum fabricatum referrent, ex quo cessura foret calamitas, si suam ipsius prosapiam sacrificium deo rex

offerret. Audito hoc ex nuntiis responso, Athamas ex agris Phrixum arcessit, præ specie imperans ei, ut e grege pulcherrimum arietem ad sacrificium adduceret. Jam fabulantur arietem, ex numinis cujusdam præsentia, ad accedentem cum sorore Phrixum humana voce locutum esse, eique totam insidiarum rationem exposuisse, atque imperasse, ut cum sorore tergo suo insideret, quo imminens periculum possent effugere. Quo facto aries magno impetu per medium aerem profectus esse dicitur. At Hellen, quum sustinere se non posset, in subjacens mare delapsam esse, cui inde sit Hellespontii nomen inditum. Ipsum autem arietem, postquam Colchos Phrixum transvexisset, vitam ibi finisse. Ad vellus ejus reportandum deinde Argonautas sub Iasone duce missos esse. Athamantem vero, compertis singulis, quæ Ino insidiose struxisset, ne filii quidem ex ea natis peperissent, sed Clearchum sua ipsius manu occidisse; deinde stricto gladio persecutum esse Inonem. Hanc autem, quum jam jam comprehenderetur, salutem sibi cum altero filio quærentem in mare se præcipitem dedisse, ubi a diis marinis honoribus sit affecta. Postmodum eam etiam Leucotheam, ab spumæ marinæ colore, nuncupatam esse; similique modo Melicerten nominatum esse Palæmonem, cumque salutem præstare mortalibus qui maris subeant pericula. Historia hæc legitur apud Philostephanum.

# HERMIPPUS CALLIMACHII.

Hermippus, qui de legumlatoribus, de septem sapientibus, vitasque philosophorum rhetorumque scripsit (\*), apud Athenæum (fr. 18. 22 a. 42) appellatur ὁ Καλλιμάχειος. Hinc de ætate viri in universum satis constat. Nam Callimachus vita defunctus est haud ita multo post initium regni Ptolemæi III Euergetæ, circa Ol. 136. 240 (V. Ritschl. *Alex. Bibl.* p. 90). Hermippum igitur consentaneum est floruisse sub Ptolemæis III et IV (— 205 a. C.). Sed ultra etiam vitam deduxisse videtur. Nam in scribendo adhuc post annum 203 occupatum fuisse fragmento 72 (modo recte ad nostrum H. referatur) docemur. Obitus Chry-

(\*) Inter reliquos Hermippos, quos Lozynski l. l. recenset, non est qui cum nostro confundi possit præter Hermippum Berytium, de quo ita Suidas: Ἑρμιππος Βηρύτιος, ἀπὸ κώμης μεσογαίου, μαθητὴς Φίλωνος τοῦ Βυβλίου, ὑφ' οὗ ἠκειώθη Ἑρεννίῳ Σευήρῳ ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως· ἐκδουλος ὢν γένος, λόγιος σφόδρα καὶ ἔγραψε πολλά. Idem: Νικάνωρ, γεγονώς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος, ὅτε καὶ Ἑρμιππος ὁ Βηρύτιος. Herennius Severus est patronus Romanus, a quo Philo nomen Herennii assumpsit. Prellerus in *Jahns J.* tom. XVII, 2, p. 177 (1836) (seductus iis quæ sub. v. Φίλων ap. Suidam leguntur) putavit Philonem Byblium et Herennium Severum unum esse eundemque. At quam mire tum Suidas s. v. Ἑρμιππος locutus foret! Idem Prellerus utroque Suidæ loco pro ἐπὶ Ἀδριανοῦ scribi voluit ἐπὶ Τραϊανοῦ, ut scilicet Hermippi De magis opus, quod jam Plinius laudat, ad Hermippum Berytium transferri posset. At Philo magister jam scripsit Περὶ τῆς Ἀδριανοῦ βασιλείας. Suidas v. Φίλων. Igitur hoc quoque loco mutandum foret. — Scripsit Philo Berytius Ὀνειροκριτικά libris quinque, teste Tertulliano De anima c. 46, et Περὶ ἐβδομάδος. Clemens Al. Strom. VI, p. 291 Sylb.: Καὶ μυρία τοιαῦτα ἀγιάζων τὸν ἀριθμὸν παρατίθεται Ἑρμιππος ὁ Βηρύτιος ἐν τῷ Περὶ ἐβδομάδος. Idem Clemens I, p. 132, 11 Sylb. affert hæc: Ὁ δὲ Βηρύτιος Ἑρμιππος Χείρωνα τὸν Κένταυρον σοφὸν καλεῖ. (Eadem leguntur apud Theodoret. Disput. XII, tom. IV, p. 1025 Schulz.) Hunc locum cum schol. ad Arat. 436 comparans Prellerus conjicit τὰ Φαινόμενα, quæ Hermippo cuidam attribuantur, ad Hermippum Berytium pertinere (v. fragm. 82). Laudatur denique H. Berytius apud Stephan. Byz.: Ῥάβεννα, πόλις Ἰταλίας. Ἑρμιππος ὁ Βηρύτιος Ῥούενναν αὐτὴν καλεῖ. Etym. M. p. 283, 3 et Zonaras p. 571 de orthographia et etymologia vocis δροίτη. Eundem intellige ap. Mæridem Atticist.: Σωδάριον Ἑρμιππος τὸ ὑφ' ὑμῶν σουδάριον. Porro ad Berytium Küsterus et Prellerus recte, ut videtur, retulerunt Hermippi opus Περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων, quod laudat Suidas. v. Ἴστρος, collat. v. Ἄβρων (v. Hermippi fr. 73). Eidem operi vindicaverim quæ leguntur ap. Suidam: Παρθένιος Ἡρακλείδου καὶ Εὐδώρας, Ἑρμιππος δὲ Τήθας φησὶ Νικαεὺς ἢ Μυρλεανός, ἐλεγειοποιὸς καὶ μέτρων διαφόρων ποιητής. Οὗτος ἐλήφθη ὑπὸ Κίννα λάφυρον... εἶτα ἠφείθη διὰ τὴν παιδείου κτλ. — Deinde Berytium fortasse intellexit Suidas v. Σίβυλλα, ... ὡς Ἑρμιππος, Θεοδώρου, Ἐρυθραία.

sippi (207 a. C.) memoratur fr. 51. De patria viri disertum antiquitatis testimonium non exstat. Lozynski (Hermippi Smyrnæi peripatetici fragm. Bonn. 1832) *Smyrnæum* appellat. Nimirum apud Athenæum (fr. 74) laudatur Ἑρμιππος ὁ Σμυρναῖος ἐν τοῖς Περὶ Ἰππώνακτος. At Smyrnæum hunc eundem cum Callimachi discipulo esse haud liquet, quamvis sit probabile. Præterea de vita Hermippi nihil traditum accepimus, nisi quod *Peripateticus* dicitur ap. Hieronymum De scr. eccl. c. 1. Igitur præter Callimacheam disciplinam præ ceteris studia Peripateticorum coluisse videtur, quæ ipsa magnum illud quod condidit Vitarum opus coarguit. Ceterum verba Hieronymi l. l. hæc sunt: *Hortaris, Dexter, ut Tranquillum sequens, ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram, et quod ille in enumerandis gentilium literarum viris fecit illustribus, id ego in nostris faciam, id est, ut a passione Christi usque ad decimum quartum Theodosii imperatoris annum omnes qui de Scripturis sanctis memoriæ aliquid prodiderunt, tibi breviter exponam. Fecerunt quidem hoc apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus, doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus; apud Latinos autem Varro, etc.*

Totius operis titulus fuisse videtur Βίοι (fr. 12 de Thalete; fr. 27 de Anaxagora; fr. 41 de Aristotele). Partes majores Prellerus (in *Jahns J.* 1836, tom. XVII, 2, p. 169 sq.) distinguit tres: Περὶ νομοθετῶν, Περὶ τῶν ἐπτὰ σοφῶν, Περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων. Prima pars, quæ de legumlatoribus est, in causa fuit, cur Hermippi fragmentis locum in hoc volumine concederemus. Ἑρμιππος Περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων non nisi semel citatur apud Etym. M. (v. fr. 72). Suidas v. Ἴστρος laudat Hermippum libro secundo Περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων (v. fr. 73). At dubium vix est quin recte Küsterus (ed. Suid.) et Prellerus l. l. Suidianum istum Hermippum non Callimachi discipulum, sed Hermippum Berytium, Hadriani æqualem, esse censeant. Quæri igitur potest an non idem Berytii opus e titulo decurtato etiam apud Etym. M. l. l. allegetur, ita ut ab Etymologo titulus totius operis, a Suida partis inscriptio laudetur. Nihil enim verbis Etymologi inest, quod cogat ut antiquiorem nostrum scriptorem intelligamus. Si nihilominus Callimachi discipulum apud Etym. M. agnoscere sibi visi sunt, movit eos quod Callimachus ejusdem tituli opus,

Πίνακας τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν ἐν βιβλ. ρκ', conscripsit, et quod consentaneum est Hermippum vestigia magistri pressisse. Ceterum Lozynski titulum Περὶ τῶν (vel Βίοι τῶν) ἐν π. διαλαμψάντων totius Vitarum operis fuisse putat; Prellerus contra non nisi partem operis eam, quæ de philosophis, rhetoribus et fortasse etiam grammaticis erat, indicari censet, et vocem παιδείαν arciores sensu de eruditione in iis artibus, quæ in scholis philosophorum, rhetorum, grammaticorum docentur, intelligendam esse censet laudato Gellio N. A. XIII, 16: *Humanitatem appellarunt id prope modum, quod Græci παιδείαν vocant, nos eruditionem, institutionemque in bonas artes.* Hæc illi. Neutrum mihi probandum esse videtur. Nam si in titulo libri Hermippei agnoscimus imitationem operis Callimachii, consentaneum est verba περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαπρεψάντων apud Hermippum eodem sensu dici atque apud Callimachum περὶ τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, quæ quidem nullo modo ad solos philosophos, rhetores et grammaticos, sed ad omnes illos, quorum opera in Alexandrina Bibliotheca asservabantur, spectasse putanda sunt. Deinde vero opus illud Hermippi, non ad Callimachi, sed, uti dixi, ad Herennii Philonis discipulum pertinere comprobatur fragmento, quod fugit et Lozynskium et Prellerum. Etenim in schol. Oribasii (Class. auctt. tom. IV, p. 11 ed. Maius) de Dionysio medico e Cyro Ægypti urbe oriundo laudantur Herennius Philo ἐν τῷ θ' Περὶ βιβλιοθήκης κτίσεως et Hermippus ἐν τῷ ε' Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν ἰατρῶν. Libros Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν ἰατρῶν nihil nisi partem fuisse censeo operis Περὶ τῶν ἐν (πάσῃ) παιδείᾳ διαπρεψάντων, cui cum magistri opere *De comparanda bibliotheca* similis intercesserit ratio atque Callimachi Πίναξι intercedebat cum ordinanda bibliotheca Alexandrina. Inter reliqua Philonis scripta conferri etiam possunt libri Περὶ πόλεων καὶ οὗς ἐκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκεν. Ac nescio an simile De urbibus opus Hermippi Stephanus Byz. v. Πάβεννα (v. not.) laudaverit.

Inter reliqua, quæ sub *Hermippi* nomine apud veteres passim afferuntur, nihil est quod certo iudicio ad Callimachium nostrum referri possit. Libri Περὶ μάγων et Φαινόμενα dubium vix est

quin ad alium quendam Hermippum, quem ἄστρολόγον Athenæus nominat, pertineant. Vide fragmenta.

Auctoritas Hermippi haud minima fuit apud seriores scriptores, qui sæpissime testimoniis ejus utuntur, uti Plutarchus, Diogenes et auctores Diogenis Sosicrates, Favorinus, Apollodorus ut videtur, et fortasse alii. Apud Josephum (fr. 21) Hermippus laudatur tamquam ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής. Τὴν ἀκρίβειαν ejus prædicat Dionysius Hal. (fr. 58). Ceterum fontes non ubique adhibuit optimos; multa enim in fragmentis occurrunt, quæ aperte falsa sunt.

## BIOI.

### ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΘΕΤΩΝ.

#### E LIBRO PRIMO.

##### 1.

Athenæus IV, p. 154, D: Ἑρμιππος δ' ἐν πρώτῳ Περὶ νομοθετῶν τῶν μονομαχοῦντων εὐρετὰς ἀποφαίνει Μαντινεῖς, Δημόνακτος ἐνὸς τῶν πολιτῶν συμβουλευσαντος· καὶ ζηλωτὰς τούτου γενέσθαι Κυρηναίους. Ἐφορος δὲ κτλ. Cf. Ephori fr. 97.

##### 2.

Origenes C. Cels. I, p. 13 ed. Spencer.: Λέγεται δὲ καὶ Ἑρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ νομοθετῶν ἱστορηκένας, Πυθαγόραν τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν.

Idem Hermippi commentum ex libro primo De Pythagora (v. fr. 20) memorat Josephus C. Apion I, 22. Hermippus postquam de antiquissimo vitæ Græcorum statu et progressu dixerat, cultiorem vivendi rationem ex Oriente derivaverit, eaque occasione etiam Pythagoræ Judæorum sectatoris mentionem injecisse videtur.

#### E LIBRO SECUNDO.

##### 3.

Porphyrus De abstin. IV, 22, p. 378 R.: Τῶν τοίνυν Ἀθηνησὶ νομοθετῶν Τριπτόλεμον παλαιότατον παρελήφαμεν περὶ οὗ Ἑρμιππος ἐν δευτέρῳ Περὶ τῶν νομοθετῶν γράφει ταῦτα· « Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι. »

## VITÆ.

### DE LEGUMLATORIBUS.

##### 1.

Hermippus libro primo De legumlatoribus singularium certaminum inventores tradit fuisse Mantinenses, suadente iis uno e civibus Demonacte; eumque morem deinde æmulatos esse Cyrenenses.

##### 2.

Hermippus quoque libro De legumlatoribus primo narasse dicitur Pythagoram philosophiam suam a Judæis ad Græcos transtulisse.

##### 3.

Inter eos, qui Atheniensibus leges tulerunt antiquissimum fuisse accepimus Triptoleum, de quo Hermippus libro secundo De legumlatoribus ita scribit: « Ferunt etiam Triptoleum Atheniensibus leges tulisse. »

« Ex legibus Triptolemi tres Eleusine exstitisse refert apud Porphyr. l. 1. Xenocrates, medicus Aphrodisiensis, scilicet γονεῖς τιμᾶν, θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, ζῶα μὴ σίνεσθαι. Cf. Brucker. Hist. crit. phil. I, p. 406. » LOZYNSKI.

## [ E LIBRIS III—V. ]

4.

Plutarch. Lycurg. c. 5, 5 : Lycurgus vitiosum reipublicæ statum mutaturus fausta accepit a deo Delphico, quem consuluerat, responsa. Ἐπαρθεὶς δὲ τούτοις προσῆγε τοὺς ἀρίστους καὶ συνεφέπτεσθαι παρεκάλει, κρύφα διαλεγόμενος τοῖς φίλοις πρῶτον, εἶτα οὕτως κατὰ μικρὸν ἀπτόμενος πλειόνων καὶ συνιστὰς ἐπὶ τὴν πρᾶξιν. Ὡς δ' ὁ καιρὸς ἦκε, τριάκοντα τοὺς πρώτους ἐκέλευσε μετὰ τῶν ὄπλων ἔωθεν εἰς ἀγορὰν προελθεῖν ἐκπλήξεως ἕνεκα καὶ φόβου πρὸς τοὺς ἀντιπράττοντας. Ὡν εἴκοσι τοὺς ἐπιφανεστάτους Ἑρμιππος ἀνέγραψε· τὸν δὲ μάλιστα τῶν Λυκούργου ἔργων κοινωρήσαντα πάντων καὶ συμπραγματευσάμενον τὰ περὶ τοὺς νόμους Ἀρθμιάδαν ὀνομάζουσιν.

Totam hanc de Lycurgo narrationem, quam ex Ephoro maxime et Hermippo Plutarchus conflasse videtur, non prisca niti traditione, sed pragmaticorum, quos dicunt, historicorum studiis deberi jure censet Müllerus Dor. I, p. 137.

5.

Idem ib. c. 23, 2 : Ἔοικε δὲ καὶ τῆς Ὀλυμπιακῆς ἐκεχειρίας ἢ ἐπίνοια πράου καὶ πρὸς εἰρήνην οἰκείως ἔχοντος ἀνδρὸς εἶναι. Καίτοι φασὶ τινες, ὡς Ἑρμιππος μνημονεύει, τὸν Λυκούργον οὐ προσέχειν οὐδὲ κοινωνεῖν ἐν ἀρχῇ τοῖς περὶ τὸν Ἴφιτον, ἀλλὰ τυγχάνειν ἄλλως ἐπιδημοῦντα καὶ θεώμενον· ἀκοῦσαι δὲ φωνὴν ὡσπερ

4.

Pythiæ verbis fretus Lycurgus optimates sibi conciliavit, clandestinoque colloquio primum amicos, deinde plures paulatim aggressus, ad rem suscipiendam auxiliumque ferendum sibi conciliavit. Quum dies negotio destinata venisset, summo mane triginta e primoribus jussit armatos in forum prodire, qui adversariis terrorem incuterent, quorum maxime illustres viginti Hermippus recenset : qui vero præ reliquis omnibus negotiis socius et in ferendis legibus adjutor fuerit, Arthmiadam nominant.

5.

Olympiacæ festivitatis excogitatio mansueti et pacis perquam studiosi hominis videtur fuisse. Quanquam est apud Hermippum, esse quosdam, qui Lycurgum tradant initio nullam in ea re cum Iphito societatem habuisse, neque ejus monitu advenisse, sed forte fortuna e peregrinatione ad id spectaculum divertisse : ibi eum audivisse vocem, quasi hominis cujusdam a tergo adsistentis, quæ increparet ipsum, mirarique diceret, quod civibus suis non esset auctor societatis harum feriarum ineundæ ; ipsum, quum se obvertisset ad vocem, neque usquam appareret qui erat

ἀνθρώπου τινὸς ἐξόπισθεν ἐπιτιμῶντος αὐτῷ καὶ θαυμάζοντος, ὅτι τοὺς πολίτας οὐ προτρέπεται κοινωνεῖν τῆς πανηγύρεως· ὡς δὲ, μεταστραφέντος, οὐδαμοῦ φανερὸς ὁ φθειγόμενος ἦν, θεῖον ἠγησάμενον, οὕτω πρὸς τὸν Ἴφιτον τραπέσθαι καὶ συνδιακοσμήσαντα τὴν ἑορτὴν ἐνδοξοτέραν καὶ βεβαιότεραν καταστήσαι.

6.

Athenæus XIII, p. 555, C : Καὶ γὰρ τὰς γαιμετὰς ὁ καλὸς ἡμῶν ἐστίατωρ ἐπαινῶν, Ἑρμιππον ἔφη ἐν τῷ (ἐν τοῖς cod. B) Περὶ νομοθετῶν ἱστορεῖν, ὅτι ἐν Λακεδαίμονι εἰς οἴκημά τι σκοτεινὸν πᾶσαι συνεχλείοντο αἱ κόραι, συγχλειομένων καὶ τῶν ἀγάμων νεανίσκων· καὶ ἕκαστος, ἧς ἐπιλάβοιτο, ταύτην ἀπῆγεν ἀπροιον. Διὸ καὶ Λύσανδρον ἐζημίωσαν, ὅτι καταλιπὼν τὴν προτέραν, ἑτέραν ἐβουλεύετο περικαλλεστέραν ἀγαγέσθαι.

Aliter de his exponit Plutarchus Lyc. c. 15. « Hermippos Bericht ist romanhaft entstellt. » MÜLLER. Dor. II, p. 282, 5.

## E LIBRO SEXTO.

7.

Idem XIV, p. 619, B : Ἦδοντο δὲ Ἀθήνησι καὶ οἱ Χαρώνδου νόμοι παρ' οἶνον, ὡς Ἑρμιππὸς φησιν ἐν ἔκτῳ Περὶ νομοθετῶν. V. Bentley. De legg. Charondæ p. 360.

## ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ.

8.

Diogenes I, 42 : Ἑρμιππος δ' ἐν τῷ Περὶ τῶν [ἐπτὰ] σοφῶν ἑπτακαίδεκά φησιν, ὧν τοὺς ἐπτὰ ἄλλους ἄλλως αἰρεῖσθαι· εἶναι δὲ Σόλωνα, Θαλῆν, Πιττακὸν, Βίαντα, Χεῖλωνα, [Μύσωνα,] Κλεόβουλον, Περιάνδρον, Ἀνάχαρσιν, Ἀκουσίλαον, Ἐπιμενίδην, Λεώφαντον,

locutus, ratum divinam eam vocem fuisse, ita demum se ad Iphitum adjunxisse, eique in exornanda stabiliendaque ista solennitate socium præbuisse.

6.

Legitimas uxores laudans præclarus noster convivator, Hermippum, ait, in libro De legumlatoribus tradere, Lacedæmone virgines omnes in obscuro quodam conclavi concludi solitas, unaque conclusos fuisse juvenes cælibes ; quorum quisque quamcumque prehendisset, illam domum uxorem abduceret indotatam. Itaque etiam Lysandrum mulctatum fuisse, quod relicta priore aliam formosiorum ducere constitueret.

7.

Charondæ quoque leges Athenis ad pocula canebantur, uti Hermippus ait libro sexto De legumlatoribus.

## DE SEPTEM SAPIENTIBUS.

8.

Hermippus, in libro De sapientibus, decem et septem fuisse tradit, quorum ex numero septem illos ab aliis aliter eligi ; esse autem hos : Solonem, Thaletem, Pittacum, Biantem, Chilonem, Mysonem, Cleobulum, Periandrum, Anachar-

Φερεκύδην, Ἀριστόδημον, Πυθαγόραν, Λᾶσον Χαρμαντίδου ἢ Σισυμβρίνου ἢ, ὡς Ἀριστόξενος, Χαβρίνου, Ἑρμιονέα, Ἀναξαγόραν.

Περὶ τῶν [ἑπτὰ] σοφῶν scripsit Lozynski; ita enim Athenæus fr. 16. — Μύσωνα Casaubonus interposuit ut septemdecim sapientum numerus expleretur. Ceterum nominum hunc catalogum quasi indicem esse Vitarum, quæ in opere De septem sapientibus ab Hermippo consignatæ sint, statuit Prellerus in *Jahns J.* 1836, tom. XVII, 2 p. 170. Idque confirmari ait simulque aliud doceri fragmento 25, ubi Hermippus ἐν τετάρτῃ Περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν de Eudoxo Pythagoreo quædam tradidisse narratur. Inde enim colligi posse, in opere De VII sapientibus etiam de Pythagora ejusque sectatoribus fuisse sermonem, librumque quartum egisse de Pythagoreis. Porro ex fragmento 20 liquere complures fuisse Hermippi Περὶ Πυθαγόρου libros, e Diogene (fr. 24) autem intelligi, secundum Περὶ Πυθαγόρου librum de Pythagoreis egisse. Inde igitur probabile fieri librum quartum Περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν et librum secundum Περὶ Πυθαγόρου unum esse eundemque, ideoque tertium totius operis librum componendum cum primo libro Περὶ Πυθαγόρου; primum vero et secundum totius operis librum complexum esse eorum vitas virorum, qui ante Pythagoram in nominum laterculo recensentur; denique consentaneum esse librum quintum exstitisse de iis viris agentem, qui post Pythagoram nominantur. Hæc Prellerus. At nonne offendit Hermippum, qui peculiaribus libris Vitas philosophorum scripsit, Anaxagoræ et Pythagoræ nec non Pythagoreorum vitas in opere De septem sapientibus enarrasse, propterea quod nonnulli Pythagoram et Anaxagoram septem sapientium collegio adscripserunt? Quodsi Hermippus in libro quarto De VII sapp. narravit Eudoxum civibus suis leges

scripsisse, nemo non largietur hæc perapte data occasione in Solonis vel in alius sapientis vita commemorari potuisse. Quare Pythagoræ et Pythagoreorum et Anaxagoræ vitæ non huic operi, sed sequenti, quod de philosophis est, attribui; Hermippumque statuo in libro De VII sapientibus nonnisi de iis viris disseruisse, qui apud antiquiores scriptores in collegium istud cooptantur.

### 9. ΣΟΛΩΝ.

Plutarch. Solon. 2, 1 : Ὁ δ' οὖν Σόλων, τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς ἐλαττώσαντος εἰς φιλανθρωπίας τινὰς, ὡς φησὶν Ἑρμιππος, καὶ χάριτας οὐκ ἂν ἀπορήσας τῶν βουλομένων ἐπαρκεῖν, αἰδούμενος δὲ λαμβάνειν παρ' ἐτέρων ἐξ οἰκίας γεγονὼς εἰθισμένης ἐτέροις βοηθεῖν, ὤρμησε νέος ὢν ἔτι πρὸς ἐμπορίαν.

### 10.

Idem ib. 6 : Πρὸς Θαλῆν δ' εἰς Μίλητον ἐλθόντα τὸν Σόλωνα θαυμάζειν, ὅτι γάμου καὶ παιδοποιίας τὸ παράπαν ἠμέληκε. Καὶ τὸν Θαλῆν τότε μὲν σιωπήσαι, διαλιπόντα δ' ὀλίγας ἡμέρας ἄνδρα παρασκευάσαι ξένον, ἀρτίως ἤκειν φάσκοντα δεκαταῖον ἐξ Ἀθηνῶν. Πυθομένου δὲ τοῦ Σόλωνος, εἰ δὴ τι καινὸν ἐν ταῖς Ἀθήναις, δεδιδραγμένον ἂν χρὴ λέγειν τὸν ἄνθρωπον, « Οὐδὲν, εἰπεῖν, ἕτερον, εἰ μὴ νῆ Δία νεανίσκου τινὸς ἦν ἐκφορὰ καὶ προὔπεμπεν ἡ πόλις· ἦν γὰρ υἱὸς, ὡς ἔφασαν, ἄνδρὸς ἐνδόξου καὶ πρωτεύοντος ἀρετῇ τῶν πολιτῶν· οὐ παρῆν δὲ, ἀλλ' ἀποδημεῖν ἔφασαν αὐτὸν ἤδη πολὺν χρόνον. » « Ὡς δυστυχῆς ἐκεῖνος, » φάναι τὸν Σόλωνα. « Τίνα δὲ ὠνόμαζον αὐτόν; » « Ἥκουσα, φάναι, τοῦνομα, τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐ μνημονεύω· πλὴν ὅτι πολὺς λόγος ἦν αὐτοῦ σοφίας καὶ δικαιοσύνης. » Οὕτω δὲ καθ' ἐκάστην ἀπόκρισιν τῷ φόβῳ προσαγόμενον τὸν Σόλωνα καὶ τέλος ἔδη συντεταραγμένον αὐτὸν ὑποβάλλειν τοῦνομα τῷ ξένῳ πυνθανόμενον, μὴ Σόλωνος ὁ τεθνηκὼς υἱὸς ὠνομάζετο. Φήσαντος δὲ τοῦ ἀνθρώ-

sim, Acusilaum, Epimenidem, Leophantum, Pherecydem, Aristodemum, Pythagoram, Lasum Charmantidæ seu Sisymbrii, sive, ut Aristoxenus tradit, Chabrini filium Hermionensem, Anaxagoram.

### 9.

Solon, quum pater ipsius, ut Hermippus narrat, aliis gratificando ac benefaciendo rem familiarem imminuisset, etsi non deerant qui eum suis fortunis sublevare vellent; quia tamen puderet ipsum ab aliis accipere, natum ea familia, quæ aliis opitulari consuevisset, juvenis admodum mercaturæ se dedit

### 10.

Quum ad Thaletem Solon venisset Miletum, mirum sibi videri ostendit, quod is vir omnino conjugii procreationisque liberorum nullam rationem habuisset. Thales tum quidem tacuit; interjectis vero paucis diebus peregrinum subornavit, qui se proximis decem diebus venisse Athenis simularet. Is percontanti Soloni, ecquid novæ rei Athenis

evenisset, nihil aliud, quemadmodum edoctus erat, respondit, quam « funus fuisse eo tempore adolescentis alicujus ductum a civitate: eum enim adolescentem filium fuisse viri illustris ac virtute inter cives primi, qui diu jam peregre abesse diceretur. » « Quam miser, inquit Solon, ille! sed quod ei nomen? » Ibi hospes: « Equidem audivi ex illis, sed memoria excidit: id unum memini de sapientia ejus atque justitia multum fuisse sermonem. » His singulis responsionibus majorem ad metum adductus Solon, jamque perturbatus plane, ipse nomen hospiti subjecit, interrogavitque: « Solonisne ille filius fuisse? » Affirmanteque illo, verbera capiti suo intentavit, statimque ad ea prolapsus est dicenda et facienda, quæ solent qui gravi aliquo dolore sunt percussi. At Thales eum inhibuit ridensque, « Hæc, inquit, o Solon, nuptiis me et liberorum procreatione absterrent, quæ te quoque, etiam firmissimi hominem animi, dejiciunt. Ceterum hujus quidem sermonis causa hono sis animo; est enim confictus. » Tota hæc narratio

που, τὸν μὲν ὀρμηῆσαι παίειν τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰλλα ποιεῖν καὶ λέγειν, ἃ συμβαίνει τοῖς περιπαθοῦσι. Τὸν δὲ Θαλῆν ἐπιλαβόμενον αὐτοῦ καὶ γελάσαντα, « Ταῦτά τοι, φάναι, ὦ Σόλων, ἐμὲ γάμου καὶ παιδοποιίας ἀφίστησιν, ἃ καὶ σὲ κατερείπει τὸν ἐρρωμενέστατον. Ἀλλὰ θάρρει τῶν λόγων ἕνεκα τούτων· οὐ γὰρ εἰσιν ἀληθεῖς. » Ταῦτα μὲν οὖν Ἑρμιππος ἱστορεῖν φησι Πάταικον, ὃς ἔφασκε τὴν Αἰσώπου ψυχὴν ἔχειν. *Pataecum illum fortasse antiquiorem aliquem fabularum poetam fuisse, eumque forsitan indicari Atheniensium traditione illa de Æsopo redivivo (v. Grauert. De Æsopo p. 38), quem pugnae ad Thermopylas pugnatæ interfuisse ferebant, suspicatur Prellerus in Jahni Ann. 1836. tom. XVII, fasc. II, p. 178.*

## 11.

Plut. ib. c. 11, 2 : Πεισθέντες γὰρ ὑπ' ἐκείνου (Σόλωνος) πρὸς τὸν πόλεμον (contra Cirrhæos) ὤρμησαν οἱ Ἀμφικτύονες, ὡς ἄλλοι τε μαρτυροῦσι καὶ Ἀριστοτέλης (fr. 265) ἐν τῇ τῶν Πυθιονικῶν ἀναγραφῇ, Σόλωνι τὴν γνώμην ἀνατιθεῖς. Οὐ μέντοι στρατηγὸς ἐπὶ τοῦτον ἀπεδείχθη τὸν πόλεμον, ὡς λέγειν φησὶν Ἑρμιππος Εὐάνθη τὸν Σάμιον. Οὐτε γὰρ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ τοῦτ' εἶρηκεν, ἐν τε τοῖς Δελφῶν ὑπομνήμασιν Ἀλκμαίων, οὐ Σόλων, Ἀθηναίων στρατηγὸς ἀναγέγραπται.

Cf. Pausan. X, 37, 6; Suidas v. Σόλων; Polyæn. III, 5. Euanthes Samius idem, puto, est cum Euanthe Milesio, quem de re ad septem sapientum historiam pertinente laudat Diogenes L. I, 29. V. introduct. ad fragm. Neanthis.

## 12. ΘΑΛΗΣ.

Diogen. L. I, 33 : Ἑρμιππος δ' ἐν τοῖς Βίοις εἰς τοῦτον (τὸν Θάλητα) ἀναφέρει τὸ λεγόμενον ὑπό τινων περὶ Σωκράτους. Ἐφασκε γὰρ, φησὶ, τριῶν τούτων

est, si Hermippo credimus, Pataeci, qui animam Æsopi in se transiisse dixit.

## 11.

Solonis auctoritate moti Amphictyones, bellum contra Cirrhæos susceperunt, quod et alii testantur, et Aristoteles in enumeratione eorum, qui Pythia vicerunt, Solonem auctorem hujus sententiæ facit. Non tamen, quod Euanthem scripsisse Samium Hermippus ait, dux huic bello præfectus est Solon : nam neque Æschines orator id dicit, et in Delphicis commentariis Alcmaeon, non Solon, dux Atheniensium scriptus est.

## 12.

Hermippus in Vitis ad Thaletem refert quod a quibusdam de Socrate dicitur. Aiebat enim, inquit, trium maxime rerum causa gratias se fortunæ agere : primo quod homo, non bellua ; deinde quod vir, non mulier ; tertio quod Græcus esset natus, non barbarus.

ἕνεκα χάριν ἔχειν τῇ τύχῃ· πρῶτον μὲν ὅτι ἄνθρωπος ἐγενόμην καὶ οὐ θηρίον· εἶτα ὅτι ἀνὴρ καὶ οὐ γυνή· τρίτον ὅτι Ἕλληνα καὶ οὐ βάρβαρος.

## 13. ΧΙΛΩΝ.

Bekker. Anecd. p. 233, 13 : Γνωθὶ σεαυτόν, ἀπόφθεγμα. Οἱ δὲ Χείλωνός φασιν· Ἑρμιππος δὲ Δελφὸν εὐνοῦχόν φησιν εἰρηκέναι τὸ Γνωθὶ σεαυτόν καὶ ἐν τῷ ναῶ ἐπιγράψαι. « Aureis litteris consignata fuisse Chilonis dicta in foribus templi Delphici, refert Plinius Hist. Nat. VII. 32, Pausan. X, 24, 1. Unde autem sua derivaverit Hermippus, Delphicum eunuchum auctorem esse illius sententiæ, non exputo. Cf. Cic. De legib. I, 22 med. » LOZYNSKI.

## 14.

Diogenes L. I, 72 de Chilone : Ἦν δὲ γέρον περὶ τὴν πεντηχοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα, ὅτε Αἰσωπος ὁ λογοποιὸς ἤκμαζεν· ἐτελεύτησε δ', ὡς φησιν Ἑρμιππος, ἐν Πίσῃ, τὸν υἱὸν Ὀλυμπιονίκην ἀσπασάμενος πυγμῆς. Ἐπαθε δὲ τοῦτο ὑπερβολῇ τε χαρᾶς καὶ ἀσθενείᾳ πολυετίας. Καὶ αὐτὸν πάντες οἱ κατὰ τὴν πανήγυριν ἐντιμότερα παρέπεμψαν.

Cf. Plinius H. N. VII, 32 ; Tertullian. De anima 52. « Odofred. Müller. (Dor. P. II. p. 307) Chilonis filium in cæstum certamine prodiisse negat, propterea quod Spartiatæ nunquam cæstum neque pancratii participes fuerint, et pueris in pancratio prodire temporibus demum longe ceterioribus licitum fuerit ; cf. Propert. III, 12, 8. Mülleri sententiam probat Seneca Benef. V, 2. » LOZYNSKI.

## 15. ΜΥΣΩΝ.

Idem I, 106 : Μύσων Στρώμωνος, ὡς φησι Σωσικράτης Ἑρμιππον παρατιθέμενος, τὸ γένος Χηνεὺς, ἀπὸ κόμης τινὸς Οἰταικῆς ἢ Λακωνικῆς, σὺν τοῖς ἐπτὰ καταριθμεῖται.

## 13.

Nosce te ipsum, apophthegma, quod Chiloni tribuunt. Hermippus vero Delphum eunuchum id dixisse atque templo Delphico inscripsisse refert.

## 14.

Senuerat Chilon jam circa quinquagesimam secundam Olympiadem, quo tempore florebat Æsopus fabularum scriptor. Obiit autem, ut Hermippus ait, Pisæ, amplexus atque osculatus filium, quod in ludis Olympicis pugilatus palmam reportasset. Defunctum asserunt immodica lætitia et senili imbecillitate. Omnes autem qui ad celebritatem convenerant, honorificentissime exsequias ejus secuti sunt.

## 15.

Myson Strymonis filius, ut ait Sosicrates, qui Hermippum auctorem citat, Cheneus genere, ex vico quodam Cætao sive Laconico, numeratur inter septem sapientes.

## 16. ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ.

Athenæus X, p. 443, A, appposito loco Theoprompi (fr. 252), ubi Cleomenes, Methymnæorum tyrannus, lenas saccis insutas in mare demersisse narratur, subjicit Athenæus : Ἐρμιππος δὲ ἐν τοῖς Περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν Περίανδρον τὸ αὐτὸ ποιῆσαι (φησὶν). Cf. Heraclid. Polit. fr. 5, 2.

## 17. ΑΝΑΧΑΡΣΙΣ.

Diogenes I, 101, de Anacharsi : Λέγει δὲ αὐτὸν Σωσικράτης ἔλθειν εἰς Ἀθήνας κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκράτους. Ἐρμιππος δὲ πρὸς τὴν Σόλωνος οἰκίαν ἀφικόμενον τῶν θεραπόντων τινὶ κελεῦσαι μνησθῆναι ὅτι παρῆν πρὸς αὐτὸν Ἀνάχαρσις, καὶ βούλοιο αὐτὸν θεάσασθαι, ξένος τε, εἰ οἷόν τε, γενέσθαι. Καὶ ὁ θεράπων εἰσαγγείλας ἐκελεύσθη ὑπὸ τοῦ Σόλωνος εἰπεῖν αὐτῷ, ὅτι περ ἐν ταῖς ἰδίαις πατρίσι ξένους ποιοῦνται. Ἐνθεν ὁ Ἀνάχαρσις ἔλθων ἔφη νῦν αὐτὸν ἐν τῇ πατρίδι εἶναι καὶ προσήκειν αὐτῷ ξένους ποιῆσθαι. Ὁ δὲ καταπλαγεὶς τὴν ἐτοιμότητα εἰσέφρησεν αὐτὸν καὶ μέγιστον φίλον ἐποίησατο. Cf. Plutarch. Solon. c. 5, Tzetzes Hist. IV, 924 sqq.

## 18. ΕΠΙΜΕΝΙΑΔΗΣ.

Proclus in Hesiod. Op. et D. v. 41 : Ἐρμιππος ἐν τῷ τῶν ἑπτὰ σοφῶν περὶ τῆς ἀλίμου λέγει· (μέμνηται δὲ τῆς ἀλίμου καὶ Ἡρόδωρος ἐν τῷ πέμπτῳ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου, καὶ Πλάτων ἐν γ' τῶν Νόμων.) Ἐπιμενίδην φησὶ μικρὸν τι ἐδεσμάτιον προσφερόμενον ὧδε διὰ ὄλην τελεῖν τὴν ἡμέραν· ἦν δ' ἐξ ἀσφοδέλου καὶ μαλάχης, ὅπερ αὐτὸν ἀλιμον καὶ ἀδιψον ἐποίει.

Athenæus II, p. 58, F : Ἐρμιππος δ' ὁ Καλλιμάχειος καὶ εἰς τὴν καλουμένην φησὶν ἀλιμον, προσέτι

τε ἀδιψον, ἐμβάλλεσθαι τὴν μαλάχην, οὖσαν χρησιμωτάτην. Cf. Herodori fr. 19 a.

## 19. ΦΕΡΕΚΥΔΗΣ.

Diogenes L. I, 117, de Pherecyde : Φησὶ δ' Ἐρμιππος, πολέμου ἐφεστῶτος Ἐφεσίοις καὶ Μάγνησι, βουλόμενον τοὺς Ἐφεσίους νικῆσαι πυθέσθαι τινὸς παριόντος πόθεν εἶη· τοῦ δ' εἰπόντος, Ἐξ Ἐφέσου, « Ἐλκυσόν με τοίνυν, ἔφη, τῶν σκελῶν καὶ θεὸς εἰς τὴν τῶν Μαγνήτων χώραν, καὶ ἀπάγγειλόν σου τοῖς πολίταις μετὰ τὸ νικῆσαι αὐτόθι με θάψαι· ἐπεσκηφέναι τε ταῦτα Φερεκύδην. » Ὁ μὲν οὖν ἀπήγγειλεν· οἱ δὲ μετὰ μίαν ἐπελθόντες κρατοῦσι τῶν Μαγνήτων, καὶ τὸν τε Φερεκύδην μεταλλάξαντα θάπτουσιν αὐτόθι καὶ μεγαλοπρεπῶς τιμῶσιν.

## E LIBRO QUARTO.

20.

Idem VIII, 88 : Ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιφανέστατος ἐγένετο (Εὐδόξος ὁ Κνίδιος), γράψας τοῖς ἰδίαις πολίταις νόμους, ὡς φησιν Ἐρμιππος ἐν τετάρτῳ Περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν, καὶ ἀστρολογούμενα καὶ γεωμετρούμενα καὶ ἕτερ' ἄττα ἀξιόλογα. Cf. Plutarch. Adv. Colot. 32; Müller. Dor. II, 173. Hæc oblata occasione in vita sapientis nescio cujus Hermippus memorasse putandus est.

## DE PHILOSOPHIS ET RHETORIBUS.

ΕΠΙΤΟΜΗ. I. PHILOSOPHΙ. Βίβλ. α' Περὶ Πυθαγόρου fr. 21—23; β' Περὶ Πυθαγόρου, De Pythagoreis, Philolao, Diodoro, fr. 24 — 26. (De Eudoxo cf. fr. 20) — *Alii philosophi Platone antiquiores* : Empedocles fr. 27; Heraclitus fr. 28; Democritus fr. 29; Zeno fr. 30; Anaxagoras fr. 31; Socrates fr. 32. — *Academia* : Plato fr. 33; Arcesilaus fr. 34.

16.

Idem etiam Periandrum fecisse Hermippus in opere De septem sapientibus narrat.

17.

Anacharsin Sosicrates Athenas concessisse quadragesima septima Olympiade, Eucrate archonte tradit. Porro Hermippus, Solonis ivisse domum, et cuidam ex familia jussisse nuntiaret ei Anacharsim adesse pro foribus, ut illius conspectu et hospitio, si fieri posset, frueretur : servulum intus hæc nuntiasse Soloni, ejusque jussu hoc illi renuntiasse, propriis in regionibus hospites fieri. Hæc Anacharsis statim sic retorsit ut diceret illum nunc esse in patria, atque adeo eum oportere hospites facere. Solon, promptum viri ingenium admiratus ad se continuo admisit et in amicissimis habuit.

18.

Hermippus in opere De septem sapientibus de *alimo* dicit. Epimenidem ait hujus cibarii paullulum quoddam assumentem, sic per totum diem perseverasse. Compositum vero erat ex asphodelo et malva, quo efficiebatur ut neque famem neque sitim sentiret.

Hermippus Callimachus ait etiam in *alimon*, quam vocant, et *adipson* (id est famis sitisque pellendæ remedium) malvam injici, utpote utilissimam.

19.

Tradit Hermippus Pherecydem, quum inter Ephesios atque Magnesios vigeret bellum, cuperetque Ephesios vincere, quendam ex prætereuntibus interrogasse unde esset, et quum se ille Ephesium dixisset, adjecisse, « Trahe me cruribus et in agro Magnesio pone, civibusque tuis annuntia, ut parta victoria me in eo loco sepeliant : Pherecydemque hæc mandasse adjecito. » Hæc ille civibus renuntiavit, qui postridie commisso prælio Magnesios fundunt, victoresque Pherecydem defunctum ibi sepelientes magnifice honorant.

20.

Apud Græcos quoque Eudoxus clarissimus fuit civibusque suis leges conscripsit, ut Hermippus in quarto De septem sapientibus libro refert : scripsit item De astronomia et De geometria et alia quædam digna memoratu opera.



— *Socratici minores* : Alexinus fr. 35; Menedemus fr. 36; Stilpo fr. 37; Antisthenes fr. 38; Menippus fr. 39. — Epicurus fr. 40. — *Aristoteles ejusque schola* : βιβλ. α' Περὶ Ἀριστοτέλους fr. 41. 42; βιβλ. β'. γ'... Περὶ Ἀριστοτέλους (*quibus in libris de discipulis Ar. agebatur*) : Theophrastus fr. 43-46; Lycon fr. 47; Heraclides fr. 48; Callisthenes fr. 49; Demetrius Phal. fr. 50. — *Stoa* : Chrysippus fr. 51; Persæus fr. 52. — II. RHETORES. Gorgias fr. 53; Thucydides fr. 54. — α' Περὶ Ἰσοκράτους fr. 55. 56; β' Περὶ Ἰσοκράτους μαθητῶν : Isæus fr. 57. 58; Demosthenes fr. 59-62; Æsion fr. 63. — γ' Περὶ Ἰσοκρ. μαθητῶν : Hyperides fr. 64. 65; Euthias fr. 66-67; Theocritus fr. 68; Theodectes fr. 69; Lacritus fr. 70; Æschines fr. 72.

## ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΒΙΒΛ. Α'.

21.

Josephus C. Apion. I, 22 : Αὐτοῦ ( τοῦ Πυθαγόρου ) μὲν οὖν οὐδὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα, πολλοὶ δὲ τὰ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασιν, καὶ τούτων ἐπισημώτατός ἐστιν Ἑρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής. Λέγει τοίνυν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Περὶ Πυθαγόρου βιβλίων ὅτι « Πυθαγόρας, ἐνὸς αὐτοῦ τῶν συνουσιαστῶν τελευτήσαντος, τοῦνομα Καλλιφῶντος, τὸ γένος Κροτωνιάτου, τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἔλεγε συνδιατρίβειν αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ καθ' ἡμέραν· καὶ ὅτι παρεκελεύετο μὴ διέρχεσθαι τόπον ἐφ' ὃν ἂν ὄνος ὀκλάσῃ, καὶ τῶν διψίων ὑδάτων ἀπέχεσθαι, καὶ πάσης ἀπέχειν βλασφημίας. » Ἔτα προστίθησι μετὰ ταῦτα καὶ τάδε· « Ταῦτα δ' ἔπραττε καὶ ἔλεγε, τὰς Ἰουδαίων καὶ Θρακῶν δόξας μιμούμενος καὶ μεταφέρων εἰς ἑαυτόν. » Λέγεται γάρ ὡς ἀληθῶς ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος πολλὰ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὐτοῦ μετενεγκεῖν φιλοσοφίαν. Cf. fr. 2.

## DE PYTHAGORA LIB. I.

21.

Ipsam quidem Pythagoram nihil scriptum reliquisse in confesso est, multi tamen de eo retulere, et ex illis celeberrimus est Hermippus, vir circa omnem historiam indagator diligens. Refert utique in primo De Pythagora libro, quod Pythagoras, uno familiarum suorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniata, illius animam dicebat secum degere die noctuque, et quod præciperet ut non transirent locum ubi asinus lapsus esset, et ab aqua sæculenta se averterent, et ab omni maledicto abstinerent. Deinde post hæc et ista adjicit : « Hæc autem faciebat dicebatque, Judæorum ac Thracum opiniones imitans et sibi vindicans. » Vere enim dicitur quod vir ille multa Judæorum instituta in suam philosophiam transtulit.

22.

Pythagoras Mnesarchi annulorum sculptoris filius, ut Hermippus ait, Samius, sive, ut Aristoxenus tradit, Tyr-

22.

Diogenes L. VIII, 1 : Πυθαγόρας Μνησάρχου δακτυλιογλύφου, ὅς φησιν Ἑρμιππος, Σάμιος, ἢ, ὡς Ἀριστόξενος, Τυρρηνὸς ἀπὸ μιᾶς τῶν νήσων ἃς κατέσχον Ἀθηναῖοι Τυρρηνοὺς ἐκβαλόντες. Cf. Menagius ad h. l.

22 a.

Athenæus V, p. 213, F : Καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας τύραννον αὐτὸν ἀναδείξας ὁ φιλόσοφος (Athenio Peripateticus) καὶ τὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἀναδείξας δόγμα περὶ τῆς ἐπιβουλῆς καὶ τί ἠβούλετο αὐτοῖς ἢ φιλοσοφία, ἣν ὁ καλὸς Πυθαγόρας εἰσηγήσατο, καθάπερ ἱστόρησε Θεόπομπος ἐν ὀγδόῃ Φιλιππικῶν καὶ Ἑρμιππος ὁ Καλλιμάχειος.

« Sumpta hæc sunt, exceptis iis, quæ ex Theopompo et Hermippo interserta sunt, ex Posidonii Historiis, quem se deprompturum profitetur Athen. p. 211, E. » LOZYNISK. — « Alluditur h. l. ad historiam relatam Diogeni L. in Pythagora VIII, 39. Tradiderunt quidam, affectasse eum philosophum per insidias tyrannidem; Athenionem (is alibi Aristion nominatur; Peripateticæ scholæ sectator et ex servulo Athenarum tyrannus;) illud exemplum Pythagoricorum renovasse atque etiam imitatum esse, haud dubie significare Athenæus voluit. » CASAUB.

23.

Diog. VIII, 40 : Ἑρμιππος δὲ φησι, πολεμούντων Ἀκραγαντίνων καὶ Συρακοσίων, ἐξελθεῖν τὸν Πυθαγόραν μετὰ τῶν συνήθων καὶ προστῆναι τῶν Ἀκραγαντίνων· τροπῆς δὲ γενομένης περιχάμπτοντα αὐτὸν τὴν τῶν κυάμων χώραν ὑπὸ τῶν Συρακοσίων ἀναιρεθῆναι, τοὺς τε λοιποὺς, ὄντας πρὸς τοὺς πέντε καὶ τριάκοντα, ἐν Τάραντι κατακαυθῆναι, θέλοντας ἀντιπολιτεύεσθαι τοῖς προεστῶσι. Καὶ ἄλλο τι περὶ Πυθαγόρου φησὶν ὁ Ἑρμιππος· [λέγει γὰρ] ὡς γενόμενος ἐν Ἰταλίᾳ κατὰ

rhenus ex una insularum quas ejectis Tyrrenis Athenienses possederunt.

22 a.

Diebus haud multis post tyrannum se ostendit Athenio philosophus et placitum Pythagoreorum de insidiis, quidque ipsis philosophia vellet, quam præclarus Pythagoras, teste Theopompo in Philippicorum libro octavo, et Hermippo Callimachio, introduxit, factis suis comprobavit.

23.

Hermippus ait bello inter Agrigentinos atque Syracusanos exorto Pythagoram exisse cum sociis, Agrigentinis opem laturum; quibus in fugam versis quum agrum fabis consitum vellet circuire, a Syracusanis occisum esse; reliquos vero ad triginta quinque Tarenti fuisse crematos, quum de administranda republica ab iis, penes quos erat summa rerum, dissentirent. Aliud item quiddam de Pythagora Hermippus refert hujusmodi. Ait enim illum, quum in Italiam venisset, subterraneam fecisse domum matricque mandasse quæ acciderent tabulis inscriberet tempusque adnotaret,

γῆς οἰκίσκον ποιῆσαι καὶ τῇ μητρὶ ἐντείλειτο τὰ γινόμενα εἰς δέλτον γράφειν σημειουμένην καὶ τὸν χρόνον, ἔπειτα καθιέναι αὐτῷ ἔστ' ἂν ἀνέλθῃ. Τοῦτο ποιῆσαι τὴν μητέρα. Τὸν δὲ Πυθαγόραν μετὰ χρόνον ἀνελθεῖν ἰσχνὸν καὶ κατεσχελετευμένον· εἰσελθόντα τ' εἰς τὴν ἐκκλησίαν φάσκειν ὡς ἀφίεται ἐξ ἄδου· καὶ δὴ καὶ ἀνεγίνωσκεν αὐτοῖς τὰ συμβεβηκότα. Οἱ δὲ σαινόμενοι τοῖς λεγομένοις ἐδάκρυόν τε καὶ ὄμωζον καὶ ἐπίστευον εἶναι τὸν Πυθαγόραν θεῖόν τινα, ὥστε καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῷ παραδοῦναι, ὡς καὶ μαθησομένας τι τῶν αὐτοῦ· ἃς καὶ Πυθαγορικὰς κληθῆναι. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἑρμιππος. V. Ritter. *Gesch. d. Pythag. Phil.* p. 55 sqq.

### ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΒΙΒΛ. Β'.

#### *De Pythagoreis.*

24.

Diog. VIII, 10 : Ἀπεύχοντο δὲ (οἱ Πυθαγόρειοι) καὶ σοροῦ κυπαρισσίνης διὰ τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον ἐντεῦθεν πεποιῆσθαι, ὡς φησιν Ἑρμιππος ἐν δευτέρῳ Περὶ Πυθαγόρου. Cf. Iamblich. *Vit. Pyth.* 155.

#### 25. ΦΙΛΟΛΑΟΣ.

Idem. VIII, 85 : Γέγραφε δὲ (Φιλόλαος) βιβλίον ἐν, ὃ φησιν Ἑρμιππος λέγειν τινὰ τῶν συγγραφέων Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον παραγενόμενον εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον ὠνήσασθαι παρὰ τῶν συγγενῶν τοῦ Φιλολάου ἀργυρίου Ἀλεξανδρινῶν μνῶν τετταράκοντα καὶ ἐντεῦθεν μεταγεγραφέναι τὸν Τίμαιον. Cf. Satyrus ap. Diog. III, 19. VIII, 15; Tzetzes *Hist.* X, 797. XI, 42; Bœckh. in libro *De Philolao*; Ritter. I. I. p. 71.

deinde sibi demitteret donec supra terram exiret : id matrem fecisse. Post aliquod tempus ascendisse Pythagoram exsiccatum ac macie confectum, advocataque concione dixisse ex inferis se ascendere; quin etiam recitasse quicquid evenisset. Eos vero iis quæ dicebantur affectos in lacrimas ejulatusque prorupisse, Pythagoramque jam divinum quendam existimantes uxores suas illi in disciplinam tradidisse, ut quippiam ex ejus doctrina addicerent; easque Pythagoricas vocatas esse. Hæc Hermippus.

### DE PYTHAGORA LIB. II.

24.

Abstinebant Pythagorei ab sandapila cupressina, quod inde sceptrum Jovis factum esset, ut Hermippus ait in secundo *De Pythagora*.

25.

Scriptit Philolaus librum unum, quem Hermippus scriptorem quendam dixisse refert Platonem philosophum, quum in Siciliam ad Dionysium profectus esset, emisse a Philolai consanguineis argenti minis Alexandrinis quadraginta, atque inde transcripsisse Timæum.

#### 26. ΔΙΟΔΩΡΟΣ.

Athenæus IV, p. 163, E : Ἦν δ' ὁ Διόδωρος οὗτος τὸ μὲν γένος Ἀσπένδιος· Πυθαγορικὸς δὲ δόξας εἶναι, ὑμῶν τῶν κυνικῶν τρόπον ἔζη, κομῶν καὶ ῥυπῶν καὶ ἀνυποδετῶν. Ὅθεν καὶ Πυθαγορικὸν τὸ τῆς κόμης ἔδοξαν εἶναι τινες, ἀπὸ τοῦ Διοδώρου προαχθέν, ὡς φησιν Ἑρμιππος.

#### 27. ΕΜΠΕΔΟΚΛΗΣ.

Diogenes VIII, 21 : Ἐμπεδοκλῆς, ὡς φησιν Ἰππόβοτος, Μέτωνος ἦν υἱὸς τοῦ Ἐμπεδοκλέος, Ἀκραγαντίνος. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν, ἐπίσημον ἄνδρα γεγονέναι τὸν Ἐμπεδοκλέα τὸν πάππον τοῦ ποιητοῦ. Ἀλλὰ καὶ Ἑρμιππος τὰ αὐτὰ τούτῳ φησίν. « Similiter Eudocia in *Violario* p. 169 Villosis. : Ὁμοίως δὲ Ἡρακλείδης καὶ Ἑρμιππος τὰ αὐτὰ τούτοις λέγουσι. Cf. Suidas v. Ἐμπεδ. et Hesych. » LOZYNSKI.

Idem VIII, 56 : Ἑρμιππος δ' οὐ Παρμενίδου, Ξενοφάνους δὲ γεγονέναι ζηλωτὴν (sc. Ἐμπεδοκλέα), ὃ καὶ συνδιατρίψαι καὶ μιμήσασθαι τὴν ἐποποιίαν· ὕστερον δὲ τοῖς Πυθαγορικοῖς ἐντυχεῖν.

Idem VIII, 69 : Ἑρμιππος δὲ φησὶ Πάνθειάν τινα Ἀκραγαντίνην ἀπηλπισμένην ὑπὸ τῶν ἰατρῶν θεραπεῦσαι αὐτὸν καὶ διὰ τοῦτο τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖν· τοὺς δὲ κληθέντας εἶναι πρὸς τοὺς ὀγδοήκοντα. Cf. Heraclides ap. Diog. VIII, 67.

#### 28. ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ.

Idem IX, 4, de Heraclito aqua intercute laborante : Ἑρμιππος δὲ φησὶ λέγειν αὐτὸν τοῖς ἰατροῖς εἶ τις δύναται τὰ ἔντερα πιέσας τὸ ὑγρὸν ἐξεραῖσαι· ἀπει-

26.

Fuit Diodorus hic genere Aspendius, qui quum Pythagoreus vellet videri, Cynicorum more vixit, capillatus et sordidus et discalceatus : unde etiam ipsum hoc, comam alere, Pythagoricum esse nonnulli arbitrati sunt, quum quidem ab Diodoro illo sit introductum, ut ait Hermippus.

27.

Empedocles, ut ait Hippobotus, Metonis filii Empedoclis filius fuit, Agrigentinus. Idem et Timæus refert in decimo quinto *Historiarum* libro, insignem fuisse virum Empedoclem poetæ avum. Sed et Hermippus eadem cum illo ait.

Hermippus Empedoclem non Parmenidis, verum Xenophanis fuisse imitatore[m] tradidit, quocum diu versatus ejusque carmina imitatus esset; postmodum autem Pythagoreis congressum esse.

Hermippus Empedoclem, quum Pantheam quandam Agrigentinam desperatam a medicis curasset, hostias ob id litasse : qui vero invitati erant, ad octoginta ferme fuisse.

28.

Hermippus refert Heraclitum medicis dixisse, num posset quispiam pressis intestinis humorem exhaurire; negan-

πόντων δὲ, θεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν ἥλιον καὶ κελεύειν τοὺς παῖδας βολίτοις καταπλάττειν· οὕτω δὲ κατατεινόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ. Cf. Dioscor. II, 185; schol. Aristoph. Vesp. 993; M. Antonin. III, 3; Tatian. Or. ad Gr. p. 245 ed. Paris. 1742; Neanthes fr. 11.

### 29. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.

Diog. IX, 43 : Τελευτῆσαι δὲ τὸν Δημόκριτόν φησιν Ἑρμιππος τοῦτον τὸν τρόπον. Ἡδὴ ὑπὲρ γῆρων ὄντα πρὸς τῷ καταστρέφειν εἶναι. Τὴν οὖν ἀδελφὴν λυπεῖσθαι ὅτι ἐν τῇ τῶν Θεσμοφορίων ἐορτῇ μέλλοι τεθνήξαι καὶ τῇ θεῷ τὸ καθῆκον αὐτῇ οὐ ποιήσῃ· τὸν δὲ θαρρεῖν εἰπεῖν καὶ κελεῦσαι αὐτῷ προσφέρειν ἄρτους θερμούς δσημέραι. Τούτους δὲ ταῖς ῥίσι προσφέρων διεκράτησεν αὐτὸν τὴν ἐορτήν· ἐπεὶ δὲ παρῆλθον αἱ ἡμέραι, τρεῖς δ' ἦσαν, ἀλυπότατα τὸν βίον προήκατο, ὡς φησιν Ἰππάρχος, ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιούς. Eadem fere Suidas v. Δημοκρ., et Eudocia p. 135.

### 30. ΖΗΝΩΝ ΕΛΕΑΤΗΣ.

Idem IX, 27 : Ἑρμιππος δὲ φησιν εἰς ὄλμον αὐτὸν βληθῆναι καὶ κατακοπῆναι.

### 31. ΑΝΑΞΑΓΟΡΑΣ.

Idem II, 13 : Ἑρμιππος δ' ἐν τοῖς Βίοις φησὶν ὅτι καθεύχθη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τεθνηξόμενος. Περικλῆς δὲ παρελθὼν εἶπεν εἴ τι ἔχουσιν ἐγκαλεῖν αὐτῷ κατὰ τὸν βίον· οὐδὲν δὲ εἰπόντων, « Καὶ μὴν ἐγὼ, » ἔφη, « τούτου μαθητὴς εἰμι· μὴ οὖν διαβολαῖς ἐπαρθέντες ἀποκτείνητε τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐμοὶ πεισθέντες ἄφετε. » Καὶ ἀφείθη· οὐκ ἐνεγκῶν δὲ τὴν ὕβριν ἑαυτὸν ἐξήγαγεν.

### 32. ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

Idem II, 38 : Ἀπηνέγκατο μὲν οὖν τὴν γραφὴν ὁ Μέλητος, εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύευκτος, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ· συνέγραψε δὲ τὸν λόγον

Πολυκράτης ὁ σοφιστὴς, ὡς φησιν Ἑρμιππος, ἢ Ἄνυτος, ὡς τινες· προητοίμασε δὲ πάντα Λύκων ὁ δημαγωγός.

« Lapsum esse Hermippum ipse jam sensit Diogenes. Adstipulatur enim Favorino (ibid.), qui veram esse Polycratis orationem in Socratem negat, propterea quod in ea meminerit murorum, sexto post mortem Socratis anno a Conone instauratorum. — Observavit hoc primus Vales. De critic. lib. I, c. XI, et post hunc Bentl. Diss. de Epist. Socrat. p. 50. Fuit Polycratis oratio in Socratem nonnisi exercitatio sophistica, qualem scripsit pro Clytæmnestra et pro Busiride, uti novimus ex Isocratis oratione Βούσιρις inscripta p. 222 ed. Steph. Facile autem Hermippo evenire potuit, ut, quum illam Polycratis orationem fama tantum cognovisset, legissetve parum attente, dicam pro vera haberet. Quod vitium sagacior et cautior evitavit Favorinus. Ita facillime, et uti rei maxime est consentaneum, illud expedit Bentleius. Verum Luzacius in Lect. Att. II, 6, p. 129 sqq. et p. 152 sqq. malevolum Peripatetici animum, negligentiam et stuporem in hoc errore castigavit; siquidem eo et Socrates et Polycrates infamati fuerint. — Eodem modo, quo Hermippus, ipsius forte auctoritatem secuti, in errorem inducti sunt Themistius Orat. XXIII, Suid. s. v. Πολυκράτης, Quintil. Inst. Orat. II, 17, 4, vol. I, p. 375 sq., et II, 1, 11, vol. I, p. 426 ed. Spalding. (quem consule), Ælian. Var. Hist. XI, 10 (cf. ibi Perizon.), allegati a Menagio ad h. l. Cf. Voss. De Hist. Gr. I. 15. » LOZYSKI.

### 33. ΠΛΑΤΩΝ.

Idem III, 2 : Τελευτᾶ δ' ὡς φησιν Ἑρμιππος, ἐν γάμοις δειπνῶν, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, βιούς ἔτος ἐν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα.

tibus autem, se ipsum solis objecisse radiis ac jussisse pueris boum fimo se oblinere; ita vero distentum altero die obiisse sepultumque in foro esse.

### 29.

Mortuum esse Democritum tradit Hermippus in hunc modum. Quum jam ex senio deficeret et propinquus videretur morti esse, mœrentem sororem, quod in celebritate Thesmophoriorum esset moriturus ipsaque deæ (Cereri) vota exsolvere nequiret, bono animo esse jussit, panesque calidos sibi quotidie afferre. Eos igitur naribus quum admovisset, vivum se, dum ea celebritas transiret, servavit: ubi vero dies illi transierunt (tres autem erant) quietissime ac minimo dolore conclusit vitam, ut Hipparchus ait, centesimo et nono ætatis anno.

### 30.

Hermippus Zenonem Eleaten in mortarium injectum contusumque fuisse ait.

### 31.

Hermippus in Vitis Anaxagoram in carcerem conjectum ad supplicium tradit: quo facto Pericles prodiit ad populum quæsitique eequid haberent in ejus vita quod criminarentur; quum nihil illi respondissent, « Atqui ego, inquit, discipulus istius sum: nolite igitur iniquis calumniis inducti illum perdere, verum mihi illum condonate. » Et absolutus est. Hanc tamen ille injuriam ægre tulit, ac sponte decessit.

### 32.

Et Meletus quidem apud iudices Socratem accusavit; peroravit vero accusationem Polyeuctus, ut ait Favorinus in Omnigena historia: orationem Polycrates sophista scripsit, ut Hermippus refert, sive, ut quidam volunt, Anytus; præparavit autem omnia Lycon orator.

### 33.

Moritur Plato, ut Hermippus tradit, primo anno centesimæ octavæ Olympiadis, in nuptiis discumbens, octogesimum et primum ætatis agens annum.

« Senio solo confectum obiisse, narrat Seneca Ep. 58; scribentem, Cicero De senect. V, quem sequitur Heinr. Ritter. *Gesch. der Philos.* P. II, p. 159. Sunt qui eum morbo pediculari, eodem quo Pherecydes, mortuum dicant. Diog. L. III, 40. Cf. Brucker. *Hist. crit. Phil.* vol. I. p. 653. Stanley Hist. Ph. P. IV, cap. XII. Ex Senecæ supra laudati verbis « natali suo decessit, annum unum et octogesimum implevit sine ulla deductione, » suspicatur Clinton. in *Fast. Hellen.* anno 347, Hermippi verba aut corrupta aut male reddita esse a Diogene pro ἐν γενεθλίοις δειπνῶν. Sed nihil potest decerni. Simile fertur Theophrasti fatum; quum enim in nuptiis discipulorum cujusdam quandam sibi indulgeret otii veniam, ea mortis ipsius fuit occasio. Suid. s. v. Θεόφρ. Mortem oppetiit Plato Theophilo archonte, uti refert Apollodorus in *Chronicis* (ap. Diog. L. V, 9), cum Hermippo consentiens: τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ Θεοφίλου. Non alterius fide et opera, quam Hermippi Smyrnæi usum esse Apollodorum, contendit Menag. ad nostrum Laertii locum; sed fortasse uterque alius antiquioris scriptoris, nescio an non Demetrii Phal., nititur auctoritate. Quodsi Hermippum et Apollodorum sequamur, natus est Plato Ol. LXXXVIII, 1; a. C. 429. Sed refragantur aliorum testimonia, annum quidem, quo natus sit Plato, haud constituentium, sed variantium numerum, quot vixerit, annorum. Athenæus V, p. 217, eum duo et octoginta annos vixisse asserit; itidem Valer. Max. VIII, 7; secundum quos natus est Ol. LXXXVII, 4, et quidem 21 vel 22 Maii. Vid. Ideler *Handb. der Chronolog.* I, p. 336 sq.; Clinton. *Fasti Hellen.* s. a. 429. Restat denique Neanthes, qui unus dicit, Platonem τετάρων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἑτῶν: igitur natum Ol. LXXXVII, 1; 432 a. C., cujus auctoritati, observatione nisus Marquardi Gudii, tantum tribuit Menagius l. l., ut ejus testimonium unice verum existimet. » LOZYNSKI.

## 34.

Obiit Arcesilas, ut Hermippus ait, quum merum immodice hausisset ac delirasset, septuagesimo et quinto ætatis anno, acceptus Atheniensibus ut nemo alius.

## 35.

Alexinum ait Hermippus ex Elide Olympiam profectum ibique philosophatum. Discipulis autem rogantibus cur illic moraretur, dixisse velle se sectam instituere quam Olympicam vocaret. Illos vero, quum rerum necessariarum penuria et præterea insalubri loco affligerentur, ab eo recessisse, jamque Alexinum solum ac desertum uno tantum famulo comite ibi remoratum. Postea dum nataret in Alpheo flumine, arundinis cuspidē læsum vita excessisse.

## 34. ΑΡΚΕΣΙΛΑΣ.

Diog. IV, 44: Ἐτελεύτησε δὲ (Ἀρκεσίλας), ὡς φησὶν Ἑρμιππος, ἄκρατον ἐμφορῆθεις πολλὸν καὶ παρὰ κόψας, ἤδη γεγονὼς ἔτος πέμπτον καὶ ἑβδομηκοστὸν, ἀποδεχθεὶς πρὸς Ἀθηναίων ὡς οὐδείς.

Ex Diogene sua Suidas v. Ἀρκεσίλ. — « Αἰσχρολογίας argumentum in hac Hermippi narratione invenisse sibi visus est Luzac. *Lect. Att.* II, 19, p. 207, et ab Hermippo æque profecta arbitratur, quæ apud Laertium l. l. de luxuria Arcesilai, de ejus consuetudine cum scortis Eliensibus reperiuntur, tum quod fuerit φιλομειράκιός τις καὶ καταφερῆς, ut eum ex Aristonis Chii schola Stoici dixerint φθορέα τῶν νέων καὶ κιναιδολόγον. Incidit Arcesilai mors in Ol. 84, 4. » LOZYNSKI.

## 35. ΑΛΕΞΙΝΟΣ.

Idem II, 109: Φησὶ δ' Ἑρμιππος περὶ αὐτοῦ (Ἀλεξίνου) ὡς ἄρα ἀπελθὼν ἐκ τῆς Ἡλίδος εἰς Ὀλυμπίαν αὐτόθι φιλοσοφῆν. Τῶν δὲ μαθητῶν αὐτοῦ πυνθανομένων διὰ τί τῆδε κατοικεῖ, φάναι βούλεσθαι αἰρεσιν συστήσασθαι ἣν Ὀλυμπικὴν κληθήσεσθαι. Τοῦς δὲ καὶ τοῖς ἐφοδίοις ὀλιβομένους καὶ τὸ χωρίον νοσερὸν καταγόντας ἀπελθεῖν, καὶ τοῦ λοιποῦ διατρίβειν ἔρημον τὸν Ἀλεξίνον σὺν οἰκέτῃ μόνῳ· ἔπειτα μέντοι νηχόμενον ἐν τῷ Ἀλφειῷ νυχθῆναι καλάμῳ καὶ οὕτω τελευτῆσαι.

## 36. ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ.

Idem II, 141: Ἠγάπα δὲ αὐτὸν καὶ Ἀντίγονος καὶ μαθητὴν ἀνεκέρυττεν αὐτόν. Καὶ ἠνίκα ἐνίκα τοὺς βαρβάρους περὶ Λυσιμαχίαν, γράφει ψήφισμα αὐτῷ Μενέδημος ἀπλοῦν τε καὶ ἀκόλακον, οὗ ἡ ἀρχή· « Οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ πρόβουλοι εἶπον. Ἐπειδὴ βασιλεὺς Ἀντίγονος μάχῃ νικήσας τοὺς βαρβάρους παραγίνεται εἰς τὴν ἰδίαν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα πράσσει κατὰ γνώμην· ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. » Διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὴν ἄλλην φιλίαν ὑποπτειθεὶς προδιδόναι τὴν πόλιν αὐτῷ, διαβάλλοντος Ἀριστοδήμου ὑπεξῆλθε· καὶ διέτριβεν ἐν Ὠρωπῷ ἐν τῷ τοῦ Ἀμφιάρεω ἱερῷ· ἐνθα χρυσῶν πο-

## 36.

Erat Menedemi in primis studiosus Antigonus, seque ipsius discipulum esse prædicabat. Et quum barbaros fudisset circa Lysimachiam, decretum ei scripsit simplex atque ab assentatione alienum, cujus initium est: « Prætores et probuli dixerunt: Quoniam Antigonus rex proelio domitis barbaris advenit in regnum, eique prospere cuncta succedunt, visum est senatui ac plebi. » Horum igitur gratia et præterea propter summam cum illo amicitiam, quod illi civitatem proderet suspectus habitus, insimulante Aristodemus, clam exiit atque Oropi moratus est in Amphiarai delubro. Ibi quum periissent aurei calices, ut Hermippus ait, communi Bæotorum decreto loco migrare jussus est.

τηρίων ἀπολομένων, καθά φησιν Ἑρμιππος, δόγματι κοινῶ τῶν Βοιωτῶν ἐκελεύσθη μετελθεῖν. Ἐντεῦθεν ἀθυμῆσας λαθραίως παρεισδύς εἰς τὴν πατρίδα καὶ τὴν τε γυναῖκα καὶ τὰς θυγατέρας παραλαβὼν, πρὸς Ἀντίγονον ἔλθων ἀθυμῶ τὸν βίον κατέστρεψε. *Aliter de his Heraclides Lembus ap. Diog. II, 143.*

## 37. ΣΤΙΛΠΩΝ.

Diog. II, 120 : Γηραιὸν δὲ (Στίλπωνα) τελευτῆσαι φησιν Ἑρμιππος, οἶνον προσενεγκάμενον ὅπως θάττον ἀποθάνῃ. *Cf. Cicero De fato c. 5.*

Suidas : Φιλίσκος Αἰγινήτης, ὁ διδάξας γράμματα Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα· αὐτὸς δ' ἀκουστής ἦν τοῦ κυνὸς Διογένους, κατὰ δ' Ἑρμιππον, Στίλπωνος. *Locum hunc omisit Lozynski.*

## 38. ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Idem VI, 2 : Φησὶ δ' Ἑρμιππος ὅτι προείλετο (Ἀντισθένης) ἐν τῇ τῶν Ἰσθμίων πανηγύρει ψέξαι τε καὶ ἐπαινέσαι Ἀθηναίους, Θηβαίους, Λακεδαιμονίους· εἶτα μέντοι παραιτήσασθαι ἰδόντα πλείους ἐκ τῶν πόλεων ἀφιγμένους.

## 39. ΜΕΝΙΠΠΟΣ.

Idem VI, 99 : Φησὶ δ' Ἑρμιππος ἡμεροδανειστὴν αὐτὸν (τὸν Μένιππον) γεγονέναι καὶ καλεῖσθαι· καὶ γὰρ ναυτικῶ τόκῳ δανείζειν καὶ ἐξενεχυριάζειν, ὥστε πάνπλειστα χρήματα ἀθροίζειν· τέλος δ' ἐπιβουλευθέντα πάντων στερηθῆναι καὶ ὑπ' ἀθυμίας βρόχῳ τὸν βίον μεταλλάξαι.

*Inde profectus mœrens et patriam clanculum ingressus, abductis secum uxore ac filiabus, se ad Antigonum contulit, ibique mœrore absumptus est.*

37.

*Stilponem senem obiisse Hermippus testis est, hausto prius vino, ut citius moreretur.*

38.

*Hermippus ait Antisthenem in celebritate Isthmiorum et vituperare et laudibus efferre voluisse Athenienses, Thebanos, Lacedæmonios; deinde id devitasse, conspecto plurimos ex istis civitatibus confluisse.*

39.

*Refert Hermippus Menippum pecuniam in diem fœnerari solitum fuisse, atque hinc fœneratorem nominatum esse: etenim fœnus nauticum exercuisse et cepisse pignora, unde maximas opes coegisse: tandem dolo omnibus esse exspoliatum ac præ mœrore vitam laqueo finivisse.*

40.

*Grammaticam Epicurum docuisse primum ac demum lectis Democriti libris philosophiæ dedisse operam Hermippus auctor est; atque ob id Timonem de illo dicere:*

## 40. ΕΠΙΚΟΥΡΟΣ.

Idem X, 2 : Φησὶ δ' Ἑρμιππος γραματοδιδάσκαλον αὐτὸν (Epicurum) γεγενῆσθαι, ἔπειτα μέντοι περιτυχόντα τοῖς Δημοκρίτου βιβλίοις ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀτταί· διὸ καὶ τὸν Τίμωνα φάσκειν περὶ αὐτοῦ·

*Ἰστατος αὖ φυσικῶν καὶ κύντατος ἐκ Σάμου ἔλθων γραμμαδιδασκαλίδης ἀναγωγότατος ζώντων.*

*De Epicuro fontibus Democriti hortulos suos irrigante cf. Cicero De nat. deor. I, 43, et I, 26.*

Idem X, 15 : Τελευτῆσαι δ' αὐτὸν λίθῳ τῶν οὐρῶν ἐπισχεθέντων, ὡς φησι καὶ Ἑρμαρχος ἐν Ἐπιστολαῖς, ἡμέρας νοσήσαντα τεσσαρεςκαίδεκα. Ὅτε καὶ φησιν Ἑρμιππος ἐμβάντα αὐτὸν εἰς πύελον χαλκῆν κεκραμένην ὕδατι θερμῷ καὶ αἰτήσαντα ἄκρατον ῥοφήσαι· τοῖς τε φίλοις παραγγείλαντα τῶν δογμάτων μεμνησθαι, οὕτω τελευτῆσαι. *Hunc locum a Lozynskio omissum indicavit Prellerus.*

## ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΒΙΒΛ. Α΄.

41.

Idem V, 1 : Ἀριστοτέλης Νικομάχου καὶ Φαιστιάδος Σταγειρίτης. Ὁ δὲ Νικόμαχος ἦν ἀπὸ Νικομάχου τοῦ Μαχάονος τοῦ Ἀσκληπιοῦ, καθά φησιν Ἑρμιππος ἐν τῷ Περὶ Ἀριστοτέλους.

Idem V, 2 : Φησὶ δὲ καὶ Ἑρμιππος ἐν τοῖς Βίοις ὅτι πρεσβεύοντος αὐτοῦ πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ Ἀθηναίων σχολάρχης ἐγένετο τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ σχολῆς Ξενοκράτης· ἔλθόντα δὲ αὐτὸν καὶ θεασάμενον ὑπ' ἄλλῳ τὴν σχολὴν, ἐλέσθαι περίπατον τὸν ἐν Λυκείῳ καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀνακάμπτοντα τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν· ὅθεν περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι.

*Ultimus ex physicis et pessimu', cui Samus altrix, grammaticæ doctor, hominumque rudissimu' longe.*

*Obiisse Epicurum calculo urinæ exitum impediante Hermarchus in Epistolis ait, morbo quattuordecim diebus fatigatum. Quo etiam tempore tradit Hermippus descendisse illum in pelvim æream aquis calentibus plenam petiissequemerum sibi ad sorbendum dari, atque hortatum amicos ut ipsius decretorum memores essent, ita defecisse.*

## DE ARISTOTELE, LIB. I.

41.

*Aristoteles, Nicomachi Phæstiadisque filius, Stagiritis fuit. Porro Nicomachus a Nicomacho Machaonis filio Æsculapiique nepote originem duxit, ut Hermippus in eo libro quem de Aristotele scripsit, tradit.*

*Refert Hermippus in Vitis, quum Atheniensium legatus ad Philippum proficisceretur Aristoteles, Academicæ scholæ præfectum fuisse Xenocratem: quum vero reversus esset scholamque sub alio vidisset, elegisse in Lyceo peripatum (ambulacrum), illicque usque ad unctionem deambulando cum discipulis philosophari solitum, atque inde Peripateticum appellatum esse.*

42.

Athenæus XIII, p. 589, C : Ἀριστοτέλης δ' ὁ Σταγειρίτης οὐκ ἔξ Ἑρπυλλίδος τῆς ἐταίρας ἐπαιδοποίησε Νικόμαχον, καὶ συνῆν ταύτῃ μέχρι θανάτου; ὡς φησιν Ἑρμιππος ἐν τῷ Περὶ Ἀριστοτέλους πρώτῳ, ἐπιμελείας φάσκων τῆς δεούσης τετυχηκέναι ἐν ταῖς τοῦ φιλοσόφου διαθήκαις.

Idem XV, p. 696, F : Παιὰν δ' ἐστὶ καὶ ὁ εἰς Κράτερον τὸν Μακεδόνα γραφεὶς, ὃν ἐτεκτήνατο Ἀλεξίνος ὁ διαλεκτικὸς, ὡς φησιν Ἑρμιππος ὁ Καλλιμάχειος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Ἀριστοτέλους· ἄδεται δὲ καὶ οὗτος ἐν Δελφοῖς, λυρίζοντός γέ τινος παιδός. Ansam hujus rei memorandæ dedit Aristotelis in Hermiam pæan notissimus, monente Lozynskio. Cf. Athenæus XV, p. 701, C.

### ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΒΙΒΛ. Β'. (Γ...)

(*De discipulis Aristotelis.*)

#### 43. ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Athenæus I, p. 21, A : Ἑρμιππος δὲ φησὶ Θεόφραστον παραγίνεσθαι εἰς τὸν περίπατον καθ' ὥραν λαμπρὸν καὶ ἐξησκημένον, εἶτα καθίσαντα διατίθεσθαι τὸν λόγον, οὐδεμιᾶς ἀπεχόμενον κινήσεως οὐδὲ σχήματος ἑνός· καὶ ποτε, ὀψοφάγον μιμούμενον, ἐξείραντα τὴν γλῶσσαν περιλείχειν τὰ χεῖλη.

44.

Diogenes V, 41 : Φαβωρίνος δὲ φησὶ γηράσαντα αὐτὸν (τὸν Θεόφραστον) ἐν φορείῳ περιφέρεσθαι· καὶ τοῦτο λέγειν Ἑρμιππον, παρατιθέμενον ἱστορεῖν Ἀρκεσίλαον τὸν Πιταναῖον ἐν οἷς ἔφασκε πρὸς Λακύδην τὸν Κυρηναῖον.

42.

Aristoteles Stagiritæ nonne ex Herpyllide meretrice genuit Nicomachum, cum eaque ad mortem usque cohabitavit? Ita enim Hermippus libro primo De Aristotele tradit, aiens philosophum in testamento suo curam, quam par erat, hujus mulieris habuisse.

Est etiam pæan carmen illud quod in Craterum Macedonem scriptum est, auctore Alexino dialectico, ut ait Hermippus Callimachus, primo libro De Aristotele.

### DE ARISTOTELE, LIB. II. (III...)

43.

Hermippus ait Theophrastum in Peripato adesse ad horam solitum nitido et exquisito corporis cultu; quumque adsedisset, orationem ita peregisset, ut ne ullo quidem corporis motu, nec ulla gesticulatione abstineret. Itaque cattillonem quum aliquando imitaretur, exserta lingua circumlinxisse labia.

44.

Refert Favorinus Theophrastum jam senem lectica cir-

45.

Idem II, 55 : Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ὅτι ἐγκώμια καὶ ἐπιτάφιον Γρύλλου μυρίοι ὄσοι συνέγραψαν, τὸ μέγρος καὶ τῷ πατρὶ χαριζόμενοι· ἀλλὰ καὶ Ἑρμιππος ἐν τῷ Περὶ Θεοφράστου καὶ Ἰσοκράτην φησὶ Γρύλλου ἐγκώμιον γεγραφέναι.

46.

Athenæus VI, p. 252, C : Ἀττάλου δὲ τοῦ βασιλέως ἐγένετο κόλαξ καὶ διδάσκαλος Λυσίμαχος, ὃν Καλλιμάχος μὲν Θεοδώρειον ἀναγράφει, Ἑρμιππος δ' ἐν τοῖς Θεοφράστου μαθηταῖς καταλέγει. Callimachi mentio ex ipso fluxerit Hermippo. Nam dubium vix est quin recte statuat Prellerus, Hermippum hoc maxime egisse, ut ea quæ Callimachus magister in opere Περὶ τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, paucis annotaverat, exponeret fusius, et quæ minus recte posita erant, definiret accuratius. Ceterum de Lysimacho cf. quæ monui in introduct. ad fragm. Neanthis.

#### 47. ΛΥΚΩΝ.

Diogenes V, 67 : Ἦν δὲ καὶ καθαρῶτατος τὴν στολήν (ὁ Λύκων), ὡς ἀνυπερβλήτῳ χρῆσθαι μαλακότητι ἱματίων, καθά φησιν Ἑρμιππος. Cf. Antigonus Caryst. ap. Athen. XII, p. 547, A, D; 548, B; Cicero Tusc. III, 32; De fin. V, 5.

#### 48. ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ Ο ΠΟΝΤΙΚΟΣ.

Idem V, 91 : Ἑρμιππος δὲ λιμοῦ κατασχόντος τὴν χώραν φησὶν αἰτεῖν τοὺς Ἡρακλεώτας τὴν Πυθίαν λύσιν· τὸν δὲ Ἡρακλεΐδην διαφθεῖραι χρήμασι τοὺς θεωροὺς καὶ τὴν προειρημένην, ὥστ' ἀνειπεῖν ἀπαλλαγῆσεσθαι τοῦ κακοῦ, εἰ ζῶν μὲν Ἡρακλεΐδης ὁ Εὐθύ-

cumferri solitum: idque dicere Hermippum, eumque id ex Arcesilai Pitanæi Historia sumpsisse inter ea verba quæ ad Lacydem Cyrenensem habuit.

45.

Refert Aristoteles Grylli encomia et epitaphia innumeros scripsisse, partem laudum patri gratificantes. Isocratem quoque Grylli encomium conscripsisse Hermippus testis est quo loco de Theophrasto dicit.

46.

Attali regis assentator et magister fuit Lysimachus, quem Callimachus Theodorum in tabulis suis scribit, Hermippus vero inter Theophrasti discipulos recenset.

47.

Erat Lyco mundissimus cultu, adeo ut vestium incredibili mollitie ac nitore uteretur, ut Hermippus refert.

48.

Hermippus Heracleotas tradit, quum fames vastaret regionem, liberationem mali ex Pythia quæsiisse. Porro Heraclidem et theoros et quam memoravimus Pythiam corrupisse pecuniis, ut dicerent tum demum eos levatum iri

φρονος χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθείη πρὸς αὐτῶν, ἀποθανῶν δὲ ὡς ἤρωσ τιμῶτο. Ἐχομίσθη ὁ δῆθεν χρησμὸς καὶ οὐδὲν ὄναντο οἱ πλάσαντες αὐτόν· αὐτίκα γὰρ ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανούμενος ὁ Ἡρακλείδης ἀπόπληκτος ἐγένετο, οἳ τε θεωροὶ καταλευσθέντες διεφθάρησαν· ἀλλὰ καὶ ἡ Πυθία τὴν αὐτὴν ὥραν κατιοῦσα ἐς τὸ ἄδυτον καὶ ἐπιστάσα ἐν τῶν δρακόντων δηχθεῖσα παραχρῆμα ἀπέπνευσε. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ τοσαῦτα.

## 49. ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΗΣ.

Plutarch. Alex. c. 53, 2 : Λέγεται δὲ ποτε πολλῶν παρακεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐπαινέσαι κελευσθεῖς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου Μακεδόνας ὁ Καλλισθένης οὕτως εὐροῆσαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, ὥστε ἀνισταμένους κροτεῖν καὶ βάλλειν τοὺς στεφάνους ἐπ' αὐτόν· εἰπεῖν οὖν τὸν Ἀλέξανδρον, ὅτι, κατ' Εὐριπίδην, τὸν λαβόντα τῶν λόγων

καλὰς ἀφορμὰς οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν.

« Ἄλλ' ἐνδειξαι, φάναι, τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἡμῖν κατηγορήσας Μακεδόνων, ἵνα καὶ βελτίους γένωνται μαθόντες ἢ πλημμελοῦσιν. » Οὕτω δὲ τὸν ἄνδρα πρὸς τὴν παλινωδίαν τραπόμενον πολλὰ παρρησιάσασθαι κατὰ τῶν Μακεδόνων καὶ τὴν Ἑλληνικὴν στάσιν αἰτίαν ἀποφήναντα τῆς γενομένης περὶ Φίλιππον αὐξήσεως καὶ δυνάμεως εἰπεῖν·

Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔλλαχε τιμῆς·

ἐφ' ᾧ πικρὸν καὶ βαρὺ ἐγγενέσθαι μῖσος τοῖς Μακεδόσι, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἰπεῖν, ὡς οὐ τῆς δεινότητος ὁ Καλλισθένης, ἀλλὰ τῆς δυσμενείας Μακεδόσιν ἀποδείξιν δέδωκε. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἑρμιππὸς φησι τὸν

ἀναγνώστην τοῦ Καλλισθέους Στραϊβὸν Ἀριστοτέλει διηγείσθαι, τὸν δὲ Καλλισθένην συνέντα τὴν ἀλλοτριότητα τοῦ βασιλέως δις ἢ τρίς ἀπιόντα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν·

Κάθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

« Uti ex Luzacii disputatione colligere licet (Lect. Att. II, 14, p. 188 sq.), hoc ex Callisthenis Vita fragmentum jam inde a cap. 52 initium capit, siquidem verba : ἰδίαν τινὰ πορευόμενον ἐξ ἀρχῆς ὁδὸν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ δόξαν εἰληφότα ὑπεροψίας καὶ ὀλιγωρίας τῶν συνήθων, quæ sunt in init. capitis, allegata, ut livorem Callisthenis in Anaxarchum denotarent, ex Hermippi mente emanasse Luzacio videntur. Non nego, sed orationis habitu eos mihi tantum fines descriptos existimavi, quos secutus sum in delibandis ex Plutarcho verbis. » LOZYSKI. Plura dedimus in Introduct. ad fr. Callisth. p. 3 sqq.

## 50. ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ Ο ΦΑΛΗΡΕΥΣ.

Diogenes V, 78 : Φησὶ δ' αὐτὸν Ἑρμιππος μετὰ τὸν Κασάνδρου θάνατον φοβηθέντα Ἀντίγονον παρὰ Πτολεμαῖον ἐλθεῖν τὸν Σωτῆρα· κάκει χρόνον ἱκανὸν διατρίβοντα συμβουλεύειν τῷ Πτολεμαίῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὴν βασιλείαν τοῖς ἐξ Εὐρυδίκης περιθεῖναι παισί. Τοῦ δὲ οὐ πεισθέντος, ἀλλὰ παραδόντος τὸ διάδημα τῷ ἐκ Βερενίκης, μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἀξιοθῆναι πρὸς τούτου παραφυλάττεσθαι ἐν τῇ χώρᾳ μέχρι τι δόξει περὶ αὐτοῦ. Ἐνταῦθα ἀθυμότερον διῆγε· καὶ πῶς ὑπνώτων ὑπ' ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς τὸν βίον μεθῆκε. Καὶ θάπτεται ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῶ πλησίον Διοσπόλεως.

incommodis, si et vivum Heraclidem Euthyphronis filium aurea corona honorarent et vita functum ut heroem venerarentur. At ubi istud scilicet oraculum allatum esset, nihil eos qui hanc scenam fixerant, inde esse lucratos. Continuo enim coronatum in theatro Heraclidem tactum apoplexia esse, theoros vero lapidibus obrutos interiisse, Pythiamque ea ipsa hora quum ascendisset in adytum, draconis morsu continuo efflasse animam. Atque ista quidem de ipsius morte.

## 49.

Traditum est literis, quondam frequenti in convivio jussum inter pocula Macedonum laudes dicere Callisthenem, tanta facundia de proposita re disseruisse, ut assurrexerint, plausuque dato sarta in eum conjecerint. Alexandrum vero dixisse : Recte ab Euripide pronuntiatum,

Quum disserendi pulchra datur occasio,  
non est magni laboris res, bene dicere :

quin potius ostentandæ facundiæ causa vituperaret Macedones, ut, vitiorum suorum moniti, ea emendarent. Ibi eum retractantem, quæ prius dixisset, multa libere in Macedones locutum, Græcorumque dissidia causam fuisse

incrementorum et potentiæ Philippi pronuntiasset, addito carmine,

Pessimus ad summos etiam conscendit honores,  
quum res dissidiis et seditione laborant.

Eo dicto ingentia Macedonum in se odia concitasse fertur, et Alexandrum dixisse : Non facundiæ Callisthenes, sed malevolentiae suæ documentum Macedonibus præbuit. Hæc Stroebum Callisthenis anagnostam Aristoteli narrasse Hermippus ait, additque Callisthenem, quum animum regis a se abalienatum sentiret, discedentem ei bis terve dixisse,

Te quoque Patroclus præstantior occidit olim.

## 50.

Hermippus Demetrium Phalereum tradit post Casandri necem Antigoni metu se ad Ptolemæum Soterem contulisse, multumque illic temporis moratum inter cetera suasisse regi ut filiis quos ex Eurydice susceperat, impertiretur regnum. Illo non obtemperante, sed ei quem ex Berenice genuerat diadema tradente, ab hoc ipso post patris mortem fuisse asservatum in provincia, quoad aliquid de illo statuisset. Hic ille mæstior vixit : et dum dormit ab aspide manum morsus ex vita migravit : sepultusque est in Busirite nomo prope Diospolin.

« Examinarunt hæc Jul. Cæs. Scaliger ad Chron. Euseb. an. MDCCIX, Henr. Dodwell. Dissert. de Dicæarcho p. 51 sqq., Voss. De Histor. Gr. I, 12 (qui Hermippum Berytium hanc Demetrii scripsisse Vitam perversissime statuit); Humpredus Hodiuss Dissert. de LXX interpret. c. hist. Aristæ, cap. 3. p. 46 sqq., Serarii, Gretseri, Usserii aliorumque sententias simul castigans; Wesseling. ad Diodor. Sicul. XX, 45, vol. II, p. 439 not. 96; Interpretes Diogenis Laertii et denique Ludov. Casp. Valckenarius in Diatribe de Aristobulo Judæo § XVIII, p. 52 sqq. ed. Luzac. — Plerique huic Hermippi narrationi errorem subesse arbitrati sunt. Scaliger plures adeo errores invenisse sibi visus est, quam quos in Hermippi verbis conspici liceat. Verum testem esse Hermippum integrum, utpote Demetrii Phalerei temporibus proximum, recte observavit Valckenarius l. l. Quæ enim de morte Demetrii deque mortis causa et tempore tradidit, omnibus ejus temporis Alexandrinis nota fuisse suspicari licet; eadem autem, quæ sine dubio vera sunt, Hermippus tradidit. Sed falsus esse facile potuit in causa aperiunda, propter quam Demetrius a regia remotus fuerit. Quia enim hac de re, aulicis tantum nota, nonnisi incerti rumores ferebantur, facile in errorem abduci potuit. Sed vide ipsum Valckenarium l. l., qui Scaligerum doctissime refutat. » LOZYNSKI.

## 51. ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ.

Dio. VII, 184 : Τοῦτον ἐν τῷ ᾠδαίῳ σχολάζοντά φησιν Ἑρμιππος ἐπὶ θυσίαν ὑπὸ τῶν μαθητῶν κληθῆναι· ἐνθα προσενεγκάμενον γλυκὺν ἄκρατον καὶ ἰλιγγιάσαντα πεμπταῖον ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων, τρία καὶ ἑβδομήκοντα βιώσαντ' ἔτη, κατὰ τὴν τρίτην καὶ τετραρακοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς. Eadem Suidas v. Χρυσ. et Eudoc. p. 437.

51.

Chrysippum in Odeo philosophantem Hermippus ait a discipulis ad sacrificium vocatum fuisse, ibique quum oblatum dulce merum hausisset, vertigine fatigari cœpisse atque ita quinto die defunctum esse, quum septuaginta et tres vixisset annos, Olympiade, ut ait Apollodorus in Chronicis, centesima quadragesima tertia.

52.

Persæus philosophus, qui hisce rebus unice animo occupabatur, quum ei ab Antigono, ut narrat Hermippus, credita esset arx Corinthi, computationibus dans operam, et arce et urbem excidit, Arati Sicyonii artibus deceptus.

53.

Narrant ipsum etiam Gorgiam, postquam legisset co-

## 52. ΠΕΡΣΑΙΟΣ.

Athenæus IV, p. 162, C, de Persæo Cittiensi : Φιλόσοφος, ὃς περὶ ταῦτα τὴν διάνοιαν ἀεὶ στρέφων, πιστευθεὶς, ὡς φησιν Ἑρμιππος, ὑπ' Ἀντιγόνου τὸν Ἀκροκόρινθον, κωθωνιζόμενος ἐξέπεσεν καὶ αὐτῆς τῆς Κορίνθου, καταστρατηγῆθεις ὑπὸ τοῦ Σικυωνίου Ἀράτου.

Περὶ ταῦτα] sc. circa ea de quibus in Συμποτικοῖς διαλόγοις Persæi sermo erat.

## RHETORES.

## 53. ΓΟΡΓΙΑΣ.

Athenæus XI, p. 505, D : Λέγεται δὲ ὡς καὶ ὁ Γοργίας αὐτὸς, ἀναγνοὺς τὸν δμώνυμον αὐτῷ διάλογον, πρὸς τοὺς συνήθεις ἔφη, Ὡς καλῶς οἶδε Πλάτων ἱαμβίζειν. Ἑρμιππος δὲ ἐν τῷ Περὶ Γοργίου· « Ὡς ἐπεδήμησε (φησὶ) ταῖς Ἀθήναις Γοργίας μετὰ τὸ ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς ἐν Δελφοῖς ἑαυτοῦ χρυσῆς εἰκόνας, εἰπόντος τοῦ Πλάτωνος, ὅτε εἶδεν αὐτὸν, Ἦκει ἡμῖν ὁ καλὸς τε καὶ χρυσοῦς Γοργίας· ἔφη ὁ Γοργίας, Ἦ καλὸν γε αἰ Ἀθηναῖ καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασιν. »

## 54. ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ.

Marcellinus Vit. Thuc. § 29 : Ὁ δὲ Ἑρμιππος καὶ ἀπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν αὐτὸν λέγει τῶν τυράννων ἔλκειν τὸ γένος, διὸ καὶ διαφθονῶν αὐτὸν φησιν ἐν τῇ συγγραφῇ τοῖς περὶ Ἀρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, λέγοντα ὡς οὐκ ἐγένοντο τυραννοφόνοι· οὐ γὰρ ἐφόνευσαν τὸν τύραννον, ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν τοῦ τυράννου Ἰππαρχον Cum Hermippo facit schol. Thuc. I, 20. Cf. Krüger. *Leb. d. Thuc.* p. 4. Apud eundem Marcellinum § 46 Ἑρμιππον pro Κράτιππον restituendum putat Meierus De Andoc. or. c. Alcib. VI, 13, p. 62. Vide not. ad fr. Cratippi tom. II, p. 78.

gnominem sibi dialogum, dixisse ad familiares, *Quam pulchre iambis uti novit Plato!* Hermippus vero, in libro De Gorgia, scribit : « Quum Athenas reversus esset Gorgias, postquam auream suam statuam Delphis positam dedicasset, Platone ubi primum in conspectum venit dicente, *ecce nobis pulchrum aureumque Gorgiam!* Gorgias ait : *Profecto pulchrum hunc quoque novum Archilochum tulerunt Athene!* »

54.

Hermippus et ab ipsis tyrannis Pisistratidis genus Thucydidem trahere dicit; quare etiam illum in sua Historia de Harmodio et Aristogitone invidiose loqui, et tyrannum ab iis cæsum fuisse negare : nec enim, ut inquit ille, tyrannum, sed Hipparchum tyranni fratrem, interfecerunt.



## BIBA. A'. ΠΕΡΙ ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ.

55.

Athenæus XIII, p. 592, D : Γραπτέον Ναῖς, καὶ οὐ Λαίς. Ἑρμιππος δ' ἐν τῷ Περὶ Ἰσοκράτους προβαίνοντά φησι τῇ ἡλικίᾳ τὸν Ἰσοκράτη ἀναλαβεῖν Λαγίσκαν πῆν ἑταίραν εἰς τὴν οἰκίαν, ἐξ ἧς καὶ γενέσθαι αὐτῷ θυγάτριον. Μνημονεύει δ' αὐτῆς Στράτις. Cf. Harpocrat. v. Λαγίσκα; Vit. Isocr. p. 256 ed. Westerm.

56.

Argum. ad Isocrat. or. ad Philippum : Ἐγραψε δ' ὁ Ἰσοκράτης τὸν λόγον γέροντων ὧν, μικρὸν πρὸ τῆς ἑαυτοῦ καὶ Φιλίππου τελευτῆς, ὡς φησιν Ἑρμιππος.

« Testatur idem etiam Cicero Orat. 52, 176 : *Quin etiam se ipse tantum, quantum ætate procedebat, ... relaxarat a nimia necessitudine numerorum; quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem scripsit, quum jam admodum esset senex.* Cf. Fabricius Bibl. Gr. vol. II, p. 785 Marl. — Scripta est oratio Πρὸς Φίλιππον ante belli Phocici finem Ol. 108, 3, a. C. 346. Vid. Clinton. Fasti Hellen. s. h. anno ibique Krüger. Mortem obiit Isocrates Ol. 110, 3, a. C. 338; cf. Dionys. Halic. p. 537; Plutarch. Vit. X oratt. p. 837; Cicero De sen. 5. Philippus autem, Macedoniae rex, occiditur Ol. 111. 1, a. C. 336. » LOZYSKI.

## BIBA. B'. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΜΑΘΗΤΩΝ.

57. ΙΣΑΙΟΣ.

Harpocratio : Ἰσαῖος, εἷς μὲν ἐστὶ τῶν ἰ' ῥητόρων οὗτος, μαθητῆς δὲ Ἰσοκράτους, διδάσκαλος δὲ Δημοσθένους, Ἀθηναῖος τὸ γένος, καθά φησιν Ἑρμιππος ἐν β' Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν. Δημήτριος δ' ἐν τοῖς Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν Χαλκιδέα φησὶν αὐτὸν

εἶναι. Verba ἐν β' Περὶ Ἰσοκράτους μαθ., ita intelligas : in secundo libro ejus operis quod est, de Isocrate ejusque discipulis. Liber primus erat de Isocrate; libri sequentes de ejus discipulis, quorum antiquissimus erat Isæus.

58.

Dionys. Halic. De Isæo c. 1 : Οὐδὲ γὰρ ὁ τοῦ μαθητῆς ἀναγράφας Ἑρμιππος, ἀκριβῆς ἐν τοῖς ἄλλοις γενόμενος, ὑπὲρ τοῦδε τοῦ ῥήτορος οὐδὲν εἴρηκεν, ἔξω δυοῖν ταύτων, ὅτι διήκουσε μὲν Ἰσοκράτους, καθηγήσατο δὲ Δημοσθένους, συνεγένετο δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν φιλοσόφων.

59. ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ.

Suidas v. Δημοσθένης : Δημοσθένης ... ἐπιμελῆς μᾶλλον ἢ εὐφυῆς, ὡς Ἑρμιππος ἱστορεῖ, καὶ τὰς ἡδονὰς ἀκόλαστος, ὡς καὶ τοῦτό φησιν ὁ αὐτός. Cf. Idomeneus fr. 13, tom. II, p. 492; Æschines De f. leg. p. 260.

60.

Plutarch. Demosth. c. 5 : Ἑρμιππος δὲ φησὶν ἀδеспότοις ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν, ἐν οἷς ἐγγράπτο, τὸν Δημοσθένη συνεσχολακῆναι Πλάτωνι καὶ πλεῖστον εἰς τοὺς λόγους ὠφελῆσθαι, Κτησιβίου δὲ μέμνηται λέγοντος παρὰ Καλλίου τοῦ Συρακουσίου καὶ τινῶν ἄλλων τὰς Ἰσοκράτους τέχνας καὶ τὰς Ἀλκιδάμαντος κρύφα λαβόντα τὸν Δημοσθένη καταμαθεῖν. Cf. not. ad Polemon. fr. 9.

61.

Gellius N. A. III, 13 : *Hermippus hoc scriptum reliquit, Demosthenem admodum adolescentem ventitare in Academiam Platonemque audire solitum. Atque is, inquit, Demosthenes domo egressus, uti ei mos erat, quum ad Platonem pergeret com-*

## LIB. I. DE ISOCRATE.

55.

Hermippus in iis quæ de Isocrate scripsit ætate provectum Isocratem ait Lagiscam meretricem domum suam recepisse, ex eaque filiulam ei esse natam.

56.

Orationem ad Philippum Isocrates senex scripsit paullo ante suum ipsius et Philippi obitum, teste Hermippo.

## LIB. II. DE ISOCRATIS DISCIPULIS.

57.

Isæus, unus ex decem oratoribus, discipulus Isocratis, magister Demosthenis, Atheniensis genere, uti Hermippus libro secundo De Isocratis discipulis.

58.

Nam qui discipulos Isocratis descripsit, Hermippus, diligens in aliis quum fuerit, de hoc oratore nihil dixit, præter hæc duo, audiisse Isocratem et docuisse Demosthenem, et familiariter usum præstantissimis philosophorum.

59.

Demosthenes diligens magis quam ingenio pollens, teste Hermippo, fuit, et circa voluptates intemperans, testante eodem.

60.

Hermippus scribit, incidisse se in auctoris incerti commentarios, in quibus scriptum sit Demosthenem Platonis fuisse auditorem, plurimumque inde ad eloquentiam adjuvanti accepisse. Atque idem Ctesibium refert affirmare, Demosthenem artis præcepta, quibus Isocrates et Alcidas utebantur, occulte a Callia Syracusano et aliis quibusdam accepisse atque perdidicisse.

*pluresque populos concurrentes videret, percontatur ejus rei causam, cognoscitque currere eos auditum Callistratum. Is Callistratus Athenis orator in re publica fuit; illi δημαγωγούς appellant. Visum est paulum devertere experiri, an ad digna auditu tanto properatum studio foret. Venit, inquit, atque audit Callistratum nobilem illam τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην dicentem: atque ita motus et demulctus et captus est, ut Callistratum jam inde sectari coepit, Academiam cum Platone reliquerit.*

« Quæ Plutarchus Vit. Demosth. c. 5 narrat, tam sunt similia Gellianis, ut eum Hermippi Vitam Demosthenis hic ob oculos habuisse existimem. Cf. Hegesias Magnes [fr. 5] apud Pseudoplutarchum De X. oratt. p. 844, B. » LOZYSKI.

## 62.

Plutarch. Demosth. c. 30: Τὸ δὲ φάρμακον Ἀρίστων μὲν ἐκ τοῦ καλάμου λαβεῖν φησιν αὐτὸν, ὡς εἴρηται· Πάππος δὲ τις, οὗ τὴν ἱστορίαν Ἑρμιππος ἀνεῖληφε, φησὶ, πεσόντος αὐτοῦ παρὰ τὸν βωμὸν, ἐν μὲν τῷ βιβλίῳ γεγραμμένην ἐπιστολῆς ἀρχὴν εὐρεθῆναι, « Δημοσθένος Ἀντιπάτρῳ, » καὶ μηδὲν ἄλλο. Θαυμαζομένης δὲ τῆς περὶ τὸν θάνατον δξύτητος, διηγεῖσθαι τοὺς παρὰ ταῖς θύραις Θραῶνας, ὡς ἐκ τινος βραχίου λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα προσθαῖτο τῷ στόματι καὶ καταπίοι τὸ φάρμακον. Αὐτοὶ δ' ἄρα χρυσὸν ᾤήθησαν εἶναι τὸ καταπινόμενον, ἢ δ' ὑπηρετοῦσα παιδίσκη, πυνθανομένων τῶν περὶ Ἀρχίαν, φαίη πολὺν εἶναι χρόνον, ἐξ οὗ φοροῖη τὸν ἀπόδεσμον ἐκεῖνον ὁ Δημοσθένης ὡς φυλακτήριον. « De Pappo, qui historicus videtur fuisse, nihil nisi nomen innotuit. » LOZYSKI.

## 63. ΑΙΣΙΩΝ.

Idem ib. c. 11: Αἰσίωνα δὲ φησιν Ἑρμιππος

## 62.

Venenum Demosthenem ex calamo hausisse, ut diximus, Aristo narrat. Pappus autem quidam, cujus historiam Hermippus repetiit, tradit, eo apud aram collapsō, in libello epistolæ scriptum initium inventum, « Demosthenes Antipatro »; neque præterea ullum verbum. Celeritatem vero mortis admirantibus, Thraces qui foribus astiterant narasse, venenum eum ex quodam panniculo in manum sumpsisse, atque ita admotum ori deglutisse; se putasse aurum esse id, quod deglutiret; ancillam vero, quæ ipsi ministrabat, interroganti Archiæ respondisse, multo jam tempore Demosthenem hoc alligatum vestimento amuleti loco circumtulisse.

## 63.

Æsionem refert Hermippus de suæ ætatis et antiquis oratoribus sententiam interrogatum, respondisse: admiraturum sane fuisse, qui hos audivisset, ita decore et magnifice ad populum loquentes, scriptas autem Demosthenis orationes longe plus apparatus habere atque virium.

ἐρωτηθέντα περὶ τῶν πάλαι ῥητόρων καὶ τῶν καθ' αὐτὸν εἰπεῖν, ὡς ἀκούων μὲν ἄν τις ἐθαύμασεν ἐκείνους εὐκόσμως καὶ μεγαλοπρεπῶς τῷ δήμῳ διαλεγόμενους, ἀναγινωσκόμενοι δ' οἱ Δημοσθένους λόγοι πολὺ τῆς κατασκευῆς καὶ δυνάμει διαφέρουσιν.

« Fuit Æsion condiscipulus Demosthenis, Atheniensis, teste Suida s. v. (... ἧ συναφιολόγησε Δημοσθένος). Demosthenem ipsum de se et Callistrato eodem modo judicasse, tradit Ulpianus in Demosth. C. Timocr. p. 822. » LOZYSKI.

BIBA Γ'. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ  
ΜΑΘΗΤΩΝ.

## 64. ΥΠΕΡΕΙΔΗΣ.

Athenæus VIII, p. 342, C: Καὶ ὁ Ἑρμιππος δὲ φησιν ἐν τρίτῳ Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν, ἐωθινὸν τὸν Ὑπερείδην ποιεῖσθαι νῦν τοὺς περιπάτους ἐν τοῖς Ἰχθύσιν.

## 65.

Plutarch. Vit. X orator. p. 849, C: Ἑρμιππος δὲ φησιν αὐτὸν (τὸν Ὑπερείδην) γλωττοτομηθῆναι εἰς Μακεδονίαν ἐλθόντα καὶ ῥιφῆναι ἄταφον, Ἀλφίνου δ' ἀνεψιὸν ὄντα αὐτῷ, ἢ, ὡς τινες, Γλαυκίππου τινὸς τὸν υἱὸν διὰ Φιλοπέθους τινὸς ἰατροῦ λαβόντα ἐξουσίαν τοῦ σώματος καῦσαι αὐτὸν καὶ τὰ ὀστέα κομίσει εἰς Ἀθήνας τοῖς προσήκουσι, παρὰ τὰ Ἀθηναίων καὶ Μακεδόνων δόγματα. Οὐ μόνον γὰρ κελεῦσαι αὐτοὺς φυγεῖν, ἀλλὰ μηδ' ἐν τῇ οἰκείᾳ ταφῆναι.

## 66. ΕΥΘΙΑΣ.

Athenæus XIII, p. 590, D: Ἦν δὲ ἡ Φρύνη ἐκ Θεσπιέων. Κρινομένη δὲ ὑπὸ Εὐθίου τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπέφυγε· διόπερ ὀργισθεὶς ὁ Εὐθίας οὐκ ἔτι εἶπε δίκην, ὡς φησιν Ἑρμιππος.

## LIB. III. DE ISOCRATIS DISCIPULIS.

## 64.

Hermippus in libro tertio De Isocratis discipulis ait, mane nunc Hyperidem scholas suas habere in foro piscario.

## 65.

Hermippus ait Hyperidem, quum in Macedoniam esset perlatus, lingua fuisse mutilatum, insepultumque abjectum: sed Alphinum, consobrinum ejus, sive, ut alii, filium Glaucippi, opera Philopithis cujusdam medici, corpore oratoris potitum, id cremasse, ossaque Athenas ad cognatos pertulisse, contra et Atheniensium et Macedonum edicta: nam non exilium modo ei imperaverant, sed etiam vetabant ne in patria sepeliretur.

## 66.

Erat Phryne Thespiis oriunda: quæ quum ab Euthia capitis rea esset acta, absoluta a iudicibus est; quare ita indignatus est Euthias, ut nullam post id tempus causam dixerit; quod tradit Hermippus.

67.

Harpocratio s. v. Εὐθίας· Ὑπερίδης ὑπὲρ Φρύνης. Τῶν ἐπὶ συκοφαντία διαβεβλημένων ἦν ὁ Εὐθίας. Τὸν μὲντοι λόγον αὐτῷ τὸν κατὰ Φρύνης Ἀναξιμένην πεποιηθέναι αὐτῷ φησὶν Ἑρμιππος. Cf. Diodor. Perieg. fr. 5, tom. II, p. 354.

## 68. ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ.

Athenæus I, p. 21, C : Ἑρμιππος δὲ φησι, Θεόκριτον τὸν Χῖον ὡς ἀπαιδευτὸν μέμφεσθαι τὴν Ἀναξιμένους περιβολήν.

## 69. ΘΕΟΔΕΚΤΗΣ.

Athenæus X p. 451, E : Θεοδέκτην δὲ τὸν Φασηλίτην φησὶν Ἑρμιππος ἐν τοῖς Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν ἰκανώτατον γεγονέναι ἀνευρεῖν τὸν προβληθέντα γρίφον, καὶ αὐτὸν προβαλεῖν ἑτέροις ἐπιδεξίως· οἷον τὸν περὶ τῆς σκιᾶς. Ἐφη γὰρ εἶναι τινα φύσιν, ἣ περὶ τὴν γένεσιν καὶ φθίσιν ἐστὶ μέγιστη, περὶ δὲ τὴν ἀκμὴν ἑλαχίστη. Λέγει δ' οὕτως·

Τίς φύσις, οὐθ' ὅσα γαῖα φέρει τροφός, οὐθ' ὅσα πόντος,  
οὔτε βροτοῖσιν ἔχει γυίων ἀύξησιν ὁμοίαν.  
Ἄλλ' ἐν μὲν γενέσει πρωτοσπύρω ἐστὶ μέγιστη,  
ἐν δὲ μέσαις ἀκμαῖς μικρά, γήραξ δὲ πρὸς αὐτῷ  
μορφῇ καὶ μεγέθει μείζων πάλιν ἐστὶν ἀπάντων.

Κὰν τῷ Οἰδίποδι δὲ τῇ τραγωδίᾳ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν εἶρηκεν ἀνιτιτόμενος·

Εἰσὶ κασίγνηται διτταί, ὧν ἡ μία τίχτει  
τὴν ἑτέραν, αὐτῇ δὲ τεχοῦσ' ὑπὸ τῆσδε τεκνοῦται.

## 70. ΛΑΚΡΙΤΟΣ. ΑΡΧΙΑΣ.

Plutarch. Dem. c. 58 : Ἑρμιππος δὲ τὸν Ἀρχίαν ἐν τοῖς Λακρίτου τοῦ ῥήτορος μαθηταῖς ἀναγράφει. — Lacritus Isocratis disc. fuit. V. Demosthen. In La-

67.

Euthiæ orationem contra Phrynen ab Anaximene ei scriptam esse refert Hermippus.

68.

Hermippus scribit a Theocrito Chio, ut illiberalem, reprehensum fuisse Anaximenis vestitum.

69.

Theodectem Phaselitam ait Hermippus in libris de Isocratis discipulis, ad inveniendam solutionem propositorum griphorum fuisse solertissimum; atque ipsum etiam aliis griphos ingeniose proposuisse: velut illum de *umbra*. Dicebat enim, esse naturam quandam, quæ circa ortum suum interitumque sit maxima; tempore vero summi vigoris, minima. Verba illius hæc sunt:

In rerum natura, quotquot terra nutrix fert,  
quotquot mare, atque adeo nec inter homines aliquid est,  
quod membrorum habeat incrementum simile huic.  
Ortus namque principio maxima eâ res est;  
medio vigore parva; senectute autem in ipsâ,  
magnitudine ac specie maxima rursus.

crit. p. 928, § 15, et plura ap. Westermann. Eloq. Gr. p. 100, n. 36.

## 71. ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Schol. ad Æschin. De fals. leg. init., de Æschine oratore, vide in Idomenei fr. 15. Fragmentum hoc fugit Lozynskium.

[HERMIPPUS BERYTIUS.]

## ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΠΑΙΔΕΙΑ ΛΑΜΨΑΝΤΩΝ.

(72.)

Etym. M. p. 118, 11 : Ἀπάμεια, πόλις Βιθυνίας, πρότερον Μυρλέα καλουμένη, ἣν λαβὼν δῶρα παρὰ Φιλίππου τοῦ Δημητρίου Προυσίας ὁ Ζηίλα μετωνόμασεν Ἀπάμειαν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς Ἀπάμας. Ἑρμιππος ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων λόγῳ. Οὕτως Ὄρος.

Προυσίας ὁ Ζηίλου scripsit Sevin., *Mém. de l'Acad.*, tom. XV, p. 36; ὁ Ζηίλα Προυσίας dedit Clinton. F. H. tom. III, p. 415. Libri corrupte præbent ὁ Ζηίλας. De re, quæ pertinet ad an. 203 a. C, vide Strabo XII, p. 563 et quæ exponit Clinton. I. I. Quanam occasione Hermippus hæc protulerit, nescio. Post vocem λαμψάντων verbum excidisse videtur, quo certum genus virorum literis clarorum indicabatur. Ceterum tum hoc fragmentum tum sequentia duo ad Berytium Hermippum refero.

(73.)

## ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΑΠΡΕΨΑΝΤΩΝ ΕΝ ΠΑΙΔΕΙΑ ΔΟΥΛΩΝ.

E LIBRO SECUNDO.

Suidas : Ἴστρος, Μενάνδρου [ἢ add. Siebelis.] Ἰστρου, Κυρηναῖος ἢ Μακεδῶν, συγγραφεὺς, Καλλιμάχου

Idem, in CEdipode tragœdia, diem et noctem talis ænigmati involucro significavit:

Sorores geminæ, gignit quarum altera semper  
alteram, et inde parens fit filia nata vicissim.

70.

Hermippus Archiam inter Lacriti discipulos recenset.

## DE VIRIS ERUDITIONE CLARIS.

(72.)

Apamea, urbs Bithyniæ, prius Myrlea dicta, quam quum donum a Philippo, Demetrii filio, accepisset Prusias (I) Zeilæ filius, mutato nomine Apameam nuncupavit de Apama uxore, teste Hermippo in opere De viris qui eruditione inclaruerunt. Ita Orus.

(73.)

## DE SERVIS ERUDITIONE CLARIS.

Ister, Menandri (aut) Istri filius, Cyrenæus aut Macedon, historicus, Callimachi servus et discipulus. Hermippus eum Paphium dicit libro secundo De servis eruditione claris.

δοῦλος καὶ γνώριμος. Ἑρμιππος δὲ αὐτόν φησι Πάφιον ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων.

Callimachio Hermippo hæc tribuit Lozynski. Rectius Küsterus, suffragante Prellero, Hermippum qui de servis eruditione claris scripsit, non Callimachi discipulum, sed Berytium, Hadriani æqualem, qui ipse servus fuerat, intelligendum esse censet. Etenim ap. Suidam v. Ἀβρων leguntur hæc : Ἀβρων, Φρύξ ἢ Ῥόδιος, γραμματικός, μαθητὴς Γρύφωνος, σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ, γεγονώς δ' ἐκ δούλων, ὡς φησιν Ἑρμιππος. Quæ quum H. Callimachii esse nequeant, aptissime tribuuntur servo Berytio; eundemque auctorem etiam sub voce Ἴστρος Suidas intellexerit. Ex eodem fonte fluxerit quæ de Cæcilio rhetore e servis nato leguntur ap. Suidam v. Καικίλιος.

### ΠΕΡΙ ΕΝΔΟΞΩΝ ΙΑΤΡΩΝ.

#### E LIBRO QUINTO.

(73 a.)

Schol. Oribasii in Maji Class. auct. IV, p. 11 : Οἱ περὶ Διονύσιον τὸν κυρτόν ] Ὁ Φίλων ἐν τῷ θ' Περὶ βιβλιοθήκης κτήσεως (κτίσεως lib.) καὶ Ἑρμιππος ἐν τῷ ε' Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν ἰατρῶν καὶ ὁ Σωρανὸς ἐν ταῖς τῶν Ἰατρῶν διαδοχαῖς ὅτι καὶ δευτόνως λέγεται κυρτός ὡς φοξός διὰ σωματικὴν ἀσθένειαν, βαρυτόνως δὲ ὡς ἵππος πύργος, ἐπεὶ ἐκ μεσογείου πόλεως τῆς Αἰγύπτου λεγομένης Κύρτου ὑπῆρχεν, ἢ ὡς φασὶ τινες, διὰ τὸ ἀλίσκεσθαι τοὺς ἀντιλέγοντας ὑπ' αὐτοῦ ὡς περ τοὺς ἰχθῦς ὑπὸ τῶν ἀλιευτικῶν κύρτων.

Cf. Stephan. Byz. : Κύρτος, πόλις Αἰγύπτου ἐν τῇ μεσογείῳ. Ἐκ ταύτης Διονύσιος ἦν διάσημος ἰατρὸς ἀπὸ τῆς πατρίδος, οὐκ ἀπὸ τοῦ σώματος Κυρτός ὀνομαζόμενος, οὗ μέμνηται Ἑρέννιος Φίλων ἐν τῷ Περὶ ἰατρικῶν. Ὁ τόνος τοῦ μὲν ἐθνικοῦ ὀξὺς ὁμόφωνος τῷ πάθει, τοῦ δὲ κυρίου τῆς πόλεως βαρὺς, ὡς τὸ Πόντος καὶ κόντος. Uterque locus ex eodem fonte fluxisse videtur. Titulus Περὶ ἰατρικῶν apud Stephanum indicat libri noni Περὶ βιβλιοθήκης κτήσεως eam

### DE CLARIS MEDICIS.

(73 a.)

Philo libro nono De comparanda bibliothecâ et Hermippus libro quinto De claris medicis et Soranus in Medicorum successionibus dicunt Dionysium vocari tum κυρτόν (*gibbosum*), oxytone ut φοξός, propter corporis imbecillitatem, tum Κύρτον, paroxytone, ut ἵππος πύργος, quod ex Cyrto Ægypti interioris urbe oriundus fuit, vel, ut nonnulli tradunt, quod adversarios suos disputando ceperit, sicuti pisces κύρτοις, *nassis*, capiuntur.

(73 b.)

Hermippus quoque narrat Dionysium Siciliae tyrannum,

partem in qua de medicis eorumque operibus sermo erat.

Sequuntur fragmenta quæ num ad Callimachium Hermippum, an ad alium quendam Hermippum, sive etiam ad complures ejus nominis scriptores pertineant, affirmare non licet.

(73 b.)

Vit. Euripidis in Βιογρ. Westermanni, p. 138 : Λέγει δὲ καὶ Ἑρμιππος Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον μετὰ τὴν τελευταίαν τοῦ Εὐριπίδου τάλαντον τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ πέμψαντα λαβεῖν τὸ ψαλτήριον καὶ τὴν δέλτον καὶ τὸ γραφεῖον, ἅπερ ἰδόντα κελεύσαι τοὺς φέροντας ἐν τῷ Μουσῶν ἱερῷ ἀναθεῖναι, ἐπιγράψαντα τοῖς αὐτοῦ Εὐριπίδου ὀνόμασιν. Διὸ καὶ ξενοφιλότατον κεκλήσθαι φησι διὰ τὸ μάλιστα ὑπὸ ξένων φιλεῖσθαι. ὑπὸ γὰρ Ἀθηναίων ἐφθονεῖτο. Cf. similem narrationem de Æschyli pugillaribus a Dionysio emptis apud Lucian. Adv. indoct. c. 15, quam ex Eubuli comœdia derivatam esse suspicatur Meinekius Histor. critica com. p. 362. Ceterum hoc fragmentum fugit Lozynskium. Quæritur denique num statuendum sit Hermippum Callimachium uti philosophorum rhetorumque, sic etiam poetarum vitas scripsisse, an locus noster ex peculiari Hermippi nescio cujusnam opere Vitam Euripidis et in fabulas commentarios continente petitus sit.

74.

### ΠΕΡΙ ΙΠΠΩΝΑΚΤΟΣ.

Athenæus VII, p. 327, C : Ἑρμιππος δ' ὁ Σμυρναῖος ἐν τοῖς Περὶ Ἴππωνάκτος ὕκην ἀκούει τὴν ἰουλίδα εἶναι δ' αὐτὴν δυσθήρατον· διὸ καὶ Φιλητᾶν φάναι· « Οὐδ' ὕκης ἰχθὺς ἔσχατος ἐξέφυγε. » Cf. Ælian. N. A. II, 44, ibiq. interpr. Smyrnæum Hermippum a Callimachio non diversum esse censet Lozynskius.

75.

### ΣΥΝΑΓΩΓῆ ΤΩΝ ΚΑΛΩΣ ΑΝΑΦΩΝΗΘΕΝΤΩΝ ΕΞ ΟΜΗΡΟΥ.

Stobæus Floril. V, 59 : Ἐκ τῆς Ἑρμιππου Συνα-

post obitum Euripidis, ab heredibus ejus talento emisse psalterium poetæ et pugillares stilumque. Quæ, quum allata conspexisset, jussisse eum in Musarum templo dedicari, inscripto nomine Euripidis. Quapropter etiam Euripidem appellari ait poetam peregrinis dilectissimum.

74.

### DE HIPPONACTE.

Hermippus Smyrnæus in libris De Hipponacte *hycam* intelligit iulidem, esse autem piscem venatu difficilem, itaque Philetam dixisse :

Nec hycas piscis postremus effugit.

γωγῆς τῶν καλῶς ἀναφωνηθέντων ἐξ Ὀμήρου. « Δημήτριος δὲ Φαληρεὺς εἰς σωφροσύνην ἔλεγε ταῦτα ποιεῖν· ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἔχοντο. »

Ipsa hujus scripti indoles seriorum hominum industriam magis quam Callimachi ævum prodere videtur. Versus citatus legitur in *Odyss.* 23, 296.

## E SCRIPTIS INCERTIS.

76.

Ælianus N. A. VII, 40 : Πέπυσμαι δὲ καὶ Αἰθιόπων εἶναι ἔθνος, ἐν ᾧ βασιλεύει κύων, καὶ τῇ ἐκείνου ὀρμῇ παίθονται· κνυζωμένου τε ἴσασιν, ὅτι μὴ θυμοῦται, καὶ ὑλακτοῦντος τὴν ὀργὴν συνιᾶσιν. Τοῦτο εἶ τῷ ἱκανὸς Ἑρμιππος τεκμηριῶσαι, μάρτυρά οἱ τοῦ λόγου ἐπαγόμενος Ἀριστοκρέωνα πειθέτω· ἐμὲ δὲ μὴ λαθὼν εἶτα ἐν καλῷ τῆς μνήμης ἀφίκετο.

Hæc ex opere *Περὶ θαυμασίων*, quod Hermippus Callimachum magistrum imitatus composuerit, esse censet Lozynski. Jacobsius ad *Æl.* fragmentum desumptum suspicatur ex opere *Περὶ τῶν νομοθετῶν*, ubi historiæ de cane regis locum tenente afferri potuerit. Quod longius petitur. Quum sequente fragm. Hermippus de Nilo fluvio laudetur, nescio an Hermippus librum geographicum de Ægypti et Æthiopiæ regionibus scripserit, sicuti Aristocreon (quod nomen reposuit Schneider. pro vulg. Ἀριστοκλέωνα), quem novimus ex *Plinii H. N.* V, 10, p. 316 ed. Tchn. et VI, 35, p. 388 et 390, ubi præter ea, quæ disertis verbis tamquam ex Aristocreonte petita Plinius affert, etiam quæ deinceps ponit : *Ptoemphanæ, qui canem pro rege habent, motu ejus imperia augurantes*, ex eodem fonte deprompta fuerint. — Ceterum ex *Plinio VI*, c. 35, p. 388, patet Aristocreontem juniorem fuisse Dalione, qui primus ultra Meroen longe subvectus est; Dalionem autem vixisse post Timosthenem, classium Philadelphi præfectum. Hinc colligas Aristocreontem Hermippo Callimachio antiquiorem esse vix potuisse, sed vel æqualem vel etiam juniorem fuisse. Quæ vero schol. *Apoll.* ex Hermippo

75.

## EGREGIE DICTA EX HOMERO COLLECTA.

Ex Hermippi collectione egregie dictorum apud Homerum. « Demetrius Phalereus Homerum ad temperantiam commendandam hunc fecisse versum :

lubentes lecti antiqui ritibus accesserunt. »

76.

Nationem Æthiopum esse audivi, quæ canem habet regem et illius arbitrio paret; si suo quodam modo gannit vel murmurat, eum non iratum esse norunt; si latrat, iram agnoscunt. Hoc, si cui testimonio sufficiens videatur Her-

affert de Nilo Cyclopi f., Tantalii nepote, senioris ævi commentum redolent, quod Callimachi discipulo vindicare absque testimonii auctoritate nolueris. Quare Hermippum Æliani et schol. *Apoll.* a *Vitarum* scriptore distinguendum esse censeo. Idemque ab Hermippo Berytio diversus fuerit, propterea quod ap. schol. *Apoll.* laudatur. — De re ap. Ælian. memorata cf. *Plutarch. Mor.* p. 1064, B

77.

Schol. *Apoll. Rh.* IV, 269 : Ὁ δὲ Νεῖλος οὕτω τοπρότερον ἐκαλεῖτο, Τρίτων· μετωνομάσθη δὲ ἀπὸ Νείλου τοῦ Κύκλωπος, τοῦ Ταντάλου, βασιλεύσαντος τῆς χώρας, ὡς Ἑρμιππὸς φησιν.

His subjungere liceat pauca illa quæ ex Hermippi libris *Περὶ μάγων* afferuntur. Non esse a Callimachi discipulo hoc opus profectum statuit Prellerus; recte fortassis; verum Hermippum hunc τὸν ἀστρολογικὸν, quem dicit apud Athenæum Nicomachus (v. fr. 81), eundem esse cum Hermippo Berytio, uti Prellero videtur, temporum rationes (v. *introduc. not.* 1) non admittunt. Nam Berytium laudare non potuit Plinius.

## ΠΕΡΙ ΜΑΓΩΝ.

78.

## E LIBRO PRIMO.

Diogen. L. I, 8 : Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ *Περὶ φιλοσοφίας καὶ πρεσβυτέρους* εἶναι (τοὺς μάγους) τῶν Αἰγυπτίων· καὶ δύο κατ' αὐτοὺς εἶναι ἀρχὰς, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν δαίμονα· καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς καὶ Ὀρομάσδης, τῷ δὲ Ἄδης καὶ Ἀρειμάνιος. Φησὶ δὲ τοῦτο καὶ Ἑρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ *Περὶ μάγων* καὶ Εὐδόξος ἐν τῇ *Περίδῳ* καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν *Φιλιππικῶν*.

79.

Plinius *Hist. Nat.* lib. XXX, c. 2. : *Hermippus, qui de tota ea arte (sc. magorum) diligentissime scripsit, et vicies centum millia versuum a Zoroa-*

mippus, testem sibi narrationis adducens Aristocreontem, credat; mihi vero non latens pulchre in memoriam venit.

77.

Nilus olim Triton appellabatur; postea Nili nomen accepit a Nilo Cyclopi filio, Tantalii nepote, qui regioni huic imperavit, teste Hermippo.

## DE MAGIS.

78.

Ægyptiis antiquiores esse magos Aristoteles auctor est in primo *De philosophia* libro, duoque secundum illos esse principia, bonum dæmonem et malum; alterum ex his Jovem et Oromasdem, alterum Plutonem et Arimanium dici. Quod Hermippus quoque in primo *De magis* et Eudoxus in *Periodo* et Theopompus *Philippicorum* libro octavo.

stre condita, indicibus quoque voluminum ejus positis, explanavit, præceptorem, a quo institutum diceret, tradidit Azonacem, ipsum vero quinque millibus annorum ante Trojanum bellum fuisse.

80.

Arnob. I, 52 : *Age nunc veniat quis super igneam zonam, magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut assentiamur auctori. Bactrianus et ille veniat, cujus Clesias (fr. p. 19) res gestas Historiarum exponit in primo; Armenius Hosthanis nepos et familiaris Pamphylus Cyri.*

81.

Athen. XI, p. 478, A : Νικόμαχος δ' ἐν πρώτῳ Περὶ ἑορτῶν Αἰγυπτίων φησί· « Τὸ δὲ κόνδου ἐστὶ μὲν Περσικόν, τὴν δὲ ἀρχὴν \* ἣν Ἑρμιππος [ δ ] ἀστρολογικὸς ὡς ὁ κόσμος ἐξ οὗ τῶν θεῶν τὰ θαύματα καὶ τὰ καρπώσιμα γίνεσθαι ἐπὶ γῆς· διὸ ἐκ τούτου σπένδεσθαι. »

Locus corruptus. Ἦν δὲ μορφὴν εἶχε, ὡς φησιν Ἑρμ. conj. Pursanus. Περσικόν τὴν ἀρχὴν· εἶδος δ' ἔχει, ὡς φησιν E. Casaubonus. Cf. not. ad Manethon. fr. 82.

## ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ.

82.

Τὰ Φαινόμενα Hermippo τῷ ἀστρολογικῷ, qui Περὶ μάγων scripsit, vindicanda sunt. Loci veterum qui huc pertinent paucis indicasse habeo satis. Vit. Arat. p. 55 in Βιογρ. Westerm : Καὶ γὰρ Εὐδοξος ὁ Κνίδιος ἔγραψε Φαινόμενα καὶ Λᾶσος ὁ Μάγνης, ... καὶ Ἑρμιππος καὶ Ἠγησιάναξ καὶ Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ὧν καὶ Πτολεμαῖος μὲννηται ὁ βασιλεὺς Ἰδιοφύεσιν οὕτως·

Πάνθ' Ἠγησιάναξ τε καὶ Ἑρμιππος τὰ κατ' αἴθρη  
τείρεα καὶ πολλοὶ ταῦτα τὰ φαινόμενα  
βίβλοις ἐγκατέθεντο, ἀποσκοπιοὶ δ' ἀφάρματον  
ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἄρατος ἔχει.

Epigramma hoc Jacobsius (Anthol. tom. XIII, p. 944) ad Ptolemæum Evergeten II refert. Buttmannus autem (in Mus. Antiq. tom. II, p. 463 sqq.) Claudio Ptolemæo, astronomo, qui mediæ ævi scriptoribus *Regis* nomine interdum ornatus

sit, vindicat. Hoc longius petatum, neque cum mediæ ævi scriptore nunc nobis res est. Equidem puto Ptolemæum illum, Ἰδιοφύων auctorem, esse regem Philopatorem, cui Archelaus poeta sua Ἰδιοφύῃ (quæ memorantur apud Athen. IX, p. 409, C) dedicassit, siquidem recte statuo Ἰδιοφύῃ hæc non diversa esse ab epigrammatis quæ de rebus mirabilibus Archelaus ad Ptolemæum scripsit (v. not. ad fr. Philostephani p. 28). Quod si est, Hermippus a Ptolemæo laudatus Nostro Callimachio nequit esse junior; quin idem cum Callimachio fuerit nihil adeo obstat, ut nunc quidem mihi videtur. Cf. etiam Droysenius *Hellenism.* tom. II, p. 49 not. — Exstat præterea (in Petavii Doctr. temp. III, p. 147) Catalogus τῶν περὶ τοῦ ποιητοῦ (sc. Ἀράτου) συνταξαμένων, qui Hipparcho vel Eratostheni tribuitur. Recensentur in eo tamquam Arati commentatores : Parmenides, Eratosthenes, *Hermippus*, Zeno, Thales, *Hermippus peripateticus*, Callimachus, alii. Auctoritas miselli hujus testimonii plane nulla est. Umbraticus quidam ex scholiis suis ad Aratum auctores ibi allegatos enotasse et tamquam commentatores poetæ composuisse videtur, monente Prellero. Duplicem Hermippi mentionem ita explicat Prellerus, ut initio non nisi *Hermippi* nomen, uti in schol. ad Arat. laudatur, annotatum fuisse statuat, huic deinde alium quendam adscripsisse *Hermippum peripateticum*, cujus mentionem apud Hieronymum vel alibi reperisset. — Ex Phænomenis petita sunt quæ leguntur apud Hygin. Poet. astron. II, 20, et II, 4 (ubi : *Hermippus qui De sideribus scripsit*); schol. Arat. v. 315 et 436, ubi hæc : Αὐτὸν μὲν οὖν (Centaurum) Ἑρμιππος Χείρωνά φησιν... εἶναι... Αὐτὸς δὲ ὁ Χείρων ὁ ἐν τῷ σπηλαίῳ κατοικῶν, δικαιοσύνη πάντας ἀνθρώπους ὑπερβάλλων καὶ παιδεύσας Ἀσκληπιὸν, τὸν υἱὸν Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀχιλλέα τὴν ἰατρικὴν, καὶ Ἰάσονα, κατηστερίσθη πρὸς τιμὴν. Quem locum Prellerus componit cum iis, quæ ex Hermippo Berytio refert Clemens Alex. Strom. I, p. 132, 11 Sylb. : Ὁ δὲ Βηρύτιος Ἑρμιππος Χείρωνα τὸν Κένταυρον σοφὸν καλεῖ, indeque colligit ipsum hunc Berytium Hermippum auctorem esse τῶν Φαινομένων. At consensus ille in re omnium tritissima nihil probat.

81.

Nicomachus libro primo De festis Ægyptiorum ait : « Condy, vas est Persicum; (formam habet), ut Hermippus

astrologus ait, quam mundus, ex quo deorum miracula in terra fiunt. Quare ex eo libationes fundere solent.

# CALLIXENUS RHODIUS

ET

## PTOLEMÆUS MEGALOPOLITANUS.

Callixenum Rhodium scripsisse sub Ptolemæo Philopatore (222—206), sed virum jam fuisse sub regno Philadelphi (285—247), ex duobus quæ supersunt fragmentis (1 et 2) luculentissimis colligimus; nam quæ fragmento 2 describitur pompa Ptolemæi Philadelphi, ita nobis pingitur ut non potuerit eam auctor suis non vidisse oculis. Condidit Alexandriæ Periegesin libris minimum quatuor; quæ nitidissimam et accuratissimam monumentorum urbis et divitiarum imaginem exhibuisse videtur. Ex alio ejusdem scriptoris opere De pictoribus et statuariis nihil tulit ætatem. Cf. Preller. ad Polemon. p. 179.

### ΠΕΡΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

#### E LIBRO PRIMO.

I.

Athenæus V, c. 36, p. 203, C: Πολλῶν δ' ὁ Φιλάδελφος βασιλέων πλοῦτῳ διέφερε, καὶ περὶ πάντα ἐσπουδάκει τὰ κατασκευάσματα φιλοτίμως, ὥστε καὶ πλοίων πλήθει πάντα ὑπερέβαλλε. Τὰ γοῦν μέγιστα τῶν πλοίων ἦν παρ' αὐτῷ τριακοντήρεις δύο, εἰκοσῆρης μία, τέσσαρες τρισκαιδεκῆρεις, δωδεκῆρεις δύο, ἑνδεκῆρεις τεσσαρεσκαίδεκα, ἑννήρεις τριάκοντα, ἑπτῆρεις τριάκοντα ἑπτὰ, ἑξήρεις πέντε, πεντήρεις ἑπτακαίδεκα.

### DE ALEXANDRIA.

1.

Multos reges Philadelphus divitiis antecelluit; idemque singulari studio omnia artis opera prosecutus est, ut etiam navium magnitudine omnes superarit. Igitur maximæ apud eum naves erant, triginta ordinum, duæ; viginti ordinum, una; quattuor, ordinum tredecim; duæ, duodecim ordinum; quattuordecim, ordinum undecim; hepteres, triginta septem; hexeres, quinque; quinqueres, septemdecim. A quadremi vero usque ad hemiolia numerus duplo istis major erat. Quæ vero in insulas emittebantur, et in alias quibus imperavit civitates, et in Africam, super quattuor millia erant. De librorum autem multitudine et de Bibliothecæ apparatus, et de conventu in Museo, quid opus est verba facere, quum in hominum memoria hæc omnia versentur?

Sed quoniam de Navium constructione diximus, age dicamus etiam (nam scitu digna res est) de navigiis a Philopatore rege constructis. De quibus idem Callixe-

τὰ δ' ἀπὸ τετρήρους μέχρι τριηρημιολίας διπλάσια τούτων. Τὰ δ' εἰς τὰς νήσους πεμπόμενα καὶ τὰς ἄλλας πόλεις, ὧν ἦρχε, καὶ τὴν Αἰθίωην πλείονα ἦν τῶν τετρακισχιλίων. Περὶ δὲ βιβλίων πλήθους καὶ βιβλιοθηκῶν κατασκευῆς καὶ τῆς εἰς τὸ Μουσεῖον συναγωγῆς, τί δεῖ καὶ λέγειν, πᾶσι τούτων ὄντων κατὰ μνήμην;

37. Ἐπεὶ δὲ περὶ νεῶν κατασκευῆς εἰρήκαμεν, φέρ' εἴπωμεν (ἀκοῆς γὰρ ἐστὶν ἄξια) καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Φιλοπάτορος βασιλέως κατασκευασμένα σκάφη. Περὶ ὧν ὁ αὐτὸς Καλλιξένος ἱστορεῖ ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Ἀλεξανδρείας, οὕτως λέγων· « Τὴν τεσσαρακοντήρη ναῦν κατασκεύασεν ὁ Φιλοπάτωρ, τὸ μῆκος ἔχουσαν διακοσίων ὀγδοήκοντα πηχῶν, ὀκτὼ δὲ καὶ τριάκοντα ἀπὸ παρόδου ἐπὶ πάροδον, ὕψος δὲ ἕως ἀκροστολίου τεσσαράκοντα ὀκτὼ πηχῶν. Ἀπὸ δὲ τῶν πρυμνητικῶν ἀφλάστων ἐπὶ τὸ πρὸς τῇ θαλάσσει μέρος αὐτῆς τρεῖς πρὸς τοῖς πεντήκοντα πήχεις. Πηδάλια δ' εἶχε τέτταρα τριακονταπήχη, κώπας δὲ θρανιτικὰς, ὀκτὼ καὶ τριάκοντα πηχῶν τὰς μέγιστας, αἱ, διὰ τὸ μόλυθον ἔχειν ἐν τοῖς ἐγχειριδίοις, καὶ γεγονέναι λίαν εἴσω βαρεῖαι κατὰ τὴν ζύγωσιν, εὐήρεις ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς χρείας. Δίπρωρος δ' ἐγεγόνει καὶ δίπρυμνος, καὶ ἔμβολα εἶχεν ἑπτὰ· τούτων ἐν μὲν ἡγούμενον, τὰ δ' ὑποστέλλοντα· τινὰ δὲ κατὰ τὰς ἐπωτίδας. Ὑποζώματα δὲ ἐλάμβανε δώδεκα· ἑξακοσίων δ' ἦν ἕκαστον πηχῶν. Εὐρύθμος δ' ἦν καθ' ὑπερβολὴν· θαυμαστός δ' ἦν καὶ ὁ ἄλλος

nus primo De Alexandria libro, his verbis exposuit: « Quadringenta ordinum navem construxit Philopator, longitudinem habentem cubitorum ducentorum et octoginta, octo vero et triginta ab uno latere ad alterum. Altitudo autem, usque ad proræ summitatem, cubitorum erat quadringenta octo: ab aplustri vero in puppi usque ad partem quæ mare attingit, cubiti erant quinquaginta. Gubernacula habebat quattuor, cubitorum triginta: remos superioris ordinis [centum et] triginta octo cubitorum maximos; qui, quod plumbum haberent in manubriis et admodum graves essent, intra navem secundum leges æquilibrii, tractatu faciles erant in ipso usu. Habebat autem duas proras, duasque puppes: rostra vero septem, quorum unum longius, reliqua gradatim breviora; nonnulla etiam ex auriculis navis eminebant. Hypozomata [quasi subligacula diceret] habebat duodecim; quorum quodque erat sexcentorum cubitorum. Erat autem mira totius structuræ concinnitas, aptaque dimensionis proportio: et admirabilis reliquus navis ornatus. Habebat enim quum in puppi, tum in prora, figuras haud minores duodecim cubitis: et quilibet ejus

κόσμος τῆς νεώς. Ζῶα μὲν ἄρ' εἶχεν οὐκ ἐλάττω δώδεκα πηχῶν κατὰ πρύμναν τε καὶ πρῶραν, καὶ πᾶς τόπος αὐτῆς κηρογραφία κατεπεποίκιλτο, τὸ δ' ἔγκωπον ἅπαν μέχρι τῆς τρόπεως κισσίνην φυλλάδα καὶ θύρσους εἶχε περίξ. Πολὺς δ' ἦν καὶ ὁ τῶν ὀπλων κόσμος. Ἀνεπλήρου δὲ τὰ προσδεόμενα τῆς νεώς μέρη. Γενομένης δὲ ἀναπείρας ἐδέξατο ἐρέτας πλείους τῶν τετρακισχιλίων, εἰς δὲ τὰς ὑπηρεσίας τετρακοσίους· εἰς δὲ τὸ κατάστρωμα ἐπιθάτας τρισχιλίους, ἀποδέοντας ἑκατὸν καὶ πενήκοντα· καὶ χωρὶς ὑπὸ τὰ ζύγια πλῆθος ἀνθρώπων ἕτερον, ἐπισιτισμούς τε οὐκ ὀλίγον. Καθειλκύσθη δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ ἐσχαρίου τινός, ὃ φασὶ παγῆναι πενήκοντα πλοίων πεντηρικῶν ξυλεία, ὑπὸ δὲ ὄχλου μετὰ βοῆς καὶ σαλπίγγων κατήγετο. Ὑστερον δὲ τῶν ἀπὸ Φοινίκης τις ἐπενόησε τὴν καθολκὴν, τάφρον ὑποστησάμενος, ἴσην τῇ νηὶ κατὰ μῆκος, ἣν πλησίον τοῦ λιμένος ὤρυξε. Ταύτη δὲ τοὺς θεμελίους κατωκοδόμησε λίθω στερεῶ πρὸς πέντε πήχεις τὸ βάθος, καὶ διὰ τούτων φάλαγγας ἐπικαρσίας κατὰ πλάτος τῆς τάφρου διώσας συνεχεῖς, τετράπηχυν εἰς βάθος τόπον ἀπολιπούσας. Καὶ ποιήσας εἰσρουν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐνέπλησεν αὐτῆς πάντα τὸν ὄρυχθέντα τόπον, εἰς δὲ ῥαδίως ἀπὸ τῶν τυχόντων ἀνδρῶν εἰσήγαγε τὴν ναῦν. \*\*\* τὸ ἀνοιχθὲν κατ' ἀρχὰς ἐμφράξαντας μετεξαντλήσαι πάλιν τὴν θάλασσαν ὀργάνοις· τούτου δὲ γενομένου ἐδρασθῆναι τὸ πλοῖον ἀσφαλῶς ἐπὶ τῶν προειρημένων φαλάγγων.

« Κατεσκεύασε δ' ὁ Φιλοπάτωρ καὶ ποτάμιον πλοῖον, τὴν θαλαμηγὸν καλουμένην, τὸ μῆκος ἔχουσαν ἡμιστα-

picum Martium nutriendis et servandis præsto fuisse. Marti ea animalia sacra habentur; et picum Martium præcipuo honore venerantur Latini; unde puerperæ major habita fides ex Marte peperisse se asseverant. Quamvis incam opinionem venisse dicatur decepta fraude Amulii, qui armatus ad eam accessisset et raptam virginitate privasset. Sunt qui ferant, nutricis nomen ob vocabuli ambiguitatem gestæ rei famam in fabulositatem extulisse. Lupas enim Latini, præter notam significationem, etiam vocabant eas quæ corpus vulgabant: cujusmodi Faustuli uxorem puerorum nutritii fuisse Accam Larentiam nomine. Huic etiam sacra Romani faciunt, et mense Aprili flamen Martialis libat, et Larentialia vocant festum.

Alteram item colunt Larentiam ex causa hujuscemodi. Herculis ædituus forte otii fallendi gratia, ut fertur, cum deo talis ludere statuit hac lege, si vicisset, ut ille quippiam sibi conferret boni; victus, ut deo ipse lautum epulum et concubitus præberet formosæ mulieris. In hanc legem talos jactat pro deo; inde pro se, quibus victus apparuit. Hinc quum stare pactis et conditioni vellet conventæ satisfacere, cœnam deo instruxit, Larentiamque formosam puellam, nondum famosam, mercede conductam lecto strato convivio excepit in templo; ubi post cœnam conclusit eam, tanquam fruituro ipsa deo. Ac fama tenet Her-

αὐτήν. Καὶ μέντοι καὶ τὸν θεὸν ἐντυχεῖν λέγεται τῇ γυναικί, καὶ κελεῦσαι βαδίζειν ἔωθεν ἐπὶ τὴν ἀγορὰν, καὶ τὸν ἀπαντήσαντα πρῶτον ἀσπασαμένην ποιεῖσθαι φίλον. Ἀπήντησεν οὖν αὐτῇ τῶν πολιτῶν ἀνὴρ ἡλικίας τε πόρρω ἦκων, καὶ συνειλοχῶς οὐσίαν ἰκανήν· ἄπαις δὲ καὶ βεβιωκῶς ἀνευ γυναικὸς, ὄνομα Ταρρούτιος. Οὗτος ἔγνω τὴν Λαρεντίαν, καὶ ἠγάπησε, καὶ τελευταίων ἀπέλιπε κληρονόμον ἐπὶ πολλοῖς καὶ καλοῖς κτήμασιν, ὧν ἐκείνη τὰ πλεῖστα τῷ δήμῳ κατὰ διαθήκας ἔδωκε. Λέγεται δὲ αὐτὴν ἐνδοξὸν οὔσαν ἤδη, καὶ θεοφιλῆ νομιζομένην, ἀφανῆ γενέσθαι περὶ τοῦτον τὸν τόπον, ἐν ᾧ καὶ τὴν προτέραν ἐκείνην Λαρεντίαν κείσθαι. Καλεῖται δὲ νῦν ὁ τόπος Βήλαυρον, ὅτι τοῦ ποταμοῦ πολλάκις ὑπερχεομένου, διεπεραιοῦντο πορθμεῖοις κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον εἰς ἀγορὰν. Τὴν δὲ πορθμεῖαν, βηλατούραν καλοῦσιν. Ἐνιοὶ δὲ λέγουσι τὴν εἰς τὸν ἵπποδρομον φέρουσαν ἐξ ἀγορᾶς πάροδον ἰστίοις καταπεταννύναι τοὺς τὴν θέαν παρέχοντας, ἐντεῦθεν ἀρχομένους. Ῥωμαῖστί δὲ τὸ ἰστίον βῆλον ὀνομάζουσι. Διὰ ταῦτα μὲν ἔχει τιμὰς ἢ δευτέρα Λαρεντία παρὰ Ῥωμαίοις.

Τὰ δὲ βρέφη Φαυστύλος Ἀμουλίου συφορβὸς ἀνείλετο λαθῶν ἅπαντας· ὡς δ' ἔνιοι φασὶ τῶν εἰκότων ἐγόμενοι μᾶλλον, εἰδότες τοῦ Νομήτορος καὶ συγχορηγοῦντος τροφὰς κρύφα τοῖς τρέφουσι. Καὶ γράμματα λέγονται καὶ τᾶλλα μαθάνειν οἱ παῖδες εἰς Γαβίους κομισθέντες, ὅσα χρὴ τοὺς εὔγεγονότας. Κληθῆναι δὲ καὶ τούτους ἀπὸ τῆς θηλῆς ἱστοροῦσι Ῥωμόλον καὶ Ῥῶμον, ὅτι θηλάζοντες ὄφθησαν τὸ θηρίον. Ἡ μὲν οὖν ἐν τοῖς σώμασιν εὐγένεια, καὶ νηπίων ὄντων, εὐθὺς ἐξέφαινε μεγέθει καὶ ἰδέᾳ τὴν φύσιν. Αὐξόμενοι

δὲ, θυμοειδεῖς ἦσαν ἀμφοτέρω, καὶ φρονήματα πρὸς τὰ φαινόμενα δεινὰ, καὶ τόλμαν ὅλως ἀνέκπληκτον ἔχοντες· ὁ δὲ Ῥωμόλος γνώμη τε χρῆσθαι μᾶλλον ἐδόκει, καὶ πολιτικὴν ἔχειν σύνεσιν, ἐν ταῖς περὶ νομὰς καὶ κυνηγίας πρὸς τοὺς γειτνιῶντας ἐπιμιξίαις πολλὴν ἑαυτοῦ παρέχων κατανόησιν ἡγεμονικοῦ μᾶλλον ἢ πειθαρχικοῦ φύσει γεγονότος. Διὸ τοῖς μὲν ὀμοφύλοις καὶ ταπεινοτέροις προσφιλεῖς ἦσαν, ἐπιστάτας δὲ καὶ διόπους βασιλικούς καὶ ἀγελάρχας, ὡς μηδὲν αὐτῶν ἀρετῇ διαφέροντας, ὑπερφρονοῦντες, οὔτ' ἀπειλῆς ἐφρόντιζον οὔτε ὀργῆς. Ἐχρῶντο δὲ διατριβαῖς καὶ διαίταις ἐλευθερίοις, οὐ τὴν σχολὴν ἐλευθέριον ἡγούμενοι καὶ τὴν ἀπονίαν, ἀλλὰ γυμνάσια καὶ θήρας καὶ δρόμους, καὶ τὸ ληστὰς ἀλέξασθαι, καὶ κλωπὰς ἐλεῖν, καὶ βίας ἐξελέσθαι τοὺς ἀδικουμένους. Ἦσαν δὲ διὰ ταῦτα περιβόητοι.

Γενομένης δὲ τινος πρὸς τοὺς Νομήτορος βουκόλους τοῖς Ἀμουλίου διαφορᾶς καὶ βοσκημάτων ἐλάσεως, οὐκ ἀνασχόμενοι, συγκόπτουσι μὲν αὐτοὺς καὶ τρέπονται, ἀποτέμνονται δὲ τῆς λείας συχνῆν. Ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ Νομήτορος, ὀλιγώρουν· συνῆγον δὲ καὶ προσεδέχοντο πολλοὺς μὲν ἀπόρους, πολλοὺς δὲ δούλους, θράσους ἀποστατικοῦ καὶ φρονήματος ἀρχᾶς ἐνδιδόντες. Τοῦ δὲ Ῥωμόλου πρὸς τινὰ οὐσίαν ἀποτραπομένου (καὶ ἦν γὰρ φιλοθύτης καὶ μαντικός), οἱ τοῦ Νομήτορος βοτῆρες τῷ Ῥώμῳ μετ' ὀλίγων βαδίζοντι, προστυχόντες ἐμάχοντο. Καὶ γενομένων πληγῶν καὶ τραυμάτων ἐν ἀμφοτέροις, ἐκράτησαν οἱ τοῦ Νομήτορος, καὶ συνέλαβον ζῶντα τὸν Ῥῶμον. Ἀναχθέντος οὖν αὐτοῦ πρὸς τὸν Νομήτορα, καὶ κατηγορηθέντος, αὐτὸς μὲν οὐκ ἐκόλασε, χαλεπὸν ὄντα δεδιὼς τὸν ἀδελ-

culem revera cum puella congressum, jussisse eam ad forum mane se conferre, et in quem incidisset primum, eum osculo dato amicitia sibi jungere. Occurrit ei quidam ex civibus magno natu et satis opulentus, liberis quidem orbus, qui hactenus ætatem in cœlibatu egerat, nomine Tarrutius. Hic Larentiam complexus est ac dilexit, mulitorumque et lautorum prædiorum reliquit moriens hæredem; quæ illa pleraque populo per testamentum legavit. Hæc quum jam celebri nomine esset, atque a deo dilecta haberetur, traditur ex hominum ablata conspectu circa eundem locum, in quo prior illa Larentia humata est. Eum nunc vocant Velabrum ex eo, quod in crebris fluvii exundationibus trajectus eo loco in forum esset: trajectum autem velaturam vocant. Nonnulli dicunt eos, qui munus populo exhibent, viam a foro in Circum maximum ferentem velis obumbrare ab illo ipso loco incipientes. Hac de causa Larentia altera apud Romanos colitur.

Faustulus infantes, Amulii subulcus, clam omnibus sustulit; vel, ut nonnulli narrant, verisimilitudini propinquoiores, conscio Numitore et alimenta suppeditante secreto nutritiis. Etiam literis omnique liberali disciplina instituti dicuntur pueri; Gabios translati. Narrant autem vocatos esse Romulum et Remum a ruma, quia sugentes visi essent lupam. Horum illico in prima etiam ætate corporis præstantia indolem ex proceritate et forma ostendit: et quum

adolescerent, acres ambo et fortes, atque ad objecta pericula magnanimi fuerunt, planeque intrepidi. Romulus tamen præcellentior consilio, et civili prudentia præditus habebatur, vicinis, quibuscum inter pascua et venationes haberet commercium, magnam de se opinionem præbens, ad imperandum se, quam ad parendum, natum potius esse. Itaque popularibus vel humilioribus grati esse, villicos, regios procuratores et pecoris magistros, ut nihilo se præstantiores, contemnere, nec minis eorum moveri, neque ira: in exercitiis et studiis liberalibus frequentes esse, ab otio et inertia, ut re sordida, abhorrentes; amplecti autem labores, venationem et cursus, latrones propulsare, fures prehendere, et afflictos ab injuria vindicare. Hinc adolescentibus magnum nomen.

Exorta aliquando inter Numitoris et Amulii bubulcos contentione, armentisque abactis de suis, non tulerunt eam injuriam, sed cædunt illos et in fugam vertunt, exuuntque magna ex parte præda, nihil Numitoris morali indignationem. Copiam inde inopum et servorum cogunt recipiuntque, ut res iis auctoribus spectare ad defectionem et audax facinus videretur. Quum esset autem sacrificandi et augurandi Romulus studiosus, eo forte in sacrificio occupato, invadunt Numitoris pastores iter cum parvo comitatu facientem Remum. Dum ictus et vulnera utrimque inferuntur, vincunt Numitoris pastores, ac Remum capiunt. Raptum

φόν, ἔλθων δὲ πρὸς ἐκεῖνον, ἔδειτο τυχεῖν δίκης, ἀδελφὸς ὢν καὶ καθυβρισμένος ὑπ' οἰκετῶν ἐκείνου βασιλέως ὄντος. Συναγαναχτούντων δὲ τῶν ἐν Ἄλβῃ, καὶ δεινὰ πάσχειν οἰομένων τὸν ἄνδρα παρ' ἀξίαν, κινήθει δ' Ἀμούλιος αὐτῷ παραδίδωσι τῷ Νομήτορι τὸν Ῥώμιον δ', τι βούλοιο χρήσασθαι. Παραλαβὼν δ' ἐκεῖνος, ὡς ἦκεν οἴκαδε, θαυμάζων μὲν ἀπὸ τοῦ σώματος τὸν νεανίσκον, ὑπερφέροντα μεγέθει καὶ βῶμῃ πάντας, ἐνορῶν δὲ τῷ προσώπῳ τὸ θαρραλέον καὶ ἰταμὸν τῆς ψυχῆς, ἀδούλωτον καὶ ἀπαθὲς ὑπὸ τῶν παρόντων, ἔργα δὲ αὐτοῦ καὶ πράξεις ὅμοια τοῖς βλεπομένοις ἀκούων, τὸ δὲ μέγιστον, ὡς ἔοικε, θεοῦ συμπαρόντος καὶ συνεπευθύνοντος ἀρχὰς μεγάλων πραγμάτων, ἀπτόμενος ὑπονοίᾳ καὶ τύχῃ τῆς ἀληθείας, ἀνέκρινεν, ὅστις εἴη καὶ ὅπως γένοιτο, φωνῇ τε πραεῖᾳ καὶ φιλανθρώπῳ βλέμματι πίστιν αὐτῷ μετ' ἐλπίδος ἐνδιδούς. Ὁ δὲ θαρρῶν ἔλεγεν· « Ἄλλ' οὐδὲν ἀποκρύψομαι σε· καὶ γὰρ εἶναι δοκεῖς Ἀμούλιου βασιλικώτερος. Ἀκούεις γὰρ καὶ ἀνακρίνεις, πρὶν ἢ κολάζειν· ὁ δ' ἀκρίτους ἐκδίδωσι. Πρῶτον μὲν ἑαυτοὺς οἰκετῶν βασιλέως Φαυστύλου καὶ Λαρεντίας ἠπιστάμεθα παῖδας. Ἔσμεν δὲ δίδυμοι. Γενόμενοι δὲ ἐν αἰτίᾳ πρὸς σε, καὶ διαβολαῖς καὶ τοῖς περὶ ψυχῆς ἀγῶσιν, ἀκούομεν μέγала περὶ ἑαυτῶν· εἰ δὲ πιστὰ, κρίνειν ἔοικε νῦν ὁ κίνδυνος. Γοναὶ μὲν γὰρ ἡμῶν ἀπόρρητοι λέγονται, τροφαὶ δὲ καὶ τιθηνήσεις ἀτοπώτεραι νεογνῶν, οἷς ἐρρίφημεν οἰωνοῖς καὶ θηρίοις, ὑπὸ τούτων τρεφόμενοι, μαστῷ λυκαίνης καὶ ὀρουκολάπτου ψωμίσμασιν, ἐν σκάφῃ τινὶ κείμενοι παρὰ τὸν μέγαν ποταμόν. Ἔστι δ' ἡ σκάφη, καὶ σώζεται,

χαλκοῖς ὑποζώμασι γραμμάτων ἀμυδρῶν ἐγκεχαρῶν γμένων· ἃ γένοιτ' ἂν ὕστερον ἴσως ἀνωφελῆ γνωρίσματα τοῖς τοκεῦσιν ἡμῶν ἀπολομένων. » Ὁ μὲν οὖν Νομήτωρ, ἔκ τε τῶν λόγων τούτων, καὶ πρὸς τὴν ὄψιν εἰκάζων τὸν χρόνον, οὐκ ἔφυγε τὴν ἐλπίδα σαίνουσαν, ἀλλ' ἐφρόντιζεν, ὅπως τῇ θυγατρὶ περὶ τούτων κρύφα συγγενόμενος φράσειεν· ἐφρουρεῖτο γὰρ ἔτι καρτερῶς.

Ὁ δὲ Φαυστύλος, ἀκούσας τὴν τε σύλληψιν τοῦ Ῥώμου καὶ τὴν παράδοσιν, τὸν μὲν Ῥωμύλον ἠξίου βοηθεῖν, τότε σαφῶς διδάξας περὶ τῆς γενέσεως· πρότερον δὲ ὑπηνίττετο, καὶ παρεδήλου τοσοῦτον, ὅσον προσέχοντας μὴ μικρὸν φρονεῖν. Αὐτὸς δὲ τὴν σκάφην κομίζων ἐχώρει πρὸς τὸν Νομήτορα, σπουδῆς καὶ δέους μεστὸς ὢν διὰ τὸν καιρόν. Ὑποψίαν οὖν τοῖς περὶ τὰς πύλας φρουροῖς τοῦ βασιλέως παρέχων, καὶ ὑφορώμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ ταραττόμενος πρὸς τὰς ἀνακρίσεις, οὐκ ἔλαθε τὴν σκάφην τῷ γλαμυδίῳ περικαλύπτων. Ἦν δὲ τις ἐν αὐταῖς ἀπὸ τύχης τῶν τὰ παιδάρια ρῖψαι λαβόντων καὶ γεγονότων περὶ τὴν ἔκθεσιν. Οὗτος ἰδὼν τὴν σκάφην τότε καὶ γνωρίσας τῇ κατασκευῇ καὶ τοῖς γράμμασιν ἔτυχεν ὑπονοίᾳ τοῦ ὄντος· καὶ οὐ παρημέλησεν, ἀλλὰ φράσας τὸ πρᾶγμα τῷ βασιλεῖ κατέστησεν εἰς ἔλεγχον. Ἐν δὲ πολλαῖς καὶ μεγάλας ἀνάγκαις ὁ Φαυστύλος οὐτ' ἀήττητον ἑαυτὸν διεφύλαξεν, οὔτε παντάπασιν ἐκβιασθεὶς σώζεσθαι μὲν ὠμολόγησε τοὺς παῖδας, εἶναι δ' ἀποθην τῆς Ἄλβης ἔσθ' ἐνέμοντας· αὐτὸς δὲ τοῦτο πρὸς τὴν Ἰλίαν φέρων βαδίζειν πολλάκις ἰδεῖν καὶ θιγεῖν ἐπ' ἐλπίδι βεβαιότερα τῶν τέκνων ποθήσασαν. Ὅπερ οὖν οἱ ταραττόμενοι καὶ μετὰ δέους

ad se et accusatum Numitor, quia iram verebatur fratris, ipse non punivit, sed profectus ad illum, satisfactionem postulavit, qui frater esset regis et violatus ab ipsius famulis. Quum vero Albani etiam indignarentur et injuria virum affici manifestaria crederent, adductus est Amulius ut Remum Numitori ad supplicium quodvis dederet. Domum reversus ille, adolescentem adduci jussit, et corporis eximiam præter ceteros speciem et robur miratus simul, animadversa in vultu audacia et confidentia animi, imperterrita et invicta præsentis periculo; facta deinde et gesta ejus audiens, quæ congrua essent iis quæ videret; præcipue vero, deo, ut fertur, præsentis et moderante magnarum rerum origines, tam sagacitate quam fortuna veritatem assequens interrogat quisnam sit, quæve ejus origo, comique alloquio et humano intuitu spem cum fiducia dat. Ille intrepide, « Nihil, inquit, te celabo; namque regio animo magis mihi videris, quam Amulius, esse; qui ante audias et quæras, quam damnes; ille vero tradit inauditus. Primum regis ministrorum Faustuli et Larentiæ esse filios nos opinabamur: gemini autem sumus. Verum ut accusati apud te sumus et calumnia circumventi, de vita ut periclitemur, mira de nobis accipimus: certane sint, præsens videtur periculum decreturum. Partus enim nostros secretos esse dicunt, incunabula et lactationem infantium etiam maxime insolitam: aves enim et feræ, quibus objecti eramus; hæc nos nutrierunt, lupa uberibus, et picus Martius minutis cibariis, ad magnum fluvium in alveo abjectos. Exstat etiam

alveus et salvus est, æneis vinculis circumductus, literis inscriptus exolescentibus, futura fortasse parentibus olim interitus nostri inutilia indicia. » Numitoris ad verba hæc et ætatem ex facie elucentem tempus reputantis blanda spes animum tetigit, subiitque cura, quemadmodum cum filia, quæ in arcta adhuc detinebatur custodia, remotis arbitris de his ageret.

At Faustulus, ut captum Remum et deditum accepit, Romuli implorat opem, eique tandem veram originem ipsius aperit, quam obscure ante et obiter hactenus indicaverat, quatenus illis, si animum adverterent, animos facere posset. Simul ipse temporis necessitate festinabundus et percussus, cum alveo contendit ad Numitorem. Venit autem in suspicionem regiæ ad portam stationi; et quum oculos in eum intenderent, atque ille trepidaret ad interrogata, detectus est, quem pallio operuerat, alveus. Erat forte inter eos quidam ex illis, qui projiciendos acceperant pueros, et exponendis interfuerant. Hic ut alveum aspexit, agnovit eum ex forma et literis, remque suspitione attigit; quam non neglexit sed aperuit regi, et ad quæstionem vocavit. Tantis et tam multis circumventus periculis Faustulus non omnino quidem infractus stetit, neque omnia tamen expressa ei sunt: pueros enim fatetur esse superstites, sed procul Alba pascere: alveum se ad Iliam latum ire, quæ ob certiolem de liberis spem videre et contrectare eum sæpe cupierat. Igitur id quod usu venire perplexis solet, et illis qui metum vel iram in consilium adhibent,

ἤ πρὸς ὀργὴν πράττοντες ὀτιοῦν ἐπεικῶς πάσχουσι, συνέπεσε παθεῖν τὸν Ἀμούλιον. Ἄνδρα γὰρ ἄλλῃ τε χρηστὸν καὶ τοῦ Νομήτορος φίλον ὑπὸ σπουδῆς ἐπεμψε διαπυθέσθαι τοῦ Νομήτορος κελεύσας, εἴ τις ἦκοι λόγος εἰς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν παίδων ὡς περιγενομένων. Ἀφικόμενος οὖν ὁ ἄνθρωπος καὶ θεασάμενος ὅσον οὕτω τὸν Ῥώμον ἐν περιβολαῖς καὶ φιλοφροσύναις τοῦ Νομήτορος, τὴν τε πίστιν ἰσχυρὰν ἐποίησε τῆς ἐλπίδος, καὶ παρεκλεύσατο τῶν πραγμάτων ὀξέως ἀντιλαμβάνεσθαι· καὶ συνῆν αὐτοῖς ἤδη καὶ συνέπραττεν. Ὁ δὲ καιρὸς οὐδὲ βουλομένοις ὀκνεῖν παρεῖχεν. Ὁ γὰρ Ῥωμύλος ἐγγύς ἦν ἤδη, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐξέθεον οὐκ ὀλίγοι τῶν πολιτῶν μίσει καὶ φόβῳ τοῦ Ἀμούλιου. Πολλὴν δὲ καὶ σὺν αὐτῷ δύναμιν ἤγε συλλελοχισμένην εἰς ἑκατοστάς· ἐκάστης δὲ ἀνὴρ ἀφηγεῖτο χόρτου καὶ ὕλης ἀγκυλίδας κοντῶ περιχειμένην ἀνέχων. Μανίπλα ταύτας Λατῖνοι καλοῦσιν. Ἄπ' ἐκείνου δὲ καὶ νῦν ἐν τοῖς στρατεύμασι τούτους μανίπλαριους ὀνομάζουσιν. Ἄμα δὲ τοῦ μὲν Ῥώμου τοὺς ἐντὸς ἀφιστάντος, τοῦ δὲ Ῥωμύλου προσάγοντος ἐξώθεν, οὔτε πράξας οὐδὲν ὁ τύραννος οὔτε βουλεύσας σωτήριον ἑαυτῷ διὰ τὸ ἀπορεῖν καὶ ταραττεσθαι καταληφθεὶς ἀπέθανεν. Ὡν τὰ πλεῖστα καὶ Φαβίου λέγοντος καὶ τοῦ Πεπαρηθίου Διοκλέους, ὃς δοκεῖ πρῶτος ἐκδοῦναι Ῥώμης κτίσιν, ὕποπτον μὲν ἐνίοις ἐστὶ τὸ δραματικὸν καὶ πλασματῶδες· οὐ δεῖ δὲ ἀπιστεῖν, τὴν τύχην ὀρῶντας, ὄων ποιημάτων δημιουργός ἐστι, καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα λογιζόμενος, ὡς οὐκ ἂν ἐνταῦθα προῦθη δυνάμει, μὴ θεῖαν τινὰ ἀρχὴν λαβόντα, καὶ μηδὲν μέγα μηδὲ παράδοξον ἔχουσαν.

3.

Josephus Ant. Jud. X, II, 1 : Μεγασθένης (fr. 24)

tum accidit Amulio. Virum enim et ceteroqui probum et Numitoris amicum festinato ad eum misit quæsitum ecquid de incolumitate puerorum intellexisset. Ille accedens, ut pæne hærentem jam Remum in complexibus et osculis Numitoris vidit, et spei fiduciam addidit, et ut rem gnaviter aggredere, auctor fuit; simulque se illis adjunxit eosque adjuvit. Nec tempus ullam concedebat vel volentibus prolationem: nam Romulus jam aderat, ad quem odio et metu Amulii copia se effuderat civium. Manum etiam non contemnendam secum ipse adducebat in centurias distributam. Singulas unus ducebat, graminis et fruticum manipulum conto alligatum sursum tenens. Manipulos Latini vocant: atque inde manet in hodiernum diem, ut in exercitiis hos manipulares appellant. Simul igitur Remus quum eos, qui intus erant, ad se traheret, Romulus vero adoriretur foris, trepidus tyrannus et attonitus, nihil est contra molitus, nec quicquam salubris consilii cepit: itaque deprehensus obtruncatur. Horum pleraque quanquam et Fabius refert et Peparethius Diocles, qui de condita Roma primus memoriæ mandasse videtur, suspecta quidam habent ob speciem dramaticam et commentii similem: sed quum cernamus quantarum rerum opifex sit fortuna, non debemus ei fidem derogare, reputantes animo, rem Roma-

ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν ... ἀποφαίνειν πειρᾶται τοῦτον τὸν βασιλέα (sc. Ναβουχοδονόσορον) τῇ ἀνδρεία καὶ τῷ μεγέθει τῶν πράξεων ὑπερβεβηκότα τὸν Ἡρακλέα· καταστρέψασθαι γὰρ αὐτὸν φησι Λιβύης τὴν πολλὴν καὶ Ἰβηρίαν. Καὶ Διοκλῆς δὲ ἐν τῇ δευτέρῃ τῶν Περσικῶν (Ἀποικιῶν) μνημονεύει τούτου τοῦ βασιλέως.

Περσικῶν] Juxta Epiphanium ἐν β' τῶν ἀποικιῶν, HAVERKAMP. « Apud Rufinum Diocles in secundo coloniarum, quomodo non solum in editis reperio, sed etiam in Rufino meo msto. » Voss. Hist. Gr. p. 429. Insolentiorum operis titulum Ἀποικία abiisse dixeris in notissimam multorum librorum inscriptionem, Περσικά. Quodsi est, suspiceris hunc Dioclem esse Peparethium; atque ea quæ de Romæ originibus ex eo produntur, ex eodem Ἀποικιῶν sive Κτίσεων opere fuisse deprompta. Ceterum si altera lectio genuina est, quæritur an non Diocles hic idem sit cum Diogene Περσικῶν auctore, cujus meminit Clem. Alex. Protr. p. 19, 21 Syll. (v. Diogen. Cyz. fr. 4).

4.

## ΠΕΡΙ ΗΡΩΩΝ.

Plutarch. Qu. Gr. c. 40: « Τίς Εὐνοστος ἦρως ἐν Τανάγρα; καὶ διὰ τίνα αἰτίαν τὸ ἄλλος αὐτοῦ γυναιξὶν ἀνέμβατόν ἐστιν; » Ἐλιέως τοῦ Κηφισοῦ καὶ Σκιαδος Εὐνοστος ἦν υἱός, ᾧ φασιν ὑπὸ νύμφης Εὐνόστας ἐκτραφέντι τοῦτο γενέσθαι τοῦνομα. Καλὸς δὲ ὢν καὶ δίκαιος, οὐχ ἤττον ἦν σώφρων καὶ αὐστηρός· ἐρασθῆναι δὲ αὐτοῦ λέγουσιν Ὀχναν, μίαν τῶν Κολωνοῦ θυγατέρων ἀνεψιὰν οὔσαν. Ἐπεὶ δὲ πειρῶσαν ὁ Εὐνοστος ἀπετρέψατο, καὶ λοιδορήσας ἀπῆλθεν εἰς τοὺς

nam sine divino aliquo auspicio et magno miraculo non fuisse eo potentiae progressuram.

3.

Megasthenes in libro quarto rerum Indicarum... ostendere conatur quod hic rex (Nabuchodonosorus) fortitudine et rerum gestarum magnitudine longe Herculem superarit: eum enim vastasse dicit magnam Libyæ partem et Iberiam. Porro Diocles in secundo De rebus Persicis (De coloniis) hujus regis mentionem fecit.

## DE SACELLIS.

4.

Quis est Eunostus heros Tanagræ, et cur lucum ejus intrare mulieribus nefas est? Elieus Cephisi et Sciadis filius pater Eunosti fuit, cui nomen impositum ab Eunosta nympa quæ eum enutriverat, aiunt. Hic Eunostus, ut honestus et justus, ita pudicus etiam fuit atque austerus. Ejus amore captam ferunt Ochnam unam de Coloni filiabus, consobrinam suam: a qua sollicitatus ad concubitum, aversatus mulierem et convicio insectatus, ad fratres ejus abiit querelam de ipsa propositurus: sed Ochna Eunostum occupavit apud fratres accusare, vique se ab eo compressam mentiri: obtinuitque ut Echemus, Leo, Bucolus (hi enim

ἀδελφούς κατηγορήσων, ἔφθασεν ἡ παρθένος τοῦτο πράξασα κατ' ἐκείνου, καὶ παρώξυνε τοὺς ἀδελφούς Ἐχέμον καὶ Λέοντα καὶ Βουκόλον, ἀποκτεῖναι τὸν Εὐνόστον, ὡς πρὸς βίαν αὐτῆ συγγεγεννημένον. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἐνεδρεύσαντες ἀπέκτειναν τὸν νεανίσκον. Ὁ δ' Ἐλιεύς ἐκείνους ἔδησεν· ἡ δ' Ὀχνη μεταμελομένη καὶ γέμουσα ταραχῆς, ἅμα μὲν αὐτὴν ἀπαλλάξαι θέλουσα τῆς διὰ τὸν ἔρωτα λύπης, ἅμα δ' οἰκτείρουσα τοὺς ἀδελφούς, ἐξήγγειλε πρὸς τὸν Ἐλιέα πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ἐκείνος δὲ Κολωνῷ. Κολωνοῦ δὲ δικάσαντος, οἱ μὲν ἀδελφοὶ τῆς Ὀχνης ἔφυγον, αὐτὴ δὲ κατεκρήμνισεν ἑαυτὴν, ὡς Μυρτίς ἢ Ἀνθηδονία ποιήτρια μελῶν ἱστορήκε. Τοῦ δὲ Εὐνόστου τὸ ἥρῳον καὶ τὸ ἄλσος οὕτως ἀνέμβατον ἐτηρεῖτο καὶ ἀπροσπέλαστον γυναιξίν, ὥστε πολλάκις, σεισμῶν ἢ αὐχμῶν ἢ διοσημιῶν ἄλλων γενομένων, ἀναζητεῖν καὶ πολυπραγμονεῖν ἐπιμελῶς τοὺς Ταναγραίους, μὴ λέληθε γυνὴ τῷ τόπῳ πλησιάσασα, καὶ λέγειν ἐνίους, ὧν δὲ Κλείδαμος ἦν, ἀνὴρ ἐπιφανῆς, ἀπρητηχένας αὐτοῖς τὸν Εὐνόστον ἐπὶ θάλατταν βαδίζοντα λουσόμενον, ὡς γυναικὸς ἐμβεβηκυίας εἰς τὸ τέμενος. Ἀναφέρει [δὲ] καὶ Διοκλῆς ἐν τῷ Περὶ ἡρώων συντάγματι δόγμα Ταναγραίων, περὶ ὧν δὲ Κλείδαμος ἀπήγγειλεν. Cujusnam Dioclis hæc sint nescio. Idem valet de sequentibus.

erant fratres ejus) adolescentem per insidias exceptum interficerent. Percussores filii Elieus in vincula condidit. Ochna autem pœnitentia facti animique perturbationibus compulsa, simul ut se molestia ob amorem concepta exoneraret, simul fratrum miseratione ducta, rem ut erat Elieo vera narratione, isque porro Colono, exposuit. Colono iudice sententiam ferente, fratres Ochnæ solum vertere, Ochna præcipitem sese dedit; sic refert Myrtis Anthedonia poetria. Eunosti autem sacrarii et luci ingressu atque etiam accessu ita diligenter arcebantur mulieres, ut si quando terræ motus, siccitates, aliave ostenta accidissent (quod factum est sæpe), Tanagræi studiose atque adeo curiose inquisiverint, numnam mulier aliqua fefellisset loco isti propinquans: et fuerint qui dicerent, e quibus est Clidamus vir illustris, obviam sibi factum esse Eunostum, lavandi gratia ad mare accedentem, quod lucum ipsius mulier quæ-

5.

Schol. Theocrit., VIII, 112: Διοκλῆς δὲ καταφέρεσθαι αὐτὸν (τὸν Ἑβρον ποταμὸν) ἀπὸ Ῥοδόπης καὶ ἐξερεύγεσθαι κατὰ πόλιν Αἴνον.

## DIOCLES RHODIUS.

6.

## Αἴτωλικά.

Plutarch. De fluv. XXII, 2, de Acheloo: Εὐρίσκεται δὲ καὶ λίθος πελιδνὸς τῷ χρώματι, Αἰνουργὸς καλούμενος ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· ἐὰν γὰρ βάλλῃς αὐτὸν εἰς ὀθόνιον, δι' ἔρωτος ἔνωσιν, τὸ σχῆμα λαμβάνει, καὶ ἄργιον γίνεται· καθὼς ἱστορεῖ Ἀντισθένης ἐν γ' Μελεαγρίδος. Μέννηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Διοκλῆς ὁ Ῥόδιος ἐν τοῖς Αἰτωλικοῖς.

Hanc Dioclem Brücknerus (in *Ztschrift f. Alterthumsw.* 1842 p. 254) eundem esse conjicit cum Dioclide Abderita, de quo Moschion ap. Athen. V, p. 206, E: Διοκλείδης μὲν δ' Ἀβδηρίτης θαυμάζετω ἐπὶ τῇ πρὸς τὴν Ῥοδίον πόλιν ὑπὸ Δημητρίου προσαχθείσῃ τοῖς τείχεσιν ἐλεπόλει.

dam intravisset. Sane Diocles in commentario de sacellis edictum refert Tanagræorum de iis quæ Clidamus renuntiasset.

5.

Diocles Hebrum fluvium deferri ait a Rhodope et ad Ænum urbem in mare effundi.

6.

## ÆTOLICA.

Invenitur etiam in Acheloo lapis colore lividus, Linurgus ab eventu dictus; eum enim si in linteolum projeceris, ob similitudinem et consensum, formam recipit et figuram lintei, albusque fit, ut narrat Antisthenes tertio Meleagrides. Horum etiam diligentius meminit Diocles Rhodius in Ætolicis.

# QUINTUS FABIUS PICTOR

ET

## NUMERIUS FABIUS PICTOR.

A. KRAUSE (*Vitæ et Fragmenta vet. Historico-  
rum Roman.* Berolin. 1833) p. 38 : « Quintus  
Fabius Pictor appellatur a Livio I, 44 (fr. 6) scri-  
ptorum antiquissimus, et II, 40 (fr. 12) longe an-  
tiquissimus auctor; a Dionysio (fr. 11) παλαιότατος  
ἀνὴρ τῶν τὰ Ῥωμαϊκὰ συνταξαμένων, et (fr. 1) au-  
ctor Lucii Cincii dicitur. Intelligendus est etiam  
ap. Livium VIII, 30 apud antiquissimos scriptores,  
ubi mox (fr. 13) nominatim affertur; IV, 7 extr.  
in annalibus priscis; VII, 9 in vetustioribus anna-  
libus; III, 23 extr. apud vetustiores scriptores;  
VIII, 26 extr. auctoribus dedi, quibus dignius credi  
est. Etiam III, 4 init. laudatur secundum quorun-  
dam codicum auctoritatem. Videtur autem mihi  
extra dubitationem positum, neminem, qui pedestri  
oratione scripserit, historicum ante Quintum hunc  
Fabium inter Romanos floruisse. Deinde ita refert  
Dionysius Halicarnassensis in A. R. I, 6 : Ὁμοίως  
δὲ τούτοις καὶ οὐδὲν διαφόρους ἐξέδωκαν ἱστορίας καὶ  
Ῥωμαίων ὅσοι τὰ παλαιὰ ἔργα τῆς πόλεως Ἑλληνικῆ  
διαλέκτῳ συνέγραψαν· ὧν εἰσι πρεσβύτατοι Κόϊντος  
Φάβιος, Λεύκιος Κίγκιος, ἀμφοτέροι κατὰ τοὺς Φοι-  
νικικοὺς ἀκμάσαντες πολέμους. Ab hoc nostro Quinto  
Fabio Pictore sejungendi sunt *Servius Fabius Pi-  
ctor* et *Numerius Fabius Pictor*, uterque a Cice-  
rone laudatus. Ac de illo quidem ita narrat in  
Bruto cap. 21 init. : *Sed vivo Catone minores natu  
multi uno tempore oratores floruerunt. Nam et A.  
Albinus is, qui græce scripsit historiam, qui consul  
cum L. Lucullo fuit, et literatus et disertus fuit :  
et tenuit cum hoc locum quendam etiam Servius  
Fulvius, et una Servius Fabius Pictor, et juris et lite-  
rarum et antiquitatis bene peritus.* De altero autem  
M. Tullius De div. I, 21 : *Hisque adjungatur etiam  
Æneæ somnium, quod in Numerii Fabii Pictoris  
annalibus ejusmodi est, etc.* (v. fr. 20). Quinti au-  
tem Fabii nostri avus est *Gaius Fabius*, Marci  
filius, primus Pictor cognominatus, de quo  
C. Plinius in H. N. XXXV, 4 hæc memoriæ pro-  
didit : *Apud Romanos quoque honos mature huic  
(sc. pingendi) arti contigit. Siquidem cognomina  
ex ea Pictorum traxerunt Fabii clarissimæ gentis :  
princepsque ejus cognominis ipse ædem Salutis*

*pinxit anno urbis conditæ CCCCL, quæ pictura  
duravit ad nostram memoriam, æde Claudii prin-  
cipatu exusta.* Huic Gaius Fabio, M. F., Pictori,  
duo filii erant : unus *C. Fabius, C. F. M. N.,  
Pictor*, quæstor militaris a. u. c. 475; ædilis curu-  
lis a. 480; prætor a. 483; consul a. 485 cum  
Q. Ogulnio Gallo, annis 35 postquam Salutis ædem  
pater pinxerat : alter *C. Fabii filius* (cf. Valer.  
Max. IV, 3) erat *Numerius Fabius Pictor, C. F.  
M. N.*, quæstor militaris a. 478, ædilis curulis  
a. 483; quæstor a. 486; consul a. 488 cum  
Decio Junio Pera : qui filium habuit *Nume-  
rium Fabium Pictorem*, anno 510 quæstorem  
provincialem. Horum alterum, fortasse filium,  
Cicero De divin. I, 21 significasse putandus est.  
In Pictorum autem familia literarum studium  
viguit, ut in Nobiliorum et aliarum complurium  
(Cic. Brut. c. 20, § 79.) De Fabiorum genere et  
nomine v. Plutarchum in Fabio Maximo init.

« Quintus igitur Fabius, C. F. C. N., gentilis et  
amicus Cunctatoris, interfuit bello Gallico (fr. 17)  
et Punico secundo (fr. 18. 19). Proquæstor fuit  
a. 535; Polybio teste III, 9, 4 (fr. 18), τοῦ συνε-  
δρίου μετείχε τῶν Ῥωμαίων. Quando mortuus sit,  
ignotum est. Nam qui prætor fuit in bello, quod  
cum Antiocho gestum est (cf. Liv. XXXVII, 40.  
50. 51), quique obiit a. u. c. 587, Q. Ælio Pæto,  
M. Junio Penno coss., duobus annis post Q. Ennii  
mortem (Liv. XLV, 44), a T. Livio flamen quiri-  
nalis dictus, ille, inquam, etsi fuerunt (\*) qui an-  
tiquissimum historicum putarent, tamen mihi cum  
Vossio videtur esse pater Servii Fabii Q. F. Q. N.  
Pictoris, a Cicerone in Bruto (c. 21) laudati.  
Apertum est autem, quanto in honore apud æqua-  
les noster fuerit, de quo testimonium hoc addi  
potest, quod Livio teste (XXII, 57) post pugnam  
Cannensem a. u. c. 538 *Delphos ad oraculum  
missus est sciscitatum, quibus precibus supplicisque  
deos possent placare, et quænam futura finis tan-*

(\*) Intellige Lachmannum De fontibus Livii II, p. 15;  
cujus opinionem improbat etiam Dewhitte De Q. Fabio  
Pictore (Hafniæ 1832), p. 6.



*tis cladibus foret.* Eadem de re Appianus De bello Hannib. c. 27 : Ἡ δὲ βουλή Κοίντων μὲν Φάβιον, τὸν συγγραφέα τῶνδε τῶν ἔργων, ἐς Δελφοὺς ἔπεμπε χρῆσόμενον περὶ τῶν παρόντων. Et Livius XXIII; 11 : *Dum hæc geruntur, Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romam rediit, responsumque ex scripto recitavit* sqq. Pari modo de honore et auctoritate, qua inter æquales floruerit, testantur Polybiani loci I, 14, 2 et III, 9, 4 (Vide fr. 15 et 18).

« Perscripsit noster res gestas populi Romani inde ab Æneæ adventu, urbeque condita, usque ad suam ætatem; sed in quo anno desierit, dici nequit; auctor tamen affertur a Livio XXII, 7 (fr. 19) de proelio ad Trasimenum pugnato (a. u. c. 537), videturque etiam mox insecuta tempora enarrasse. Dionysius autem Hal. A. R. I, 6 de Q. Fabio et L. Cincio ait : Τούτων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἑκάτερος, οἷς μὲν αὐτὸς ἔργοις παρεγένετο, διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἀκριβῶς ἀνέγραψε, τὰ δὲ ἀρχαῖα τὰ μετὰ τὴν κτίσιν τῆς πόλεως γενομένα κεφαλαιωδῶς ἐπέδραμε. Atque hoc in universum non solum de Fabio Cincioque, sed etiam de omnibus veteribus historicis sine dubio vere dictum est; sed tamen fatendum est, id quod neutiquam Dionysii sententiæ obstat, in Fabii fragmentis fabulas multo copiosius explicatas esse, quam Livium aliosque historicos exposuisse videmus. Cf. Dionys. I, 79 (fr. 1). Ceteri loci, quos possis laudare (fr. 24. 21. 26. 27), num ad *Quintum* Fabium Pictorem pertineant, mihi quidem non satis videtur exploratum esse. Speciem annalium ita etiam servavit, ut in antiquioribus rebus annorum numeros adderet, quemadmodum Sabinas quarto urbis mense raptas narravit (fr. 3). Æra autem urbis conditæ, qua usus est, a Catoniana quinque ferme annis discrepat.

« Jam ut plenius dicatur de sermone, quo sit in conficiendis annalibus usus, ex Ciceronis locis De orat. II, 12 (ubi est *Pictor*) et De legg. I, 2 (\*) (quo loco *Fabius* nominatur) Latine *Fabium Pictorem* scripsisse satis elucet. De eodem, hoc est de *Fabio Pictore*, rem conficit Quinctilianus, qui in Inst. Orat. I, 6, 12 ita scribit : *Lupus masculinum, quamquam Varro in libro, qui initia urbis Romæ enarrat, Lupum feminam dicit, Ennium Pictoremque Fabium secutus.* Tum latina verba ex Fabii Pictoris rerum gestarum libris affert Nonius s. v. *Picumnus*. Denique Gellius in N. A. V, 4 ex *Fabii*, quem vocat, annalibus aliqua la-

(\*) Cic. De legg. I, 2 : *Abest enim historia literis nostris... Nam post annales pontificum maximorum, si aut ad Fabium aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem... venias ... quid tam exile quam isti omnes?*

tine scripta ad verbum rettulit. En Dionysius difficultatem movet qui I, 6 sic dicat : *ὁμοίως δὲ τούτοις κτλ.* (v. supra). Scisse *Quintum Fabium* græce scribere, quis est qui dubitet, præsertim quum Olympiadas (Solin. fr. 2) et talenta (Liv. I, 55. fr. 10) noverit, legatusque Delphos ad oraculum missus sit? Quod Dionysius quidem (fr. 1) et Olympiadas et stadia auctore Fabio affert, videri forsitan possit numerum ad suam computandi rationem vertisse. Græco eum sermone scripsisse præter Dionysium nemo ait, ne Cicero quidem, qui id plerumque accurate animadvertat, ut ei res, si non mira, at notatu digna fuisse videatur. Nec vero quisquam veterum utraque eum lingua annalium libros de iisdem rebus gestis composuisse testatur, quod si fecisset, meo quidem iudicio, sine ulla dubitatione unus et alter rem plane novam et inauditam memoriæ prodidisset. Nova autem res fuit, quum qui modo secuti sunt, Græce scripserint, Cincius, Numerius Fabius, Scipio, Acilius Glabrio : latine demum ceteri, de quibus constat, inde a Catone. Deinde veterum historicorum alii latine, græce alii scriptitarunt; at quis unquam audivit scriptorem ullum easdem res tractasse duobus voluminibus diversis, uno latine, altero græce confecto? Publius quidem Rutilius Rufus, nec alius quisquam veterum, vitam suam latine, historiam Romanam græce composuit : at vero diversa ea res est, præsertim quum historiam, quantum videtur, ab urbe condita inceperit, in eaque de suo tempore talia necessario narravit, quæ in Vita ne tangenda quidem erant. Noli autem A. Postumium Albinum objicere, de cuius historiis magna obscuritas est : græce enim A. Postumium historiam scripsisse, luculenti testes tradiderunt, quæque ex Postumii Annalibus latina verba laudantur, ea videntur ad alium scriptorem referenda esse. De antiquissimo igitur historico, cuius a veteribus non ita rara facta mentio est, inaudita ejusmodi res, quæ nullis nititur firmis argumentis, proponi nequit. Nec vero possis contendere *Quintum Fabium* scripsisse et Annales antiquiorum temporum et suæ ætatis historias vel potius commentarios (βίβλους ὑπομνήσεως Polyb. III, 9, 3) eorumque librorum unum græce, latine alterum conscriptum fuisse. Hoc qui de *Quinto Fabio Pictore* suspicantur (\*) (suspicantur, inquam, nam plane certum testimonium non exstat), in rem suam vertunt diversorum Fabiorum Annalium diversas inscriptiones, imprimisque eam quam exhi-

(\*) Intelligit, puto, Zumptium in censura libri Bluniani *Einleitung in Roms alle Gesch. in Berlin. Jahrb. f. wiss. Kritik.* 1829, tom. II, p. 95 b.

bet Polybius. Deinde etiam Dionysium torquent, qui Quintum Fabium vetusta tempora κεφαλαιωδῶς, i. e. summatim vel capitulatim, sua vero (in Commentariis, aiunt, sive ἐν βίβλοις ὑπομνήσεως a Polybio citatis) ἀκριβῶς scripsisse dicat. At id non dixit de uno Quinto Fabio, dicit etiam de Lucio Cincio. Neque illud κεφαλαιωδῶς quadrare putant in Q. Fabii annales de antiquis temporibus scriptos, quoniam Livio, Dionysio ceterisque testibus, vetustas res copiosius exposuerit quam ceteri Annalium confectores, nunc quidem superstites. Quam ob rem Q. Fabium aut bis Annales inde ab urbe condita composuisse et græce et latine, aut latine tantum contra Dionysii testimonium, aut duorum librorum (Annalium et Commentariorum) unum græce, alterum latine. Sed de his sententiis partim dictum est, partim post dicetur: nunc vero agamus de Annalium et Commentariorum ista diversitate. Dionysius, ut ipse ait, græcum Quinti Fabii de antiquis temporibus librum adhibuit, unde, si urgeres titulum βίβλων ὑπομνήσεως, nihil sequi posse videretur (quamquam vero ne illud ipsum quidem), nisi suæ ætatis commentarios Fabium latine fortasse scripsisse. En Quintilianus, Gellius, Nonius obstant, qui ipsius Fabii Pictoris (non *Quinti* Fab. P.) latina verba exhibent de historia temporum antiquissimorum. An antiquas res latine scripsit, Commentarios græce? Diserte recteque obloquitur Dionysius. Sed meo iudicio Dionysianum illud κεφαλαιωδῶς nihil est nisi Græculi verboritas, quum exceptis orationibus et ratiocinationibus, vix quicquam vel perpauca copiosius quam Q. Fabius aut exposuerit aut exponere etiam potuerit. Ac nihil, opinor, Dionysius sensit, nisi in uno et eodem libro Quintum Fabium antiquas res brevius narrasse quam quibus gestis ipse interfuerit. Tum si ex Dionysii verbis (κεφαλαιωδῶς et ἀκριβῶς) in duos Q. Fabii libros conjectura facienda est, quæ fieri alioquin etiam nequit, jure mirari mihi videor, quid sit, cur diversos libros non nominaverit. Deinde etiam Cincium videri Dionysio teste duos libros scripsisse oportet vel potius necesse est, quum non de Quinto solum Fabio, sed etiam de L. Cincio ita statuerit. Verum, ut dicam quomodo res se habeat, Polybius ipsos Q. Fabii Annales intellexit, ac minus accurate, quod solet fieri a scriptoribus, βίβλους ὑπομνήσεως appellavit. Si non est ita, fingamus Fabium etiam tertium librum, Hannibalica, scripsisse, quæ pars fuerit Annalium, testemque afferamus Appianum in Hann. c. 27. Nihil dico de *Fabii Annalibus* Gellianis (V, 4), nihil de *Fabii Pictoris gestorum libris* a Nonio s. v. *Picumnus* citatis, quos possis

eodem jure quartum quintumque Q. Fabii opus historicum dicere. Porro etiam, quod videtur non minus certum, de translatione Annalium Fabianorum, sive græca sive latina, cogitari nequit, quum et testimonia plane desint, et ejusmodi opinione res difficultate non tam liberetur quam implicetur. Certe Claudium quendam Annales Acilianos ex græco in latinum sermonem vertisse Livius XXV, 39, et XXXV, 14 diligenter animadvertit, eaque videtur historiarum græce conscriptarum omnino prima translatio esse. Denique, etiamsi Q. Fabius (id quod nullo ego modo concedo) utraque lingua diversis nimirum temporibus annales confecerit: tamen nulla inde causa enascitur, cur apud Ciceronem De div. I, 21 *Quinti*, non *Numerii Fabii*, quem vocat Tullius, Græcos annales intelligamus, ut pingui Minerva cum Dionysio Cicero consentire cogatur. Immo vero sic ἀνιγμᾶ augetur, non solvitur; nec vero ullum hujus lectionis vestigium in codicibus inest. Utinam adessent, qui litem dirimerent, emunctæ mehercule naris homines! (Cic. Ep. ad div. IX, 16, 6). Sed fortasse sine illorum sagacitate, testimoniis veterum accuratius examinatis, res ita expediri potest. *Quintum Fabium* græce scripsisse Dionysius testatur, qui quum auctorem eum habuerit, errasse putandus non est: testimonia vero, quæ dicuntur latine eum scripsisse arguere, Ciceronis, Quintilianus, Gellii et Nonii dico in quibus non diserte *Quintus Fabius Pictor*, nec *Quintus Fabius*, sed *Fabius* tantum, vel *Pictor*, vel *Fabius Pictor* laudatur, referri fortasse possunt vel debent potius ad Fabium Pictorem eum, qui Nonio teste et rerum gestarum libros latine scripsit, et de jure pontificio libros composuit, quod quidem alterum *Quinti* Fabii ætate, ut de L. Cincio Alimento disputantes quidam recte viderunt, nemo nec voluit nec etiam potuit. Nonius autem s. v. *Picumnus* ita scripsit: *Fabius Pictor rerum gestarum libro primo: « Etsimul videbant Picum Martium. » Idem libro juris pontificii tertio: « Pulumno et Picumno. »* Intellego autem in Nonii loco Servium Fabium Pictorem a Cicerone in Bruto c. 21 laudatum. Accedit ad sententiam nostram, quod Dionysius latine Quintum Fabium scripsisse nullo loco nec testatur nec significat, quodque Cicero bis (De orat. II, 12, 51 et 53: non tamen De legg. I, 2, nimirum quod est æqualis Catonis) *Pictorem*, quem dicit, post Catonem posuit, ut æqualis M. Porcii, non longe antiquissimus auctor, ut ait Livius, intelligendus esse videatur. Atque huic ipsi rei, quamvis minoris momenti videri possit, certe dandum est aliquid, quum in nominandis pluribus historicis veteres temporum ordinem

justum plerumque secuti sint... Deinde si Quintus noster Fabius græce scripsit, facile perspicitur, cur per talenta (Liv. I, 55) pecuniam numerarit, afferatque annos Olympiadum. Porro Dionysius I, 6 auctores suos nominans, sed eos solummodo, qui latine scripserant, auctorem dicit Fabium Maximum, non Quintum Fabium Pictorem semi-græcum. Recentiores vero Fabii, vel Pictoris vel Fabii Pictoris fragmenta ad Quintum Fabium Pictorem omnia retulerunt, non ulla de causa alia nisi quod sine dubio nobilissimus ille historicus intelligendus esset. Ita vero ratiocinati varias et inter sese diversas conjecturas protulerunt, unum alterumve testimonium veterum ut ineptum rejicientes, vel mirabilia etiam in lucem proferentes. At quis quæso veterum Quintum Fabium Fabiorum nobilissimum scriptorem dixit? Utinam nobilitatis hujus argumenta attulissent! Scilicet omnia ad hunc unum referentibus videbatur esse pernobilis. Nec vero Gellius, qui V, 4 Fabii annales bonæ atque sinceræ vetustatis libros vocet, movere nos poterit, ut Quintum Fabium antiquissimum scriptorem intelligamus, clarissimumque putemus, quum eodem ferme nomine ab eodem auctore collaudentur Quintus Claudius (IX, 13) Luciusque Piso (XI, 14). Similiter autem recentiores de fragmentis quæ Cincii nomen habent, judicarunt. Denique hæc de Fabiis sententia nostra valde se ideo commendat, quod posita ea nulli veterum testimonio fides derogatur, nec novæ et inauditæ res proferuntur. Omnisque omnino hoc modo dilabitur difficultas, nisi quibus Fabiis pauca quædam fragmenta recte tribuamus. Dubium tamen mihi non est, quin *Quinto Fabio Pictori* ea sint vindicanda, quæ exhibent Polybius, Livius, Dionysius, Plutarchus, Eutropius, Orosius, Solinus et Syncellus de anno urbis conditæ disputans. Ad *Servium Fabium Pictorem* refero, quæ laudantur a Quinctiliano, Gellio, Macrobio, Festo, Nonio, Servio ad Georg. I, 21. Hunc significat etiam Cicero De oratore II, 12 bis, et De legg. I, 2. Quanquam quæ Gellius (V, 4) exhibet ex Annalibus, quum Fabium simpliciter auctorem nominet, facile etiam ad Fabium Maximum referre possis. Tum quæ afferunt Strabo, Diodorus, Nicolaus Damascenus, Plinius, Servius in Æn. XII, 603, Arnobius, Suidas, Syncellus altero loco, auctorque libri De origine gentis Romanæ, cui tribuenda sint, nolo discernere, quamvis si non omnibus illis, at plerisque locis Quintum Fabium intelligendum suspicor. *Numerio Fabio Pictori* unum locum Ciceronianum tribuo De legg. I, 21. Quarto loco *Quintus Fabius Maximus Servilianus* pontifex a Servio,

Macrobio, Prisciano satis diserte citatur. Denique *Fabium grammaticum* (?) intelligo apud Victorinum (fr. 31)... Restat ut dicendum sit de historici nostri auctoritate. Livius eum ita interdum auctorem exhibet, ut permagni facere videatur (cf. fr. 16. 19). Dionysio teste plures illum antiqui historici secuti sunt, qui fidei nomine ab ipsis veteribus sæpius celebrantur (v. fr. 1). Ipse vero Dionysius interdum ejus fidem exprobrat, ut fr. 8 et 7, ubi reprehendit τὸ ῥάθυμον αὐτοῦ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν χρόνων. Aliis tamen in locis summis laudibus effert, ut fr. 11. Contra Polybius (fr. 15. 16. 18) valde in eum invehitur. Recentiores vero modo Fabio modo Polybio longis disputationibus fidem derogantes, videntur mihi fluctus, quod aiunt, in simpulo excitasse. Ab errore enim se alienum esse nemo contendet; Polybius autem ut in aliis rebus, ita etiam in scriptorum auctoritate ponderanda et examinanda nimis severus iudex est, omninoque non sine aliquo lectorum fastidio in tritis ac vulgaribus ratiocinationibus et auctoribus reprehendendis commorari solet. Sed tamen omnium, quos fidei nomine reprehendit, Fabio maxime pepercit. Nam fr. 15 de Fabio et Philino fatetur: ἐκόντας μὲν οὖν ἐψεῦσθαι τοὺς ἀνδρας οὐχ ὑπολαμβάνω. Tum Fabium ait de bello Punico primo videri ἐμπειρότατα scripsisse, sæpeque etsi non fatetur, ejus potissimum auctoritate nisus est. Negandum tamen non est, id quod Romano homini eique patricio non magnopere imputari velim, amore eum in populares ductum cum ceteris historicis Romani populi facta gentemque Fabiam satis celebrasse; verum ne in ejusmodi quidem laudibus injustiorem eum fuisse, fidem faciunt ea, quæ Livio teste (fr. 13) de Fabio Rulliano narraverat. Luculentum vero fidei et auctoritatis testimonium est, quod plurimi scriptores hunc sibi maxime auctorem elegerunt, inter quos est etiam, quem nondum nominavimus, Plutarchus, qui ad auctoritatem ejus provocat in Romulo c. 14 (fr. 3.), dicitque duobus locis prioribus (Rom. c. 3 et 8; v. Dioclis fr. 2) auctorem nostro fuisse Dioclem Peparethium. » Hæc KRAUSIUS. Cf. Baumgart. De Q. Fabio Pict. Vratislav. 1842, quo scripto uti non licuit.

## Q. FABII PICTORIS ANNALES.

### I.

Dionysius Hal. Ant. Rom. I, 79, p. 201 R. :  
Περὶ δὲ τῶν ἐκ τῶν Ἰλίας γενομένων Κόϊντος μὲν Φάβιος ὁ Πίχτωρ λεγόμενος, ᾧ Λεύκιός τε Κίχχιος καὶ Κάτων Πόρχιος καὶ Πείσων Καλπούρμιος καὶ τῶν ἄλ-

### 1.

Quod attinet ad filios ex Illia natos, Quintus Fabius qui

Pictor vocatur (quem Lucius Cincius, Porcius Cato et Calpurnius Piso et reliquorum scriptorum plerique sunt se-

λων συγγραφέων οἱ πλείους ἠκολούθησαν, τῆδε γράφει· « Ὡς κελεύσαντος Ἀμουλίου τὰ βρέφη λαβόντες ἐν σκάφῃ κείμενα τῶν ὑπηρετῶν τινες ἔφερον ἐμβαλοῦντες εἰς τὸν ποταμὸν ἀπέχοντα ἀπὸ τῆς πόλεως ἀμφὶ ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἐγένοντο καὶ εἶδον ἔξω τοῦ γνησίου ρείθρου τὸν Τίβεριν ὑπὸ χειμῶνων συνεχῶν ἐκτετραμμένον εἰς τὰ πεδία, καταβάντες ἀπὸ τοῦ Παλαντίου τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὸ προσεχέστατον ὕδωρ· οὐ γὰρ ἔτι προσωτέρω χωρεῖν οἴοι τ' ἦσαν· ἔνθα πρῶτον ἢ τοῦ ποταμοῦ πλήμμη τῆς ὑπωρείας ἤπτετο, τίθενται τὴν σκάφην ἐπὶ τοῦ ὕδατος· ἢ δὲ μέχρι μὲν τινος ἐνήχεται, ἔπειτα τοῦ ρείθρου κατὰ μικρὸν ὑποχωροῦντος ἐκ τῶν περὶ ἔσχατα, λίθου προσπταίσει περιτραπεῖσα ἐκβάλλει τὰ βρέφη. Τὰ μὲν δὴ κνυζόμενα κατὰ τοῦ τέλματος ἐκυλινδοῦντο. Λύκαινα δὲ τις ἐπιφανεῖσα, νεοτόκους σπαργῶσα τοὺς μαστοὺς ὑπὸ γάλακτος, ἐδίδου τὰς θηλάς τοῖς στόμασιν αὐτῶν, καὶ τῇ γλώττῃ τὸν πηλὸν, οὗ κατὰπλεω ἦσαν, ἀπελίχμα. Ἐν δὲ τούτῳ τυγχάνουσιν οἱ νομεῖς ἐξελαύνοντες τὰς ἀγέλας ἐπὶ νομὴν· ἤδη γὰρ ἐμβατὸν ἦν τὸ χωρίον· καὶ τις αὐτῶν ἰδὼν τὴν λύκαιναν, ὡς ἠσπάζετο τὰ βρέφη, τέως μὲν ἀχανῆς ἦν ὑπὸ θάμβους καὶ ἀπιστίας τῶν θεωρουμένων· ἔπειτα ἔλθων καὶ συλλέξας οὐς ἐδύνατο πλείστους τῶν ἀγχοῦ νεμόντων (οὐ γὰρ ἐπιστεύετο λέγων), ἄγει τοῦργον αὐτοὺς θεασομένους. Ὡς δὲ κάκεινοι πλησίον ἔλθόντες ἔμαθον τὴν μὲν ὥσπερ τέκνα περισπῶσαν, τὰ δ' ὡς μητρὸς ἐξεχόμενα, δαιμόνιον τι χρῆμα ὄραν ὑπολαβόντες, ἐγγυτέρω προσήεσαν ἀθρόοι, δεδιττόμενοι βοῆ τὸ θηρίον. Ἡ δὲ λύκαινα οὐ μάλα ἀγριαίνουσα τῶν ἀνθρώπων τῇ προσόδῳ, ἀλλ' ὥσπερ ἂν χειροήθης, ἀπο-

στασα τῶν βρεφῶν ἠρέμα καὶ κατὰ πολλὴν ἀλογίαν τοῦ ποιμενικοῦ ὄμιλου ἀπῆει. Καὶ ἦν γάρ τις οὐ πολὺ ἀπέχων ἱερὸς χώρος ὕλη βαθεῖα συνηρεφῆς, καὶ πέτρα κοίλη πηγὰς ἀνιέισα· ἐλέγετο δὲ Πανὸς εἶναι τὸ νάπος, καὶ βωμὸς ἦν αὐτόθι τοῦ θεοῦ· εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἐλθοῦσα ἀποκρύπτεται. Τὸ μὲν οὖν ἄλσος οὐκέτι διαμένει· τὸ δὲ ἀντρον ἐξ οὗ ἢ λιβάς ἐκδίδεται, τῷ Παλαντίῳ προσωκοδομημένον δείκνυται κατὰ τὴν ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον φέρουσαν ὁδόν· καὶ τέμενός ἐστιν αὐτοῦ πλησίον, ἔνθα εἰκὼν κεῖται τοῦ πάθους, λύκαινα παιδίῳ δυσὶ τοὺς μαστοὺς ἐπέχουσα, χάλκεα ποιήματα παλαιᾶς ἐργασίας. Ἦν δὲ τὸ χωρίον τῶν σὺν Εὐάνδρῳ ποτὲ οἰκισάντων αὐτὸ Ἀρχάδων ἱερὸν, ὡς λέγεται. Ὡς δὲ ἀπέστη τὸ θηρίον, αἴρουσιν οἱ νομεῖς τὰ βρέφη, σπουδὴν ποιούμενοι τρέφειν, ὡς θεῶν αὐτὰ σώζεσθαι βουλομένων. Ἦν δὲ τις ἐν αὐτοῖς συφορβίων βασιλικῶν ἐπιμελούμενος, ἐπιεικῆς ἀνὴρ, Φαυστύλος ὄνομα, δὲ ἐν τῇ πόλει κατὰ δῆ τι ἀναγκαῖον ἐγεγόνει καθ' ὃν χρόνον ἢ φθορὰ τῆς Ἰλίας καὶ ὁ τόκος ἠλέγχετο· καὶ μετὰ ταῦτα κομιζομένων ἐπὶ τὸν ποταμὸν τῶν βρεφῶν, τοῖς φέρουσιν αὐτὰ κατὰ θείαν τύχην ἅμα διεληλύθει τὴν αὐτὴν ὁδόν, εἰς τὸ Παλάντιον ἰών· δὲ ἤκιστα τοῖς ἄλλοις καταφανῆς γενόμενος ὡς ἐπίσταται τι τοῦ πράγματος, ἀξιώσας αὐτῷ συχωρηθῆναι τὰ βρέφη, λαμβάνει τα αὐτὰ παρὰ τοῦ κοινοῦ καὶ φέρων ὡς τὴν γυναῖκα ἔρχεται. Τετοκυῖαν δὲ καταλαβὼν καὶ ἀχθομένην ὅτι νεκρὸν αὐτῇ τὸ βρέφος ἦν, παραμυθεῖται καὶ δίδωσιν ὑποβάλλεσθαι τὰ παιδία, πᾶσαν ἐξ ἀρχῆς διηγησάμενος τὴν κατασχοῦσαν αὐτὰ τύχην. Αὐξομένοις δὲ αὐτοῖς ὄνομα τίθεται, τῷ μὲν Ῥωμύλον, τῷ δὲ Ῥῶμον. Οἱ

cuti) ita scribit : « Amulii jussu ministri quidam infantes in alveo collocatos acceperunt et asportarunt, ut eos in fluvium circiter centum viginti stadia ab urbe distantem projicerent. Quum autem eo accessissent, et animadvertissent Tiberim ob continuos imbres extra naturalem alveum egressum in campos, de Palatii vertice ad aquam proximam descenderunt (neque enim ulterius progredi poterant), ubi fluvii exundatio collis radices alluebat, et ibi ipsum alveum in aquis posuerunt. Qui aliquamdiu quidem fluitavit; sed postea, aquis paulatim ex ripa extrema recedentibus, saxo impactus et eversus infantes eiecit, qui vagientes in caeno volutabantur. Quum autem lupa quaedam apparuisset, uberibus recenti partu lacte turgentibus, eorum ori mammas praebebat, et lingua coenum, quo pleni erant, lambendo abstersit. Interea vero forte pastores greges pastum agebant (locus enim jam pervius erat) et ex his quidam, conspecta lupa quae infantes fovebat, aliquamdiu spectaculi novitate attonitus et vix satis oculis suis credens haesit : deinde quum abiisset et convocasset e proximo loco quotquot potuit pastores (neque enim ejus verbis fides habebatur), eos ad ipsum spectaculum adduxit. Quum autem et illi propius accedentes hanc tanquam filios foventem, illos tanquam e matre pendentes animadvertissent, divinam quandam rem se videre rati, frequentes, clamore feram terrifiantes, propius accesserunt. At lupa eorum adventu non valde efferrata, sed ut mansueta, sensim ab infantibus

recessit, et cum magna turbæ pastoralis contemptione abiit. Etenim non procul inde aberat lucus quidam arborum densitate opacus et rupes cava fontes emittens. Ille autem locus Pani sacer dicebatur, ibique erat dei ara : quo quum illa venisset, se occultavit. Iste tamen lucus non exstat amplius : sed antrum unde fons fluebat, Palatii aedificiis adjunctum visitur in via illa quæ fert ad Circum. Et sacellum est juxta ipsum, ubi est statua hujus casus index, lupa duobus infantibus mammas præbens : opus antiquum, ex ære factum. Is autem locus (ut fertur) olim ab Arcadibus, qui cum Evandro aedificia ibi condiderant, consecratus fuerat. Quum igitur fera recessisset, pastores sustulerunt infantes illos; existimantes eos accurate alendos, quos dii salvos voluissent. Inter eos autem erat quidam regii pecoris magister, vir probus nomine Faustulus, qui cujusdam urgentis negotii causa in urbe aderat, quo tempore de Iliae stupro partuque compertum est : et postea, dum infantes ad fluvium deportarentur, cum ministris qui eos ferebant, divino quodam casu Palatium petens eadem via ivit. Qui quum ceteris non declarasset sibi ullo modo eam rem esse notam, postulavit ut sibi infantes concederentur : quos communi sociorum consensu traditos accepit et ad uxorem suam tulit. Quam quum invenisset jam enixam, et mœrentem ob infantem, quem mortuum ediderat, eam consolari cœpit et infantes ei supponendos dedit, omnibus eorum casibus ab initio ante narratis. Illis autem crescentibus, huic quidem

δὲ ἀνδρωθέντες γίνονται κατὰ τε ἀξιώσιν μορφῆς καὶ φρονήματος ὄγκον οὐ συφορβοῖς καὶ βουκόλοις ἐοικότες, ἀλλ' οἴους ἂν τις ἀξιώσει τοὺς ἐκ βασιλείου τε φύντας γένους, καὶ ἀπὸ δαιμόνων σπορᾶς γενέσθαι νομιζόμενους, ὡς ἐν τοῖς πατρίοις ὕμνοις ὑπὸ Ῥωμαίων ἔτι καὶ νῦν ἄδεται. Βίος δ' αὐτοῖς ἦν βουκολικὸς καὶ δίαιτα αὐτουργὸς, ἐν ὄρεσι τὰ πολλὰ πηξάμενοις διὰ ξύλων καὶ καλάμων σκηναῶν αὐτωρόφους· ὧν ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ ἦν τις ἐκ τοῦ Παλαντίου ἐπὶ τῆς πρὸς τὸν ἵπποδρομον στρεφούσης λαγόνος, Ῥωμύλου λεγομένη, ἣν φυλάττουσιν ἱερὰν οἷς τούτων ἐπιμελὲς, οὐδὲν ἐπὶ τὸ σεμνότερον ἐξάγοντες· εἰ δέ τι πονήσειεν ὑπὸ χειμῶνος ἢ χρόνου, τὸ λειπὸν ἐξακούμενοι, καὶ τῷ πρόσθεν ἐξομοιοῦντες εἰς δύναμιν. Ἐπεὶ δὲ ἀμφὶ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονότες ἦσαν, ἀμφίλογόν τι περὶ τῆς νομῆς αὐτοῖς γίνεται πρὸς τοὺς Νομίτορος βουκόλους, οἱ περὶ τὸ Αὐέντιον ὄρος ἀντικρὺ τοῦ Παλαντίου κείμενον εἶχον τὰς βουστάσεις. Ἡτιῶντο δὲ ἀλλήλους θάτεροι θαμινὰ ἢ τὴν μὴ προσήκουσαν ὀργάδα κατανέμειν, ἢ τὴν κοινήν μόνους διακρατεῖν ἢ ὅ τι δήποτε τύχοι. Ἐκ δὲ τῆς ἀψιμαχίας ταύτης ἐγένοντο πληγαὶ ποτε διὰ χειρῶν, εἶτα δι' ὀπλων. Τραύματα δὲ πολλὰ πρὸς τῶν μειρακίων λαμβάνοντες οἱ τοῦ Νομίτορος καὶ τινὰς ἀπολέσαντες τῶν σφετέρων καὶ τῶν χωρίων κατὰ κράτος ἐξειργόμενοι, παρασκευάζονται δόλον τινὰ ἐπ' αὐτούς. Προλοχίσαντες γὰρ τῆς φάραγγος τὸ ἀφανές, καὶ συνθέμενοι τοῖς λοχῶσι τὰ μειράκια τὸν τῆς ἐπιθέσεως καιρὸν, οἱ λοιποὶ κατὰ πλῆθος ἐπὶ τὰ μανδρεύματα αὐτῶν νύκτωρ ἐπέβαλον. Ῥωμύλος μὲν οὖν τὸν χρόνον τοῦτον τυγχάνει ἅμα τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κωμητῶν πεπο-

ρευμένος εἰς τι χωρίον Καινινᾶν ὀνομαζόμενον, ἱερὰ ποιήσων ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πάτρια· Ῥῶμος δὲ τὴν ἔφοδον αὐτῶν αἰσθόμενος ἐξεβοήθει, τὰ ὄπλα λαβὼν διὰ ταχέων, ὀλίγους τῶν ἐκ τῆς κώμης φθασάντων καθ' ἐν γενέσθαι παραλαβὼν. Κἀκείνοι οὐ δέχονται αὐτὸν, ἀλλὰ φεύγουσιν ὑπαγόμενοι ἐνθα ἐμελλον ἐν καλῷ ὑποστρέψαντες ἐπιθήσεσθαι. Ὁ δὲ Ῥῶμος κατ' ἄγνοιαν τοῦ μηχανήματος, ὡς ἄχρι πολλοῦ διώκων αὐτούς, παράλλαττει τὸ λελοχισμένον χωρίον, καὶ ἐν τούτῳ ὅ τε λόχος ἀνίσταται καὶ οἱ φεύγοντες ὑποστρέφουσι. Κυκλωσάμενοι δὲ αὐτούς καὶ πολλοῖς ἀράττοντες λίθοις, λαμβάνουσιν ὑποχειρίους. Ταύτην γὰρ εἶχον ἐκ τῶν δεσποτῶν τὴν παρακίλευσιν, ζῶντας αὐτοῖς τοὺς νεανίσκους ἀποκομίσαι. Οὕτω μὲν ὁ χειρωθεὶς ὁ Ῥῶμος ἀπήγετο.

Interponitur Aelii Tuberonis de eadem hac re narratio. Deinde pergit Dionysius hunc in modum :

posse Romam venire... legatos opus esse ad se mitti, viros prudentes, cum quibus quæ vellet de republica loqueretur. Legati hi nuntiare jussi consuli, ut si ad comitia ipse Romam venire non posset, dictatorem in agro Romano diceret comitiorum causa. Si consul Tarentum profectus esset, Q. Claudium prætorem placere in eam regionem inde abducere legiones, in qua plurimas sociorum urbes tueri posset (c. 29). Dictatorem dictum esse a Quinctio T. Manlium Torquatum capite deinde tricesimo tertio nobis tradit Livius, de legatis vero ipsis nihil memoriæ habemus consignatum, neque in libris sequentibus ulla Cincii injicitur mentio. At libro XXI, c. 38 hæc legimus: *L. Cincius Alimentus qui captum se ab Hannibale scribit maxime auctor me moveret, etc.* (v. fr. 7). Eum enim nostrum Cincium esse vix est cur dubitaverit Pighius (\*), qui tom. II, p. 142 ad a. u. 534, ubi quæstorem L. Cincium Alimentum ponit, hunc filium potius sibi historici quam ipsum historicum videri monet. Is enim ab Hannibale captus ei videtur initio belli, cujus postea historiam accuratius prodiderit. Hæc vero captivitas cum prætura novem annis post gesta nullo modo conciliari posse ei videtur, quod senatus Romanus et censores, ut ipsius utar verbis, eo tempore omnes, qui arma hostibus tradidissent, in Siciliam, quamdiu Pœni in Italia essent, relegatos variis ignominiiis et gravi insuper malitia proculcabant. At Vossius assensum nactus Longolii (Notitia Hermundorum etc., ed. Ernesti. 1794. II, p. 4), et Liebaldtius (Histor. Rom. Reliq. Hal. 1833, p. 6 sqq. coll. Lachmann. De fontt. Liv. II, p. 16) hanc dubitationem vanam esse ostenderunt. Historicum ipsum rebus a se narratis affuisse narrat Dionysius Hal. A. R. I, c. 6, commode a Vossio allatus. Quomodo vero pater illius viri senex certe illo tempore depontanus bello potuit adesse? Quomodo Fabio, qui harum rerum auctor vocatur antiquissimus, dici subæqualis? Num porro credibile est de viro, quem senatorem fuisse dicit Dionysius Hal. I, 74, ut eum ex gente plebeia oriundum ad rem publicam accessisse necesse sit, neque id sine laude, si ex insigni cum Hannibale familiaritate, qua captus gaudebat, colligere aliquid licet, nihil omnino memoriæ proditum esse nisi historiam eum scripsisse? Quid

(\*) « Eandem dubitationem miror proferre Clintonem F. H. ad a. 218, quod Dionysius A. R. I, p. 187 tantum senatorem eum fuisse mandat, quam causam eo jam irritam esse censuerim, quod Cincius homo plebeius ne senator quidem fieri poterat, nisi quæstura minimum functus: jam igitur ad rempublicam accessisse Dionysianum quoque Cincium oportet. Cf. de Cincio Clintonem ad an. 225 et 190 »

denique movere nos debet ut initio belli captum dicamus Cincium nulla temporis notione a Livio tradita? Nihil igitur obstat, quin cum Vossio, Lachmanno, Liebaldtio, Blumio (*Einleitg. in Rom. alt. Gesch.* p. 66) unum eundemque status Cincium prætorem et historicum, eumque post illam legationem anno u. 546 susceptam dicas captum; si enim eundem quidem utrumque hominem Pighianum censes, initio vero belli captum, id quod post Meierottonem (Diss. Livian. II, p. 7) fecit Niebuhrius (tom. I, p. 287 ed. quart.) his verbis: « Er war Senator u. im Hannibalischen Kriege Prætor, obgleich er am Anfang desselben das Unglück gehabt hatte Gefangener der Pœner zu werden » — in nodum illo contortiore implicaberis: nam, id quod acute monet Liebaldtius p. 7, si revera Cincius bello Punico secundo ineunte in Hannibalis potestatem venisset, quum Romani captivos aut redimere nollent (Liv. XXII, 57 et 61. XXXIV, 50. Appian. De bell. Hann. 27 et 28. Macrob. Sat. I, 11), aut certe eos qui fugerant ignominia notarent (Liv. XXIII, 31. XXV, 5. 7. XXVII, 7. 11. XXIX, 24), nonne propius ad verum accederet Pighii quam Niebuhrii sententia, quippe quorum hic Cincium redemptum ad præturam pervenisse censeret, ille ab eo postea ullum magistratum obitum esse prorsus negaret? Cui id quoque adjicio, Hannibalem hominem callidissimum primo belli tempore ne captivo quidem tam accurate numerum militum, quem quum maxime amisisset et reliquum haberet, expositurum fuisse. Per captivitatis igitur tempus ab ipso Hannibale multa videtur comperisse, quæ ad bellum hoc facerent, et vel ibi, fortasse ut ἀντίδωρον Hannibali offerret, quo de Romanorum et antiquitate et de novissimi belli quibus interfuerat rebus gestis certiore eum faceret, vel post redemptus per vitæ privatæ otium opus suum historicum composuisse. » Hæc de vita Cincii Hertzius.

Historiam populi Romani a Cincio sermone græco traditam atque ita quidem, ut antiquiora tempora κεφαλαιωδῶς enarraret, sui vero ipsius ævi res διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἀκριβῶς exponeret, testatur Dionysius Hal. A. R. I, 5 (v. fr. Fabii Pictoris), cujus fidem qui subvertere studuerunt, nihil illi quidem protulerunt, quod notari h. l. mereatur. Narrationem auctor ad finem usque belli Punici secundi deduxerit. Ex fragmentis numero paucissimis hoc certe patet, Cincium de priscis temporibus plerumque consensisse cum Fabio, cujus opus, etsi æqualis viri, ante oculos habuisse videtur. A Livio (fr. 6) Cincius dicitur *diligens monumentorum auctor*.

1.

De origine gentis Rom. c. 17 : *Ascanius completis in Lavinio triginta annis recordatus novæ urbis condendæ tempus advenisse ex numero porcorum, quos pepererat sus alba, circumspicit diligenter finitimis regionibus speculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe, quæ in eo condita est, Albanus nuncupatur, civitatem communit : eamque ex forma, quod ita in longum porrecta est, Longam, ex colore suis Albam cognominavit. Quumque illuc simulacra deorum Penatium transtulisset, postridie apud Lavinium apparuerunt : rursusque relata Albam, appositisque custodibus nescio quantis, se Lavinium in pristinam sedem identidem receperunt. Itaque tertio nemo ausus est amovere ea, ut scriptum est in Annali Pontificum IV (?) lib., Cincii et Cæsaris II, Tuberonis I. Cf. Klausen. Æneas. p. 623.*

2.

Ibid. c. 18 : *Post eum (Silvium Postumum) regnavit Tiberius Silvius Silvii filius. Qui quum adversus finitimos bellum inferentes copias eduxisset, inter præliantes depulsus in Albulam flumen periit mutandique nominis exstitit causa, ut scribunt Lucius Cincius lib. I, Lutatius lib. III.*

Duo hæc fragmenta num vere sint L. Cincii propter fidem auctoris libri De gent. Rom. merito suspectam dubitari potest. Apud Strabonem V, p. 230 D, ubi Κεκίλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεὺς laudatur, non intelligendum esse Cincium nostrum, ut Heynius ad Virgil. Æn. exc. ad lib. VII conjiciebat, sed Cœlium Antipatrum, recte monet Lachmann. De fontt. Liv. I, p. 30. Cf. Hertz. I. I. p. 21.

3.

Dionys. Hal. I, 74, c. 187 R. : *Λεύκιος δὲ Κίγκιος, ἀνὴρ τῶν ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ συνεδρίου, περὶ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς δωδεκάτης ὀλυμπιάδος (Romam conditam statuit).*

Eadem Solin. c. 2, Euseb. Chron. p. 208 ed. Mai., Syncell. p. 193, D. Quæ de hujus computatione disputat Niebuhr. I, 299. 286, vereor ne acutiora sint quam veriora.

4.

Idem. I, 79, p. 201 R. de Ilizæ sobole. Vide Q. Fabii Pictoris fr. 1.

5.

Idem II, 38 et 39 de Tarpeia urbem Sabinis pro-dente. Vide fragm. 4 Fabii Pictoris.

6.

Idem in Exc. Escorial. De insid. c. 1, ubi Spurii Mælii historia sec. Cincium et Calpurnium Pisonem exponitur. Vide Dionysii Exc. Escor. in tom. II, p. xxviii.

7.

Livius VII, 3 : *Lex vetusta est priscis literis ver-bisque scripta, ut qui prætor maximus sit, Idibus septembribus clavum pungat. Fixus fuit dextro lateri ædis Jovis optimi maximi ex qua parte Minervæ templum est. Eum clavum, quia raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuisse ferunt : eoque Minervæ templo dicatam legem quia numerus Minervæ inventum sit. Volsiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Norticiæ Etruscæ decæ comparere diligens talium monumentorum auctor Cincius affirmat. Cf. Müller. Etrusc. p. 329 sq. Klausen Æneas p. 1010.*

8.

Livius XXI, 38 : *Quantæ copię transgresso in Italiam Hannibali fuerint, nequaquam inter auctores constat. Qui plurimum, centum millia peditum, viginta equitum fuisse scribunt, qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum. L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Hannibale scribit, maxime auctor me moveret, nisi confunderet numerum, Callis Liguribusque additis : cum his octoginta millia peditum, decem equitum adducta in Italiam : (magis affluxisse verisimile est, et ita quidam auctores sunt) : ex ipso autem audisse Hannibale, postquam Rhodanum transierit, triginta sex millia hominum, ingentemque numerum equorum et aliorum jumentorum amisisse, in Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat, in Italiam degressum.*

« Vel consulto vel ab Hannibale deceptum falsa ibi tradere Cincium in animum sibi induxit summus Gibbon. (*Miscellaneous works*, tom. II, p. 186 sqq.), laudatus a Lachmanno l. I, II, p. 16, qui contra ingeniosissima disputatione evincit p. 81, non Cincium hic errasse, sed Livium græcæ linguæ imperitia Polybii verba inconsultius nonnunquam vertentem, in Cincii quoque sententia interpretanda lapsam esse. Quos enim Cincius ipsi tabulæ Lacinien-si ab Hannibale conscriptæ (Polyb. III, 33) consentiens ex Hispania in Italiam profectos dixe-

1.

Lucius Cincius, vir ex ordine senatorio, circa annum quar-

tum Olympiadis duodecimæ Romam urbem conditam esse statuit.



rit, eos Livium revera eo pervenisse putasse, ita vero hanc rem explicaturum fuisse, ut Gallos et Ligures, qui postea affluerint neque unquam tantum numerum effecerint, a Cincio errante adjectos esse scripserit. » HERTZ p. 24.

Subjicio notitiam ceterorum fragmentorum, quæ ex Cincii nescimus cujus, vel etiam Cinciorum juniorum, operibus laudantur.

1. DE FASTIS. Macrob. Saturn. I, 12. Joh. Laurent. Lydus De menss. IV, 44, p. 216 ed. Rœth. (ubi Κίχκιος ὁ Ῥωμαῖος σοφιστής). Idem IV, 92, p. 290 (Κίχκιος ἐν τῷ Περὶ τῶν ἑορτῶν).

2. DE COMITIIS. Festus v. *Patricios*.

3. DE CONSULUM POTESTATE. Festus v. *Prætor*.

4. DE OFFICIO JURISCONSULTI (libri min. II). Festus v. *Nuncupata pecunia, Sanates, Subjici*.

5. MYTHAGOGICON LIBRI (min. II). Festus v. *Trientem*.

6. DE RE MILITARI (libri min. VI). Gellius N. A. XVI, 4.

7. DE VERBIS PRISCIS. Festus v. *scenam* p. 330; *peremere* p. 214; *reconductæ* p. 277; *rodus* p. 265; *Tuditantes* p. 352; *gentilis* p. 94; *natio* p. 166; *naccæ* p. 166; *naucum* ibid.; *nuptias* p. 170; *novalem agrum* p. 174; *obstitum* p. 193; *præcidanea porca* p. 218; *refriva fabra* p. 277; *Salias virgines* p. 329; *sinistræ aves* p. 339; *vindicicæ* p. 376. Fulgentius De prisc. serm. v. *silicernios*.

Adde INCERTÆ SEDIS FRAGMENTA ap. Servium ad Virg. Æn. II, 225. Georg. I, 10; Arnob. Adv. Gent. III, 38. 39. Charisii Instit. gramm. I, 21, 124 p. 76 ed. Lindem. Mar. Victorin. I, 4, § 95 et 96. Fragmenta exscripta habes ap. Hertz. l. l. p. 32 — 60.

## P. CORNELIUS SCIPIO.

P. Cornelium Scipionem Africanum, Africani majoris f., patrem adoptivum Scipionis Æmiliani, græcam quandam historiam scripsisse testatur Cicero in Brut. c. 20 : *Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. Filius quidem ejus, is, qui hunc minorem Scipionem a Paulo adoptavit, si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. Indicant quum oratiunculæ, tum historia quædam græca, scripta dulcissime.* Cf. Vell. Paterc. I, 10, 3.

## C. ACILIUS GLABRIO.

KRAUSE (*Vit. et Fragm. histor. rom.* p. 84) : « A. u. c. 551, belli secundi Punici sexto decimo, Cn. Servilio Cæpione, C. Servilio Gemino consulibus, Acilius noster quæstor provincialis fuit; tribunus plebis a. 557 C. Cornelio Cethego, Q. Minucio Rufo consulibus. Fuit etiam senator, ut Gellius testis est, apud quem hæc verba legimus (VII, 14, 9) : *Erant isti philosophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus : et in senatum quidem introducti interprete usi sunt C. Acilio senatore.* Cf. Plutarch. Cat. c. 22; Macrob. Sat. I, 5; Cic. Academ. II, 45, 137. Accidit autem res a. u. 599, P. Scipione et M. Marcello consulibus, quum C. Acilius jam ad summam senectutem pervenisset. Scripsit græce historiam Romanam ab urbis primis temporibus usque ad suam ætatem, quod testantur, qui eum auctorem exhibent, Cicero, Livius, Plutarchus, alii. Quibus in rebus tradendis desierit, etsi affirmare non licet, tamen auctore Livio XXXV, 14 res anno 560 gestas exposuit. Græcos ejus annales, quos vocat Livius XXV, 39 et XXXV, 14, Claudius quidam (nam qui sit ignotum est) in Latinum sermonem vertit, eamque Claudii translationem, historiarum græce scriptarum quantum constat omnino primam, adhibuit Livius, ut ipse fatetur duobus locis, quorum primo (XXV, 39) majorem etiam hostium numerum tradidit quam Piso et qui augendis numeris famosus est factus Valerius Antias. Ipsius autem Acilii græcis Annalibus usi sunt Cicero, Dionysius, Plutarchus scriptorque libelli De origine gentis Romanæ. Sed tamen non est cum Vossio existimandum, fecisse eum peculiarem librum de bello Hannibalico, a Cicerone adhibitum, sed ea in ipsis erant annalibus comprehensa. Denique Vossius, id quod in medio relinquo, eundem Acilium Glabrio-nem intellexit apud Atilium Fortunatianum, qui in libro De arte metrica p. 2680 ed. Putsch. de versu Saturnio locutus ita rettulit : *In Acilii Glabrio-nis tabula : Fundit fugat posternit maximas legiones.* » Cf. Lachmann. De fontt. Livii I, p. 23 sq.

1.

De origin. gent. Rom. c. 10, 2 : *Et postquam ad classem rediit, repperitque mortuam (Prochy-tam), in insula proxima sepelisse, quæ nunc quoque eodem est nomine, ut scribunt Vulcatius Acilius et Piso (vulgo : Acilius Piso).*

2.

Plutarchus Romul. c. 21 : Γάιος δὲ Ἀκίλιος ἱστορεῖ, πρὸ τῆς κτίσεως τὰ θρέμματα τῶν περὶ τὸν Ῥω-

μύλον ἀφανῆ γενέσθαι· τοὺς δὲ τῶ Φαύνῳ προσευξαμέ-  
νους ἐκδραμεῖν γυμνοὺς ἐπὶ τὴν ζήτησιν, ὅπως ὑπὸ τοῦ  
ἰδρωτός μὴ ἐνοχλοῖντο, καὶ διὰ τοῦτο γυμνοὺς περιτρέ-  
χειν τοὺς Λουπέρκους.

3.

Dionysius Hal. A R. III, 67, p. 582 R. : Ἐγὼγ' οὖν ἐν τρισὶ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις κατασκευάσμασι τῆς Ῥώμης, ἔξ ὧν μάλιστα τὸ τῆς ἡγεμονίας ἐμφαίνεται μέγιστον, τὰς τε τῶν ὑδάτων ἀγωγὰς τίθεμαι καὶ τὰς τῶν ὁδῶν στρώσεις καὶ τὰς τῶν ὑπονόμων ἐργασίας, οὐ μόνον εἰς τὸ χρήσιμον τῆς κατασκευῆς τὴν διανοίαν φέρων· ὑπὲρ οὗ κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἔρω· ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν τῶν ἀναλωμάτων πολυτέλειαν, ἣν ἔξ ἐνός ἔργου τεκμήραιτ' ἂν τις, Γάϊον Ἀκύλιον ποιησάμενος τοῦ μέλλοντος λέγεσθαι βεβαιωτῆν, ὅς φησιν ἀμεληθεῖσιν ποτε τῶν τάφρων καὶ μηκέτι διαρροεμένων, τοὺς τιμητὰς τὴν ἀνακάθαρσιν αὐτῶν καὶ τὴν ἐπισκευὴν χιλίων μισθῶσαι ταλάντων.

4.

Cicero De off. III, 32 : *Ut laudandus Regulus in conservando jurejurando, sic decem illi, quos post Cannensem pugnam juratos ad senatum misit Hannibal, se in castra redituros ea, quorum erant potiti Poeni, nisi de redimendis captivis impetravissent, si non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes uno modo. Nam Polybius (IV, 56) etc... Acilius autem, qui græce scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent eadem fraude, ut jurejurando liberarentur, eosque a censoribus omnibus ignominii notatos.*

## E CLAUDIO TRANSLATORE.

5.

Livius XXV, 39, de L. Marcii in Hispania rebus gestis (a. u. 542. 212 a. C.) : *Ita nocte ac die bina castra hostium expugnata ductu L. Marcii. Ad triginta septem millia hostium cæsa, auctor est Claudius, qui annales Acilianos ex Græco in Latium sermonem vertit, captos ad mille octingenta triginta : prædam ingentem partam : in ea fuisse clipeum argenteum pondo centum triginta octo, cum imagine Barcini Hasdrubalis. Valerius Antias una castra Magonis capta tradit, septem millia cæsa hostium : altero prælio, eruptione pugnatum cum Hasdrubale : decem millia occisa, quattuor millia*

2.

Caius Acilius tradit ante conditam urbem Romuleorum pecus amissum fuisse : quos votis Fauno factis nudos, ne molestus ipsis sudor esset, ad requirendum id excurrisse : hinc nudos discurrere Lupercos.

3.

Ego certe in tribus magnificentissimis Romæ operibus,

*trecentos triginta captos. Piso quinque millia hominum, quum Mago cedentes nostros effuse sequeretur, cæsa ex insidiis scribit. Apud omnes magnum nomen Marcii ducis est.*

6.

Livius XXXV, 14 (193 a. C.) : *Villius, quum Pisidiæ bello occupatum esse regem (Antiochum) audisset, Ephesum profectus, dum paucos ibi moratur dies, dedit operam, ut cum Hannibale, qui tum ibi forte erat, sæpe congrederetur; ut animum ejus et tentaret, si qua posset, et metum demeret periculi ei quicquam ab Romanis esse. His colloquiis aliud quidem actum nihil est; secutum tamen sua sponte est, velut consilio petatum esset, ut vi-  
lior ob ea regi Hannibal et suspectior ad omnia fieret. Claudius, secutus Græcos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuisse legatione tradit, eumque Ephesi collocutum cum Hannibale. Et sermonem etiam unum refert, quo quærenti Africano, quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondisse, Alexandrum Macedonum regem; quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset, quodque ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. Quærenti deinde, quem secundum poneret, Pyrrhum dixisse. Castra metari primum docuisse : ad hoc neminem elegantius loca cepisse, præsidia disposuisse; artem quoque conciliandi sibi homines eam habuisse, ut Italicæ gentes regis externi, quam populi Romani, tam diu principis in ea terra, imperium esse mallent. Exsequenti, quem tertium duceret, haud dubie semet ipsum dixisse. Tum risum subortum Scipioni et subjecisse : Quidnam tu diceres, si me vicisses? Tum me vero, inquit, et ante Alexandrum et ante Pyrrhum et ante omnes alios imperatores esse. Et perplexum Punico astu responsum et improvisum assentationis genus Scipionem movisse, quod e grege se imperatorum velut inæstimabilem secrevisset.*

(7.)

Livii Epitom. lib. LIII : *A Q. Fabio proconsule (a. u. c. 613. 141 a. C.) pars magna Lusitanicæ, expugnatis aliquot urbibus, recepta est. C. Julius senator Græce res Romanas scribit. C. Julius aliunde non notus. Acilius scribendum proponit Hertz. De Lucii Cincii p. 12.*

unde maxime imperii magnitudo appareat, aquæductus pono et vias stratas et cloacas, non solum utilitatem operis considerans (de qua suo loco dicam), sed etiam impensarum magnitudinem, quam vel ex hac una re quivis colligere potest, quod teste C. Acilio affirmare licet neglectas aliquando cloacas nec amplius aquam transmittentes, a censoribus purgandas et reficiendas mille talentis locatas fuisse.

# HANNIBAL. SOSILUS. CHÆREAS.

## SILENUS. XENOPHON. EUMACHUS.

### HANNIBAL.

Cornelius Nep. Hannibal. c. 13 : *Atque hic tantus vir tantisque bellis districtus nonnihil temporis tribuit literis. Namque aliquot ejus libri sunt Græco sermone confecti; in his ad Rhodios de Cn. Manlii Vulsonis in Asia rebus gestis. De Cn. Manlii rebus gestis vide Livii lib. XXXVIII.*

### SOSILUS LACEDÆMONIUS ET CHÆREAS.

Cornelius Nep. Hannib. c. 13 : *Hujus (Hannibalis) bella gesta multi memoriæ prodiderunt : sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt simulque vixerunt, quamdiu fortuna passa est, Silenus et Sosilus Lacedæmonius. Atque hoc Sosilo Hannibal literarum Græcarum usus est doctore.*

Diodorus XXVI, 4 (Exc. Hoeschel. p. 513), ad annum 217 : *Μηνόδοτος δὲ Περὶνθιος τὰς Ἑλληνικὰς πραγματείας ἔγραψεν ἐν βιβλίοις πεντεκαίδεκα, Σώσιλος δὲ Ἰλιεύς τὰ περὶ Ἀννίβαν ἔγραψεν ἐν βιβλίοις ἑπτὰ. Inter Sosilum Lacedæmonium et Iliensem distinguit Kraus. Fragm. histor. Rom. p. 88; perperam procul dubio, etsi ratio duplicis patriæ nos latet.*

1.

Polyb. III, 20 : *Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, προσπεπτωκυίας αὐτοῖς ἤδη τῆς τῶν Ζακανθαίων ἀλώσεως, οὐ μὰ Δία περὶ τοῦ πολέμου τότε διαβούλιον ἤγον, καθάπερ ἔνιοι*

τῶν συγγραφέων φασί, προσκατατάττοντες ἔτι καὶ τοὺς εἰς ἑκάτερα ρηθέντας λόγους· πάντων ἀτοπώτατον πρᾶγμα ποιῶντες. Πῶς γὰρ οἷόν τ' ἦν, Ῥωμαίους, τοὺς ἐνιαυτῶ πρότερον ἐπηγγελκότας πόλεμον Καρχηδονίοις, ἐὰν ἐπιβαίνωσι τῆς Ζακανθαίων χώρας, τούτους, κατὰ κράτος ἐαλωκυίας αὐτῆς τῆς πόλεως, τότε βουλευέσθαι συνελθόντας, πότερα πολεμητέον, ἢ τοῦναντίον· πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον, ἅμα μὲν τὴν στυγνότητα τοῦ συνεδρίου παρειαγούσι θαυμάσιον, ἅμα δὲ τοὺς υἱοὺς ἀπὸ δώδεκα ἐτῶν ἄγειν φασί τοὺς πατέρας εἰς τὸ συνέδριον, οὓς μετέχοντας τῶν διαβουλιῶν, οὐδὲ τῶν ἀναγκαίων οὐδενὶ προῖσθαι τῶν ἀπορρήτων οὐδέν; Ὡς οὐτ' εἰκὸς οὔτε ἀληθές ἐστι τὸ παράπαν οὐδέν, εἰ μὴ, νῆ Δία, πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἢ τύχη καὶ τοῦτο προσένειμε Ῥωμαίοις, τὸ φρονεῖν αὐτοὺς εὐθέως ἐκ γενετῆς. Πρὸς μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν συγγραμμάτων, οἷα γράφει Χαιρέας καὶ Σώσιλος, οὐδὲν ἂν δεοί πλέον λέγειν· οὐ γὰρ ἱστορίας, ἀλλὰ κουρεακῆς καὶ πανδήμου λαλιᾶς ἐμοί γε δοκοῦσι τάξιν ἔχειν καὶ δύναμιν.

De Chærea, qui idem argumentum atque Sosilus tractasse iisdemque temporibus vixisse videtur, aliunde non constat. De alio Chærea medico vel de re rustica scriptore vide Plin. H. N. XX, 23 et sæpius in Indice auctor. ad lib. VIII, X, XII — XVIII. Auctor. lat. R. R. p. 54, 164, cl. Athen. I, p. 32, B. Alios ejus nominis v. ap. Vitruv. X, 19 et Pausaniam. Chæream, Antiochi M. ducem, Hannibalis æqualem, vide ap. Polyb. V, 70, 10. 71, 11.

1.

Romani, postquam de capto Sagunto nuntium acceperunt, nequaquam illi quidem de bello suscipiendo tunc deliberationem instituerunt, sicut a nonnullis scriptoribus memoriæ est proditum; qui etiam sententias ab utraque parte dictas libris suis inseruerunt: quo nihil ne fingi quidem absurdius queat. Nam qui fieri potuit, ut Romani, qui superiori anno bellum Carthaginiensibus indixerant, si ditio- nem Saguntinorum infesti ingrederentur, iidem, capta per vim urbe ipsa, tum demum ad deliberandum convenirent, sitne suscipiendum bellum, annon? Quam absurdum vero illud, quod incredibilem senatus mœstitiam comme-

morantes, simul adjiciunt, filios duodecim dumtaxat annis majores, a parentibus in senatum introductos; qui publicorum consiliorum facti participes, nemini ne propinquorum quidem quidquam illorum, quæ enuntiare nefas, prodiderint? Quæ sunt omnia a vero aliena et palam falsa: nisi profecto hoc quoque præter cetera Romanis fortuna, si diis placeat, est largita, ut inde a pueris statim saperent. Verum de talibus scriptis, qualia sunt Chæreæ et Sosili, hæc sufficiat dixisse: neque enim pro historiis, meo quidem judicio, merentur haberi; sed pro fabulis ex alicujus tonsoris officina, aut vulgi fæce profectis.

## SILENUS CALACTINUS.

Silenus (Σιληνός, Σειληνός, Σιλανός) Calactinus (fr. 8) sub Hannibale militavit atque res ab eo gestas literis tradidit diligentissime. Cornel. Nep. Hannib. c. 13, coll. Cic. De divin. I, 21 (fr. 1). Præterea condidit Σικελικά, quorum sæpius fit mentio. In utroque opere varia sese obtulit occasio Romanas attingendi antiquitates. Attigit vero sicuti Timæus, Antigonus, Polybius, alii, ὧν ἕκαστος ὀλίγα καὶ οὐδὲ ταῦτα διεσπουδασμένως οὐδὲ ἀκριβῶς, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων συνθεὶς ἀνέγραψεν, Dionys. Hal. A. R. I, 6. Ceterum quinam Silenus, num noster an alius Περὶ γλωσσῶν libros (\*) composuerit, dubitatum est, quamquam juniorem aliquem grammaticum intelligendum esse suadet Athenæus XI, p. 483, A, ubi hæc: Σειληνός δὲ φησι· « Κύπελλα, ἐκπώματα σκύφοις ὅμοια, ὡς καὶ Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος· Κύπελλα δ' ἐνεῖμε συβώτης. » Nicander enim Attali, postremi Pergamenorum regis, temporibus floruit. Vide Voss. p. 173.

## DE BELLO HANNIBALICO.

## 1.

Cicero De divin. I. 24: *Hannibalem Cælius scribit, quum columnam auream, quæ esset in fano Junonis Laciniæ, auferre vellet, dubitaretque utrum ea solida esset an extrinsecus inaurata, perterebravisse: quumque solidam invenisset statuissetque tollere, ei secundum quietem visam esse Junonem prædicere, ne id faceret, minarique, si id fecisset, se curaturam, ut eum quoque oculum, quo bene*

(\*) Silenus ἐν Γλώσσαις laudatur ap. Athenæum XI, p. 468 A, 475 D, 478 E, 482 F, 644 F, 677 C, 699 E, 783 B; schol. Ap. Rhod. I, 1299.; Eustath. ad Odys. VII, 102, p. 1571, 5. — Idem vel alius est *Silenus Chius*, de quo Tzetzes ad Lyc. 786: Σειληνός δὲ ὁ Χίος ἐν δευτέρῳ τῶν Μυθικῶν ἱστοριῶν (δύο δὲ γέγραφε βιβλία) φησὶν Ἄντικλειαν εἶναι τὴν Ὀδυσσεῶς μητέρα· ἐγκύμονα δὲ διαδεύουσαν τὸ Νήριτον τῆς Ἰθάκης ὄρος, ὕσαντος πολὺ τοῦ Διὸς, ὑπ' ἀγωνίας καὶ φόβου καταπεσοῦσαν τεκεῖν Ὀδυσσεά, ὅθεν ἄρα καὶ Ὀδυσσεὺς ἐκλήθη. Eandem narrationem e Sileno afferunt schol. ad Odys. I, 75, Eudocia p. 312. 394. Conf. etiam de hoc Sileno Eustath. ad Od. XIX, 407, p. 1871. Comes Natal. I, 6 et p. 940. Ad eundem fortasse pertinet locus Diogen. L. II, 11, quem inter Calactini fragm. (6) exhibuimus. Cf. fr. 4. — *Sileni* De symmetriis Doricorum volumen laudat Vitruv. Præfat. lib. VII.

## 5.

Polybius scribit esse Gadibus in templo Herculis fontem ad cujus aquas potui aptas paucorum sit graduum descensus, qui ad æstus maris contrario plane afficiatur modo, quum sub exundationem maris deficiat, et defluente eo implea-

*videret, amitteret: idque ab homine acuto non esse neglectum. Itaque ex eo auro, quod exterebratum esset, buculam curasse faciendam, et eam in summa columna collocavisse. Hoc idem in Sileni, quem sequitur Cælius, græca historia est: is autem diligentissime res Hannibalis persecutus est.*

Fortasse etiam quæ sequuntur de alio Hannibalis somnio ex eodem fluxerunt Sileno.

## 2.

Livius XXVI, 49, de Nova Carthagine a P. Scipione capta (210 a. C.): *Capta alibi decem millia capitum, alibi supra quinque et viginti invenias. Scorpiones majores minoresque ad sexaginta captos scripserim, si auctorem græcum sequar Silenum: si Valerium Antiatem, majorum scorpionum sex millia, minorum tredecim: adeo nullus mentiendi modus est.*

## 3.

Plinius II. N. IV, s. 36: *Ab eo latere, quo Hispaniam spectat, passibus fere centum altera insula est longa, III M. pass. lata, in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro (fr. 40) et Philistide Erythia, a Timæo et Sileno Aphrodisias.*

## (4.)

Solinus Pol. c. 2: *Palatium nemo dubitat quin Arcadas habeat auctores, a quibus primum Pallateum oppidum. Sunt qui velint a balatibus ovium mutata litera, vel a Pale pastorali dea, aut, ut Silenus probat, a Palantho Hyperborei filia, quam Hercules ibi compressisse visus est, nomen monti adaptatum. Hæc fortasse ad alium Silenum pertinent.*

## 5.

Strabo III, p. 172: Φησὶ δὲ ὁ Πολύβιος (34,9,5) κρήνην ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις εἶναι, βαθμῶν ὀλίγων κατάθασιν ἔχουσαν εἰς τὸ ὕδωρ, πότιμον δὲ εἶναι· ἦν ταῖς παλιρροίαις τῆς θαλάσσης ἀντιπαθεῖν, κατὰ μὲν τὰς πλήμας ἐκλείπουσαν, κατὰ δὲ τὰς ἀμπώτεις πληρουμένην. Deinde postquam apposuit quomodo Polybius explicare hanc rem studuerit (v. Posidonii fr. 95), perguit: Ἀρτεμίδωρος δὲ ἀντειπὼν τούτῳ, καὶ ἅμα παρ' αὐτοῦ τινα θεὸς αἰτίαν, μνησθεὶς δὲ καὶ τῆς Σιλανοῦ δόξης τοῦ συγγραφέως, οὗ μοι δοκεῖ μνήμης ἄξια εἰπεῖν, ὡς ἂν ἰδιώτης περὶ ταῦτα, καὶ αὐτὸς καὶ Σιλανός.

tur... Artemidorus autem dum Polybii sententiam vult refellere, aliamque a se causam profert, facta simul sententiæ Silani historici mentione, indigna relatu mihi videtur dicere: quippe quum et ipse et Silanus harum fuerint rerum rudes.

## ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

## E LIBRO PRIMO.

6.

Diogenis L. II, 11 : Φησὶ δὲ Σειληνὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἱστοριῶν, ἐπὶ ἄρχοντος Λυσ\* μύλου (ἄρχου Διμύλου) λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν· τὸν δὲ Ἀναξαγόραν εἰπεῖν, ὡς ὅλος ὁ οὐρανὸς ἐκ λίθων συγκέοιτο· τῇ σφοδρᾷ δὲ περιδινήσει συνεστάναι, καὶ ἀνεθέντα κατενεχθήσεσθαι.

Λυσ\* ] *supplendum* erit Λυσιστράτου, qui archon fuit Ol. 78, 2. 467; quo anno lapidem illum ad Ægospotamos cecidisse refert Plinius H. N. II, 58. Possis etiam supplere Λυσιθέου, qui archon fuit Ol. 78, 4, cui anno rem assignat Eusebius. In Marmore Par. ep. 57 notatur Theagenides archon (Ol. 78, 1). Rem multi referunt (v. not. ad Marm. Par. l. 1.). Plutarchus in Lysandro c. 12 de clade Atheniensium ad Ægospotamos accepta loquens inter alia ait : Οἱ δὲ καὶ τὴν τοῦ λίθου πτώσιν ἐπὶ τῷ πάθει τούτῳ σημειῖόν φασι γενέσθαι. Fortasse eadem occasione rei hujus meminit Silenus, siquidem Hellenicæ ejus historiæ fuerunt, neque in Siculis historiis rei commemorandæ opportunitas oblata est.

## ΣΙΚΕΛΙΚΑ.

## E LIBRO SECUNDO.

7.

Stephan. Byz. : Παλική, πόλις Σικελίας. Θεόφιλος δ' ἐν ἑνδεκάτῳ Περιηγήσεως Σικελίας Παλικίνην κρήνην φησὶν εἶναι. Πλησίον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν, οἳ εἰσι δαίμονες τινες, οὗς Αἰσχύλος ἐν Αἰτνειαῖς γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἥφαιστου, Σειληνὸς δὲ ἐν δευτέρῳ, Αἰτνης τῆς Ὀκεανοῦ καὶ Ἥφαιστου, κληθῆναι δὲ αὐτοὺς Παλικούς διὰ τὸ ἀποθανόντας πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἰκέσθαι. De parentibus Palicorum cum Sileno facit Servius ad Virgil. Æn. IX, 584. Aliter Plutarch. Timol. c. 12; autochthones sunt Polemoni fr. 33, ubi vide.

## HISTORIÆ.

6.

Silenus in primo libro Historiarum auctor est archonte Lysistrato molarem de cælo cecidisse lapidem, Anaxagoramque tum dixisse, cælum omne ex lapidibus esse compositum, sed veloci circumrotatione constare, quæ si remittat, ruiturum.

## SICULA.

7.

Palice, urbs Siciliæ. Theophilus libro undecimo Periegesos Siciliæ Palicinen fontem esse dicit, et prope eum fanum Palicorum, geniorum quorundam, quos Æschylus in Æt-

8.

## E LIBRO TERTIO.

Athenæus XII, p. 542, A : Σειληνὸς δ' ὁ Καλλατιανὸς (scr. Καλακτῖνος) ἐν τρίτῳ Σικελικῶν περὶ Συρακούσας φησὶ κῆπον εἶναι πολυτελῶς κατεσκευασμένον, ὃν καλεῖσθαι Μῦθον, ἐν ᾧ χρηματίζειν Ἰέρωνα τὸν βασιλέα.

Καλλατιανός] *corruptum*. Eadem confusione Siculus rhetor Cæcilius, cui Καλή ἀκτὴ patria (Athen. p. 272 T.), apud Suidam dicitur Καλλατιανὸς vel Καλλαντιανός.

## E LIBRO QUARTO.

9.

Photius Lex. : Σαρδόνιος γέλως... Σειληνὸς δὲ ἐν δ' τῶν Περί Συρακούσας (Συρακούσας Suidas), λάχανον εἶναι παρὰ Σαρδωνίοις ἡδὺ, σελίνῳ ἐμφορές· οὗ τοὺς γευσασμένους τὰς τε σιαγόνας καὶ τὰς σάρκας αὐτῶν ἀποδάκνειν.

Eadem Suidas s. v., nisi quod pro ἐν δ' in nonnullis libris est ἐν δευτέρῳ. De re cf. Pausanias X, 17, Servius ad Virgil. Eccl. VII, 41, Pacatus in Paneg. Theodos. 25, Tzetzes ad Lyc. 796. Aliorum de proverbii origine sententias v. ap. Suidam. l. 1., et in Timæi fr. 28.

## XENOPHON.

Xenophontem Hannibalis historiæ scriptorem memorat Diogenes Laertius II, 59, ubi inter septem quos recenset Xenophontes quarto loco ponitur Ξ. ὁ ἱστορίαν Ἀννιβαϊκὴν γεγραφώς. Haud magis constat de eo, qui secundus ponitur Ἀθηναῖος, ἀδελφὸς Πυθοστράτου, τοῦ τὴν Θησηίδα πεποιηκότος, γεγραφώς ἄλλα τε καὶ Βίον Ἐπαμινώνδου καὶ Πελοπίδου. Quintus est ὁ μυθώθη τερατείαν πεπραγματευμένος. — Addo alios Xenophontes, quos Suidas memorat hosce : Ξενοφῶν

næis Jovis et Thalixæ Vulcano natæ filios esse dicit. Silenus vero parentes eorum Ætnam Oceani filiam et Vulcanum esse, atque Palicos propterea nominari refert, quod mortui iterum (πάλιν) ad homines redierint.

8.

Silenus Calactinus libro tertio De rebus Siculis in Syracusarum vicinia hortum ait esse magnifice exstructum, quem *Mythum* appellant : in eo responsa dare Hieronem regem solitum esse.

9.

Silenus libro quarto Rerum Syracusanarum ait apud Sardos esse herbam quandam dulcem, apio similem, quam qui gustarint, et maxillas et carnes suas præmordere.

Ἀντιοχεύς, ἱστορικός. Βαβυλωνιακά· ἔστι δ' ἐρωτικά. — Ξενοφῶν Ἐφέσιος, ἱστορικός. Ἐφεσιακά (ἔστι δ' ἐρωτικά βιβλία ἢ περὶ Ἀβροχόμου καὶ Ἀνθίας) καὶ Περὶ τῆς πόλεως Ἐφεσίων καὶ ἄλλα. — Ξενοφῶν Κύπριος, ἱστορικός. Κυπριακά· ἔστι δὲ καὶ αὐτὰ ἐρωτικῶν ὑποθέσεων ἱστορία περὶ τε Κινύραν καὶ Μύρραν καὶ Ἄδωνιν. — *De Xenophonte Lampsceno geographo* vide quæ notavimus in introd. ad fragm. Alexandri Polyhistoris.

## EUMACHUS NEAPOLITANUS.

### ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΝΝΙΒΑΝ.

#### E LIBRO SECUNDO.

##### I.

Athen. XII, p. 577, A : Εὐμαχος δ' ὁ Νεαπολίτης ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Περὶ Ἀννίβαν ἱστοριῶν Ἱερώνυμόν φησι τὸν τυραννήσαντα Συρακοσίων ἀγαγέσθαι γυναῖκα τῶν ἐπ' οἰκῆματος προεστηκυῶν, Πειθῶ ὄνομα, καὶ ἀποδείξαι βασιλίδα.

### DE REBUS HANNIBALIS.

##### 1.

Eumachus Neapolitanus secundo libro Historiarum Hannibalis, Hieronymum ait, Syracusanorum tyrannum, uxorem duxisse ex mulieribus quæ in cella meretricia prostabant, nomine Pitho eamque reginam pronuntiasse.

### ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

##### 2.

Phlegon. Mirab. c. 18 : Εὐμαχος δὲ φησιν ἐν Περιηγήσει, Καρχηδονίους περιταφρεύοντας τὴν ἰδίαν ἐπαρχίαν εὐρεῖν ὀρύσσοντας δύο σκελετοὺς ἐν σοροῖς κειμένους, ὧν τοῦ μὲν εἰκοσιτέσσαρας εἶναι πήχεις τὴν σύνθεσιν, τοῦ δὲ ἑτέρου εἰκοσιτρεῖς.

« Hic fortasse idem est Eumachus Neapolitanus, quem res gestas Hannibalis consignasse dicebamus; nisi verisimile magis sit intelligi Eumachum Siculum musicum, quem Plinius reponit inter scriptores, ex quibus librum IV et VI Hist. N. concinnavit. Dicat aliquis hunc musicum vocari; sed hoc leve est, quando Plinius iis libris non de musicis, sed de variis gentibus tractat, et Aristoxenus Tarentinus quoque musicus fuit, qui tamen illustrium scriptorum vitas et præterea historiam variam reliquit. » *Vossius*. Alius Eumachus, Corcyræus, qui Ῥιζοτομικὸν scripsit, laudatur ap. Athen. XV, p. 681, E.

### PERIEGESIS.

##### 2.

Eumachus in Periegesi ait Carthaginenses provinciam suam fossa munientes inter fodiendum reperisse duorum ossa cadaverum, in oculis jacentia; quibus rite compositis, longitudinem alterius cadaveris fuisse cubitum viginti quattuor, alterius cubitum viginti tres.

# MENODOTUS PERINTHIUS VEL SAMIUS.

Μενόδοτος ὁ Περίνθιος τὰς Ἑλληνικὰς πραγματείας ἔγραψεν ἐν βιβλίοις πεντεκαίδεκα. Verba sunt Diodori (XXVI, 4. Exc. Hoeschel. p. 513), qui ad an. 218 vel 217 a. C. Menodotum memorat una cum Sosilo, quem Hannibalis coævum fuisse ejusque res gestas literis mandasse supra vidimus. Verisimillimum igitur est Menodotum Sosili æqualem vel supparem fuisse atque Græcam historiam usque ad ea fere tempora deduxisse, quæ loco laudato tractat Diodorus. Quamquam, ne quid dissimulem, fieri etiam potuit ut hinc demum initium historia- rum suarum sumpserit. Illud tamen probabilius est. Ceterum ex Ἑλληνικῶν opere nihil tulit ætatem. Nullus vero dubito quin Perinthius hic sit idem cum Samio Menodoto, qui, testante Athenæo, res memorabiles Sami insulæ et præ ceteris, ut videtur, ea quæ ad Junonis Samiæ cultum templumque pertinebant, doctorum more periegetarum descripsit. — Quomodo auctor aliis Perinthius, aliis Samius fuerit, facile intelligitur, quum Perinthum Samio- rum esse coloniam constet. Aut igitur Sami oriun- dus postea Perinthum se contulerit, vel Perin- thi natus partem vitæ in metropoli exegerit.

## ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΣΑΜΟΝ ΕΝΔΟΞΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗ.

### I.

Athenæus XV, p. 671, F : Ἐπεὶ περὶ στεφάνων ζητήσεις ἤδη γεγόνασιν, εἰπέ ἡμῖν, τίς ἐστὶν ὁ παρὰ τῷ χαρίεντι Ἀνακρέοντι Ναυκρατίτης στέφανος, ὃ Οὐλπιανέ. Φησὶ γὰρ οὕτως ὁ μελιχρὸς ποιητής·

## RERUM IN SAMO MEMORABILIIUM RECENSUS.

### I.

Quoniam de coronis jam motæ sunt quæstiones, dic nobis, o Ulpiane, quænam est illa apud venustum Ana- creontem *Naucratica corona*? Sic enim ait mellifluus hic poeta :

Coronas vero vir quisque tres habebat ;  
duas ex rosis, tertiam Naucraticam.

Et cur apud eundem poetam *vitice* (sive *Amerina salice*) nonnulli coronantur? Dicit enim secundo Carminum libro :

Megisthes vero ille comis, decem jam menses sunt, ex quo coronatur vitice et mustum bibit dulce.

Absurda est enim corona e vitice : nam ad vincula solum et ad crates idonea est vitex. Dic igitur nobis ad hæc ali- quid quod scitu dignum sit, amice, nec vocabula solum- modo venare.

Στεφάνους ὁ δ' ἀνὴρ τρεῖς ἕκαστος εἶχεν,  
τοὺς μὲν ῥοδίνους, τὸν δὲ Ναυκρατίτην.

Καὶ διὰ τί παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ λύγῳ τινὲς στεφα- νοῦνται ; φησὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Μελῶν·

Μεγίσθης δ' ὁ φιλόφρων δέκα δὴ μῆνες ἐπειδὴ  
στεφανοῦται τε λύγῳ καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα.

Ὁ γὰρ τῆς λύγου στέφανος ἄτοπος· πρὸς δεσμοὺς γὰρ καὶ πλέγματα ἢ λύγος ἐπιτήδειος. Εἰπέ οὖν ἡμῖν τι περὶ τούτων ζητήσεως ἀξίων ὄντων καὶ μὴ ὀνόματα θήρα, φιλότης.

12. Σιωπῶντος δ' αὐτοῦ καὶ ἀναζητεῖν προσποιουμέ- νου, ὁ Δημόκριτος ἔφη, Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικώτα- τος, ἑταῖρε, ἐξηγούμενος τὸ χωρίον ἔφη, ὅτι καὶ λύγος ἐστεφανοῦντο οἱ ἀρχαῖοι. Τέναρὸς δὲ ἀγροίκων εἶναι λέγει στεφάνωμα τὴν λύγον. Καὶ οἱ ἄλλοι γε ἐξηγηταὶ ἀπροσδιόνυσά τινα εἰρήκασιν περὶ τοῦ προκειμένου. Ἐγὼ δ' ἐντυχὼν τῷ Μηνόδοτου, τοῦ Σαμίου, συγγράμματι, ὅπερ ἐπιγράφεται Τῶν κατὰ τὴν Σάμον ἐνδόξων ἀνα- γραφῇ, εὔρον τὸ ζητούμενον. « Ἀδμήτην γὰρ φησὶ, τὴν Εὐρυσθέως, ἐξ Ἄργους φυγοῦσαν ἐλθεῖν εἰς Σάμον, θεα- σαμένην δὲ τὴν τῆς Ἥρας ἐπιφάνειαν καὶ τῆς οἰκοθεν σωτηρίας χαριστήριον βουλομένην ἀποδοῦναι, ἐπιμελη- θῆναι τοῦ ἱεροῦ τοῦ καὶ νῦν ὑπάρχοντος, πρότερον δὲ ὑπὸ Λελέγων καὶ Νυμφῶν καθιδρυμένου· τοὺς δ' Ἄρ- γείους πυθομένους καὶ χαλεπαίνοντας πείσαι χρημάτων ὑποσχέσει Τυρρηνοὺς, ληστρικῶ βίῳ χρωμένους, ἀρ- πάσαι τὸ βρέτας, πεπεισμένους τοὺς Ἀργείους, ὡς, εἰ τοῦτο γένοιτο, πάντως τι κακὸν πρὸς τῶν τὴν Σάμον κατοικούντων ἢ Ἀδμήτη πείσεται. Τοὺς δὲ Τυρρηνοὺς ἐλθόντας εἰς τὸν Ἡραῖτην ὄρμον καὶ διαβάντας, εὐθέως ἔχεσθαι τῆς πράξεως. Ἀθύρου δὲ ὄντος τότε τοῦ νεοῦ,

12. Illo tacente, et quid diceret anquirere simulante, Democritus ait : Aristarchus, grammaticorum summus, amice, interpretans hunc locum, ait vitice coronari so- litos esse veteres. Tenarus vero rusticorum corona- mentum esse viticem scribit. Alii item interpretes absurda quædam et aliena super proposita quæstione dixerunt. Ego vero postquam in *Menodoti Samii* librum incidi, qui inscribitur *Rerum in Samo insula memorabilium Recen- sus*, inveni id quod quærebam. Ait enim : « Admetam Eurysthei filiam, quum Argis profugisset, venisse Samum : ibi quum ei apparuisset Junonis species, Admetam gratias relaturam, quod domo incolumis in ea loca pervenisset, curam suscepisse templi, quod hodieque exstat, olim vero a Lelegibus et Nymphis conditum fuerat. Argivos vero, re cognita indignatos, pacta pecunia persuasisse Tyrrhenis piraticam facientibus, ut deæ raperent simulacrum, ratos scilicet, id si fieret, haud dubie male mulcatum iri Adm e- tam a Sami incolis. Tyrrhenos igitur, ad Junonis portum appulsa navi, excensione facta, continuo aggressos esse

ταχέως ἀνελέσθαι τὸ βρέτας, καὶ διακομίσαντας ἐπὶ θάλασσαν εἰς τὸ σκάφος ἐμβαλέσθαι· λυσαμένους δ' αὐτοὺς τὰ πρυμνήσια καὶ τὰς ἀγκύρας ἀνελομένους εἰρεσία τε πάση χρωμένους ἀπαίρειν οὐ δύνασθαι. Ἡγησαμένους οὖν θεῖον τοῦτ' εἶναι, πάλιν ἐξενεγκαμένους τῆς νεὸς τὸ βρέτας ἀποθέσθαι παρὰ τὸν αἰγιαλὸν· καὶ ψαιστὰ αὐτῷ ποιήσαντας περιδεεῖς ἀπαλλάττεσθαι. Τῆς δὲ Ἀδμήτης ἔωθεν δηλωσάσης, ὅτι τὸ βρέτας ἠφανίσθη, καὶ ζητήσεως γενομένης, εὐρεῖν μὲν αὐτὸ τοὺς ζητοῦντας ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, ὡς δ' ἂν βαρβάρους Κᾶρας, ὑπονοήσαντας αὐτόματον ἀποδεδραχένοι, πρὸς τι λύγου θωράκιον ἀπερείσασθαι καὶ τοὺς εὐμηκεστάτους τῶν κλάδων ἐκατέρωθεν ἐπισπασαμένους περιειλῆσαι πάντοθεν. Τὴν δὲ Ἀδμήτην λύσασαν αὐτὸ ἀγνίσαι καὶ στήσαι πάλιν ἐπὶ τοῦ βάρου, καθάπερ πρότερον ἴδρυτο. Διόπερ ἐξ ἐκείνου καθ' ἕκαστον ἔτος ἀποκομίζεσθαι τὸ βρέτας εἰς τὴν ἠϊόνα καὶ ἀφανίζεσθαι, ψαιστὰ τε αὐτῷ παρατίθεσθαι καὶ καλεῖσθαι Τόνα τὴν ἑορτήν, ὅτι συντόνως συνέβη περιειληθῆναι τὸ βρέτας ὑπὸ τῶν τὴν πρώτην αὐτοῦ ζήτησιν ποιησαμένων.

13. « Ἰστορεῖται δ' ὑπ' αὐτὸν ἐκείνον τὸν χρόνον τῶν Καρῶν δεισιδαιμονία περισχεθέντων, ἐπὶ τὸ μαντεῖον τοῦ θεοῦ παραγενομένων εἰς Ὑβλαν καὶ πυνθανομένων περὶ τῶν ἀπηντημένων, θεσπίσαι τὸν Ἀπόλλωνα ποιήν αὐτοὺς ἀποδοῦναι τῇ θεῷ δι' ἑαυτῶν ἐκούσιον καὶ χωρὶς δυσχεροῦς συμφορᾶς, ἣν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἀφώρισεν ὁ Ζεὺς τῷ Προμηθεῖ χάριν τῆς κλοπῆς τοῦ πυρὸς, λύσας αὐτὸν ἐκ τῶν χαλεπωτάτων δεσμῶν· καὶ τίσιν ἐκούσιον ἐν ἀλυπία κειμένην δοῦναι θελήσαντος,

ταύτην ἔχειν ἐπιτάξαι τὸν καθηγούμενον τῶν θεῶν. Ὅθεν ἀπ' ἐκείνου τὸν δεδηλωμένον στέφανον τῷ Προμηθεῖ περιγενέσθαι, καὶ μετ' οὐ πολὺ τοῖς εὐεργετηθεῖσιν ἀνθρώποις ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς δωρεάν. Διόπερ καὶ τοῖς Καρσὶ κατὰ τὸ παραπλήσιον ἔθος παρεκλεύσατο, στεφανώματι χρωμένοις τῇ λύγῳ καταδεῖν τὴν ἑαυτῶν κεφαλὴν τοῖς κλάδοις, οἷς αὐτοὶ κατέλαβον τὴν θεόν. Καταλῦσαι δὲ καὶ τὰλλα γένη τῶν στεφάνων ἐπέταξε, χωρὶς τῆς δάφνης· τὴν δ' αὐτὸς ἔφη τοῖς τὴν θεὸν θεραπεύουσι μόνοις ἀπονέμειν δῶρον. Τοῖς τε χρησθεῖσιν ἐκ τῆς μαντείας κατακολουθήσαντας αὐτοὺς ἀβλαβεῖς ἔσεσθαι, καὶ δίκην ἐν εὐωχίαις ἀποδιδόντας τῇ θεῷ τὴν προσήκουσαν. Ὅθεν τοὺς Κᾶρας, ὑπακοῦσαι βουλομένους τοῖς ἐκ τοῦ χρηστηρίου, καταλῦσαι τὰς ἔμπροσθεν εἰθισμένας στεφανώσεις, αὐτούς τε κατὰ πλῆθος χρῆσθαι μὲν τῇ λύγῳ, τοῖς δὲ θεραπεύουσι τὴν θεὸν ἐπιτρέψαι φορεῖν τὸν καὶ νῦν ἔτι διαμένοντα τῆς δάφνης στέφανον.

13. « Μνημονεύειν δ' ἔοικεν ἐπὶ ποσὸν τι τῆς κατὰ τὴν λύγον στεφανώσεως καὶ Νικαίνετος, ὁ ἔποποιός, ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι, ποιητῆς ὑπάρχων ἐπιχώριος καὶ τὴν ἐπιχώριον ἱστορίαν ἠγαπηκῶς ἐν πλείοσι. Λέγει δ' οὕτως·

Οὐκ ἐθέλω, Φιλόθρη, κατὰ πτόλιν, ἀλλὰ παρ' Ἑρη  
δαίνυσθαι ζεφύρου πνεύμασι τερπόμενος.  
Ἄρκει μοι λιτὴ μὲν ὑπὸ πλευροῖσι χαμεύνη·  
ἐγγύθι γὰρ προμάλου δέμνιον ἐνδαπίης  
καὶ λύγος, ἀρχαῖον Καρῶν στέφος. Ἀλλὰ φερέσθω  
οἶνος καὶ Μουσῶν ἢ χαρίεσσα λύρη,  
θυμῆρες πίνοντες, ὅπως Διὸς εὐκλέα νύμφην  
μέλπωμεν, νήσου δεσπότην ἡμετέρης.

opus; quumque porta clausum non esset ea ætate templum, protinus abstulisse simulacrum, et ad mare transportatum navigio imposuisse. Sed solutis rudentibus levatisque ancoris, remorum summo conatu abire non potuisse. Itaque ratos divino numine hoc fieri, simulacrum e navigio rursus extulisse, in littoreque deposuisse; oblatisque ei libis, metu percussos abiisse. Postridie mane quum indicasset Admeta evanuisse simulacrum, facta perquisitione, repertum esse in litore a quærentibus: hos autem, utpote barbaros Cares, ultro aufugisse simulacrum opinantes, ad salicis truncum illud alligasse, et attractis utrimque longissimis ramis undique illud circumvolvisse. Admetam vero expeditum vinculis purificasse, et in basi, in qua ante locatum fuerat, rursus constituisse. Quare ab illo inde tempore quotannis e conspectu tolli simulacrum, et in litus deferri, libaque ei apponi; et *Tonea* vocari illud festum, quia intentis vinculis (συντόνως) constrictum fuisset simulacrum ab eis, qui primum illud investigatum iverant.

13. « Narrant vero, sub idem tempus Cares, oblata animis religione, oraculum dei adisse Hyblam: et consulentibus de his quæ acciderant respondisse Apollinem, pœnam deæ illos dare debere sponte per se, et citra graviolem calamitatem: qualem pœnam superioribus temporibus Juppiter Prometheo statuisset propter ignem furto ablatum, quum gravissimis eum vinculis solvisset. Quum enim voluisset ille ultro leviolem aliquam suscipere pœnam, hanc ei imposuisse ferunt supremum deum. Atque inde

usum coronæ, qui Prometheo fuerat ostensus, ab illo haud multo post ad alios etiam homines, donati ignis beneficio ab eodem affectos, manasse. Itaque etiam Caribus simili instituto mandavit deus, ut vitice pro coronamento uterentur, et capita sua ramis eisdem obstringerent, quibus ipsi deam revinxissent. Aliis autem omnibus coronarum generibus abstinere eos jussit, excepta laurea. Hanc se ipsum dixit solis his qui deæ ministrarent tanquam donum tribuere. Qui paruisse oraculi responso, et in convivii convenientem pœnam deæ daturi essent, hos salvos et noxæ expertes fore. Itaque Caras, morem gerere volentes oraculo, omissis aliis coronamentorum generibus, quæ ante in usu fuissent, vitice vulgò omnes uti, deæ ministris permittentes lauream gestare coronam, cujus gestandi mos etiamnum durat.

14. « Videtur autem coronamenti ex vitice meminisse aliquatenus etiam Nicænetus, epicus poeta, patria Samius, in Epigrammatibus, et affectum suum adversus patriam historiam frequenter declarans. Cujus hi sunt versus:

Nolo, Philothere, in urbe, sed in agro  
epulari: Zephyri aura delector.  
Sufficit mihi humi stratus sub lateribus torus;  
in promptu est enim indigena ex tamari lectus,  
et vitex, priscum Carum coronamentum. At afferatur  
vinum, et Musarum amabilis lyra:  
læti potantes ut Jovis inclytam sponsam  
canamus, insulæ dominam nostræ.



Ἐν τούτοις γὰρ ἀμφιβόλως εἰρηκῶς ὁ Νικαίνετος, πότερον στρωμνῆς ἔνεκεν ἢ στεφανώσεως ἀρκεῖται τῇ λύγῳ, τῷ λέγειν αὐτὴν τῶν Καρῶν ἀρχαῖον στέφος πρόδηλον καθίστησι τὸ ζητούμενον. Συνέβη δὲ τὴν τῆς λύγου στεφάνωσιν καὶ μέχρι τῶν κατὰ Πολυκράτην χρόνων, ὡς ἂν τις εἰκάσειε, τῇ νήσῳ συνηθεστέραν ὑπάρχειν. Ὁ γοῦν Ἀνακρέων φησί·

Μεγίσθης, ὁ φιλόφρων, δέκα δὴ μῆνες ἐπειδὴ  
στεφανοῦται τε λύγῳ καὶ τρύγα πίνει μελιθεῖα. »

16. Ταῦτα ἴσασι οἱ θεοὶ ὡς πρῶτος αὐτὸς ἐν τῇ καλῇ Ἀλεξανδρεῖα εὖρον, κτησάμενος τὸ τοῦ Μηνόδοτου συγγραμμάτιον, καὶ ἐπιδείξας πολλοῖς ἐξ αὐτοῦ τὸ παρὰ τῷ Ἀνακρέοντι ζητούμενον. Λαβὼν δὲ παρ' ἐμοῦ ὁ πᾶσι κλοπὴν ὀνειδίξων Ἡφαιστῖων ἐξιδιοποιήσατο τὴν λύσιν, καὶ σύγγραμμα ἐξέδωκεν, ἐπιγράψας Περὶ τοῦ παρ' Ἀνακρέοντι λυγίνου στεφάνου· ὅπερ νῦν ἐν τῇ Ῥώμῃ εὕρομεν παρὰ τῷ Ἀντικοττύρῳ (?) Δημητρίῳ... Μόνον γὰρ τοῦτ' ἴδιον εἶρηκεν, ὅτι Φύλαρχος ἐν τῇ ἐβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν οἶδε τὴν κατὰ λύγον ἱστορίαν, καὶ ὅτι οὔτε τὰ Νικαινέτου οἶδεν, οὔτε τὰ Ἀνακρέοντος ὁ συγγραφεύς· ἀπέδειξέ τε καὶ διαφωνοῦντα αὐτὸν κατ' ἓνα τῶν ἱστορηθέντων παρὰ τῷ Μηνόδοτῳ.

2.

Athenæus XIV, p. 655, A : Μηνόδοτος δὲ ὁ Σάμιος ἐν τῷ Περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Σαμίας Ἡρας φησίν· « Οἱ τασὶ ἱεροὶ εἰσι τῆς Ἡρας, καὶ μήποτε πρῶτιστοι καὶ ἐγένοντο καὶ ἐτράφησαν ἐν Σάμῳ, καὶ ἐντεῦθεν εἰς τοὺς ἔξω τόπους διεδόθησαν, ὡς καὶ οἱ ἀλεκτρυόνες ἐν τῇ

Περσίδι, καὶ αἱ καλούμεναι μελεαγρίδες ἐν τῇ Αἰτωλίᾳ. Διὸ καὶ Ἀντιφάνης ἐν τοῖς Ὀμοπατρίοις φησίν·

Ἐν Ἠλίου μὲν φασὶ γίνεσθαι πόλει  
φοίνικας, ἐν Ἀθήναις δὲ γλαῦκας. Ἡ Κύπρος  
ἔχει πελείας διαφόρους ἢ δ' ἐν Σάμῳ  
Ἡρα τὸ χρυσοῦν, φασίν, ὀρνίθων γένος,  
τοὺς καλλιμόρφους καὶ περιβλέπτους ταῶς.

Διόπερ καὶ ἐπὶ τοῦ νομίσματος τῶν Σαμίων ταῶς ἐστίν. »

E Menodoto vel alio Samiorum rerum scriptore fluxerit quod legitur apud Hesychium : Βάστα Κάρρας· δύο ταῦτα ὀνόματα· ἐπιγέγραπται δὲ ἐπὶ ἀναθήματος ἐν Σάμῳ ἐν τῷ τῆς Ἡρας ἱερῷ οὕτω· « Βάστα Κάρρας Σάμιος Ἡρῆ τήνδε θήρην ἀνέθηκε. » Cf. grammaticus a Bastio ad Gregor. Corinth. p. 125 ex cod. S. Germ. 177 citatus : Βάστα Κάρρας· ἐπὶ τῶν παχέων καὶ δυνατῶν (scr. ἀδυνατῶν, uti est ap. Apostol. V, 39) ἢ ἐπὶ τῶν ἀναισθητῶν· εἴρηται δὲ ἀπὸ ἐπιγραφῆς οὔσης ἐν Σάμῳ ἐν τῷ Ἡραίῳ, καταπλανησάσης ὑπ' ἀγνοίας τοὺς ἀναγνόντας. Ἐπέγραφον γὰρ πατρόθεν προτάσσοντες τὸν πατέρα, καὶ ἐστὶ τὸ μὲν Βάστα γενικὴ πτωσίς, τὸ δὲ Κάρρας ὀρθή, ἵνα ἦ Κάρρας ὁ Βάστα υἱὸς κτλ. Eadem alii, quos vide in Steph. Thes. tom II, p. 184 sq. et in Leutschii Parcemiogr. p. 386. Ceterum v. Bœckh. Corp. Inscr. II, p. 212, qui pluribus de hac inscriptione exponit.

3.

Diogenes Laert. II, 104, varios recensens Theodoros : Τρισχαιδέχματος, ζωγράφος, Ἀθηναῖος, ὑπὲρ οὗ γράφει Μηνόδοτος.

In his enim ambigue quidem loquitur Nicaenetus, ut nescias utrum in strati usum, an coronamenti, sufficiat illi vitex : sed, quum illam nominet *priscum Carum coronamentum*, satis in aperto ponit id quod quærimus. Conjectare autem licet, coronamenti ex vitice usum in illa insula usque ad Polycratis ætatem durasse. Anacreon certe dixit :

Megisthes vero ille comis, decem jam mensés sunt, ex quo coronatur vitice et mustum bibit dulce. »

15. Hæc dii norunt a me primo in pulera Alexandria esse reperta, quum nactus ibi essem Menodoti libellum ; ex quo etiam multis hominibus hoc, quod apud Anacreontem quæritur, demonstravi. Cujus quæstionis solutionem a me acceptam Hephæstion, is qui aliis omnibus furta exprobrat, sibi vindicavit, scriptumque edidit hoc titulo, *De corona ex vitice apud Anacreontem* : quod scriptum nunc Romæ reperimus apud antiquarium (ἀντικουαρίῳ) Demetrium. Unum hoc de suo dixit, Phylarchum septimo Historiarum libro meminisse illius de vitice historiae, sed nec Nicaeneti

nec Anacreontis meminisse hunc scriptorem ; quem etiam dissentire in nonnullis ostendit ab his quæ a Menodoto tradita sunt.

2.

Menodotus Samius in libro quo de iis quæ in templo Junonis Samiæ visuntur, exponit : « Pavones, ait, Junoni sacri sunt. Ac fortasse etiam primi omnium et nati et educati sunt in Samo, indeque in alias regiones directi : quemadmodum primi galli gallinacei in Perside ; et meleagrides quæ vocantur, in Ætolia. Quare etiam Antiphanes in Germanis fratribus ait :

In Solis aiunt urbe nasci  
phœnices, Athenis vero noctuas. Cyprus  
columbas habet eximias : Samiam vero  
Junonem aureum habere aiunt avium genus,  
formosos et spectabiles pavones.

Quare etiam in moneta Samiorum pavo excusus est. »

3.

De Theodoro pictore Atheniensi scripsit Menodotus.

# ALEXANDRIDES DELPHUS.

Alexandrides Delphus res Delphicas periegetarum more explicavit. Ætate vel æqualis erat Polemoni, vel paullo quam ille antiquior (v. not. ad fr. 3). Nomen auctoris cum Hemsterhusio (ad schol. Arist. Plut. 529. V. fr. 3) fuisse puto Ἀλεξανδρίδης, uti est ap. Plutarchum, schol. Aristoph. et Eurip. Orest. (v. fr. 3 et 4). Quod fr. 1 (coll. fr. 2 et 7) abiit in Ἀλέξανδρος, ex nota primitivorum et patronymicorum nominum permutatione. Fr. 2, 5, 6 libri exhibent Ἀναξανδρίδης, quod quidem nomen propter comicum Anaxandridem notius erat grammaticis.

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΧΡΗΣΤΗΡΙΟΥ.

### E LIBRO PRIMO.

#### 1.

Stephan. Byz. : Παρνασσός, ὄρος Δελφῶν... Ἐνιοὶ δὲ φασὶν ἀπὸ Παρνασσοῦ Παρνασσὸν τοῦνομα λαβεῖν, ὃν καὶ μαντεύσασθαι Πυθοῖ πρῶτον, ὡς Ἀλέξανδρος (scr. Ἀλεξανδρίδης) φησὶν ἐν πρώτῳ Περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου.

## ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΥΛΗΘΕΝΤΩΝ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΑΝΑΘΗΜΑΤΩΝ.

### E LIBRO PRIMO.

#### 2.

Zenob. I, 57 (N<sup>o</sup> 207 in cod. Bodlej.) : Ἄκρον λάβε καὶ μέσον ἕξεις. ] Ἀπελλαῖοι (Πελληναῖοι?) περισωθέντες ἀπὸ τοῦ περὶ Κλεισθένην πολέμου ἐπυρθάνοντο τοῦ θεοῦ πότερον τὴν προτέραν αὐτῶν ἀνοικήσειαν πόλιν ἢ ἑτέραν ποιήσουσιν. Ἀπεκρίνατο δὲ ἡ Πυθία· Πείθου ἐμοῖσι λόγοισιν· ἄκρον λάβε καὶ μέσον ἕξεις. » Καὶ ἄκρον (ἄκρον Leutsch.) ἔχουσαν τὴν πόλιν ὤκησαν καταλαβόμενοι. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἀλεξάνδρῳ (sic cod. A; Ἀναξανδρίδῃ codd. B. V.; lege

Ἀλεξανδρίδῃ) ἐν πρώτῳ Περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων.

Alii proverbii originem ad Æginetas referunt : Οἱ γὰρ τὴν Αἴγινα οἰκήσαντες πολέμῳ ἐκπεσόντες τῆς πατρίδος, ἐχρήσαντο τῷ θεῷ· ὃ δὲ τὸ εἰρημένον αὐτοῖς ἀνεῖλεν· οἱ δὲ συμβαλόντες τὸν χρησμὸν, ἀκρωτήριον τι κατασχόντες κατὰ μέσον ὤκησαν. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας, ὅταν τι δυσνόητον θέλωμεν αἰνίττεσθαι, χρώμεθα τῷ προειρημένῳ. Cf. Apostol. II, 26; Arsen. 35. Suidas u. Ἄκρον λάβε; Müller. Æginet. p. 185. Leutsch. ad Zenob. I. 1.

#### 3.

Plutarch. Lysandr. c. 12, de prælio ad Ægosrotamos : Ἦσαν δὲ τινες οἱ τοὺς Διοσκόρους ἐπὶ τῆς Λυσάνδρου νεῶς ἐκατέρωθεν, ὅτε τοῦ λιμένος ἐξέπλει πρῶτον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἄστρα τοῖς οἰάζιν ἐπιλάμψαι λέγοντες. — Cap. 18 : Ὁ δὲ Λύσανδρος ἕστησεν ἀπὸ τῶν λαφύρων ἐν Δελφοῖς αὐτοῦ χαλκῆν εἰκόνα καὶ τῶν ναυάρχων ἐκάστου καὶ χρυσοῦς ἀστέρας τῶν Διοσκόρων, οἳ πρὸ τῶν Λευκτρικῶν ἠφανίσθησαν. Ἐν δὲ τῷ Βρασίδου καὶ Ἀκανθίων θησαυρῷ τριήρης ἔκειτο διὰ χρυσοῦ πεποιημένη καὶ ἐλέφαντος δυεῖν πηγῶν, ἣν Κῦρος αὐτῷ νικητήριον ἐπέμψεν. Ἀλεξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς ἱστορεῖ καὶ παρακαταθήκην ἐνταῦθα Λυσάνδρου κεῖσθαι τάλαντον ἀργυρίου καὶ μνᾶς πεντήκοντα δύο καὶ πρὸς τούτοις ἑνδεκα στατήρας, οὐχ ὁμολογούμενα γράφων τοῖς περὶ τῆς πενίας τοῦ ἀνδρὸς ὁμολογούμενοις.

Fortasse ad hunc ipsum locum plura de Dioscuris Alexandrides exposuerat. Contra quæ disputasse videtur Polemo ἐν τῷ Πρὸς Ἀλεξανδρίδην ap. schol. Eur. Orest. 1632 (v. Polem. fr. 76 a).

#### 4.

Schol. Arist. Plut. 925 : Σίλφιον βοτάνη πολυτί-

## DE DELPHICO ORACULO.

#### 1.

Parnassum, Delphorum montem, nonnulli nomen accepisse dicunt a Parnasso, qui etiam primus in Pytho loco oracula ediderit, ut Alexandrides ait libro primo De Delphico oraculo.

## DE DIREPTIS TEMPLI DELPHICI DONARIIS.

#### 2.

Summum cape et medium habebis. Apellæi (?) ex bello Clistheneo superstites deum interrogarunt, utrum prior ipsorum urbs restauranda ipsis, an alia ædificanda esset. Respondit Pythia : Pare verbis meis, summum cape et habebis medium. Igitur urbem, quæ arcem habebat me-

diam, occupantes inhabitarunt. Historia apud Alexandridem libro primo De direptis templi Delphici thesauris.

#### 3.

Lysander ex manubiis æream sui statuam Delphis posuit et uniuscujusque præfectorum navibus, et stellas Castorum aureas, quæ ante Leuctricam pugnam de medio sublatae sunt. In Brasidæ et Acanthiorum thesauro triremis sita fuit bicubitalis, ex auro et ebore confecta, quam Cyrus Lysandro ob partam victoriam gratulans misit. Anaxandrides Delphicus scriptum reliquit, depositum etiam ibi Lysandri fuisse, talentum scilicet argenti et minas quinquaginta duas, undecimque stateres : quæ cum iis, quæ de paupertate viri in confesso sunt, non conveniunt.

#### 4.

Silphium planta permagni aestimatur, hanc ob causam.

μητος· ἡ δὲ αἰτία τοιαύτη ἐστὶ. Βάττος, ὁ καὶ Ἀριστοτέλης, πόλιν ἐν Λιβύῃ Κυρήνην [ λεγομένην ] ἔκτισε κατὰ τὸν δοθέντα αὐτῷ παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος χρησμόν· καὶ οἱ πολῖται οἱ Κυρηναῖοι ἀνταπόδοσιν τῆς εὐεργεσίας βουλόμενοι χάρισσασθαι τῷ βασιλεῖ, ἐποίησαν δακτύλιον, ἐν ᾧ ἡ πόλις αὐτῶν προσφέρει τῷ βασιλεῖ τὸ σίλφιον. Καὶ τὸ φύλλον δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ καρπὸς καὶ ὁ καυλὸς καὶ ὁ ὀπὸς καὶ ἀπλῶς τὸ πᾶν αὐτοῦ πολλῆς τιμῆς ἀξίον ἐστίν. Καὶ οἱ Ἀμπελιῶται δὲ ἔθνος Λιβύης, εἰς Δελφούς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου, ὡς φησὶν Ἀλεξανδρίδης. Cf. Hemsterhus. ad h. l. (p. 592 ed. Paris.).

5.

Schol. Eur. Alcest. 1 : Ἀλεξανδρίδης (libri Ἀναξανδρίδης) ὁ Δελφὸς φησὶ θητεῦσαι αὐτὸν (τὸν Ἀπόλλωνα) διότι τὸν Πυθοῖ δράκοντα ἀνεῖλεν. V. Müller. Dor. I, p. 322.

6.

Plutarch. Qu. Gr. c. 9 : Τίς δὲ παρὰ Δελφοῖς Ὀσιωτῆρ καὶ διὰ τί Βύσιον ἓνα τῶν μηνῶν καλοῦσιν; Ὀσιωτῆρα μὲν καλοῦσι τὸ θυόμενον ἱερεῖον, ὅταν Ὀσιος ἀποδειχθῆ. Πέντε δὲ εἰσὶν Ὀσιοι διὰ βίου, καὶ τὰ πολλὰ μετὰ τῶν προφητῶν δρῶσιν οὗτοι, καὶ συνιερουργοῦσιν, ἅτε γεγονέναι δοκοῦντες ἀπὸ Δευκαλίωνος. Ὁ δὲ Βύσιος μῆν, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ νομίζουσι, φύσιός ἐστιν· ἕαρος γὰρ ἄρχει, καὶ τὰ πολλὰ φύεται τηνικαῦτα καὶ διαβλαστάνει· τὸ δ' ἀληθές οὐκ ἔχει οὕτως. Οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ φ τῷ β χρῶνται Δελφοί, καθάπερ Μακεδόνες, Βίλιππον καὶ Βαλακρὸν καὶ Βερονίχην λέγοντες· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ π· καὶ γὰρ τὸ πατεῖν, βατεῖν, καὶ τὸ πικρὸν, βικρὸν ἐπιεικῶς καλοῦσιν. Ἔστιν οὖν Πύσιος ὁ Βύσιος, ἐν ᾧ πυστιῶνται καὶ πυνθάνονται τοῦ θεοῦ. Τὸ γὰρ ἐννοεῖν καὶ πάτριον. Ἐν τῷ μηνὶ γὰρ τούτῳ χρηστήριον ἐγίγνετο, καὶ ἐβδόμην ταύτην νομίζουσι τοῦ θεοῦ γενέθλιον, καὶ πολύφθοον ὀνομάζουσιν, οὐ διὰ τὸ πέτ-

τῆσθαι φθόος, ἀλλὰ πολυπευθῆ καὶ πολυμάντευτον οὔσαν. Ὅψὲ γὰρ ἀνειθήσαν αἱ κατὰ μῆνα μαντεῖαι τοῖς δεομένοις· πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης (fr. 4) καὶ Ἀλεξανδρίδης (vgo Ἀναξανδρίδης) ἱστορήκασιν.

## ΠΕΡΙ ΛΥΚΩΡΕΙΑΣ.

## E LIBRO SECUNDO.

7.

Stephan. Byz. : Λυκώρεια, κώμη ἐν Δελφοῖς. Καλλιμάχος τρίτω. Ἀπὸ Λυκωρέως τοῦ βασιλέως. Ὁ πολίτης Λυκωρεὺς καὶ Λυκώριος καὶ Λυκωρεΐτης. Ἔστι καὶ Λυκώρειος Ζεὺς καὶ Λυκώρειον διὰ διφθογγου.

Δύλη, πόλις Ἀρκαδίας. Ἀλέξανδρος δευτέρω Περὶ Λυκωρείας.

Si recte sese habent ista περὶ Λυκωρείας, probabiliter loco suo mota sunt, neque Alexander ab nostro Alexandride diversus. Neque improbable Alexandridem de Lycorea, quæ ad priscam Delphici oraculi historiam permagni momenti est, peculiare opus composuisse.

Fortasse Alexandridæ nomen reponendum in Proverb. Append. IV, 77 (p. 453 ed. Leutsch.) : Συμβαλούμενος· κατ' ἔλλειψιν καὶ αὐτῆ. Ἐνδεῖ γὰρ εἰς ἔρωτα. Μέμνηται ταύτης (τῆς παροιμίας) Ἀλέξανδρος. Ibi Ἀναξανδρίδης proposuit Bernhardy in *Jahrb. f. wiss. Kritik* 1837 p. 178, notante Leutschio. Porro *Alexandrides* reponendus esse videtur ap. Athen. p. 210, B, ubi de re Delphica postquam laudatus erat Ἡγήσανδρος ὁ Δελφὸς ἐν τῷ ἐπιγραφόμενῳ ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων, subjicitur καὶ ὁ Ἡγήσανδρος ταυτὰ λέγει (v. Hegesandri fr. 45).

Battus, quem etiam Aristotelem vocant, in Libya Cyrenen urbem condidit jussu oraculi, quod ab Apolline acceperat. Cujus beneficii gratiam referre regi volentes Cyrenæi cives annulum faciendum curarunt, in quo urbs silphium regi offerens visebatur. Folia hujus plantæ et fructus et stirps et succus et omnino tota planta in magno pretio est. Ampeliotæ vero Libyæ gens silphii stirpem Delphos miserunt donarium, ut Alexandrides narrat.

5.

Alexandrides Delphus Apollinem pro mancipio serviisse ait propterea quod draconem Pythicum interfecisset.

6.

Quis est apud Delphos Hosioter, et cur unum de mensibus appellant Bysium? Hosioter est victima quæ immolatur quum creatur Hosius (vox sanctum notat). Quinque autem sunt Hosii per omnem vitam, multisque in rebus adsunt vatibus, atque una etiam sacrificant: quippe a Deucalione genus crediti trahere. Bysius mensis, ut plerique putant, Physius est, a nascendo sic dictus: est enim veris initio, quo tempore pleraque nascuntur et germinant:

sed res ita non habet. Non enim Delphi B littera pro Ph utuntur, ut Macedones, qui *Bilippum*, *Balacrum*, *Beronicam* dicunt (quæ sunt *Philippus*, *Phalacrus*, *Pheronice*), sed loco litteræ P, soliti *batein* dicere et *bicron*, quæ sunt *patein* et *picron*. Est ergo *Bysius* dictum pro *Pysius*, quod eo mense deum scilantur. Atque hæc sententia convenit cum antiquis Delphorum observationibus. Mense enim isto oraculum primo exstitit, et septimanam istam deo natalitiam putant, *polyphthoumque* nominant, non a coquendis *phthoibus*, quod est placentæ genus, sed quod multa tum responsa deus edat. Sero enim coepit singulis mensibus oracula requirentibus respondere: antiquitus semel duntaxat in anno vaticinabatur Pythia, idque ista die, ut Callisthenes et Alexandridas tradiderunt.

## DE LYCOREA.

7.

Lycorea, vicus Delphicus. Callimachus libro tertio. A Lycoreo rege nomen habet. Civis Lycorensis et Lycorius et Lycorites. Est etiam Juppiter Lycoreus, et Lycoreum, teste Alexandro in secundo De Lycorea.

# POLEMO ILIENSIS.

Suidas : Πολέμων Εὐηγέτου, Ἰλιεύς (\*), κώμης Γλυκείας ὄνομα, Ἀθήνησι δὲ πολιτογραφηθεὶς, [διὸ ἐπεγράφετο Ἑλλαδικός,] ὁ κληθεὶς περιηγητῆς, ἱστορικός. Γέγονε κατὰ τὸν Πτολεμαῖον τὸν Ἐπιφανῆ· κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην τὸν Μυρλεανὸν συνεχρόνισεν Ἀριστοφάνη τῷ γραμματικῷ καὶ διήκουσε (P) καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου. Ἐγραψε Περιήγησιν Ἰλίου ἐν βιβλίοις γ', Κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν, Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων, Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι [πόλεων], καὶ ἄλλα πλεῖστα, ἐν οἷς καὶ Κοσμηκὴν περιήγησιν ἔχει γεωγραφίαν. Cf. Eudocia p. 362.

Γλυκείας] sic ABVE, ceteri Γλυκυίας. PRELLERUS (*Polemonis Periegetæ Fragmenta collegit etc. L. Preller. Lips. 1838*), vir doctissimus et de Polemone eximie meritis, nomen vico fuisse putat a γλυκεία κρήνη, collato inter alia Pausania VII, 27, 1 : τὸ δὲ χωρίον (sub Pellene urbe), ἐνθα αἰ πηγαί, Γλυκείας ὀνομάζουσι. — Eudocia p. 362 habet Λυκίας, cui scripturæ vix quisquam patrociniabitur propterea, quod Zelea urbs Troadis antiquitus Λυκία appellata fuisse a nonnullis dicitur. V. schol. II. V, 105 coll. schol. II. VI, 172, schol. Æschyl. Pers. Sept. c. Th. v. 132. « Similis scrib. discrepantia reperitur in Soph. Philoct. 1461 (Λύκιον πότον et γλύκιον πότον). » Bernhardt. Γλαυκίαν, Ἰωνίας πολιτῆγιον, memorat Stephanus Byz. Fortasse idem nomen fuit Polemonis patriæ. — διὸ ἐπεγρ. Ἑλλ.] Hæc uncis inclusit Prellerus. Scilicet Ἑλλαδικός libri inscriptio erat, ut infra videbimus. Potuit tamen nomen istud a libro etiam ad scriptorem transferri. Refingere licet : διὸ καὶ Ἀθηναῖος ἐπεγράφετο· περιηγητῆς ὁ κληθεὶς Ἑλλαδικός. Vocem ἱστορικός omittit Eudocia. — διήκουσε καὶ] Corrupta.

(\*) Alii auctores, quibus Polemonis nomen, a Prellero recensentur hi : 1. *Polemon Ponticus*, cujus epigrammata tria in Antholog. I, p. 103; II, p. 254, 330. Num sit Polemo, quem primum Ponti regem Antonius constituit, an filius ejus et successor, parum liquet. Cf. Jacobs Animadv. ad Anthol. III, 3, p. 940. — 2. *Polemo sophista Laodiceus*, Trajani ætate florens. Ex scriptis ejus duæ supersunt laudationes funebres, quas ed. Orelli. Lips. 1819. — 3. *P. physiognomicus*. V. Fabric. B. Gr. III, p. 323 H. — 4. *P. Atheniensis*, Philostrati f., Xenocratis successor. V. Diogen. L. IV, 16 sqq.; Ritter. *Gesch. d. Phil.* II, p. 544 ed. 2. — 5. *P. sophista junior*, sub Commodo imperatore. Suidas v. Πολέμων. — 6. *Polemo quidam grammaticus* in Lucanum commentarios scripsit, quorum librum quintum laudat Lydus De magistr. III, 46. — 7. *P. Neoplatonicus*. et *P. hæreticus*. V. Fabric. B. Gr. III, p. 183. — Inter pictores floruit *Polemon Alexandrinus*. Plinius H. N. XXXV, 40, 33.

Intercidisse aliqua censet Bernhardt. Conjici possit διήκε μέχρι τοῦ Ῥ. Παν. — Ἐγραψε Περιήγησιν] « In parietinis variæ doctrinæ nos versari demonstrat\* V, post περιήγησιν inserens τὰ πρὸς Ἀδαῖον καὶ (adde Ἀντίγονον) : quæ res indicium facit apparatus tumultuarii, quem Byzantini homines ad brevitatem redegerint. » Bernhardt. — Ἰλίου] Ἡλίου Ven. « Hujus auctoritas non magis est confessa quam ejus libri, qui inscriptus fuisse fertur Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων. » Bernhardt. Neque tamen etiam est cur fidem Suidæ in dubium vocemus. — Κτίσεις τ. ἐ. Π. π.] sic ex Mss. Paris. Küster.; priores editt. et Eudocia συγγενείας τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων. — Λακεδ. πόλεων] in V. vox πόλεων omissa; πινάκων legendum censet Reinesius.

Quæ de Euergete periegetæ nostri parente, deque Glycea Iliensi vico, in quo lucem Polemo aspexerit, a Suida traduntur, aliunde non licet confirmare. Ac de patria quidem rem satis incertam esse, inde aliquis collegerit, quod Athenæus VI, p. 234, D (fr. 78) mentionem Polemonis injiciens, Πολέμων γοῦν, αἶτ, δ εἶτε Σάμιος ἢ Σικυώνιος εἶτ' Ἀθηναῖος ὀνομαζόμενος χαίρει, ὡς δ Μοφεάτης Ἡρακλείδης λέγει καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων. Verum fidem testimonii Suidiani ipsa tueretur Iliensis vici obscuritas juxta urbes positas clarissimas, quas periegeta non potuit non adire et per tempus aliquod inhabitare. Unde Atheniensis dici potuerit ab ipso Suida docemur. Nempe civitate Polemonem ab Atheniensibus donatum esse dicit. De reliquis vero nominibus recte sine dubio statuit Prellerus l. l. p. 12 : « Videtur Polemo, inquit, quum modo hanc modo illam urbem incolet, etiam libros suos modo ex hac modo ex illa civitate in lucem emisisse, idque in titulis librorum diversis gentilibus, ut quamque urbem incolebat, nomini suo adjectis significasse. Ex qua domiciliorum diversitate si gloriolam sibi quærebat meus, id non tam huic homini quam universæ, qua is vixit, ætati imputandum est, quæ pridem desierat patriæ amorem censere ex caritate ejus loci, ubi quisque natus esset, et in qua litteratis potissimum hominibus, si itinera longinqua fecerant, magnæ id laudi habebatur. »

Floruit Polemo, ut Suidas ait, sub Ptolemæo Epiphane (qui regnavit an. 204—180 a. C.), et sicuti ex Asclepiadis Περὶ γραμματικῶν opere refertur, æqualis erat Aristophanis grammatici, qui ex computo Ritschlii (*Alex. Bibl.* p. 90) natus est

circa an. 260, mortuus an. 185 a. C. Hæc inter se optime concinunt; at vehementer iis refragatur quod deinceps ponit Suidas : καὶ διήκουσε καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναητίου : nam ex antecedentibus Polemo senex esse debuit quo tempore primum florere cœpit Panætius. Quare aut aliena miscentur, aut verba corrupta sunt. Auctor Suidæ dixerit pervenisse Polemonem usque ad Panætii tempora, qui eum inter γνωρίμους habuisset, id quod Suidas perperam de *discipulo* Polemone intelligere potuit. (\*) — De magistris Polemonis nihil traditur. Quid recentiores finxerint, modo Aristarchi, modo Aristophanis discipulum, modo ex Pergamenorum schola profectum esse dictitantes, post Prellerum denuo exponere supersedeo. Ipse autem Prellerus : « Mihi renuntiandum potius, inquit, quam obsequendum improbo illi grammaticorum suo quemque doctori, suæ successioni assignandi studio, gaudeoque meo, ut quem dixeris αὐτοδίδακτον fuisse. Verum si spectes universam studiorum rationem, quantum de iis ex fragmentis existimari potest, duabus potissimum in urbibus aliquamdiu disciplinis eum fuisse eruditum crediderim, Alexandriæ et Athenis. Alexandriæ per illam ætatem eæ artes maxime colebantur, quibus Polemo conspicuus erat, historicæ et grammaticæ; quas qui studiose ediscere, qui penitus haurire volebat, non poterat quin Alexandrinis doctoribus temporis operæque aliquantum impenderet. Adde quod constat (?) vidisse nostrum aulam Ptolemæi Euergetæ ex Athen. XII, p. 552, A (fr. 84), et quod libri ejus inter posteriores grammaticos maxime ab Alexandrinis usurpabantur, imprimis ab Didymo. Si certa nomina expromi velis, potuit ille audire Callimachum, potuit etiam Eratosthenem audire, qui Polemone adolescente summis illarum artium laudibus excelebant. De Eratosthene noli contra monere quod Polemo scripsit adversus Eratosthenem; scripsit etiam Aristophanes adversus (πρὸς) Callimachi præceptoris πίνακας. Ad Athenas quod attinet, Polemonem huic urbi multum temporis tribuisse vel inde patet, quod traditur Ἀθηναῖσι πολιτογραφηθεὶς fuisse, unde Ἀθηναῖος vocatur Heraclidi Mopseati ap. Athen. VI. p. 234, D, et Plutarcho Sympos. Quæstt. V, 2. Quæritur quonam

(\*) Panætium quendam seniore intelligi voluit Fabricius B. Gr. III, p. 572. Jonsius (Hist. Scr. ph. p. 213) vel de alio Polemone, vel de nostro Polemone non discipulo, sed magistro Panætii cogitandum esse suspicabatur. Jonsio suffragatur Lynden. De Panætio p. 6 sq. « Mihi, Prellerus ait, mittenda potius ista Suidæ hallucinatio videtur, qui sive ipsum Asclepiadem seu alium qui hoc usus erat, excerpserit, adeo hoc oscitanter fecit, ut quid sibi velit Panætii ista Rhodii commemoratio nunc expediri omnino nequeat. »

ætatis spatio Athenis versatus fuerit, utrum senex, quod existimavit Lyndenus, qui Polemonem senem scholas Athenis habuisse statuit, quibus interfuerit Panætius, an juvenis. Mihi de scholis istis valde dubium videtur; contra hoc videor mihi pro certo exploratoque ponere posse, primam urbem quo juvenis ab Alexandrinis rudimenta litterarum edoctus advolaverit, studiosissimus ille monumentorum omnisque antiquitatis ex artis operibus documentisque publicis illustrandæ, hanc igitur urbem fuisse Athenas, quippe non modo qualicunque monumentorum supellectile refertissimas, sed etiam iis maxime tunc frequentatas, qui periegetarum studia colerent, in monumentorum cognitione posita atque ab Atheniensibus primum, ut videtur, ad certam artem et rationem revocata. Efflorescebat nimirum tunc apud Athenienses illa, quam peripatetici inchoaverant, antiquitatum disciplina ex sedula singulorum locorum inspectione et pertractatione explicandarum. Vigebant laudes Philochori et Timæi Siculi (quem maximam vitæ partem apud Athenienses degisse constat ex Polybio Exc. Vat. XII, 13), qui hæc studia insigni cum fructu ad historiam applicaverant. Florebant nomina Cratetis Atheniensis, Eratosthenis, Aristophanis, aliorum, qui comœdiam Atticam ex antiquitatibus Atticis illustrabant. Vivebat, ni fallor, eadem ætate Diodorus Atheniensis qui Periegetæ nomen tanquam propriæ professionis appellationem, inter historicam atque grammaticam artem mediæ, primus sibi adscivisse et ad peculiare litterarum genus vindicasse videtur. Hos Polemo sequutus est, tantumque mox de antiquitatibus Atticis ex monumentis et inscriptionibus collustrandis meruit, ut Athenienses eum inter cives adoptarent; cui tamen rei cavendum ne nimium tribuamus, quum constet eum honorem per ista tempora facillimi negotii fuisse. — Athenis Polemonem ad ceteras Græciæ et reliqui orbis terrarum civitates obeundas perrexisse et quod vitæ reliquum erat inter peregrinandum fere consumsisse crediderim, idque ita eum instituisse, ut ex urbibus nobilioribus, præcipue ex iis quæ monumentorum, donariorum, tabularum pictarum, inscriptionum abundantia insigniores erant, modo hanc modo illam diutius incoleret domiciliumque ibi aliquantisper figeret. Certe, si quanta cura de singulis disputaverit ex ipsius fragmentis cognoveris, facile mecum consenties eum minime, ut solent homines peregrinabundi, inspexisse duntaxat urbes videri, sed habitare in iis et tam bene cognitatas habere, quam solent cives aut inquilini. Neque hoc de solis Athenis valet, verum sicuti in his versatissimus erat, ita Argos etiam, Sicyonem, Spartam,

Olympiam, Delphos, Dodonam, Syracusas ad extremum usque angulum perquisivisse eum dixeris. — Ab arte sua et Περιγηγῆς nominabatur et Στηλοκόπας, quorum illud peculiare id scribendi genus significat, quod a Diodoro Atheniensi inchoatum a nostro ad summum, quod in hoc genere præstari poterat, perductum esse videtur. Alterum cognomen peculiarem quandam, qua maxime inter ceteros periegetas eminebat, laudem Polemonis indicat, ut qui esset unicus inscriptionum scrutator ex monumentis publicis colligendarum et ex antiquitatum scientia aperiendarum. Περιγηγῆς appellatur apud Strab. IX, p. 240, Athen. IX, p. 372, A; 387, F; XII, p. 602, F; XV, p. 696, F; V, p. 210, A; Plutarch. vit. Arat. c. 13, Steph. B. v. Ἀωδώνη, Suid. v. Πολέμων. Videtur sibi ipse in titulis librorum hoc nomen attribuisse, quo quarum artium professio, quæ studia comprehendantur explicatissime demonstrabitur capite tertio. Στηλοκόπας appellatur ab Herodico Crateteo ap. Athen. VI, p. 234, D: ἐπεκαλεῖτο δὲ καὶ Στηλοκόπας, ὡς Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος. De Herodico Babylonio, Cratetis discipulo, plenissime disputavit Wegener. De aul. Att. p. 155 sq. Vocem Στηλοκόπας Dalecampius ad Athen. l. c. revocandam putavit ad verbum στηλιτεύειν, στηλοκόπαν esse quasi ἐστηλιτευμένον sive ἐστηλοκοπημένον (cf. Pollux VII, 73, Hesych. v. Στηλιτεῦσαι, Dio Cass. XLII, 9), ut cujus nomen ob desertum vadimonium videatur columnæ inscriptum et infamatum fuisse, qui mos obtinebat Athenis. Alia interpretatio Valesii est ad Harpocr. v. Ἄξονες, Polemonem Στηλοκόπαν dictum esse ob maledicentiam, qua in eos qui ab se dissentirent sævisset et « quod omnes scriptores quasi proscriberet, ἐστηλίτευε, ἐστηλοκόπησε. » Dissensit ab hoc Casaubonus, rectum haud dubie videns in hoc, quod nomen repetiit ab studio Polemonis in inscriptionibus posito: « Qui tanta diligentia græcarum urbium inscriptiones de columnis, pilis, statuis et omne genus donariis descripsisset, Στηλοκόπας joculari quidem, sed aptissimo nomine est dictus, παρὰ τὸν κόπον τὸν περὶ τὰς στήλας. Sic δοξοκόπους dixerunt, qui industriam et laborem omnem suum ad gloriæ aucupium referrent. Sic etiam δημοκόπους appellabant, qui in demerendo populo assidue occupabantur. » Et assentiuntur Casaubono Jacobsius Animadverss. Anthol. Prolegg. p. XXXV. et Bœckhius OEcon. Civit. II. p. 281, Corp. Inscr. vol. I. præf. p. VIII. Mihi de re exploratum videtur, originationis ipsa, quam proposuit Casaubonus, vereor ut recte habeat. Nam repetierim vocem στηλοκόπας non a κόπος, sed a κόπτειν, unde κοπίς, ut στηλοκόπας sit lapicida, is qui inscriptionem

aliquam in columnam incidit. Aliæ ejusdem vocabuli formæ sunt στηλοκόπος et στηλοκόπης, quum forma στηλοκόπας dorismis adnumeranda videatur in vulgarem dialectum haud raro receptis; cf. Lobeck ad Phryn. p. 638, ad Ajac. v. 604, p. 292 sq. coll. p. 460. Recte vero Casaubonus etiam in hoc, quod joculariter hoc nomen appellat, de qua re secus judicavit Wegener. De aul. Att. p. 204, nimium ille opinionibus suis de academia, quam dicit, Pergamena indulgens: « Stelocopæ cognomen nescio an Polemonis fuerit in academia Attica ob insignem in inscriptionibus colligendis et explicandis collocatam operam gloriosa et honorifica appellatio: » qui videat ne academicis suis tribuerit facetias subrusticas, quibus placuerit hominem litteratissimum nominare lapicidam. Omnino talia, quæ doctis viris apud Græcos indebantur, cognomina jocularia plerumque sunt et habent aculeum. Sic Nicanor Aristarcheus Στιγματίας dictus, hoc est proprie servus κατεστιγμένος, quia doctrinam interpungendi multis libris persequutus erat (cf. Schol. Dionys. Thr. ap. Bekk. Anecd. p. 758 sq. 763 sqq., Warton. ap. Gaisf. Poett. min. IV, p. 3), διότι ἐπολυλόγησε περὶ στιγμῶν, ut ait Eustath. p. 20, 12. Simili cavillatione Satyrus Ζῆτα dictus διὰ τὸ ζητητικὸν αὐτοῦ, Phot. Bibl. p. 151. b. Bekk., Dionysius Ἀσκάλαφος, aut propter lucubrationes assiduas aut ἐπειδὴ μακρὸς καὶ λεπτὸς ἦν καὶ ὠχρὸς, ut ait Etym. M. p. 278; cf. Fronto p. 94 Nieb., unde cognoscitur hunc Dionysium, quem nominat tenuiorem, magistrum Frontonis fuisse. Quamquam talibus originationibus nihil tribuendum esse censet Lehrsius Quæstt. epic. p. 19 sqq. »

#### DE SCRIPTIS POLEMONIS.

Tituli laudantur supra triginta. Quibus non omnibus peculiaria opera indicari nemo non concesserit; sed quinam tituli tamquam partes majoris operis componendi sint, ex arbitrio magis pendet quam certis argumentis demonstrari potest. Prellerus opera Polemonis in quattuor classes digessit, quarum prima inscribitur Περιήγησις κοσμική, altera Ἀντιγραφαί, tertia Ἐπιστολαί, quarta *Commentationes variae*. Singulos deinde titulos hunc in modum disponendos esse statuit [Titulos latine scriptos ipse Prellerus, ut tenorem aliquem materialium efficeret, supplevit]:

#### I. ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ ΚΟΣΜΙΚΗ.

##### 1. ΕΛΛΑΔΙΚΟΣ.

##### a. Attica.

α'. Περὶ τῆς Ἀθῆναιων ἀκροπόλεως, libris IV fr. 1—5.

β'. Περὶ τῶν ἐν τοῖς Προπυλαίοις πινάκων, fr. 6.  
 γ'. Ἀναγραφή τῶν ἐπωνύμων τῶν δῆμων καὶ φυ-  
 λῶν, fr. 7—10.

δ'. Περὶ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ βιβλίον.

b. *Argolica*, fr. 11—13.

c. *Sicyonica*.

α'. Περὶ τῆς Ποικίλης στοᾶς τῆς ἐν Σικυῶνι, fr.  
 14—15.

β'. Περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων, fr. 16—17.

d. *Laconica*.

α'. Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων, fr.  
 18—20.

β'. Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων.

e. *Eliaca*, fr. 21—23.

f. *Arcadica*, fr. 24.

g. *Bœotica*, fr. 25.

α'. Περὶ τῶν Θήβησιν Ἡρακλείων, fr. 26.

h. *Phocica*.

α'. Κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς  
 πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν.

β'. Περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν, fr. 27—29.

i. *Epirotica*.

α'. Περὶ Δωδώνης, fr. 30

2. ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ ΙΑΙΟΥ ἐν βιβλ. γ', fr. 31—33.

3. DE URBIBUS PONTICIS, DE GARIA, INSULIS.

α'. Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων.

β'. *Carica*, fr. 34, 35.

γ'. Περὶ Σαμοθράκης, fr. 36.

4. DE CIVITATIBUS ITALIÆ ET SICILIÆ.

α'. Κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν, fr. 37, 38.

## II. ΑΝΤΙΓΡΑΦΑΙ.

1. Τὰ πρὸς Τίμαιον, lib. min. XII, fr. 39—46.

2. Περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας,  
 lib. min. II, fr. 47—52.

3. Πρὸς Νεάνθη ἀντιγραφαί, fr. 53.

4. *Adversus Istrum*, fr. 54, 55.

5. Πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον, lib. min. VI,  
 fr. 56—69.

## III. ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

1. Πρὸς Ἀτταλον ἐπιστολή, fr. 70—72.

2. Πρὸς Διόφιλον περὶ τοῦ Μορύχου, fr. 73—75.

3. Πρὸς Ἀράνθιον, fr. 86.

4. Πρὸς Ἀλεξανδρίδην, fr. 86 a.

5. Περὶ ἀδόξων ὀνομάτων, fr. 87. 88.

## IV. COMMENTATIONES VARIAE.

1. Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων, fr. 79, 80.

2. Περὶ ποταμῶν. Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ποταμῶν.  
 Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν, fr.  
 81—83.

3. Περὶ θαυμασίων, fr. 84.

4. Περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων, fr. 85.

5. Περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρου, fr. 86.

6. Περὶ τοῦ Διὸς κωδίου, fr. 87, 88.

7. Περὶ Ἄρτου, fr. 89.

8. *Varia incertæ sedis*, fr. 90—102.

Inter titulos modo recensitos duo maxime sunt qui in disceptationem veniant: Περὶ ἡγήσεις κοσμικῆ et Ἑλλαδικός. Priorem non nisi e Suida novimus, qui postquam singula quædam Polemonis scripta attulit, subjicit: Καὶ ἄλλα πλεῖστα (ἔγραψε), ἐν οἷς καὶ Κοσμικὴν περιήγησιν ἦτοι γεωγραφίαν. De his ita statuit Prellerus p. 22: « Quod additur ἦτοι γεωγραφίαν, patet nihil esse nisi glossema Suidæ, qui ex suæ ætatis more confunderet περιήγησιν antiquariam et geographicam. Nam ipse Polemo quamquam multas terras obiit multasque gentes vidit, tamen ad excolendam geographicam non plus contulisse videtur quam qui et ipse periegesin composuit, Pausanias. Scripserunt illi de fluminibus singulis, montibus, urbibus; geographicam tamen, quæ proprie vocabatur, minime attigerunt. Deinde similem usurpationem adjectivi κοσμικός, ut περιήγησις κοσμικῆ dicatur universalis, equidem legere non memini nisi apud Byzantinos, velut apud Photium Bibl. cod. 69: Ἀνεγνώσθη μοι βιβλίον ἱστορικὸν ὡς ἐν συνόψει κοσμικῆς ἱστορίας, ὃ δὲ συγγραφεὺς Ἡσύχιος δ' Ἰλλούστριος. Propter similes, credo, rationes Bernhardt ad Dionys. Perieg. p. 519: « Tantum addo, inquit, Suidæ quadam narratione, qui reliquisse eum Κοσμικὴν περιήγησιν ἦτοι γεωγραφίαν nulla profecto cum fide prodidit, Ukerum, quod mireris, in errorem esse inductum Geogr. I, 1, p. 141. » Neque tamen prorsus mihi de hac inscriptione desperandum videtur, sed crediderim subesse aliam, velut eam, quæ antiquioribus idem significabat, περιήγησιν οἰκουμένης, quam ad suæ ætatis sermonem græce refinxerit Suidas, latine in alio scriptore reddidit is qui scripsit *Expositionem totius mundi* ab Hudsono in Geographis minoribus tom. III editam. Certe etiamsi Polemo non omnes illos, quos ad primam classem retuli, tractatus una eademque editione publicaverit (separatim editos maxime eos dixeris, qui habent divisionem librorum, velut quattuor libros Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, libros tres Περιηγήσεως Ἰλίου,

tamen potuit vel ipse vel posteriorum grammaticorum aliquis ex diversis istis commentariis unum corpus efficere; idque nominare Περιήγησιν οἰκουμένης. » Hæc Prellerus. Quibus subjungo quæ ad Suidæ ista ἐν οἷς καὶ Κοσμικὴν περιήγ. notavit Bernhardus: « Habet ista conclusio scriptoris ad finem properantis, quod in dubitationem adduci possit. Nam ut ipsam inscriptionis causam ac materiam a studiis doctæ antiquitatis abhorruisse constat, nec Polemonis in litteris qualiacunque ejus rei vestigia deprehenduntur: ita disciplinam ætatis Byzantinæ haud leviter ornavit Περιήγησις οἰκουμένης, auctore Dionysio, cujus ad similitudinem illa solet diversissimos de rebus historicis geographicisque commentarios exigere. Huc accessit præconium periegetæ, quod sua sponte videbatur ad totius orbis descriptionem spectare. Nos igitur quum titulum commentitium in Dionys. p. 519 repudiassemus, Prellero tamen non plane persuasimus: is enim Περιήγησιν οἰκουμένης non solum agnoscit, sed primam etiam classem Polemoniorum voluminum constituit, quam vel ipse vel posteriorum grammaticorum aliquis ex variis libris in unum corpus redactam evulgarit. Nimirum finxit vir doctissimus Polemonem in enarrandis regionibus quamplurimis operam eruditam consumpsisse. Equidem industriam illius opinor in finibus Græcorum monumentorum ac donariorum sese continuisse; quibus comites, si libet, addas libellos de Dodone et de Samothrace. Nam Κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν (ut de suspectis titulis unum et eum incredibilem attingam) cave colligas e schol. Apoll. IV, 324 (fr. 38): οὗ μνημονεύει Πολέμων ἐν κτίσει Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν. quæ si corrigantur sic ut par est, ἐν κτίσει Παλικῶν τῶν Σικελικῶν, nemo non ea censebit ad locum Macrobiani V, 19 referenda [v. fr. 83]. » Hæc Bernhardus, qui quam in postremis conjecturam protulit, eam argumentum fragmenti fr. 38 minime commendat, neque quidquam inde lucratur, nisi forte etiam librum De Ponti urbibus Polemoni abjudicandum esse censueris. Ceterum rectissime Bernhardus monuisse mihi videtur, nihil subesse ut κοσμικὴν περιήγησιν a Suida commemoratam detorqueamus ad inscriptionem operis, quo comprehenderentur scripta omnia, quæ de singulis regionibus Polemo singillatim emiserat, et in suos quodque libros distribuerat. Et ne dicam nullum ejus rei indicium in fragmentis occurrere, omnino non verisimile est quod in describendis Græciæ regionibus præcipuis atque de Ilio patria et Dodona et Samothracia, antiquariorum deliciis, præstitit Polemon, idem vel simile quid etiam de reliquis terris Græco homini tum patentibus, ab eo præstitum esse vel præstari potuisse. Præter nominatos autem libros,

in quibus antiquariam periegesin auctor instituerit, nonnisi duo memorantur, Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων et Κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν (πόλεων), qui ipsis titulis diversum a ceteris argumentum ostendunt, quod quamvis cum antiquaria monumentorum descriptione multis nominibus conjunctum sit, tamen peculiare quoddam scriptorum genus constituit. Libris de Ponti, Italiæ et Siciliæ civitatibus addas Κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίων συγγενείας αὐτῶν et libri Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων. Titulos illos jungendos esse et classem quandam scriptorum Polemoniorum constituisse, etiam inde colligas, quod omnes præter unum de Italicis urbibus (quem scholiastæ Apollonii debemus) a Suida conjunctim exhibentur; nimirum Suidas ex catalogo scriptorum, quem ante oculos habebat, unum quendam locum exscripsisse satis habuit.

Ceterum Κοσμικὴν illam περιήγησιν ἤτοι γεωγραφίαν merum grammatici Byzantini commentum esse, pro explorato non posuerim. Certe non omitti silentio debet locus Athenæi (fr. 92), ubi laudatur Σκύλαξ ἢ Πολέμων. Verba ionica, quæ (ex Indiæ περίπλω) ibi afferuntur, Scylacem arguunt. Quare Prellerus illud ἢ Πολέμων ita intelligit ut sit Σκύλαξ ὃν Πολέμων παρατίθεται. Quod verum esse potest; sed certum non est. Quemadmodum eodem loco Athenæus (vel potius Didymus, ex quo totum illud caput fluxit) Hecatæi Milesii periegesin non genuinam sed ab Hecatæo Eretriensi interpolatam esse significat, sic similis de auctore operis dubitatio inesse potest verbis Σκύλαξ ἢ Πολέμων, sive is noster Polemo an alius fuerit. — Suidas Indiæ περίπλου tribuit Scylaci Polybii æquali, Panætii familiari; id aperte falsum est; nam laudat hunc Periplum Aristoteles Polit. VII, 14. Fieri vero potuit ut Scylacis junioris ætate ab eo Polemone (sive nostro sive alio), quem ejusdem Panætii sodalem Suidas dicit, et qui fortasse cum Scylace juniore in Caria per tempus aliquod degit (certe de Cariæ urbibus duo fragmenta (34. 35) Polemonis habemus), novam antiqui operis recensionem institueret. At nimis hæc incerta sunt, ut diutius iis immorari velim.

Sequitur altera inscriptio, Ἑλλαδικός, quam Suidas ita memorat, ut etiam in cognomen scriptoris abiisse videri possit. Laudatur titulus duobus locis Athenæi (fr. 22 et 28), sed ita ut de auctoris nomine injiciatur dubitatio. Nam utroque loco Athenæus ait: Πολέμων ἢ ὅστις ἔστιν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικόν. Idem opus, titulo in vulgariorem formam male mutato, laudant Jul. Africanus (fr. 13) et scholiasta Aristidis, quorum ille Πολέμων ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν (de Apide rege Argivo, sub quo pars Ægyptiorum in Syriam



migraverit); hic vero : Πολέμων ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ἱστορίᾳ (de Neptuno et Junone de agro Argolico contendentibus). De argumento operis ita habet PRELLERUS : « Si Athenæi locus, ubi citat Helladium, comparamus, etiam hoc in opere Polemonem sibi constitisse et ut periegetam verum se gessisse videmus; altero enim loco disputat de donariis Olympiæ asservatis, altero de donariis Delphicis. Quo si addis fragmenta illa a Julio Africano et scholiasta Aristidis servata, qui eundem librum, quem ipsi dicunt ἱστορίαν Ἑλληνικὴν, de antiquitatibus Argorum adhibent, apte, ut mihi quidem videtur, collegeris Ἑλλαδικὸν Polemonis non de solis Delphis, Olympia, Argis fuisse, nedum, quod Welckerus (\*) opinatus erat, de sola Sicyone, sed de omni Græcia, ut argumentum fere idem fuisse arbitrer atque id, quod Pausanias complexus est in scriptione περιηγήσεως Ἑλλάδος : quamquam Polemo etiam de Dodona peculiari sectione commentatus erat, quod Pausanias non fecit. Hanc igitur περιήγησιν Ἑλλάδος partem fuisse suspicor περιηγήσεως illius οἰκουμένης, eique propterea ceteros titulos, qui ad singularum civitatum Græcarum periegesin pertinere viderentur, subjiciendos putavi. Secus judicavit Groddeckius *Initt. Histor. Græc. Litter. vol. II, p. 95* : « Polemo —, qui splendidissima quæque donaria in celeberrimarum urbium templis reposita subjunctis inscriptionibus in pluribus libris descriperat et Græcorum historiam, λόγον Ἑλληνικόν, XI libris cum temporum notatione exposuerat, » qui nimium tribuit mutationi isti tituli Ἑλλαδικοῦ, quam admisit Julius Africanus, et de undecim libris historiæ Græcorum quod scribit, Helladicum cum opere adversus Timæum edito confudisse videtur. Quamquam apud Julium Afr. l. l. si legitur Πολέμων ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν, conjicias inde etiam Helladicum in plures libros partitum fuisse, fortasse similiter atque Pausaniæ περιήγησιν Ἑλλάδος, ut primi libri fuerint de antiquitatibus Atticis et sic porro. Sed historicos noli putare hos libros fuisse : nam attingit quidem Polemo historiam tam in Helladico quam in ceteris scriptiōibus, verum facit hoc non nisi in transcurso et longe parcius quam Pausanias, ut minore etiam quam hic jure inter

(\*) Etenim Welckerus *Cycl. p. 56*, Suidæ testimonio fidens, Polemonem *Helladicum* cognominatum esse censet sicuti ab aliis Sicyonius dictus sit; causam vero hujus cognominis in eo invenire sibi videtur, quod Polemo librum scripsit de pictoribus Sicyoniis, quorum secta Helladica appellari solet. « Quæ sententia, Prellerus ait, etiamsi de homine ad librum eum transtuleris, tamen angustior est, quum secta Helladica diceretur, non quia Sicyone florebat, sed quia opposita erat Asiaticæ, ut ὁ Ἑλλαδικὸς sc. λόγος minime sit idem quod ὁ Σικυώνιος. »

historicos apud Suidam numeretur. De temporum notatione quod scribit Groddeckius, cernis ex fr. 13 Polemonem tempora regulorum Argivorum distinxisse, sed erant tales quæstiones illi ætati satis usitatae, neque propterea de opere chronologico cogitandum. Hæc hactenus de argumento Helladici. Ad scrupulum Athenæi quod attinet, tenendum hanc formulam Πολέμων ἢ ὅστις ὁ ποιήσας κτλ. non tam id significare, Polemonem hunc librum non scripsisse, quam dubium fuisse Polemo scripserit an alius; cf. quæ de similibus formulis de carminibus posthomeris usurpatis disseruit Nitzschius Meletem. *De hist. Hom. fasc. II, p. IV. Kil. 1837, p. 19*; cf. *Hall. A. L. 1838, Ergänzungsbl. N° 18*. Et patet talem dubitationem facile suboriri potuisse de libro, quem maxime in manibus peregrinantium fuisse credibile est, sicuti fieri solet in libris diuturno popularique usu tritis, ut abs quo primi editi sint minus principio quæretur, deinde dubium fiat. Quamquam Helladicum Polemonis opus esse literatis saltem hominibus satis exploratum fuisse videtur, quum ab Julio Africano et scholiasta Aristidis idem ei sine ulla cautione adscribatur, dummodo recte judicem Ἑλληνικὴν ἱστορίαν idem opus esse quod Ἑλλαδικόν. — Ego quidem Julio Africano et Scholiastæ, in tradito auctoris nomine bona fide acquiescentibus laud multum tribuerim. Mirum autem est Athenæum vel potius ejus auctorem, dum de Helladici auctore dubius hæreat, ne semel quidem ejusmodi cautione uti in plurimis illis locis, ubi singula Polemonis opera vel singulos libros de arce Atheniensi, de Sicyoniorum pœcile, de Lacedæmoniorum ἀναθήμασι etc. excitat. Nonne hæc in eam potius ducunt sententiam, ut statuamus Helladicum non fuisse collectionem librorum, quam de singulis Græciæ regionibus singillatim ediderat (ita enim Prellerus sentire videtur), sed diversum plane opus, illorum quasi epitomen, in peregrinantium usus compositam, atque dubitatum esse num eam ipse Polemo an alius quidam elaboraverit, sicuti eadem dubitatio de Athidis Philochoræ compendio apud nos invaluit. Porro ex Africano liquet primum Helladici librum fuisse de Argolide, non vero de Attica; statuendum igitur ex Prelleri sententia foret Athenæum, primum De acropoli Attica librum laudantem, non continuam librorum operis seriem, sed singulorum capitum, quorum nonnulla, sicut illud De arce, item in plures libros totius dispertita fuerint, divisiones afferre maluisse. Quod etsi fieri interdum solet, in eo tamen qui nunc est rerum statu, ubi omnia ex levissimis indiciis construenda sunt, sententiæ Prelleri (modo recte virum doctissimum intellexerim) parum favore videtur.

PRELLERI DE DOCTRINA ET FIDE  
POLEMONIS DISPUTATIO.

« Satis quæsitum de libris Polemonis : reliquum est ut dicam de doctrina ejus ac fide, deque dicendi genere. Doctrina quanta fuerit et quam multiplex ipse cognoris, si placuerit fragmenta percurrere. Est autem ratio ejus potissimum duplex, quum et in litteris esset doctissimus, inque poetarum, historicorum, grammaticorum lectione versatissimus, et hanc ipsam doctrinam mirifice auxisset peregrinando monumentaque et inscriptiones usque sectando. De litterarum quantis excelluerit studiis velim adeas fr. 45, quod est de scriptoribus parodiarum, in quo ferme omnis nunc de hoc litterarum genere quæstio innititur; et fr. 88, de parasitorum denominatione, quam non solum ex inscriptionibus, verum etiam ex comicis historicisque sanequam egregia doctrina illustravit. Adde quæ disputavit adversus Timæum, Eratosthenem, Neanthen, Istrum, Adæum et Antigonum, et quæ commentatus est de loco Xenophontis in Agesilao (fr. 86) et de alio Thucydidis (fr. 89), et quod Aristotelis etiam testimoniis identidem utitur (cf. fr. 88. 59. 85), summi in rerum naturalium atque civilium disciplina auctoris. Ex quibus omnibus intimam eum cum litteris quibuscunque contraxisse familiaritatem intelligitur. Sed inprimis coluisse videtur comicos, ad quos ea ætate omne ferme antiquitatum Atticarum studium revocari solebat; vclut in fr. 86 citantur Cratinus ἐν Πλούτοις, Eupolis ἐν Ἐλλωσι, Epicharmus ἐν Ἐλπιδί, ἐν Περιάλλῳ, et quæ exquisitissimæ in hoc genere doctrinæ specimina exstant in aliis fragmentis alia. Neque dubium quin multorum comicorum testimonia, quibus nunc gloriatur Athenæus, ex Polemonis ad hunc commentariis transierint, vclut in dissertatione de parasitis (fr. 87). Itinera quot fecerit et quam dissitas terras studiis suis obsequens peragraverit, et ex titulorum indice et ex cognominibus quæ habuit gentilibus existimari potest. Optime procul dubio versatus erat in Græciæ urbibus, maxime Athenis Atticaque, cujus antiquitates præter libros Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, Περὶ τῶν ἐν τοῖς Προπυλαίοις πινάκων etc. inprimis etiam opus adversus Eratosthenem editum tractabat; v. quæ in præfatione hujus libri disputantur. Porro visit Argos, Sicyonem, Spartam, quam suis oculis eum lustrasse patet ex fr. 17, Phliuntem, cf. fr. 58; Olympiam, Thebas, Delphos, Thessaliam, cf. fr. 44, Dodonam. Deinde eos campos sedulo perquisivit, in quibus ipse natus erat et juvenis adoleverat, celebratissimos illos tot epicorum lumini-

bus, de quibus exposuit tribus libris Περιηγήσεως Ἰλίου; itemque Bithyniæ et Cariæ urbes obiit, cf. fr. 34 sqq. Etiam ad insulas trajecit et Samothracen, nobilem illam prisca Cabirorum religione, propria scriptione circumvectavit; cf. fr. 36. Neque Chium Erythrasque vicinas et Rhodum non visitavit, v. fr. 80, atque Sami adeo versatus erat, ut Σάμιος æqualibus appellaretur; v. Athen. VI, p. 234, D. In cujus insulæ descriptione ea explicitissime a Polemone tractata esse puto, ad quæ paucis verbis alludit Strabo XIV, p. 169: Τὸ Ἡραῖον, ἀρχαῖον ἱερόν, καὶ νεὸς μέγας, ὃς νῦν πινακοθήκη ἐστὶ χωρὶς δὲ τοῦ πλήθους τῶν ἐνταῦθα κειμένων πινάκων ἄλλαι πινακοθήκαι καὶ νάισκοι τινές εἰσι, πλήρεις τῶν ἀρχαίων τεχνῶν· τό τε ὑπαιθρον ὁμοίως μεστόν ἐστὶ τῶν ἀρίστων ἀνδριάντων κτλ. — Perrexit etiam in Italiam Siciliamque, cf. fr. 37 sqq., et inprimis Syracusis multam curam tribuit, quippe signis, fabulis, omnis denique generis ornamentis maxime tunc abundantibus; quæ cura exstat in fragmentis operis adversus Timæum Siculum editi, cf. fr. 39. 44. 45. 46, et in fragmentis epistolæ ad Diophilum scriptæ; fr. 73 sqq. Carthaginæ quoque Polemonem aliquantisper commoratum esse patet (?) ex fr. 85, neque hoc mirum, quum splendidissimum illud Africæ caput Græcis illis temporibus frequentissimum fuisse satis constet. Alexandriam denique nostrum æque bene atque patriam et Athenas novisse crediderim; per omnia itinera autem et ubicunque versaretur uni eidemque studio eum intentum fuisse tenendum, ut monumenta locorum, ut signa, tabulas pictas (v. præf. operis adversus Adæum et Antigonum inscripti), ut inscriptiones investigaret et litteris antiquariaque illa, qua solebant ista tractari, doctrina explicaret; unde egregii rursus ad omnia litterarum antiquitatumque studia fructus redundarunt. Neque tamen mortuis tantummodo illis fontium documentis usus est, sed vivos etiam consultabat, populares singularum regionum narrationes ac fabulas consecutus et incolas de moribus ritibusque locorum percontatus; de qua re constat ex Athenæo IV, p. 138, F, fr. 86, ubi verba οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀφικνουμένους κτλ. referenda sunt ad Spartanum, cujus mentio excidit, quem de sua patria sibi narrantem induxerat scilicet Polemo; quod fugit Casaubonum, qui inde colligi statuit, Polemonem natione Spartanum fuisse. Eodem pertinet quod religionum etiam festorumque et cærimoniarum per singulas civitates solennium sedulam curam habuit; unde multæ ab hoc de talibus rebus notationes gravissimæ exstant, cf. fr. 41 sq. 49. 86.

« Tanta doctrina tantaque diligentia effecit, ut insigni eum et æquales et posteriores prosequeren-

tur æstimatione; quæ laus florentissima erat temporibus Didymi, Strabonis, Plutarchi, Athenæi, qui testimonia ejus sæpissime adhibent. Inferioribus temporibus opera Polemonis non amplius curæ fuisse videntur, ut mox interciderint. Nam quod in ceterorum quoque ejusdem ætatis scriptorum permultos cadit, de quibus nunc non nisi ex fragmentis judicatur, idem valet de Polemone. Accuratissime hi et doctissime ut sua ætate quas quisque tractaverat res explicaverant, verum succrevit alia soboles, quæ eadem studia coluit partim ad usum accommodatius, partim etiam doctius ac melius. Ita factum arbitror, ut Polemonis scripta primum a litteratis, deinde a librariis neglecta sint, denique oblivioni objicerentur. Antiquiores vero quanti eum fecerint tum ex disertis nonnullorum testimoniis, tum inde intelligitur, quod doctissimus quisque ejus scriptis usus est. Testimonia præsto sunt primum Plutarchi, optimi talium rerum æstimato- ris, qui in Sympos. Quæstt. V, 2 (fr. 27), Τοῖς δὲ Πολέμωνος, inquit, τοῦ Ἀθηναίου περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν οἶμαι ὅτι πολλοῖς ὑμῶν ἐντυγχάνειν ἐπιμελές ἐστι, καὶ χρῆ, πολυμαθοῦς καὶ οὐ νυστάζοντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἀνδρός. Simi- liter judicat Stephanus Byzantius, qui eo loco se- quitur Aristidem Milesium, de quo scriptore dixi ad fr. 30; v. Steph. B. v. Δωδώνη. — προσθετόν οὖν τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι ἀκριβοῦς τὴν Δωδώνην ἐπισταμένω. — Si eos quæris, qui Polemone usi sint ejusque reliquias ad nostram ætatem propaga- verint, mittenda sunt nomina illorum, quibus nunc plurima fragmentorum pars debetur, lexico- graphorum, scholiastarum, Athenæi: qui rivulos suos duxerunt ex læta ubertate antiquiorum com- mentariorum, lectissima olim doctrina refertissi- morum, nunc præter pauculas reliquias extincto- rum. Inter quos cum primis nominandus Didymus Alexandrinus, Aristarchi discipulus. Is toties no- strum adhibuisse videtur, ut plurimam, quotquot nunc exstant, fragmentorum partem ex hujus com- mentariis, quibus omnes ferme scriptores adorna- verat, repetendam putem; saltem in permultis certa Didymi vestigia deprehenduntur, v. fr. 2. 4. 22. 36. 86. 92. 99. 101. Ac semel quidem Didymus dissidet a Polemone et adversus eum disputat (cf. fr. 86); plurimis tamen locis in te- stimoniis nostri ita acquiescit, ut optimum ejus de Polemonis fide ac doctrina judicium fuisse oporteat. Didymo adde Aristonicum, qui illi suppar erat, cui debemus fr. 26. Hos autem constat ex Aristarchi schola fuisse, quo argumento supra usus sum contra Wegenerum. Verum talis noster erat, ut ejus doctrina et Aristarchei et Cratetei juxta egerent, sicuti etiam Herodicum Crateteum

ejus mentionem injicere vidimus. Nominandi præ- ter hos Diodorus Magnes (v. fr. 5. 67 sqq.), Am- monius ὁ Λαμπρεύς, qui scripserat Περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν (fr. 88), Heraclides Mopseates et As- clepiades Myrleanus; quorum omnium ætas in idem illud sæculum incidisse videtur, ante Chri- stum natum proximum, quo laudes Polemonis summe florebat. De quibus potissimum rebus hi scriptores eum consuluerint quum ex fragmentis patet, tum ex omni earum litterarum, in quibus Polemo excellit, ratione existimari potest. Eas- dem videlicet res hic illis viris suppeditabat, de quibus nos adhibere solemus Pausaniam. — Inter eos scriptores quorum opera etiam nunc exstant, Strabo et Plutarchus nostrum et nominant plus semel neque non aliis locis, ubi nomen ejus siletur, eum usurpasse videntur. De Strabone cf. not. ad fr. 30. 81, de Plutarcho fr. 17. 38. 66, et ubi de statuis donariisque Delphicis memorat quæ periegetam redolent, De aud. poet. 3, Quæstt. Symp. V, 1, De Pyth. orac. 2. Plurima tamen fragmenta servavit Athenæus Naucratica, qui et ipse forsitan Polemonis libros inspexit, sed maxi- mam partem, quæ ejus consuetudo est, ex anti- quiorum operibus transcripsisse videtur. Idem cadit in Clementem Alexandrinum, cujus doctrina antiquaria, quam ostentat inprimis Protrepticus, bonam partem ex nostro deducta videtur; v. præf. epistolæ ad Attalum scriptæ; itemque in Harpo- crationem, Hesychium, ceteros.

« Denique pauca adjicere juvabit de dicendi ac disserendi genere, quod sequitur Polemo. Erat illa ætas omnino rebus quam orationi intentior; quo accedit quod argumentum nostri frigidum plerumque ac minime capax facundiæ erat. Inso- lentior fuisset, si nitorem et elegantiam elocutionis captasset. Præterea reputandum quod commentarii ejus ex impeditissima adnotationum, quas sibi peregrinabundus undecunque constipaverat, su- pplementum elaborandi erant. Quocirca res in libris ejus magis ad instar adversariorum congestas quam ad artis rationem digestas fuisse crediderim; certe talis fragmentorum indoles est. Plerumque opus suum ita aggreditur, ut quod viderat audieratve breviter ac nude enarret (fr. 85), donaria po- tissimum (fr. 22) et picturarum argumenta (fr. 60. 63) ad indicis siccitatem adumbret; parique modo defungitur enarratione statuarum, monumentorum omnium, inscriptionum, ut solent rerum plenissimi verborum paucissimi esse. Multus est in aliorum testimoniis apponendis, qua in re sequitur suæ ætatis morem, quo ad tædium usque legentium jam Chrysippus abusus erat. Suum ipsius judicium raro et paucis admodum verbis interpo-

nere solet. Vituperaveris quod brevitati adeo nunquam studet, ut obscurior fiat, cf. fr. 56. 86. Denique in junctura propositionum exilior est, quæ negligentia maxime comparet in fr. 85, quamquam ibi infinitum illud δὲ—δὲ—δὲ non tam Polemoni dixeris tribuendum, quam Macrobio, qui illum amputaverit. »

ΑΤΤΙΚΑ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΘΗΝΗΣΙΝ ΑΚΡΟΠΟΛΕΩΣ.

Strabo IX, p. 396 : Πολέμων δὲ ὁ περιγηγῆς τέσσαρα βιβλία συνέγραψε Περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει. Idem argumentum multo etiam uberius postea tractavit Heliodorus.

1.

E LIBRO PRIMO.

Athenæus XI, p. 472, C : Πολέμων δ' ἐν πρώτῃ Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως οὐδετέρως ὠνόμασεν (τὰ θηρίκλεια) εἰπὼν· « Τὰ χρυσᾶ θηρίκλεια ὑπόξυλα Νεοπτόλεμος ἀνέθηκεν. » V. Steph. Thes. s. v.

2.

Idem XI, p. 486, C : Λυκιουργεῖς· φιάλι τινας οὕτω καλοῦνται ὑπὸ Λυκίου τινὸς τοῦ κατασκευασαμένου... Μνημονεύει Δημοσθένης (C. Timoth. § 31)... λέγων οὕτως· « φιάλας Λυκιουργεῖς δύο »... Ὅπερ ἐξηγούμενος Δίδυμος δ' γραμματικὸς, τὰς ὑπὸ Λυκίου (vg. Λύκωνος) φησὶ κατασκευασμένας. Ἦν δὲ οὗτος τὸ γένος Βοιωτίας ἐξ Ἐλευθερῶν, υἱὸς Μύρωνος τοῦ ἀνδριαντοποιοῦ, ὡς Πολέμων φησὶν ἐν πρώτῃ Περὶ ἀκροπόλεως. Locum excerpit Harpocratio, ex quo sua habent Phot. et Suidas v. Λυκιουργεῖς. Cf. Lex.

[ATTICA.]

DE ATHENARUM ACROPOLI.

1.

Polemo primo libro De Athenarum arce, neutro genere *thericleum* nominavit, ubi ait : « Aurea thericlea intus lignea dedicavit Neoptolemus. »

2.

*Lyciurgeis*. Phialæ quædam sic vocantur ab fabricatore Lycio. Meminit Demosthenes dicens *phialas lyciurgeis duas*. Quod vocabulum exponens Didymus grammaticus ait sic dici phialas a Lycio confectas. Erat autem hic genere Bœotius, ex oppido Eleutheris, Myronis filius statuarii, ut ait Polemo primo libro De arce Athenarum.

3.

Nemææ tibicinæ meminit Hyperides Contra Patroclum oratione, si genuina est. Polemo vero in libris De acro-

Rhet. in Bekk. Anecd. p. 277, 5, ubi pro Λυκιουργεῖς et Λυκίου vitiose scribitur Λυκιουργεῖος et Λυκούργου (v. Steph. Thes. s. v.). De Lycio v. Sillig. C. A. p. 249, 281; Thiersch. *Epoch. d. gr. Kunst*, p. 64; Müller. *Archæol.* § 112, 1. 122, 5. Cf. interpr. ad Herodot. VII, 76.

3.

Harpocratio v. Νεμέας Χαράδρα· Νεμέας ἀλλητριδὸς μνημονεύει Ὑπερίδης ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. Ὁ δὲ Πολέμων ἐν τοῖς Περὶ ἀκροπόλεως παρατίθεται ψήφισμα καθ' ὃ ἀπείρητο Ἀθήνησιν ὄνομα πεντετηρίδος τίθεσθαι δούλην ἢ ἀπελευθέρην ἢ πόρνην ἢ ἀλλητρίδι. Ἄξιον οὖν ἀπορῆσαι πῶς οὕτως ὠνομάζετο ἢ ἀλλητρίς.

Athenæus XIII, p. 587, C : Καὶ Νεμεάδος δὲ τῆς ἀλλητριδὸς Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους. Περὶ ἧς ἄξιον θαυμάζειν, πῶς περιεῖδον Ἀθηναῖοι οὕτω προσαγορευομένην τὴν πόρνην, πανηγύρεως ἐνδοξοτάτης ὀνόματι κεχρημένην· κεκώλυτο γὰρ τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα οὐ μόνον ταῖς ἐταιρούσαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις, ὡς φησι Πολέμων ἐν τοῖς Περὶ ἀκροπόλεως.

Lex vel non observata, vel sero demum lata. Cf. *Isthmias meretrix* ap. Athen. XIII, p. 587, E; 593, F. Pythionice notissima illa, XIII, p. 586, E; 594, E sqq. et alibi.

4.

tum nuper Prellerus declaravit (ad Polemon. p. 180) verbis hisce : « Pessimi generis est, unus ex insolenti ista et fastidiosa, qui Euhemerum profitebantur, historicorum secta, ridicule credulus, aniliter loquax. Quamquam habet etiam sic talium scriptorum tractatio aliquem fructum, videlicet ut græcas literas cum multis præclaris etiam multa vulgaria et sane quam vilia tulisse moneamur; quo accedit quod in Mnasea veluti vivo exemplo judicare liceat pestem illam Euhemerismi, quæ tot Græcorum ingenia affecit inprimisque iis literis quæ versantur in fabulis antiquitatibusque examinandis, mirabile quantum nocuit. » V. fragm. 1. 2. 4. 8. 16. 31. 38. 42.

## ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ sive ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

### α'. ΕΥΡΩΠΗ.

#### E LIBRO PRIMO.

##### 1.

Germanicus ad Arat. Phæn. p. 196 ed. Bas. : *Endymionem vero (Diana) amasse dicitur..., quod primus hominum Endymion cursum lunæ invenerit, unde et triginta annos dormisse dicitur, quia nihil aliud in vita sua, nisi huic repertioni studuit, sicut Mnaseas in primo libro de Europa scribens tradit.*

Eadem e Germanico Fulgentius Myth. II, 19. Cf. Plinius H. N. II, 6 : *Quæ singula in ea (luna) deprehendit hominum primus Endymion, et ob id amore ejus captus fama traditur.* Cf. schol. Apoll. Rhod. IV, 264 : *Τινὲς δὲ φασιν Ἐνδυμίωνα εὐρηκέναι τὰς περιόδους καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς Σελήνης, ὅθεν καὶ προσελήνους τοὺς Ἀρχάδας κληθῆναι. Ἀρχὰς γὰρ ὁ Ἐνδυμίων.* Aliter de Proselenorum nominis origine Mnaseas (fr. 4). Vulgo Endymion ex Elide oriundus dicitur. Ad eandem regionem revocari potest alterum quod e primo libro fragmentum superstes. Probabile itaque Mnaseam initium periegeseos fecisse a Peloponneso.

##### 2.

Harpocratio : Ἴππία Ἀθηναῖα. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Καλυδῶνα. Μνασέας ἐν α' Εὐρώπης τὴν Ἴππίαν Ἀθηναῖαν Ποσειδῶνος εἶναι φησι θυγατέρα καὶ Κορύφης τῆς Ὠκεανοῦ, ἄρμα δὲ πρώτην κατασκευάσασαν διὰ τοῦτο Ἴππίαν κεκλήσθαι.

## PERIEGESIS SIVE PERIPLUS.

### EUROPA.

Mnaseas libro primo De Europa Minervam equestrem

Neptuni et Coryphæ Oceano natæ filiam esse dicit, quæ quum prima equos currui junxisset, inde Equestris cognomen tulisset.

Μνασαίας Α. — Εὐρώπης ομ. Β C. — Κορύφης Vales. Πολύφης ABCD. νύμφης Ν. λύφης margo N. Bekker. Cf. Næke Chærilus p. 143.

Bekker. Anecd. p. 350, 25 : Ἀθηνᾶ ἰππία · ἥ ὅτι ἐκ τοῦ Διὸς κεφαλῆς, ὡς ὁ μῦθος, μεθ' ἵππου ἀνήλατο, ἥ ὅτι, ὡς Μνασέας, ἡ Ποσειδῶνος καὶ Κόρης (scr. Κορύφης) τῆς Ὠκεανοῦ θυγάτηρ Ἀθηνᾶ τὸ ἄρμα τῶν ἵππων ἐξεῦρεν. Ἄλλοι δέ φασιν, ὡς Ἀδραστον φεύγοντα καὶ ἐπὶ Κολωνοῦ στήσαντα τοὺς ἵππους Ποσειδῶνα καὶ Ἀθηνᾶν ἵππίους προσαγορευθῆναι. Cf. Cicero De N. D. 3, 23, ubi Coryphe, Oceani f., ex Jove mater est Minervæ quartæ. Minerva Ἰππία colebatur Athenis, Tegeæ, Olympiæ (Pausan. I, I, 30, 4; V, 15, 14; VIII, 41, 4). Peloponnesi dea h. l. disputandi ansam Mnaseæ dedisse videtur. V. fragm. 1.

3.

Zenobius II, 67 : Βούνας δικάζει· αὕτη λέγεται ἐπὶ τῶν τὰς κρίσεις ἀναβαλλομένων ἀεὶ καὶ ὑπερτιθεμένων. Βούνας γὰρ Ἀθηναῖος ἐγένετο, ὡς φησι Μνασέας· τούτῳ δὲ Ἡλεῖοι πρὸς Καλυδωνίους διαφερόμενοι ἐπέτρεψαν τὴν δίκην, νομίσαντες ἀναμένειν ἕως ἂν ἀποφῆνται. Γνοὺς δὲ ὁ Βούνας τοῦτο, ἤκουσε μὲν ἀμφοτέρων, ἀνεβάλλετο δὲ μέχρι τελευτῆς τὴν ἀπόφασιν.

Eadem brevius Zenobius II, 86, pro Βούνας δικάζει ponens Βουλίας δικάζει. Scilicet « quum reperisset διττογραφίαν cτ Βούνας et Βουλίας, idem proverbium bis posuit. Verum est Βουλίας. v. Nitzsch. Meletem. I, p. 157. Demetrius De eloc. § 153 : Ὁ παρὰ Σώφρονι ῥητορεύων Βουλίας οὐδὲν ἀκολουθοῦν ἑαυτῷ λέγει. » LEUTSCH. Paræmiogr. I, p. 50. Fragmentum h. l. posui propter mentionem Eleorum. Sequuntur reliqua quæ spectant ad Peloponnesum.

4.

Schol. Apoll. Rhod. IV, 264, variorum senten-

3.

Bunas (Bulias) iudex est. Hoc proverbium de iis dicitur qui iudicia in longum proferunt atque ampliant. Bunas enim Atheniensis fuit, ut Mnaseas refert, cui Elei cum Calydoniis litigantes causam controversiæ commiserant. Convenerant autem ab injuria ut temperarent, dum sententiam ille pronuntiasset. Qua re cognita, Bunas audivit quidem contententes utrosque, pronuntiare autem ad extremum usque spiritum distulit.

4.

Mnaseas Proselenum Arcadum regem fuisse narrat.

5.

Nymphæ quoque sacrorum antislites Melissæ vocabantur, ut Mnaseas Patrensis (Patrensis) exponit, dicens persuasisse eas hominibus, ut a carniū esu abstinentes fructibus arborum vescerentur; eoque tempore unam eorum, Melissam nomine, apum favis, quas reperisset, primum pro-

tias afferens, unde Arcades Proseleni vocentur : Μνασέας δὲ φησι Προσέληνον Ἀρκάδων βασιλεῦσαι. Sic recte Musurus in schol. Aldin. ad Aristoph. Nub. 397, p. 431 ed. Didot. Vulgo : πρὸ σελήνης Ἀρκάδας βασιλεῦσαι. Cf. Eudoc. p. 438.

5.

Schol. Pindar. P. IV, 104 : Ὅτι δὲ καὶ τὰς περὶ τὰ ἱερὰ διατελούσας Νύμφας Μελίσσας ἔλεγον, Μνασέας ὁ Παταρεὺς ἀφηγεῖται λέγων, ὡς αὐταὶ κατέπαυσαν σαρκοφαγοῦντας τοὺς ἀνθρώπους πείσασαι τῇ ἀπὸ τῶν δένδρων χρῆσθαι τροφῇ, καθ' ὃν καιρὸν καὶ μία τις αὐτῶν Μελίσσα κηρία μελισσῶν εὐροῦσα πρώτη ἔφαγε καὶ ὕδατι μίξασα ἔπιε, καὶ τὰς ἄλλας δὲ ἐδίδαξε, καὶ τὰ ζῶα μελίσσας ἐξ ἑαυτῆς ἐκάλεσε, καὶ φυλακὴν πλείστην ἐποιήσατο· ταῦτα δὲ φησιν ἐν Πελοποννήσῳ γενέσθαι· ἄνευ γὰρ Νυμφῶν οὔτε Διμήτρος ἱερὸν τιμᾶται, διὰ τὸ ταύτας πρώτας καρπὸν ἀποδειῖλαι καὶ τὴν ἀλληλοφαγίαν παῦσαι καὶ περιβλήματα χάριν αἰδοῦς ἐξ ὕλης ἐπινοῆσαι· οὔτε γάμος οὐδεὶς ἄνευ Νυμφῶν συντελεῖται, ἀλλὰ ταύτας πρώτον τιμῶμεν μνήμης χάριν, ὅτι εὐσεβείας τε καὶ δσιότητος ἀρχηγοὶ ἐγένοντο. Cf. Steph. Thes. v. Μελίσσα.

6.

Athenæus VIII, p. 331, E : Μνασέας δ' ὁ Παταρεὺς ἐν τῷ Περίπλῳ τοὺς ἐν τῷ Κλείτορι ποταμῷ φησιν ἰχθῦς φθέγγεσθαι, καίτοι μόνους εἰρηκότος Ἀριστοτέλους φθέγγεσθαι σκάρων καὶ τὸν ποτάμιον χοῖρον.

7.

Schol. Theocrit. I, 64 : Μνασέας δὲ ἐν τῷ Περί Εὐρώπης Πανὸς υἱὸν φησι Βουκολίωνα, ἀφ' οὗ καὶ τὸ βουκολεῖν. Apud Apollod. II, 1, 5, 7 Bucolion est filius Lycaonis. Schol. Vatican. in Eurip. Rhes. 36 : Κρονίου πανός ] Μνασέας δὲ ξενικώτερον ἀφηγεῖται

cibo, iisdemque aquæ mixtis pro potu usam esse, idque reliquas docuisse, apesque de suo nomine μελίσσας vocasse, magnamque earum curam gessisse. Hoc vero in Peloponneso factum esse. Absque Nymphis enim neque Cereri sacrificatur, quod primæ illæ fructuum usum ostendentes inhibuissent homines, ne invicem se vorarent, et quod pudicitiae causa amictum invenissent; neque nuptiæ ullæ absque Nymphis celebrantur, sed has primum honoramus memoriæ causa, quod pietatis et religiositatis auctores fuerunt.

6.

Mnaseas Patrensis in Periplo pisces in Clitore (Arcadiæ) fluvio ait esse vocales; quum solos scaros et fluviatiles porcos vocem edere scripserit Aristoteles.

7.

Mnaseas in Europa Panis filium Bucolionem esse ait.

Saturnius Pan.] Mnaseas minus scite de Pane exponens, eum Saturnium appellari dicit vel quod Saturni filius sit;

τὰ περὶ Πανός, ἢ ὅτι Κρόνου παῖς ἢ ὅτι παλαιός ἐστιν, Αἰθέρος γενεαλογούμενος (Κρόνους γὰρ καὶ Κρονίους τοὺς πάνυ ἀρχαίους ἔλεγον) ἢ παππωνυμικῶς, ὅτι Διός, ὡς τὸν Ἀχιλλέα Αἰακίδην [λέγουσιν].

8.

Schol. Apoll. Rhod. II, 1053 : Στυμφαλίδες δὲ λέγονται αἱ περὶ αὐτὴν (sc. τὴν Στυμφαλίδα λίμνην) ὄρνιθες... Ἰδίως δὲ Μνασέας φησὶ Στυμφάλου τινὸς ἥρωος καὶ Ὀρνίθος γυναικὸς γενέσθαι Στυμφαλίδας θυγατέρας· ἃς ἀνελεῖν τὸν Ἡρακλέα, ὅτι οὐ προσεδέξαντο αὐτὸν, καὶ ἐξένισαν τοὺς Μολίονας. V. Siebelis ad Pausan. VIII, 23, 4, p. 264.

9.

Schol. Pind. Ol. XI, 39 : Ὅτι ἐν τῷ πρὸς Αὐγείαν πολέμῳ ὁ Ἡρακλῆς ὑπὸ τῶν Μολιονιδῶν ἀλοὺς ἔφυγε, διὸ μηνίσας αὐτοῖς τὸν περὶ Κλεωνάς συνεστήσατο λόγον, φησὶ Μνασέας ὁ Παταρέυς. Subjungimus reliqua quæ de Hercule traduntur.

10.

Schol. Apoll. Rhod. I, 131 : Ὑλας· οὗτος Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς δὲ Θειοδάμαντος τοῦ Δρύοπος. Οὕτω Μνασέας. Ἑλλάνικος δὲ (fr. 39) κτλ. Cf. Argum. Theocrit. Id. XVIII. Fortasse de Hyla in Asiaticis dixerat.

11.

Ælianus H. A. XVIII, 47 : Λέγει Μνασέας ἐν τῇ Εὐρώπῃ [Διός] Ἡρακλέους ἱερὸν εἶναι καὶ τῆς τούτου γαμετῆς, ἣν ἄδουσιν οἱ ποιηταὶ τῆς Ἡρας θυγατέρα. Οὐκοῦν ἐν τῷ τοῦ νεῶ περιβόλῳ τιθασοὺς ὄρνιθας τρέφονται πολλοὺς φησι, καὶ τοῦτο δὲ εἶναι ἀλεκτρούνας τε καὶ ἀλεκτορίδας τούσδε τοὺς ὄρνις. Νέμονται δὲ καὶ συναγελάζονται σφισι κατὰ γένος, καὶ δημοσίας ἔχουσι τροφὰς, καὶ τῶν θεῶν ἀναθήματά εἰσι τῶν προειρημέ-

νων. Αἱ μὲν οὖν ἀλεκτορίδες ἐν τῷ τῆς Ἡβης (Ἡρας codd.) νέμονται νεῶ, οἱ δὲ ἐν Ἡρακλέους οἱ τῶνδε γαμέται. Ὅχετος δὲ ἄρα ἀεννάου τε καὶ καθαροῦ ὕδατος διαρρεῖ μέσος. Θῆλυς μὲν οὖν οὐδὲ εἷς εἰς Ἡρακλέους πάρεισιν, οἱ δὲ ἄρρηνες, ὅταν ἢ καιρὸς ὑποθόρνυσθαι, ὑπερπέτονται τὸν ὄχετόν· εἶτα ὀμιλήσαντες ταῖς θηλείαις ἐπανίασιν εἰς τὰ σφέτερα αὐθις περὶ τὸν θεὸν ὃ λατρεύουσιν, καθηράμενοι τῷ διεύργοντι τὰ γένη τῶν ὄρνιθων ὕδατι. Τίχεται οὖν, οἷα εἰκὸς, πρῶτα ἐκ τῆς ὀμιλίας ὦά· εἶτα ὅταν αὐτὰ θάλψωσι καὶ ἐκλέψωσι τοὺς νεοττοὺς αἱ μητέρες, τοὺς υἱεῖς οἱ ἄρρηνες παρ' ἑαυτοὺς ἄγουσι καὶ ἐκτρέφουσιν, αἱ δὲ ὄρνις κάκειναις ἐστὶ τρέφειν τὰς θυγατέρας.

Ἐν τῇ Εὐρώπῃ Διός]. « Depravata; ἐν τῆς ἐρώπ Διός Ἡρακλέους ed. Gesn., qui in marg. conjecit ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς Ἡρακλέους. ἐν τῇ ἐρω. in. ἐν τῇ Εὐρώπῃ διὸς Ἡρακλέους M., quod recepit Gronovius, qui ἐν τοῖς Εὐρώπης δευτέρῳ malit. » Jacobs. ἐν τοῖς Εὐρωπαϊκοῖς Reines. in Var. Lect. — Unger. in Theban. Parad. p. 428 conj. ἐν τῇ Εὐρώπῃ πεδίον Ἡρακλ. vel ἐν Εὐρώπης πεδίῳ vel ἐν τῆς Εὐρωπίας Δίῳ (Macedoniæ urbe). Fortasse Διός vox huc irrepit ex sequentibus, ubi fuerit οἱ ποιηταὶ Διός καὶ Ἡρας θυγατέρα.

## E LIBRO TERTIO.

12.

Athenæus VII, p. 296, B : Μνασέας δ' ἐν τρίτῳ τῶν Εὐρωπαϊκῶν Ἀνθηδόνας καὶ Ἀλκυόνης αὐτὸν (τὸν Γλαῦκον) γενεαλογεῖ. Ναυτικὸν δὲ αὐτὸν καὶ κολυμβητὴν ἀγαθὸν γενόμενον Πόντιον καλεῖσθαι· ἀρπάσαντα δὲ Σύμην, τὴν Ἰαλύσου καὶ Δωτίδος θυγατέρα, ἀποπλεῦσαι εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν ἐγγὺς τῆς Καρίας νῆσον ἔρημον κατοικίσαντα ἀπὸ τῆς γυναικὸς Σύμην αὐτὴν προσαγορεῦσαι. Cf. Müller. Min. p. 195.

vel quod sit perantiquus, ab Æthere originem ducens (nimirum Saturnos et Saturnios pervetustos appellari), vel quod, quum Jovis filius sit, ab avo illud nomen habeat, sicuti Achillem Æacidam vocant.

8.

Stymphalides dicuntur aves quæ circa lacum Stymphalidem degunt. Contra Mnaseas mirum in modum Stymphalicusdam herois et Ornithis (Avis) mulieris filias esse Stymphalides, easque ab Hercule interfectas esse ait, quod ipsum non admisissent, sed Molionidas hospitio excepissent.

9.

In bello contra Augeam Hercules a Molionidis victus fugam arripuit, ac propterea succensens illis prope Cleonas insidias struxit, ut Mnaseas Patarensis (Patrensis) ait.

10.

Hylas Herculis amasius et filius Thiodamantis Dryope nati fuit, teste Mnasea.

11.

Mnaseas in Europa scribit esse templum quoddam Hercu-

lis et uxoris ejus, quam (Jovis et) Junonis filiam poetæ celebrant. In hujus templi concepto cicures aves multas nutriti ait, nempe gallos et gallinas. Compascuntur autem, et gregatim pro sui generis sexu degunt, et sumptu aluntur publico, diis quos diximus consecrati. Gallinæ in arde Hebes, gallinacei in Herculis pascuntur. Fluit autem in medio rivus perennis et limpidæ aquæ. Gallinarum igitur nulla ad Herculis templum accedit; at suo tempore mares stimulatilibidine rivum transvolant, et postquam impleverint feminas, ad deum suum et suas redeunt sedes, lustrati purgatique interfluente rivo, quo sexus uterque dispescitur. Natis igitur, ut consentaneum est, ovis gallinæ incubant, pullosque excludunt; ac mares genitoribus, feminæ novellæ matribus accedunt et aluntur.

12.

Mnaseas tertio Europæicorum Glaucum Anthedonis et Alciones filium fuisse ait: appellari autem Pontium (marinum) eo quod navigandi urinandique fuisset peritissimus;

13.

Stephan. Byz. : Ἐγγεῶνες, ἔθνος Ἰλλυρίας, οἱ αὐτοὶ τοῖς Ἐγγελέαις, ὡς Μνασέας ἐν γ' τῶν Περιηγήσεων. Quum ex fragm. 12 colligas Mnaseam libro tertio, Bœotiae περιήγησιν instituisse, Enchelensium mentio haud dubie pertinet ad historiam Cadmi et Harmoniae. V. Apollodor. III, 5, 4, 1.

14.

Athenæus XII, p. 530, C : Οὐ μόνος δὲ ὁ Σαρδανάπαλλος διετέθρυπτο, ἀλλὰ καὶ Ἀνδρόκοτος ὁ Φρύξ. Καὶ γὰρ οὗτος ἐνεδύσατο ἀνθινὴν ἐσθῆτα καὶ γυναικὸς εὐπρεπέστερον ἔκοσμεῖτο, ὡς Μνασέας φησὶν ἐν τρίτῳ Εὐρώπης. Hæc fortasse attulit de Hercule Thebano loquens; quem apud Omphalen Sardanapalli (Herculis Sandonis) in ore vixisse narrabant (Lydus De Mag. III, 64 p. 262; Lucian. D. D. XIII, 2), cuiusque festis sacerdos muliebri veste ornatus conspiciebatur (Plutarch. Qu. gr. 58. Müller. Dor. I, 450 sq.).

15

Idem IV, p. 158, C : Οἶδα δὲ καὶ τὴν Ὀδυσσεως τοῦ φρονιμωτάτου καὶ συνετωτάτου ἀδελφὴν Φακῆν καλουμένην, ἣν ἄλλοι τινὲς Καλλιστῶ ὀνομάζουσιν, ὡς ἱστορεῖν Μνασέαν τὸν Πατρέα ἐν τρίτῳ Εὐρωπαϊκῶν φησὶ Λυσίμαχος ἐν τρίτῳ Νόστων. Cf. Eustath. p. 1572, 52. Hæc quoque ad Bœotiae periegesin revocare licet, siquidem in Bœotia natus Ulysses dicitur apud Istrum fr. 52.

16.

Fulgentius Exp. serm. ant. p. 168 : *Mnaseas III Europæ libro scripsit Apollinem postquam a Jove ictus et interfectus est, a vespillonibus ad sepulturam elatum esse.*

eundem rapta Syme Ialysi et Dotidis filia, in Asiam navigasse, insulamque desertam prope Cariam frequentasse, eamque ab uxoris nomine Synien vocasse.

13.

Enchelanes, gens Illyriæ, iidem cum Enchelensibus, ut Mnaseas ait tertio Periegeseos.

14.

Non unus Sardanapallus voluptatibus diffluxit, verum etiam Androcottus Phryx. Nam et hic floridam gestabat vestem, et quavis muliere venustius sese ornabat, ut ait Mnaseas libro tertio Europæ.

15.

Scio etiam Ulyssi prudentissimo intelligentissimoque sororem fuisse, cui Phace (*Lenticula*) fuerit nomen; quam nonnulli Callisto vocant, ut Mnaseam Patrensem tertio Europæicorum libro tradere ait Lysimachus in tertio Nestorum.

*III Europæ libro* ] Leid. cod. in *Europæ libro*. Vett. edd. in *Cecrope libro*. MUNKER. Nescio num numeri signum in libris quibusdam Munckerus inveniit, an ipse eruerit e voce *in*, quam codd. præbent. Ex eodem libro tertio fluxisse puto sequentia.

17.

Photius Lex. : Πραξιδικὴ θεὸς ἦς κεφαλὴν μόνον ἰδρύνοντο. Μνασέας δὲ ἐν τῷ Περὶ Εὐρώπης, Σωτῆρος καὶ τῆς ἀδελφῆς Πραξιδικῆς γενέσθαι Κτήσιον υἱὸν, καὶ θυγατέρας Ὀμόνοιαν καὶ Ἀρετὴν ἃς ἀπὸ τῆς μητρὸς Πραξιδικῆς κληθῆναι. Διονύσιος δὲ ἐν Κτίσεσιν Ὠγύγου θυγατέρας, Ἀλαλχομένειαν (Ἀλχομενίαν Phot.), Θεξίνειαν (Θελξινίαν Phot.), Αὐλίδα, ἃς ὕστερον Πραξιδικῆς ὀνομασθῆναι. Eadem Suidas. Cf. Hesychius : Πραξιδικὴ δαίμονά τινά φασιν, τὴν ὥσπερ τέλος ἐπιτιθεῖσαν τοῖς τε λεγομένοις καὶ πραττομένοις. Διὸ καὶ τὰ ἀγάλματα κεφαλᾶς γίνεσθαι, καὶ τὰ θύματα ὁμοίως. Orpheus Hymn. in Proserp. 5 : Πραξιδικὴ ἔρατοπλόκαμε, Δηοῦς θάλος ἀγνόν. Idem Argon. 30 : Ὀργία Πραξιδικῆς καὶ ἀρείης νύκτας Ἀθήνης. De Praxidicis Haliarti v. Pausanias IX, 33, 2. 4. Cf. etiam Steph. Byz. v. Τρεμίλη; Meursius Regn. Athen. I, 9 p. 24; Müller. Min. p. 128.

18.

Schol. Eur. Phœn. 651 : Βρόμιον ἔνθα τέκετο μάτηρ Διὸς γάμοις, κισσὸς δὲν περιστεφῆς ἐλικτὸς εὐθὺς ἔτι βρέφος χλοηφόροις ἐρνεσὶν κατασκίσειν δλβίσας ἐνώτισεν, βάκχιον χόρευμα παρθένοισι Θεβαίαισι καὶ γυναιξὶν εὐλοῖς. ] Ἱστορεῖ γὰρ Μνασέας, ὅτι τῶν Καδμείων βασιλείων κεραυνωθέντων, κισσὸς περὶ τοὺς κίονας φυεὶς ἐκάλυψεν αὐτὸν, μὴ αὐθημερὸν καὶ ἐν μηδενὶ τὸ βρέφος διαφθαρεῖ καλυφθέν. Διὸ καὶ περικίονιος ὁ θεὸς ἐκλήθη παρὰ Θεβαίοις.

Codex Guelph., omissis vv. Ἱστορεῖ γὰρ Μνασέας, ita habet : Τῶν Κ. βασιλείων κερ., ἐξήμβλωσεν αὐ-

17.

Praxidice, dea, cujus caput solum consecrare solebant. Mnaseas autem in libris De Europa ait Soteris et sororis Praxidices filium fuisse Concordiam et Virtutem; easque de matre Praxidicas esse vocatas. Dionysius contra in Originibus perhibuit Ogygis filias, Alalcomeniam, Thelxiniam, Aulidem, quæ postea Praxidicæ vocatæ sint.

18.

*Bacchum ubi peperit mater Jovis connubio, quem hedera circumdata flexuosa statim adhuc infantem viventibus frondibus umbrosis beans texit, bacchicis choreis celebrandam rem virginibus Thebanis et mulieribus Eviis* ] Narrat enim Mnaseas, dum Cadmea regia Jovis fulmine incensa flagraret, [Semelen abortu Bacchum enixam esse,] hederamque columnis se circumvolventem texisse infantem, ne quidquam flammis læderetur. Quare etiam περικίονιος Bacchus a Thebanis appellatus est.



τὸν ἢ μήτηρ καταφλεχθεῖσα, κισσὸς δὲ περὶ τοὺς κίονας φῦς ἔτι βρέφος ὄντα κατὰ τοῦ νότου περιερίλιξεν, ὅπως μὴ κτλ.

## E LIBRO OCTAVO.

19.

Schol. Il. O, 336 : Ὁμοίως τῷ ποιητῇ καὶ Ἑλλά- νικος τὴν Ἐριώπην μητέρα Αἴαντός (Ajacis Locri, Oilei f.) φησι. Φερεκύδης δὲ ἐν εὖ (i. e. ἐν πέμπτῳ) καὶ Μνασέας ἐν ἡ' Ἀλκιμάχην· ὁ δὲ τῶν Ναυπακτικῶν ποιητῆς διώνυμον αὐτὴν φησι· « Τὴν δὲ μεθ' ὀπλοτά- την Ἐριώπην ἐξονόμαζεν, Ἀλκιμάχην δὲ πατὴρ τε καὶ Ἀδμητος καλέεσκεν. »

## E LIBRIS INCERTIS.

20.

Stephan. Byz. v. Δωδώνη Διτταὶ δ' εἰσὶ Δωδῶναι, αὕτη καὶ ἢ ἐν Ἰταλίᾳ, καθάπερ ἄλλοι καὶ Μνασέας. Italica Dodona aliunde non nota. « Fortassis incidit noster in depravatam Mnaseæ codicem, in quo pro Bobonia sive Bononia, Dodone vel Dodonia, vel simile mendum obrepserat. » BERKELIUS.

21.

Stephan. Byz. : Δώτιον, πόλις Θεσσαλίας, ὅπου μετόκησαν οἱ Κνίδιοι, ὧν ἡ χώρα Κνιδία.. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Δωτίας τῆς Ἐλάτου. Φερεκύδης δὲ ἀπὸ Δωτίας τοῦ Ἀστερίου καὶ Ἀμφικτυόνης τῆς Φθίου· ὡς δὲ Ἀρχί- νος, ἀπὸ Δώτου τοῦ Νεώνου τοῦ Ἑλλήνος· Μνασέας δὲ ἀπὸ Δώτου τοῦ Πελασγοῦ. Cf. Müller. *Min.* p. 192.

22.

Stephan. Byz. : Ἀκανθος, πόλις Θράκης ἀκάνθαις

19.

Cum Homero consentiens Hellenicus quoque Eriopen matrem Ajacis dicit. Pherecydes vero libro quinto et Mnaseas octavo Alcimachen ponunt.

20.

Duæ sunt Dodonæ, Epirotica hæc atque alia in Italia, uti tum alii tum Mnaseas testantur.

21.

Dotium urbs Thessaliæ, quo commigrarunt Cnidii, quorum regio Cnidia. Denominata est a Dotia Elati filia; secundum Pherecydem vero a Dotide, Asterii et Amphictyones, quæ ex Phthio nata est; secundum Archinum a Doto Neoni filio, Hellenis nepote; secundum Mnaseam, a Doto Pelasgi filio.

22.

Acanthus, urbs Thraciæ, super Athonem sita, spinisque circumsepta, unde etiam nomen habet, vel ab Acantho quodam, ut Mnaseas tradit.

23.

Mnaseas apud Getas Saturnum coli ac Zamolxin vocari.

πεφραγμένη ὑπὲρ τὸν Ἄθω, ὅθεν κέκληται, ἢ ἀπὸ τινος Ἀκάνθου, ὡς Μνασέας.

23.

Photius Lex. : Ζάμολξις... Μνασέας δὲ παρὰ Γέ- ταις τὸν Κρόνον (χρόνον Et. M.) τιμᾶσθαι καὶ καλεῖ- σθαι Ζάμολξιν.

24.

Schol. Apoll. Rh. II, 675 : Μνασέας δὲ φησι νῦν τοὺς Ὑπερβορείους Δελφοὺς λέγεσθαι.

25.

Schol. Odys. XVIII, 86 : Ἐχετος ἦν μὲν υἱὸς Βουχέτου, ἀφ' οὗ καὶ ἐν Σικελίᾳ πόλις Βούχετος κα- λεῖται. Σικελῶν δὲ τύραννος λέγεται. Τοῦτον τοὺς μὲν ἐγγωρίους κατὰ πάντα τρόπον σίνεσθαι, τοὺς δὲ ξένους ἀναιρεῖν λωδῶμενον· τσαύτην δὲ κακίαν ἔχειν, ὡς καὶ τοὺς μακρὰν οἰκοῦντας, ὅτε θέλοιεν σφόδρα τινὰ τιμω- ρῆσαι καὶ ξένῳ παριβαλεῖν θανάτῳ, ἐκπέμπειν αὐτῷ· πολλὰς γὰρ μηχανὰς ἐξευρεῖν τοῦτον κακίας· ὅθεν τὸν λαὸν οὐχ ὑπομένειν τὴν πικρὰν ταύτην τυραννίδα, λίθοις δὲ αὐτὸν ἀνελεῖν. Ἡ ἱστορία παρὰ Μνασέα καὶ Μαρσύα. Cf. not. ad fr. 10 Marsyæ Philippensis. Pro Μνασέα καὶ Μαρσύα, olim fuerit M. ἢ M.; male exaratum nomen dubitationem movit scribæ.

25 a.

Schol. in Hom. Il. B, 671 ap. Cramer. Anecd. I, p. 277 : Ἀπὸ μιᾶς αἰ πᾶσαι [Μοῦσαι] λέγονται. Μνασέας δὲ φησιν, ὅτι αἰ πᾶσαι τρεῖς εἰσὶν· Μοῦσα, Θεά, Ὑμνώ. Ἴν μὲν οὖν Ἰλιάδι μεμνησθαι τῆς Θεᾶς· « Μῆνιν ἄειδε Θεά »· ἐν δὲ Ὀδυσσεΐα τῆς Μοῦσας· « Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα »· ἐν δὲ τῇ Παλαμηδείᾳ τῆς Ὑμνοῦς.

24.

Mnaseas Hyperboreos nunc Delphos vocari ait.

25.

Echetus filius erat Bucheti, a quo Sicula urbs Buchetus nomen habet. Nimirum Siculorum tyrannus fuisse dicitur. Hunc aiunt indigenas omni modo vexasse, peregrinos autem contumeliosis suppliciis affecisse, tantamque ejus pravitatem fuisse, ut etiam longe remoti a Sicilia, si quem eximio modo punire et exquisito supplicii genere necare vellent, ad Echelum mitterent, ut qui multa sævitiae instrumenta excogitasset. Quare populum sævæ tyrannidis impatientem lapidibus eum obruisse. Historia legitur apud Mnaseam et Marsyam.

(25 a

Ab una Musa omnes nominantur Musæ. Mnaseas dicit tres esse, quorum nomina, Musa, Thea, Hymno. In Iliade Homerum meminisse Theas, verbis : Μῆνιν ἄειδε, Θεά : in Odyssea vero Musæ : Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα ; in Palamedea autem Hymnūs.

Non concinit cum his Arnobius Adv. gent. III, 16 p. 121 : *Musas Mnaseas auctor est filias esse Telluris et Coeli... Ephorus has igitur numero esse tres effert, Mnaseas quem diximus quattuor, Myrsilus inducit septem, octo asseverat Crates.*

25 b.

Ammonius : Νηρείδες τῶν τοῦ Νηρέως θυγατέρων διαφέρει, Δίδυμος, ἐν Ὑπομνήματι Βακχυλίδου ἐπι- νικίων. Φησὶ γὰρ κατὰ λέξιν· « Εἰσὶ τοίνυν οἱ φασὶ διαφέρειν τὰς Νηρείδας τῶν τοῦ Νηρέως θυγατέρων· καὶ τὰς μὲν ἐκ Δωρίδος γνησίας αὐτοῦ θυγατέρας νο- μίζεσθαι, τὰς δὲ ἐξ ἄλλων ἤδη κοινότερον Νηρείδας καλεῖσθαι· καὶ τὰς μὴ γνησίας καὶ τὸν ἀριθμὸν [ν' εἶναι τὸν ἀρ. correx. Vulcanius), πλείους δὲ τὰς ἄλλας. Ταῦτά φησι Μνασέας ἐν τοῖς Περὶ τῆς Εὐρώπης τὸν τρόπον τοῦτον. »

β'. ΑΣΙΑ.

E LIBRO PRIMO.

26.

Schol. Apoll. Rhod. I, 1129 : Ὡς δὲ Μνασέας ἐν πρώτῳ Περὶ Ἀσίας, Ἰδαῖοι Δάκτυλοι λέγονται ἀπὸ τοῦ πατρὸς Δακτύλου καὶ τῆς μητρὸς Ἰδῆς. Cf. Welcker. *Trilog.* p. 179 not.

27.

Schol. Apoll. Rhod. I, 917 : Μουῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθράκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ καὶ τὰ ἄνόματα. Τέσσαρες δ' εἰσὶ τὸν ἀριθμὸν· Ἀξίερος, Ἀξιό- κερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστὶν ἡ Δημήτηρ, Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἄδης· ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος, Κάσμυλος, ὁ Ἑρμῆς ἐστίν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος.

(25 b.)

Nereides a filiabus Nerei differunt. Didymus in Commen- tario ad Bacchylidis Epinicia sic ait verbotenus : « Sunt qui differre dicant Nereidas a Nerei filiabus. Et has quidem e Do- ride susceptas legitimas ejus filias haberi, illas vero ex aliis mulieribus natas vulgo Nereidas appellari; easque illegitimas numero esse quinquaginta, illarum autem majorem esse numerum. Hunc in modum de his Mnaseas in libris De Eu- ropa tradit. »

ASIA.

26.

Mnaseas libro primo De Asia Idæos Dactylos a Dactylo patre et ab Ida matre nominari tradit.

27.

Initiantur in Samothracia sacris Cabirorum, quorum no- mina Mnaseas apponit. Quattuor (*tres*) numero sunt : Axie- ros, Axiocersa, Axiocersus; ex quibus Axierus est Ceres, Axiocersa vero Persephone, Axiocersus autem Pluton. Qui his additur quartus, Casmilus, Mercurius est, ut Dionysodorus tradit.

Codex Parisinus : Τοὺς δὲ μουῦντας ἐν Σαμοθράκῃ Καβείρους εἶναι φησὶ Μνασέας τρεῖς ὄντας τὸν ἀριθμὸν, Ἀξίερον, etc... Ἄδην. Οἱ δὲ προστιθέασιν καὶ τέταρτον, Κάσμυλον. Ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἑρμῆς, ὡς ἱστορεῖ Διονυ- σόδωρος. De re vid. Welcker. *Trilog.* p. 236. 241. Müller. *Min.* p. 455. Movers. *Phœnis.* p. 23.

28.

Stephan. Byz. : Δάρδανος, πόλις Τρωάδος, ἡ πρό- τερον Τευκρίς. Μνασέας δὲ φησιν, ὅτι Δάρδανος ἐξῆν ἐκ τοῦ νεῷ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ Παλλάδιον ἀράμενος ἀφίκετο εἰς Σαμοθράκην μετὰ Ἀρμονίας καὶ Ἰασίωνος, τῶν ἀδελφῶν· καὶ κεῖ διάγοντα Κάδμος ὁ Ἀγήνορος ἐφιλο- ποιήσατο· καὶ ἀποθανούσης Τηλεφάκης (1. Τηλεφάσσης) γαμεῖ τὴν Ἀρμονίαν ὁ Κάδμος καὶ ἀποστέλλει τὸν Δάρδανον εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ τῶν ἐταίρων πρὸς Τεῦ- χρον τὸν Τρῶα· ὁ δὲ Τρῶς ἀναγνωρίσας τὸν Δάρδανον δίδωσιν αὐτῷ τὴν θυγατέρα Βάτειαν καὶ ἀποθνήσκων τὴν βασιλείαν. Καὶ πόλιν ὄκισε Δάρδανον, καὶ Δαρδα- νίαν τὴν χώραν ὠνόμασεν, ἡ Τευκρίς πρότερον ἐκαλεῖτο.

29.

Schol. Il. T, 291 : Κατὰ Μνασέαν Βρισεῶς υἱὸς ἦν Ἡετίων. Brises, Pedasi et Lyrnessi rex et sacer- dos. Homer. Il. A, 392; I, 132, 274.

30.

Schol. Il. Y, 234 : Μνασέας δὲ φησιν ὑπὸ Ταντά- λου ἠρπάσθαι (Γανυμήδην) καὶ ἐν κυνηγεσίῳ ἀναιρε- θῆναι· πεσόντα ταφῆναι ἐν τῷ Μυσίῳ Ὀλύμπῳ κατὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ὀλυμπίου Διός. Cf. Dosiadis fr. 3 a.

31.

Schol. Theocrit. XIII, 75 : Μνασέας δὲ Κόλχους φησὶ κληθῆναι ἀπὸ Κόλχου τοῦ Φάσιδος.

28.

Dardanus, Troadis urbs, quæ prius Teucris. Mnaseas narrat Dardanum e templo Minervæ egredientem Palladium abstulisse, et in Samothraciam cum Harmonia et Iasione fratre pervenisse. Cum eo ibi degente Cadmus Agenoris filius amicitiam junxit, et mortua Telephassa Harmoniam in uxorem duxit, et Dardanum cum suis sociis contra Teucrum Trojanum in Asiam misit. Verum Tros Dardanum agnos- cens, dedit ei uxorem filiam suam Bateam et moriens re- gnum. Ille vero urbem condidit Dardanum, et Dardaniam regionem appellavit, quæ prius Teucris vocabatur.

29.

Secundum Mnaseam Brisei filius erat Eetion.

30.

Mnaseas dicit a Tantalō raptum Ganymedem et in vena- tione occisum esse. Sepultum vero in Olympo Mysiæ monte ad templum Jovis Olympii.

31.

Mnaseas Colchos a Colcho Phasidis filio nominatos esse dicit.

32.

## E. LIBRO SECUNDO.

Athenæus VIII, p. 346, D : Μνασέας δὲ ἐν δευτέρῳ Περὶ Ἀσίας φησὶν οὕτως· « Ἐμοὶ μὲν ἢ Ἀτεργάτις δοκεῖ χαλεπὴ βασίλισσα γεγονέναι, καὶ τῶν λαῶν σκληρῶς ἐπεστατηκέναι, ὥστε καὶ ἀπονομίσαι αὐτοῖς ἰχθὺν μὴ ἐσθίειν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὴν ἀναφέρειν, διὰ τὸ ἀρέσαι αὐτῇ τὸ βρῶμα. Καὶ διὰ τὸδε νόμιμον ἔτι διαμένειν, ἐπὶ εὐξωνται τῇ θεῷ, ἰχθύς ἀργυροῦς ἢ χρυσοῦς ἀνατιθέναι· τοὺς δὲ ἱερεῖς πᾶσαν ἡμέραν τῇ θεῷ ἀληθινούς ἰχθύς ἐπὶ τὴν τράπεζαν ὀψοποιησαμένους παρατιθέναι, ἐφθούς τε ὁμοίως καὶ ὀπτούς, οὓς δὲ αὐτοὶ καταναλίσκουσιν οἱ τῆς θεοῦ ἱερεῖς. » Καὶ μικρὸν προελθὼν πάλιν φησὶν· « Ἡ δὲ γε Ἀτεργάτις, ὥσπερ Ξάνθος λέγει ὁ Λυδὸς, ὑπὸ Μόφου (ἢ Μόξου) τοῦ Λυδοῦ ἀλοῦσα κατεποντίσθη μετὰ Ἰχθύος τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ περὶ Ἀσκάλωνα λίμνῃ διὰ τὴν ὕβριν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰχθύων κατεβρώθη. » Cf. Nicolai Dam. fr. 25, et quæ proxime antecedunt ap. Athenæum ex Antipatri Tarsensis Stoici libro quarto Περὶ δεισιδαιμονίας, quod testimonium probabiliter ab ipso Mnasea erat appositum.

33.

Idem VII, p. 301, D : Μνασέας δ' ὁ Πατρεὺς φησιν· « Ἰχθύος δὲ γίνεται καὶ Ἑσυχίας τῆς ἀδελφῆς Γαλήνης καὶ Μύραινα καὶ Ἡλακατῆνες. »

34

Josephus C. Apion. I, 23, Mnaseam inter scriptores recenset, qui de Judæis aliqua tradiderint. Idem in Ant. Jud. I, 3, 6, postquam de diluvio et de arca quædam e Beroso apposuit, subjicit : Μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἰερώνυμος ὁ τὴν ἀρχαιολογίαν τὴν Φοινικικὴν συγγραψάμενος, καὶ Μνασέας δὲ καὶ ἄλλοι πλείους.

32.

Mnaseas secundo libro De Asia ita scribit : « Mihi quidem videtur Atergatis dura fuisse regina, et inclementer imperasse populis; ut quæ etiam piscibus eos vesci vetuerit, sed ad se perferri captos jusserit, quum cibo eo delectaretur. Atque inde etiam nunc morem servari ait, ut quum vota faciunt deæ, argenteos aureosve pisces ei consecrent : utque sacerdotes quotidie veros pisces deæ paratos apponant, elixos pariter assosque; quos nempe ipsi deinde consumunt deæ sacerdotes. » Dein, paucis interjectis, sic pergit scribere Mnaseas : « Ipsa quidem Atergatis, ut Xanthus tradit Lydius, a Moxo Lydo capta cum Ichthye filio, in lacu qui est prope Ascalonem demersa est ob contumeliosa injustaque facinora, et a piscibus vorata. »

33.

Mnaseas Patrensis ait : « Ex Ichthye (Pisce) ejusque sorore Hesychia (Quiete) gignuntur Galene et Muræna et Elacatenes.

35.

Schol. Luc. Dial. deor. 23, p. 61 ed. Jacobitz. : Μνασέας δὲ ὁ Παταρεὺς ἐρμαφρόδιτον τὸν Πρίαπον λέγει. Idem repetitur in schol. ad Jov. trag. c. 6.

36.

Harpocratio : Σαβοί· Δημοσθένης Ὑπὲρ Κτησιφῶντος (§ 260). Οἱ μὲν Σαβοὺς λέγεσθαι τοὺς τελουμένους τῷ Σαβαζίῳ, τουτέστι τῷ Διονύσῳ, καθάπερ τοὺς τῷ Βάκχῳ Βάκχους. Τὸν δὲ αὐτὸν εἶναι Σαβάζιον καὶ Διόνυσόν φασιν ἄλλοι τε καὶ Ἀμφίθεος β' Περὶ Ἑρακλείας. Οὕτω δὲ φασὶ καὶ τοὺς Ἑλληνας τινες (τῶν Ἑλλήνων τινὰς Suid.) τοὺς Βάκχους Σαβοὺς καλεῖν. Μνασέας δὲ ὁ Πατρεὺς υἱὸν εἶναι φησὶ τοῦ Διονύσου Σαβάζιον.

Eadem Suidas et Photius, missa Amphitheï (i. e. Nymphidis) mentione; Etym. M. Pro Μνασέας, tres Harpocr. libri Μνασίας; pro Πατρεὺς unus liber Παταρεὺς.

37.

Plutarchus De Is. et Os. c. 37 : Ἐὼ δὲ Μνασέαν τῷ Ἐπάφῳ προστιθέντα τὸν Διόνυσον καὶ τὸν Ὅσιριν καὶ τὸν Σάραπιν.

## γ. LIBYH.

38.

Paræmiogr. Append. III, 91, p. 433 ed. Leutsch. : Μὴ ἐνι δούλων πόλις· πόλις ἐστὶν ἐν Λιβύῃ Δούλων πόλις καλουμένη, ὡς Μνασέας ἱστορεῖ ὁ Πατρεὺς (Παταρεὺς cod. Vat.) \*\* καὶ τὸν εἰς ἐλευθερίαν \* ἀναβοῶντα λέγειν·

Οὐκ ἔστι δούλων οὐδ' ἐλευθέρων πόλις

\*\* ἐν ἧ μόνος ἐλεύθερός ἐστιν ὁ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεὺς.

« Lacunosam esse nostram explicationem nemo,

35.

Mnaseas Patrensis Priapum esse hermaphroditum dicit.

36.

Sabi. Demosthenes in Oratione pro Ctesiphonte. Nonnulli Sabos aiunt vocari eos, qui sacris Sabazii sive Bacchi initiantur; quemadmodum Bacchos, qui Bacchi sacris initiati sint. Sabazium autem et Bacchum eundem esse tum alii tum Amphitheus (?) secundo De Heraclea tradunt. Sic etiam a Græcorum nonnullis Bacchos vocari Sabos. Mnaseas autem Patrensis Sabazium ait esse Bacchi filium.

37.

Mitto Mnaseam qui cum Epapho componit Bacchum et Osirin et Sarapin.

## LIBYA.

38.

In Libya urbs est, quæ Servorum urbs vocatur, ut Mnaseas Patrensis dicit.

opinor, infitiabitur, si cum nostro loco contulerit Stephan. Byz. v. Δούλων πόλις, Suidam s. v., Apostolium VII, 37, Arsen. 184. Itaque post Πατρεὺς excidisse putaverim id, quod sic legitur in Stephano (Hecat. fr. 318) : καὶ ἐὰν δοῦλος εἰς τὴν πόλιν ταύτην λίθον προσενέγκῃ, ἐλεύθερος γίγνεται, καὶ ξένος ᾗ : tum ante ἐν ᾗ κτλ. ex eodem Stephano inserenda : ἔστι καὶ ἑτέρα ἱεροδούλων. Denique moneo ante v. ἀναβοῶντα inserendam videri v. ἀφελόμενον vel simile quid. » LEUTSCH. Cf. Ephor. fr. 96, Theopomp. fr. 122.

## 39.

Schol. Apoll. Rh. II, 498 : Μνασέας δὲ φησι κατ' ἰδίαν αὐτὴν (sc. τὴν Κυρήνην) προαίρεσιν ἐς Λιβύην ἐληλυθέναι, οὐκ ἀπ' Ἀπόλλωνος διαχθεῖσαν.

## 40.

Hesychius : Βαρκαίοις ὄχοις· Λιβυκοῖς. Οὗτοι γὰρ ἐσπούδαζον περὶ ἵπποτροφίαν. Φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ πρώτους ἄρμα ζευῆσαι διδασθέντας ὑπὸ Ποσειδῶνος· τὸ δὲ ἠνιοχεῖν ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ὡς Μνασέας ἐν τοῖς Περὶ Λιβύης. Cf. schol. ad Sophocl. Electr. 729.

## 41.

Plinius H. N. VII, 2, 11 : *Mnaseas Africae locum Sicyonem appellat, et Crathin amnem in Oceanum effluentem e lacu, in quo aves, quas Meleagridas et Penelopas vocat : et vere ibi nasci (electrum), ratione eadem, qua supra dictum est de Electride lacu.*

## 42.

Hyginus Fab. astr. II, 21 p. 395 Munk. : *Pleiades autem appellatae sunt, ut ait Mnaseas, quod ex Atlante et Pleione Oceani filia sint quindecim filiae procreatae, quarum quinque Hyadas appellatas demonstrat, quod earum Hyas fuerit frater a sororibus plurimum dilectus : qui quum venans a leone esset interfectus, quinque, de quibus supra diximus, lamentationibus assiduis permotae dicuntur interiisse : quare eas, quod plurimum de ejus morte laborarent, Hyadas appella-*

39. Mnaseas dicit Cyrenen suo consilio in Libyam profectam, non vero ab Apolline eo transportatam esse.

## 40.

Barcaeis curribus, i. e. Libycis. Hi enim equis alendis eximiam navabant operam. Eosque a Neptuno doctos primos equos curribus junxisse, regere autem currus a Minerva edoctos esse testatur Mnaseas in libris De Libya.

## 43.

*Percontare Chelidonem.* Proverbium ductum a quodam

*tas. Reliquas vero decem sorores deliberasse de sororum morte, et earum septem sibi mortem conscisse : quare quod plures idem senserunt, Pleiadas dictas.* Cf. Timæus fr. 25, qui proxime ad Mnaseæ narrationem accedit.

Mnaseas] in Veneta aliisque antiq. edd. *Musæus*. Fortasse *Mnaseas* pro *Musæus* reponendum erat etiam cap. XIII, ubi : *Musæus* (al. *Mnaseas* Munk.) *autem dicit Jovem nutritum a Themide et Amalthea nympa, quibus eum mater Ops tradidisse existimatur. Amaltheam autem habuisse capram quandam in deliciis, quæ Jovem dicitur aluisse.* Quæ quidem Mnaseæ ingenio optime conveniunt.

## INCERTÆ SEDIS.

## 43.

Photius Lex. : Πύθου χελιδόνος· παροιμία ἀπὸ τινος Χελιδόνος θεολόγου ἀνδρὸς καὶ τερατοσκόπου καὶ περὶ τελετῶν διελεγμένου, ὡς Μνασέας ὁ Πατρεὺς ἐν τῷ Περίπλῳ· οἱ δὲ ὅτι θρηνητικὸν τὸ ζῶον· οἱ δ' ἐτι τὸ ἔαρ προσημαίνει. Eadem Suidas, Apostol. XVII, 2, Arsen. p. 416. Hesych. De posteriore proverbii explicatione vide quæ laudat Leutsch. in Paroemiogr. I, p. 448, de altera idem ib. : « Chelidonem χρησμολογόν τινα τῶν πάλαι nominat Suidas v. Χελιδόνας : adde Herodian. II. μον. λέξ. p. 9, 6 : χελιδὼν... εἴτε τὸ ὄρνεον εἴτε ὁ περὶ τελευτῶντος γράψας, ubi τελετῶν corrigit Lobeckius Aglaoph. II, p. 1352 : idem ibid. I, p. 304 vatem e falsa proverbii nostri explicatione natum esse conjecit. » Verba οἱ δὲ ὅτι θρ. τὸ ζῶον om. Suidas.

## 44.

Bekker. Anecd. p. 783, 15 : Στησίχορος ἐν δευτέρῳ Ὀρεστείας τὸν Παλαμήδην φησὶν εὐρηκέαι (τὰ γράμματα), Μνασέας δὲ Ἑρμῆν, ἄλλοι δὲ ἄλλον. Πιθανὸν δὲ κατὰ τόπον εὐρετὰς γεγενῆσθαι, διὸ καὶ ἄλλοι παρ' ἄλλοις εἰσὶ χαρακτῆρες τῶν στοιχείων.

Eadem ibid. p. 786 ita : Στησ. Παλαμήδην εὐρετὴν αὐτῶν ποιεῖται, ᾧ συμφωνεῖ Εὐριπίδης· Μνασέας δὲ κατὰ πάντα τόπον εὐρετὰς γεγενῆσθαι τῶν στοιχείων.

Chelidone, theologo et ostentorum interprete, qui de deorum initiis disseruerat, ut Mnaseas Patrensis in Periplo tradit.

## 44.

Stesichorus in secundo Orestæ Palamedem literarum inventorem dicit, Mnaseas Mercurium, alii alios; ac probabile est plurimis locis earum inventores fuisse, quare etiam apud alios alia sunt signa literarum.

45.

Herodian. p. 13, 25 ed. Df. : Ἰουρα· μέμνηται Μνασέας.

## ΔΕΛΦΙΚΩΝ ΧΡΗΣΜΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

46.

Schol. Hesiod. Theog. 117 : Μνασέας δ Πατρύς (Παταρεύς cod.) ἐν τῇ τῶν Δελφικῶν χρησμῶν συναγωγῇ Εὐρυστέρνας ἱερόν φησιν ἀναστῆσαι.

47.

Schol. Pindar. Ol. II, 70 : Ἐν δὲ τοῖς Παιῶσιν (Πινδάρου) εἴρηται περὶ τοῦ χρησμοῦ τοῦ ἐκπεσόντος Λαίῳ, καθὰ καὶ Μνασέας ἐν τῷ Περὶ χρησμῶν γράφει·

Λαίε Λαβδακίδη, ἀνδρῶν περιώνυμε πάντων·

« Aliud hoc carmen ac vulgatum, cujus initium : Λαίε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς. » *Bæckh.*

Ex eodem Mnasea fluxisse videtur oraculum Cadmo sororem frustra investiganti datum, quod servavit schol. Eurip. Phœniss. 608 (unde migravit in schol. Ald. Aristoph. Ran. 1225; cf. Tzetz. Exeg. in Il. p. 16, Chil. V, 819. X, 454. XII, 112) :

Φράζεο δὴ μοι μῦθον, Ἄγῆνορος ἐκγονε Κάδμε·  
Ἦοὺς ἐγγρόμενος προλιπῶν ἴθι Πυθῶ δῖαν,  
ἠθάδ' ἔχων ἐσθῆτα καὶ ἀλγανέην μετὰ χερσὶ,  
τὴν διὰ τε Φλεγύων καὶ Φωκίδος, ἔστ' ἂν ἴκηαι  
βουκόλον ἠδὲ βόας κηριτρεφέας Πελάγοντος.  
Ἐνθάδε προσπελάσας ξυλλάμβανε βοῦν ἐρίμυκον  
τὴν, ἢ κεν νώτοισιν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔχησι  
λευκὸν σῆμ' ἐκάτερθε περίτροχον ἠῦτε μήνης·  
τῆνδε σὺ ἠγεμόνα σὲ περιτρίπτοιο κελεύθου.  
Σῆμα δέ τοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδὲς οὐδέ σε λήσει·  
Ἐνθα κέ τοι πρώτιστα βοῶς κέρασ ἀγραύλοιο  
ἴζηται κλίνη τε πέδω γόνυ ποιήεντι,  
καὶ τότε τὴν μὲν ἔπειτα μελαμφύλλω χθονὶ βέξειν  
ἀγνώσ και καθαρώσ, γαίη δ' ὅταν ἱερά βέξεις,  
ὄχθω ἐπ' ἀκροτάτῳ κίττειν πόλιν εὐρυάγγυιαν,  
δεινὸν Ἐνυαλίου πέμψας φύλακ' Ἄϊδος εἰσω.  
Καὶ σύ γ' ἐπ' ἀνθρώπους ὀνομάκλυτος ἔσσεαι αὐθις  
ἀθανάτων λεχέων ἀντήσας, ὄλβιε Κάδμε.

Cf. Ungerus in Thebanis Paradoxis p. 2 sq.

48.

Eurip. Phœniss. 410 : Ἐχρησ' Ἀδράστῳ

45.

*Iura*; hujus nominis Mnaseas meminit.

## ORACULORUM DELPHICORUM COLLECTIO.

46.

Mnaseas Patrensis in Delphicorum oraculorum collectione Eurysternas fanum dicit condidisse.

47.

In Pœanibus Pindari exponitur De oraculo Laio dato, sicuti Mnaseas quoque in libro De oraculis scribit :

Lai, Labdacida, virorum celeberrime cunctorum.

Λοξίας χρησμὸν τινα. — Ποῖον; — Κάπρω λέοντι θ' ἀρμόσαι παίδων γάμους.] Ad hæc scholiasta : Ὁ χρησμὸς ὑπὸ Μνασέου οὕτως ἀναγέγραπται·

Κουράων δὲ γάμους ζεῦξον κάπρω ἠδὲ λέοντι,  
οὓς κεν ἴδης προθύροισι τεοῦ δόμου ἐξ ἱεροῖο  
ἀμοῦ στείχοντας, μηδὲ φρεσὶ σῆσι πλανηθῆς.

Καὶ οἱ μὲν λέγουσιν, ὡς ἀπὸ τῶν ἐπισήμων τῶν ἀσπίδων συνέβαλλεν Ἀδράστος· ὁ μὲν γὰρ εἶχε Καλυδώνιον σῦν, ὁ δὲ τὴν λεοντοπρόσωπον Σφίγγα· οἱ δ', ὡς κρύους γενομένου ἀφίκοντο εἰς τὸ Ἀπόλλωνος ἱερόν, καὶ δορὰς εὐρόντες λέοντος καὶ σὺς, ἀναθήματα κυνηγετῶν, ἐφιλονείκησάν τε καὶ περὶ τῆς στάσεως εἰς κρίσιν ἀγθέντες τῷ βασιλεῖ τῶν γάμων ἔτυχον· ἀπέικασε γὰρ τὸν μὲν λέοντι, τὸν δὲ Τυδέα κάπρω, ὃς ἔγημε Δηϊπύλην, ὁ δὲ Πολυνεΐκης Ἀργεῖαν. — Δύο δέρματα ἔκειντο εἰς τὰ οἰκήματα τοῦ Ἀδράστου εἰς ἀνάπαυσιν τῶν ξένων, τὸ μὲν ἐν λέοντος, τὸ δὲ ἕτερον κάπρου. Καὶ ἐλθόντες εἰς τὰ προλεχθέντα οἰκήματα τοῦ Ἀδράστου ὁ Τυδεὺς τε καὶ Πολυνεΐκης φιλονεικίαν ἐποιήσαντο ἄμφω, ἵνα αὐτὰ ἐπάρωσιν. Τοῦτο δὲ νοήσαι δ' Ἀδράστος κατὰ τὸν χρησμὸν ἔδωκε τὰς αὐτοῦ θυγατέρας τοῖς δυσὶ τούτοις.

Ἐφιλονείκησαν κτλ.] Pro his cod. Barocc. habet ita : Τυδεὺς μὲν τὴν κάπρου, Πολυνεΐκης δὲ τὴν λέοντος εἰληφότες ἐνεδύθησαν. Καὶ εἰς Ἄργος ἔπειτ' ἐλθόντες τοῦ κήδους τοῦ Ἀδράστου ἔτυχον.

49.

Zenobius V, 74 : Πᾶσα γῆ πατρίς. Τοῦτο μέρος ἐστὶ χρησμοῦ, ὃν ἀνεῖλεν ὁ θεὸς Μελεῶ τῷ Πελασγῷ περὶ οἰκῆσεως μαντευομένῳ. Μέμνηται τοῦ χρησμοῦ καὶ Μνασέας καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς (fr. 5).

Μελεῶ] « Servavi codd. scripturam, quum in Lutatio forma Μέλεος videatur exstare; a Pausania, aliis Μάλεος, Μάλης homo nominatur. V. O. Müllerus Etrusc. I, p. 83; II, p. 208. coll. G. Hermanno De Græca Minerva dissert. p. 6. » LEUTSCH.

50.

Suidas et Photius v. Ὑμεῖς, ὧ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι. Vide Ionis fragm. 12.

48.

Oraculum Adrasto datum a Mnasea consignatum est hunc in modum :

Filiarum nuptias junge apro et leoni,  
quos videbis ad vestibula domus tuæ e fano  
meo venientes, neque animo tuo fallaris.

49.

Omnia terra patria] Particula est oraculi, quod deus Meleo Pelasgo de sede figenda interroganti dedit. Meminit ejus oraculi Mnaseas et Dionysius Chalcidensis.

Nescio an Mnaseæ nomen corruptum sit ap. Plutarch. De Pyth. orac. c. 19, ubi Ἄλυριου (Μνασίου?) τοίνυν καὶ Ἡροδότου καὶ Φιλοχόρου καὶ Ἰστρου, τῶν μάλιστα τὰς ἐμμέτρους μαντείας φιλοτιμηθέντων συναγαγεῖν, ἄνευ μέτρου χρησμοὺς γεγραφότων, Θεόπομπος κτλ. (v. Philochor. fr. 195). De Alyrio nihil constat. — Porro ap. Plutarch. Qu. Gr. c. 19, ubi quaeritur de Pythiæ versibus :

Πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις,  
οὐδ' ἱερὰν ὑπέραν, ὅθι γ' ἄτρυγον οἶνον ἔπινες,

postquam Aristotelis narratio apposita, pergitur : Ὁ δὲ Μνασιγείτων φησὶν, Ὑπέρητος ἀδελφὸν ὄντα τὸν Ἄνθον ἔτι νήπιον ἀπολέσθαι, καὶ τὸν Ὑπέρηνα κατὰ ζήτησιν αὐτοῦ πλανώμενον εἰς Φεράς πρὸς Ἄκαστον (ἢ Ἀδραστον) ἐλθεῖν ὅπου κατὰ τύχην ὁ Ἄνθος ἐδούλευεν οἰνοχοεῖν τεταγμένος. Ὡς οὖν εἰστιῶντο, τὸν παῖδα προσφέροντα τῷ ἀδελφῷ τὸ ποτήριον, ἐπιγνώσθαι, καὶ εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν ἡσυχῆ· Πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις. Hic quoque Mnaseæ nomen corruptum esse possit videri. Sed impedit Plinii locus (VII, s. 56) ubi : *Quadrirremem Aristoteles Carthaginienses, quinqueremem Mnesigiton Salaminios* ( primos fecisse dicunt ).. *ab ea ad decemremem Mnesigiton Alexandrum Magnum ferunt instituisse.*

Schol. Theocrit. XIII, 46 laudatur Ὀνατος ἐν

τοῖς Ἀμαζονικοῖς, de Hyla, quippe qui non a nymphis tractus, sed pede lapsus in fontem incidit. Eandem rem narrat schol. Apoll. Rh. I, 1236 et 1207, ubi citatur Ὀνασος ἐν πρώτῳ Ἀμαζονίδων (scr. Ἀμαζονικῶν, cf. Welck. *Cycl.* p. 320). Onasus quum aliunde non notus sit, Reinesius (v. Westermann. ad Voss. p. 420, n. 42) corrigendum putavit Μνασέας ἐν α' Ἀμ. Quod in medio relinquo. Si quid mutandum, reponi malim Διονύσιος (sc. Mytilenæus. Apud utrumque scholiasten ante Ὀνασος legitur verbum γενέσθαι. Scriptum in cod. dixeris : γενέσθ. ΔΙΟΝΥΣΟΣ). Idem Reinesius l. l. nomen Mnaseæ restituendum censet ap. schol. Apollon. Rh. IV, 264, ubi Κνωσσὸς in primo Γεωγραφικῶν τῆς Ἀσίας Ægyptios omnium antiquissimos dixisse traditur. Verum nemo unquam Periplum Mnaseæ Γεωγραφικὰ nominavit, nec nominare recte potuit. Deinde autem ex fragmentis liquet Mnaseam libro primo Ἀσίας egisse de septentrionali Asiæ minoris parte, secundo libro de Syria; ita ut tertio demum libro ad Ægyptum pervenisse videatur. Fortasse apud schol. Apoll. nomen scriptoris ex Cnoso Cretæ urbe oriundi excidit. Quodsi vero corruptum est illud Κνωσσὸς, reposuerim Εὐδοξος.

# SATYRUS.

Satyrus *peripateticus* (fr. 2. 4.) scripsit *Vitas virorum illustrium*, tum philosophorum, oratorum, poetarum, tum vero etiam regum et imperatorum. Certe Vita Philippi bis laudatur verbis disertis (fr. 3. 4). Quare ex iis quæ de Alcibiade et Dionysio jun. traduntur, colligo horum quoque virorum, et aliorum haud dubie, vitas a Satyro perscriptas esse. Cf. Hieronymus in præf. libri De vir. illustribus: *Quod Tranquillus in enumerandis gentilium literarum viris fecit illustribus, id ego in nostris faciam... Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos Hermippus peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus, doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus*. Ejus operis compendium fecit Heraclides Lembus, quem sub Ptolemæo Philometore (181-146) floruisse scimus. Eidem biographo vindicandum esse librum Περὶ χαρακτήρων (fr. 20.) argumenti ratio suadet quammaxime.

Præterea Satyro tribuuntur liber, quo *demos Alexandriæ* recensuerat (fr. 21), atque opus, quo collegerat μύθους ἀρχαίους (fr. 22). Quibus accedit, ut videtur, liber *De lapidibus pretiosis* (\*). Mittam scriptum istud De gemmis (fr. 25), quippe quod ad nos parum pertineat; quærendum autem est, num periegetica illa et mythologica ab eadem manu profecta sint, quæ historica et philosophica scripsit. Ex fragmentis hoc tantum liquet, eum, qui in *demos Alexandriæ* inquisiverat, non ante regnum Philopatoris opus suum composuisse. Neque dubito auctorem tum hujus libri, tum alterius *De vetustis fabulis* ejus esse Satyri, cujus Ptolemæus Hephæstion meminit lib. V (p. 194 in *Mythogr. Westermanni*): Σάτυρος, αἰτ, δ' Ἀριστάρχου γνώριμος, Ζῆτα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ζήτητικὸν αὐτοῦ. Quod epitheton bene cadit in laboriosam istam periegetarum de locis earumque fabulis diligentiam (cf. Polemo στηλοκόπας, Nicanor Aristarcheus Στιγματίας dictus, διότι ἐπολυλόγησε περὶ στιγμῶν ap. Eustath. p. 20, 12. Dionysius Ἀσκάλαφος ap. Etym. M. p. 278). Jam quum Aristarchus sub Ptolemæo Philometore maxime florue-

rit, Satyrus, ejus *discipulus* (nam hoc sensu γνώριμος vox, ubi de viris literatis sermo est, adhiberi solet), non esse potest Satyrus peripateticus, cujus Vitas in compendium redegit Heraclides Lembus, qui et ipse sub Ptolemæo Philometore floruit. — Sin cum Clintono (F. H. ad an. 160) statuas γνώριμον vocabulum h. l. non *discipulum*, sed *familiarem* significare, atque Satyrum initio, Heraclidem vero versus finem regni Philometoris scripsisse, fieri sane potest ut alter alterius libro usus sit. Quamquam paullo artificiosior ratio hæc esse mihi videtur, præsertim quum scriptorum, quæ recensuimus, tam diversa sit indoles, ut inter duos potius auctores ea distribuere, quam ad eundem referre omnia animus inclinet. Nescio an Satyrus peripateticus, qui fragm. 15 cum Hieronymo Rhodio componitur, et ipse in Rhodo insula, peripateticorum tum seminario, docuerit, idemque sit cum *Satyro Rhodio*, qui anno 172 (sicuti postea Posidonius Rhodius) legationis princeps ad senatum Rom. a civibus missus est (Livius XLII, 14) (\*).

(\*) Alium Satyrum, qui eodem tempore vixit, *Aliensium legatum* pro Lyciis apud Romanos intercedentem habes ap. Polybium XXIII, 3, 3. — Satyrus *Achæorum legatus* ap. Polyb. XXXI, 6, 1. Addantur: *Satyrus Olynthius*, histrio, ap. Plutarch. Moral. p. 543, E; Athenæum p. 591, E, ibique Schwgh., Diodor. XVI, 55, 3, ibique Wesseling. — *S. Theogitonis, Marathoniæ, tragædus* ap. Lucian. Necyom. 16, p. 126, et Jup. trag. 41, p. 487 Didot. — *S. Heracleæ tyrannus* ap. Memnonem. — *S. duo Bospori reges* ap. Diodor. XIV, 93, 1. XX, 22, 1 sqq. — *S. dux servorum in Sicilia* ap. Diodor. XXXVI, 10. — *S. unus ex triginta viris* ap. Xenophont. H. Gr. III, 54 et alibi. — *S. sophista* ap. Athen. p. 350, F. — *S. quidam*, quem ex Aristot. memorat Plutarch. Mor. p. 459, A. — *Satyrus Timoleontis amicus*, Theopomp. fr. 215. — *S. Dionysii jun. assentator*, Timæi fr. 127. — *S. Galeni præceptor*, Galen. V, p. 172 et passim. — *S. Eleus, olympionica*, Pausan. VI, 4, 5, etc.

(\*) Satyri *De Mausoleo* librum, quem Vitruv. VIII præfat. memorat, architecti fuerit. Atque Satyrum architectum, qui sub Ptolemæo Philadelpho vixit, novimus ex Callixeno ap. Plin. XXXVI, s. 14, § 3.

## BIOI

[ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ].  
[ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥ.]

## I.

Athenæus XII, p. 534, B: Περὶ δὲ τοῦ καλοῦ Ἀλκιβιάδου Σάτυρος ἱστορῶν « λέγεται (φησὶν), ὅτι ἐν Ἰωνίᾳ μὲν ὦν, Ἰώνων ἐφαίνετο τρυφερώτερος, ἐν Θήβαις δὲ σωμασκῶν καὶ γυμναζόμενος, τῶν Θηβαίων αὐτῶν μᾶλλον Βοιώτιος, ἐν Θετταλίᾳ δὲ ἵπποτροφῶν καὶ ἡνιοχῶν, τῶν Ἀλευαδῶν ἵππικώτερος, ἐν Σπάρτῃ δὲ καρτερίαν καὶ ἀφέλειαν ἐπιτηδεύων, ἐνίκα τοὺς Λάκωνας, ὑπερῆρε δὲ καὶ τὴν τῶν Θρακῶν ἀκρατοποσίαν. Τὴν δὲ αὐτοῦ γυναῖκα πειρῶν, ὡς ἕτερος, ἐπεμψεν αὐτῇ χιλίους Δαρεικούς. Κάλλιστος δὲ ὦν τὴν μορφὴν, κόμην τε ἔτρεφεν ἐπὶ πολὺ τῆς ἡλικίας, καὶ ὑποδήματα παρηλλαγμένα ἐφόρει, ἃ ἀπ' αὐτοῦ Ἀλκιβιάδες καλεῖται. Ὅτε δὲ χορηγοίη πομπεύων ἐν πορφυρίδι, εἰσιὼν εἰς τὸ θέατρον ἐθαυμάζετο οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν γυναικῶν. Διὸ καὶ Ἀντισθένης ὁ Σωκρατικὸς, ὡς ἂν αὐτὸς αὐτόπτης γεγονώς τοῦ Ἀλκιβιάδου, ἰσχυρὸν αὐτὸν καὶ ἀνδρώδη καὶ ἀπαίδευτον καὶ τολμηρὸν καὶ ὠραῖον ἐφ' ἡλικίας γενέσθαι φησὶν. Εἰς δὲ τὰς ἀποδημίας ὁπότε στέλλοιτο, τέσσαρσι τῶν συμμαχίδων πόλεων ὡσπερ θεραπαίνας ἐχρῆτο. Σκηνὴν μὲν γὰρ αὐτῷ Περσικὴν ἔπησσον Ἐφέσιοι, τροφὴν δὲ τοῖς ἵπποις αὐτοῦ Χίοι παρεῖχον, ἱερεῖα δὲ παρίστασαν εἰς τὰς θυσίας καὶ κρεανομίας

Κυζικηνοὶ, Λέσβιοι δὲ οἶνον παρεῖχον καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν. Ἀφικόμενος δ' Ἀθηναῖσιν ἐξ Ὀλυμπίας, δύο πίνακας ἀνέθηκεν, Ἀγλαοφῶντος γραφὴν· ὧν ὁ μὲν εἶχεν Ὀλυμπιάδα καὶ Πυθιάδα στεφανούσας αὐτὸν, ἐν δὲ θατέρῳ Νεμέα ἦν καθημένη, καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων αὐτῆς Ἀλκιβιάδης, καλλίων φαινόμενος τῶν γυναικείων προσώπων. Καὶ στρατηγῶν δὲ ἔτι καλὸς εἶναι ἤθελεν· ἀσπίδα γοῦν εἶχεν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος πεποιημένην, ἐφ' ἧς ἦν ἐπίσημον ἔρωσ κεραυτὸν ἠγκυλημένος. Ἐπικωμάσας δὲ ποτε ὡς Ἄλυτον, ἔραστὴν ὄντα καὶ πλούσιον, συνεπικωμάζοντος αὐτῷ τῶν ἐταίρων ἐνὸς Θρασύλλου (τῶν πενήτων δ' οὗτος ἦν), προπιῶν τῷ Θρασύλλῳ τὰ ἡμίση τῶν ποτηρίων τῶν ἐπὶ τῷ κυλικεῖῳ προκειμένων ἐκέλευσε τοὺς ἀκουλοῦθους ἀποφέρειν πρὸς τὸν Θρασύλλον· εἶθ' οὕτω φιλοφρονησάμενος τὸν Ἄλυτον ἀπηλλάσσετο. Ὁ δὲ Ἄλυτος πάνυ ἐλευθερίως καὶ ἐρωτικῶς, λεγόντων τινῶν, ὡς ἀγνώμονα εἶη πεποιηκῶς ὁ Ἀλκιβιάδης, Οὐ μὰ Δί', ἔφη, ἀλλ' εὐγνώμονα· ἔχων ἐξουσίαν ἅπαντα λαβεῖν, τὰ ἡμίση κατέλιπεν. »

## ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

## 2.

Idem XII, p. 541, C: Περὶ δὲ τῆς Διονυσίου τοῦ νεωτέρου Σικελίας τυράννου τρυφῆς Σάτυρος ὁ περιπατητικὸς ἱστορῶν ἐν τοῖς Βίοις, πληροῦσθαί φησι παρ' αὐτῷ τριακοντακλίνους οἴκους ὑπὸ τῶν εὐωχουμένων.

## VITÆ

[REGUM ET IMPERATORUM].  
[ALCIBIADIS.]

## 1.

De formoso Alcibiade narrans Satyrus sic ait: « Dicunt, quum in Ionia esset, luxuriosiore fuisse Ionibus; quum Thebis exercitationibus corporis daret operam, magis Bœotum quam ipsi Thebani; in Thessalia vero quum alendis equis et aurigationi vacaret, peritiorem illius artis fuisse quam Aleuadæ. Spartæ vero patientiæ et tenuitati victus cultusque studens, Spartanos superavit; in Thracia rursus Thraces meri potu antecelluit. Idem propriæ uxori (*Philaretæ*), quo eam tentaret, alieno nomine mille misit Daricos. Quum autem pulcherrima esset corporis forma, in magnam ætatis partem comam aluit, et insolitum genus calceorum gestabat, qui ab illo *Alcibiades* (cf. Pollux VII, 89) nominantur. Quoties ludos publicos suo sumptu ederet, purpura amictus in pompa procedens, atque ita theatrum ingrediens, admiratione percellerat non viros modo, verum mulieres quoque. Quare Antisthenes Socraticus, qui ipse etiam viderat Alcibiadem, ait, robustum eum et fortem et disciplinæ aspernantem et audacem et formosum tota fuisse ætate. Quoties peregre abiret, quattuor sociis civitatibus veluti famulis utebatur: nam tentorium ei Persicum figebant Ephesii; equis ipsius pabulum præbebant

Chii; victimas ad sacrificia et ad viscerationes Cyziceni suppeditabant; Lesbii vero vinum et alia ad quotidianum victum necessaria. Athenas reversus ex Olympiâ, duas tabulas dedicavit, Aglaophontis pictoris opera: quarum altera Olympiadem exhibebat et Pythiadem coronantes illum; in altera erat Nemea sedens, et super ejus genibus Alcibiades, pulcriore forma faciei quam erant muliebres formæ. Jam dux quum esset exercitus, adhuc formosus esse volebat; itaque scutum habuit, ex auro et ebore confectum, in quo pro insigni erat Amor fulmen vibrans. Comessatum aliquando quum ivisset ad Anytum, a quo amabatur, divitem hominem, comite Thrasylo uno e suis familiaribus (cui res erat angusta domi), propinans Thrasylo dimidiam partem poculorum in abaco expositorum pedisequos auferre jussit et ad Thrasyllum asportare: deinde comiter valere jussu Anyto, discessit. Et liberaliter admodum amanterque Anytus, quibusdam dicentibus inique egisse Alcibiadem; « Imo vero, per Jovem, inquit, ex æquo et bono: quum enim potestatem habuisset omnia auferendi, dimidiam reliquit. »

## ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

## 2.

De Dionysii junioris luxuria, Siciliæ tyranni, verba faciens Satyrus Peripateticus in Vitis, « apud eum, ait, (*quotidie*) triginta lectos convivis laute epulantibus impleri solitos. »



## ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

3.

Athenæus VI, p. 248, F : Σάτυρος δ' ἐν τῷ τοῦ Φιλίππου βίῳ « Ὅτε (φησὶ) Φίλιππος τὸν ὀφθαλμὸν ἐξεκόπη, συμπροῆλθεν αὐτῷ καὶ ὁ Κλείσοφος, τελαμωνισθεὶς τὸν αὐτὸν ὀφθαλμὸν. Καὶ πάλιν, ὅτε τὸ σκέλος ἐπηρώθη, σκάζων συνεξώδευε τῷ βασιλεῖ. Καὶ εἴ ποτε ὀριμὸν προσφέροιο τῶν ἐδεσμάτων ὁ Φίλιππος, αὐτὸς συνέστρεφε τὴν ὄψιν, ὡς συνδαινύμενος. Ἐν δὲ τῇ Ἀράβων χώρᾳ οὐχ ὡς ἐν κολακείᾳ τοῦτ' ἐποίουν, ἀλλὰ κατὰ τι νόμιμον, βασιλέως παθόντος τι τῶν μελῶν, συνυποκρίνεσθαι τὸ ὁμοίον πάθος, ἐπεὶ καὶ γελοῖον νομίζουσιν, ἀποθανόντι μὲν αὐτῷ σπουδάζειν συγκατορύττεσθαι, πηρωθέντι δὲ μὴ χαρίζεσθαι τὴν ἴσην δόξαν τοῦ πάθους. »

Eadem Eustath. ad II. ξ' p. 990, 34, post ἐξεκόπη addens διστῶ βληθεὶς ἐν πολέμῳ ὑπὸ Ἀστέρος. Res nota. De altero vulnere v. Justin. IX, 3.

4.

Athenæus p. 248, D, e Lynceo quædam afferens de Clisopho, interponit hæc : Ἀθηναῖος δ' ἦν γένος, ὡς φησὶ Σάτυρος ὁ περιπατητικὸς ἐν τῷ Φιλίππου Βίῳ.

5.

Idem XII, p. 557, B : « Ὁ δὲ Φίλιππος αἰεὶ κατὰ πόλεμον ἐγάμει. Ἐν ἔτεσι γοῦν εἴκοσι καὶ δυσὶν, οἷς ἐβασίλευσεν, ὡς φησὶ Σάτυρος ἐν τῷ Περὶ τοῦ βίου αὐτοῦ, Αὐδάταν Ἰλλυρίδα γήμας, ἔσχεν ἐξ αὐτῆς θυ-

γατέρα Κύνναν· ἐγήμε δὲ καὶ Φίλαν, ἀδελφὴν Δέρδα καὶ Μαχάτα. Οἰκειώσασθαι δὲ θέλων καὶ τὸ τῶν Θεσσαλῶν ἔθνος, ἐπαιδοποίησατο ἐκ οὗο Θεσσαλίδων γυναικῶν, ὧν ἡ μὲν ἦν Φεραία Νικησίπολις, ἣτις αὐτῷ ἐγέννησε Θεσσαλονίκην, ἡ δὲ Λαρισσαία Φίλινα, ἐξ ἧς Ἀριδαῖον ἐτέκνωσε. Προσεκτήσατο δὲ καὶ τὴν Μολοτῶν βασιλείαν, γήμας Ὀλυμπιάδα, ἐξ ἧς ἔσχεν Ἀλέξανδρον καὶ Κλεοπάτραν. Καὶ τὴν Θράκην δὲ ὅτε εἶλεν, ἤκε πρὸς αὐτὸν Κοθήλας ὁ τῶν Θρακῶν βασιλεὺς, ἄγων Μήδαν τὴν θυγατέρα καὶ δῶρα πολλά. Γήμας δὲ καὶ ταύτην ἐπεισήγαγε τῇ Ὀλυμπιάδι. Ἐπὶ πάσαις δὲ ἐγήμε Κλεοπάτραν ἐρασθεὶς, τὴν Ἴπποστράτου μὲν ἀδελφὴν, Ἀττάλου δὲ ἀδελφιδῆν· καὶ ταύτην ἐπεισάγων τῇ Ὀλυμπιάδι, ἅπαντα τὸν βίον τὸν ἑαυτοῦ συνέχεεν. Εὐθέως γὰρ ἐν αὐτοῖς τοῖς γάμοις ὁ μὲν Ἀτταλος, Νῦν μέντοι γνήσιοι, ἔφη, καὶ οὐ νόθοι βασιλεῖς γεννηθήσονται. Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἀκούσας ἔβαλεν ἢ μετὰ χειρᾶς εἶχε κύλικι τὸν Ἀτταλον, ἔπειτα κάκεινος αὐτὸν τῷ ποτηρίῳ. Καὶ μετὰ ταῦτα Ὀλυμπιάς μὲν εἰς Μολοττοὺς ἔφυγεν, Ἀλέξανδρος δ' εἰς Ἰλλυριοὺς. Καὶ ἡ Κλεοπάτρα δὲ ἐγέννησε τῷ Φιλίππῳ θυγατέρα, τὴν κληθεῖσαν Εὐρώπην. »

Εἴκοσι δυσί] Alii aliter, de quibus v. disputatiōnem Clintoni in F. H. tom. II, p. 227.

## ΠΟΙΗΤΩΝ.

## ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.

6.

Vita Sophocl. p. 128 Westerm. : Σάτυρος δέ

## PHILIPPI.

3.

Satyrus in Vita Philippi scribit : « Quum oculus excussus esset Philippo, prodibat cum illo Clisophus fasciis obligato eodem suo oculo : rursusque quum contuso crure claudicaret rex, una cum illo claudicans incedebat. Si quem cibum acriorem ori admoveret rex, ipse vultum contorquebat quasi simul eodem cibo vesceretur. In Arabum vero regione non ex adulatione hoc facere consueverunt, sed publico quodam instituto : ut, quum membro quodam doleat rex, eodem malo se affectos simulent. Quippe absurdum ducunt, mortuo rege studiose poscere homines, ut cum eo sepe-liantur; quum autem aliqua corporis parte æger est, non in ejus gratiam ejusdem mali participationem præ se ferre. »

4.

Clisophus Atheniensis erat, ut S. peripateticus in Vita Philippi tradit.

5.

« Philippus semper, quoties bellum gereret, uxorem duxit. Viginti duobus quidem annis quos regnavit, ut ait Satyrus in libro De ejus vita, primum Audatam duxit Illyriam, quæ filiam ei peperit Cynnā : duxitque porro Philam, Derdæ et Machatæ sororem : tum, conciliaturus sibi Thessalorum gentem, ex duabus Thessalicis mulieribus

liberos procreavit; quarum altera Pheræa erat, nomine Nicesipolis, quæ ei peperit Thessalonicam; altera Larissara, Philinna, ex qua Aridæum suscepit. Molossorum vero regnum dotem accepit quum Olympiadem duceret, e qua ei natus est Alexander et Cleopatra. Dein Thraciam postquam cepit, venit ad eum Cotiela rex Thracum, Medam filiam ei adducens cum multis muneribus : quam et ipsam uxorem duxit secundum Olympiadem. Post istas omnes rursus Cleopatram duxit amore captus, Hippostrati sororem, Attali vero ex fratre neptem : qua juxta Olympiadem domum deducta, omnem reliquam vitam suam turbavit. Statim enim in ipsis nuptiis Attalus dixit : *Nunc quidem legitimi reges, non nothi, nascentur* : qua voce audita Alexander, quem in manibus habebat calicem, impexit Attalo, et hic rursus illi poculum. Et post hæc Olympias in Molossorum terram profugit, Alexander vero ad Illyrios. Cleopatra autem Philippo filiam peperit, cui Europæ nomen inditum. »

## POETARUM.

## SOPHOCLIS.

6.

Satyrus dicit Sophoclem etiam baculum incurvatum in usum scenicum primum adhibuisse.

φησιν ὅτι καὶ τὴν καμπύλην βακτηρίαν αὐτὸς ἐπέ-  
νόησε.

Ibid. p. 129 : Σάτυρος δὲ φησιν αὐτὸν εἰπεῖν (sc. Sophoclem ab Iophonte tamquam ὑπὸ γήρωσ πα-  
ραφρονῶντα accusatum), « Εἰ μὲν εἰμι Σοφοκλῆς,  
οὐ παραφρονῶ· εἰ δὲ παραφρονῶ, οὐκ εἰμι Σοφοκλῆς », καὶ τότε τὸν Οἰδίποδα παραναγνῶναι.

Eadem Musurus transcripsit in schol. Arist. Ran. 73. De re inter alios v. C. Hermann. Qu. OEdip. p. 51. 52, F. Ritter. in Rhein. Mus., 1843, p. 195.

Ibid. p. 130 : Σάτυρος δὲ φησι τὴν Ἀντιγόνην ἀναγιγνώσκοντα, καὶ ἐμπροσθέντα περὶ τὰ τέλη νοήματι μακρῶ καὶ μέσσην ἢ ὑποστιγμὴν πρὸς ἀνάπαυσιν μὴ ἔχοντι, ἄγαν ἀποτείναντα τὴν φωνὴν σὺν τῇ φωνῇ καὶ τὴν ψυχὴν ἀφείναι.

### ΡΗΤΟΡΩΝ.

#### ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ.

7.

Plutarch. V. X Oratt. p. 847, A, de Demosthene : Ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν Φιλόχορος (fr. 138) μὲν φησι φάρμακον πιόντα· Σάτυρος δὲ δ συγγραφεὺς, τὸν κά-  
λαμον πεφαρμάχθαι, ᾧ γράφειν ἤρξατο τὴν ἐπιστολὴν, οὗ γευσάμενον ἀποθανεῖν. Cf. Eratosthen. fr. 15 et Westermann. Qu. Dem. IV, 32.

#### ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ.

8.

Diog. L. I, 68 : Καὶ πρῶτος (sc. Χείλων Λα-  
κεδαιμόνιος) εἰσηγήσατο ἐφόρους τοῖς βασιλεῦσι παρα-  
ζευγύναι, Σάτυρος δ' Ἀλκυονίδου.

Satyrus narrat Sophoclem dementiae accusatum dixisse : « Si sum Sophocles, non deliro; sin deliro, non sum Sophocles, » et deinde eum Oedipum fabulam recitasse.

Satyrus narrat Sophoclem Antigonom fab. recitantem, quum circa finem in perlongum comma, quod subdistinctionem ad respirationem non haberet, adeo vocem intendisse, ut una cum voce etiam animam amisisset.

### ORATORUM.

#### DEMOSTHENIS.

7.

Mortuum Demosthenem esse tradit Philochorus epoto veneno; Satyrus autem historiarum scriptor, veneno imbutum fuisse calamum, quo scribere epistolam coeperit, eoque gustato ipsum periisse.

#### SEPTEM SAPIENTIUM.

8.

Chilo primus instituit, ut ephori regibus adjungerentur. Satyrus tamen non Chilonem, sed Lycurgum hoc fecisse dicit.

Num hæc in Chilonis Vita monuerit Satyrus, an etiam Lycurgi aliorumque fortasse νομοθετῶν Vitas (sicuti Hermippus) condiderit, nescio. De re v. Müller. Dor. II, p. 112.

9.

Diog. L. I, 82 : Βίας Τευτάμου, Πριηνεὺς, προκεκριμένος τῶν ἑπτὰ ὑπὸ Σατύρου.

Idem ib. : Ἐν ταῖς Ἀθήναις.. τοῦ τρίποδος εὐρεθέντος ὑπὸ τῶν ἀλίων, τοῦ χαλκοῦ, ἐπιγραφὴν ἔχοντας, Τῶ σοφῶ, Σάτυρος μὲν φησι παρελθεῖν τὰς κόρας (sc. Messenias, quas paullo ante captivas redemerat et dote instructas parentibus reddiderat Bion)... οἱ δὲ τὸν πατέρα αὐτῶν, ὡς καὶ Φανόδικος... εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰπεῖν τὸν Βίαντα σοφόν, διηγησαμένας τὰ καθ' ἑαυτάς.

### ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.

10.

Diog. L. VIII, 40, de Pythagora : Ἡρακλείδης δὲ φησιν ἐν τῇ τῶν Σατύρου Βίων ἐπιτομῇ, κτλ. V. Heraclid. fr. 6.

11.

Diog. L. VIII, 53, de Empedocle : Σάτυρος δὲ ἐν τοῖς Βίοις φησιν ὅτι Ἐμπεδοκλῆς υἱὸς μὲν ἦν Ἐξαινέτου, κατέλιπε δὲ καὶ αὐτὸς υἱὸν Ἐξαινέτον. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς Ὀλυμπιάδος (Ol. 70 sec. Aristot.) τὸν μὲν ἔπρω κέλῃτι νενικηκέναι, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ πάλῃ, ἢ (ὡς Ἡρακλείδης ἐν τῇ Ἐπιτομῇ [Solionis, uti videtur]) δρόμῳ.

12.

Idem VIII, 58, de eodem : Φησὶ δὲ Σάτυρος ἐν τοῖς Βίοις ὅτι καὶ ἰατρὸς ἦν καὶ ῥήτωρ ἄριστος. Γοργία

9.

Bias Teutami filius Prienensis, quem Satyrus reliquis septem sapientibus prætulit.

Invento Athenis a piscatoribus tripode æneo, cui erat inscriptum : *sapienti*, Satyrus quidem puellas, alii vero, ex quibus Phanodicus est, illarum patrem in concionem venisse tradunt, Biantemque, expositis quæ in se egisset, appellasse sapientem.

### PHILOSOPHORUM.

11.

Satyrus in Vitis Empedoclem ait filium fuisse Exæneti, reliquisse autem et filium Exænetum, eademque Olympiade ipsum quidem equestri certamine vicisse, filium vero illius lucta, sive, ut Heraclides in Epitome, cursu.

12.

Satyrus in Vitis refert et medicum illum fuisse oratoremque optimum. Gorgiam enim Leontinum ipsius fuisse discipulum, virum in oratoria insignem, qui et artem rhetoricam scripserit : quem tradit Apollodorus in Chronicis centum et novem ætatis implese annos. Hunc ait Satyrus

γοῦν τὸν Λεοντίνον αὐτοῦ γενέσθαι μαθητὴν, ἄνδρα ὑπερέχοντα ἐν ῥητορικῇ καὶ τέχνῃ ἀπολελοιπότα· ὃν φησιν Ἀπολλόδιωρος ἐν Χρονικοῖς ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιώσθαι. Τοῦτόν φησιν ὁ Σάτυρος λέγειν ὡς αὐτὸς παρείη τῷ Ἐμπεδοκλεῖ γοητεύοντι. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸν διὰ τῶν ποιημάτων ἐπαγγέλλεσθαι τοῦτό τε καὶ ἄλλα πλείω, δι' ὧν φησι·

Φάρμακα δ' ὅσα γεῖσι κακῶν καὶ γήραος ἄλκαρ  
πεύση, ἐπεὶ μόνῳ σοὶ ἐγὼ κρανέω τάδε πάντα.  
Παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἳ τ' ἐπὶ γαῖαν  
ὀρνύμενοι πνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἄρουραν·  
καὶ πάλιν, ἣν ἐθέλησθα, παλίντιτα πνεύματ' ἐπάξεις  
θήσεις δ' ἐξ ὀμβροῖο κελαϊνοῦ καίριον αὐχμὸν  
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου  
ρέύματα δένδρεόθρεπτα, τὰ δ' ἐν θέρει ἀήσαντα·  
ἄξεις δ' ἐξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

Φησὶ δὲ καὶ Τίμαιος (fr. 94) κτλ.... Ἡρακλείδης δ' ἐν τῷ Περὶ νόσων φησὶ καὶ Πausanίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν. Ἦν δ' ὁ Πausanίᾱς, ὡς φησιν Ἀρίστιππος καὶ Σάτυρος, ἐρώμενος αὐτοῦ, ᾧ δὴ καὶ τὰ Περὶ φύσεως προσπεφώνηκεν οὕτως,

Πausanίᾱ, σὺ δὲ κλύθι, δαίφρονος Ἀγχίτου υἱέ.

Ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα εἰς αὐτὸν ἐποίησε·

Πausanίην ἱητρὸν ἐπώνυμον Ἀγχίτεω υἱόν  
φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα,  
ὅς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινόμενους καμάτοισι  
φῶτας ἀπέστρεψεν Φερσεφόνης ἀδύτων.

## 13.

Diog. L. IX, 26, de Zenone Eleata, vide Heraclidem fr. 7 ἐν τῇ Σατύρου Ἐπιτομῇ.

dicere solitum affuisse se Empedocli magiam exercenti. Ipsaque in poematibus id profiteri et complura alia, quum dicat :

Pharmaca queis pellas morbos relevesque senectam,  
percipies, quæ cuncta tibi communico soli :  
compescesque truces ventorum rite procellas,  
exorti insanis qui vastant flatibus agros ;  
rursum, si libeat, mox flamina pigra ciebis,  
atque atra induces e tempestate serenum ;  
induces media pluvias æstate salubres  
et flatus sicca qui perflect omnia messe ;  
extinctumque hominem nigro revocabis ab Orco.

Heraclides quoque in libro De morbis ait eum Pausaniæ dictasse quæ de femina exanimi ille scripsit. Erat autem Pausanias, ut ait Satyrus et Aristippus, amasius ejus, cui et De natura libros compositos ita dedicavit,

Pausania Anchiti sapientis, percipe, fili.

Sed et epigramma in eum fecit :

Pausaniam Anchiti natum unum Asclepiadarum,  
clarum aluit medicum patria clara Gela :  
qui multos diris homines languoribus ægros  
eripuit furvis Persephones adytis.

## 14.

De accusatione Anaxagoræ varia fama est. Nam in Suc-

## 14.

Idem II, 12, de Anaxagora : Περὶ δὲ τῆς οἰκῆς αὐτοῦ διάφορα λέγεται. Σωτίων μὲν γὰρ φησιν ἐν τῇ Διαδοχῇ τῶν φιλοσόφων ὑπὸ Κλέωνος αὐτὸν ἀσεβείας κριθῆναι, διότι τὸν ἥλιον μύδρον ἔλεγε διάπυρον· ἀπολογησαμένου δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ Περικλέους τοῦ μαθητοῦ, πέντε ταλάντοις ζημιωθῆναι καὶ φυγαδευθῆναι. Σάτυρος δ' ἐν τοῖς Βίοις ὑπὸ Θουκυδίδου φησιν εἰσαχθῆναι τὴν δίκην, ἀντιπολιτευομένου τῷ Περικλεῖ· καὶ οὐ μόνον ἀσεβείας, ἀλλὰ καὶ μηδισμοῦ· καὶ ἀπόντα καταδικασθῆναι θανάτου. Ὅτε καὶ ἀμφοτέρων αὐτῷ προσαγγελθέντων, τῆς τε καταδίκης καὶ τῆς τῶν παίδων τελευτῆς, εἰπεῖν περὶ μὲν τῆς καταδίκης, ὅτι ἄρα « κακείνων κάμου πάλαι ἢ φύσις κατεψηφίσαστο· » περὶ δὲ τῶν παίδων, ὅτι « ἤδειν αὐτοὺς θνητοὺς γεννήσας. » Cf. Sintenis ad Plutarch. Pericl. p. 119.

## 15.

Diog. L. II, 26, de Socratis uxoribus Xanthippe et Myrto : Ἐνιοὶ δὲ καὶ ἀμφοτέρας ἔχειν δοῦν (φασίν)· ὧν ἔστι Σάτυρός τε καὶ Ἰερώνυμος ὁ Ρόδιος. Φασὶ γὰρ βουλευθέντας Ἀθηναίους διὰ τὸ λειπανδρεῖν συναυξῆσαι τὸ πλῆθος, ψηφίσασθαι, γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παιδοποιεῖσθαι δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας· ὅθεν τοῦτο ποιῆσαι καὶ Σωκράτην. Eadem, Satyri mentione facta, narrat Athenæus XIII, p. 556, A. V. Aristoxeni fr. 30.

## 16.

Diog. L. III, 9, de Platone : Λέγουσι δὲ τινες (ὧν ἔστι καὶ Σάτυρος) ὅτι Δίῳ ἐπέστειλεν εἰς Σικελίαν, ὠνήσασθαι τρία βιβλία Πυθαγορικὰ παρὰ Φιλολάου

cessionem philosophorum tradit Sotion a Cleone impietatis accusatum, quod solem dixerit esse massam ignis candentis; defensum autem a Pericle discipulo, quinque talentis mulctatum exilioque damnatum fuisse. Sed Satyrus in Vitis, a Thucydide accusatum, qui contraria Pericli in reipublicæ administratione sentiebat; neque impietatis modo, verum et proditionis: absentemque capitis damnatum. Et quum illi renuntiata esset et damnatio sua et filiorum mors, de condemnatione dixit: Olim natura et illos (judices) et me mortis damnavit: de filiis, Sciebam me genuisse mortales.

## 15.

Nonnulli Socratem utramque uxorem, non alteram post alteram, sed simul habuisse tradunt; ex quibus et Satyrus est et Hieronymus Rhodius. Nam Athenienses, quum bellis ac lue civibus exhaustam civitatem reparare sobolemque excitare vellent, decrevisse ferunt, ut urbanam quidem unam uxorem cives ducerent, liceret autem et ex altera procreare liberos: id igitur et Socratem fecisse.

## 16.

Aiunt quidam, ex quibus Satyrus est, Dionem Platonem scripsisse in Siciliam, uti tres libros Pythagoricos sibi emerret a Philolao centum minis. Erat enim, ut aiunt, satis opulentus, acceptis a Dionysio plus quam octoginta talen-

μνῶν ἑκατόν. Καὶ γὰρ ἐν εὐπορίᾳ, φασὶν, ἦν, παρὰ Διονυσίου λαβὼν ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα τάλαντα, ὡς καὶ Ὀνήτωρ φησὶν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ· Εἰ χρηματιεῖται ὁ σοφός.

17.

## E LIBRO QUARTO.

Idem VI, 80, postquam titulos scriptorum quæ *Diogenis* esse feruntur recensuerat : Σωσικράτης δ' ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Διαδοχῆς, καὶ Σάτυρος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν Βίων, οὐδὲν εἶναι Διογένους φασί. Τὰ δὲ τραγωδία φησὶν ὁ Σάτυρος Φιλίσκου εἶναι τοῦ Αἰγινήτου, γνωρίμου τοῦ Διογένους.

18.

Athenæus VI, p. 250, F, *de Anaxarcho* : Σάτυρος δ' ἐν τοῖς Βίοις Ἀναξαρχόν φησι, τὸν Εὐδαιμονικὸν φιλόσοφον, ἕνα τῶν Ἀλεξάνδρου γενέσθαι κολάκων, καὶ συνοδεύοντα τῷ βασιλεῖ, ἐπεὶ ἐγένετό ποτε βροντὴ ἰσχυρὰ καὶ ἐξαίσιος, ὡς πάντας πτῆξαι, εἰπεῖν, Μὴ τι σὺ τοιοῦτον ἐποίησας, Ἀλέξανδρε, ὁ τοῦ Διός; Τὸν δὲ γελάσαντα εἰπεῖν, Οὐ γὰρ φοβερὸς βούλομαι εἶναι, καθάπερ σὺ με διδάσκεις, ὁ τὰς τῶν σατραπῶν καὶ βασιλέων κελεύων με δειπνοῦντα προσφέρεισθαι κεφαλᾶς. Fortasse etiam Vitam Alexandri Satyrus scripsit, ad quam hæc referre liceret,

19.

Athenæus XIII, p. 584, A *de Stilpone* : Κατηγοροῦντος γοῦν ποτε Στίλπωνος Γλυκέρας παρὰ πότον, ὡς διαφθειρούσης τοὺς νέους, ὡς φησι Σάτυρος ἐν τοῖς Βίοις, ὑποτυχοῦσα ἡ Γλυκέρα, « Τὴν αὐτὴν, ἔφη,

lis, sicut et Onetor scribit in libro cujus est titulus, An quæstum facturus sit sapiens.

17.

Sosicrates in primo Successionis et Satyrus in quarto Vitarum nihil illorum scriptorum esse Diogenis affirmant : tragœdiolas autem ait Satyrus Philisci Æginetæ esse, Diogenis discipuli.

18.

Satyrus in Vitis Anaxarchum Eudæmonicum philosophum in assentatorum numero ait fuisse Alexandri : ad cujus latus aliquando ambulans, quum valido ac terribili fragore intonaret cælum : « An tu hoc fecisti, inquit, Alexander, Jovis filii? » Et ille ridens : « Non ego, respondit : nec enim volo formidabilis esse, quemadmodum tu me doces, monens ut satraparum et regum capita inter cœnandum mihi afferri jubeam. »

19.

Quum Stilpo aliquando in comotatione accusaret Glyceram, quod adolescentes corrumpere, ut Satyrus narrat in Vitis, respondens illa, « At idem crimen, inquit, utrique nostrum objicitur. Nam et te aiunt corrumpere eos qui te conveniunt, inutilia et amatoria sophismata docentem, similiterque me : nihil igitur referre eorum qui corrumpantur

ἔχομεν αἰτίαν, ὃ Στίλπων. Σέ τε γὰρ λέγουσι διαφθεῖρειν τοὺς ἐντυγχάνοντάς σοι, ἀνωφελῆ καὶ ἐρωτικὰ σοφίσματα διδάσκοντα, ἐμέ τε ὡσαύτως. Μηδὲν οὖν διαφέρειν ἐπιτριβομένους καὶ κακῶς πάσχουσιν ἢ μετὰ φιλοσόφου ζῆν, ἢ ἐταίρας. »

## ΠΕΡΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΩΝ.

20.

Athenæus IV, p. 168, E : Οἱ δὲ μὴ οὕτως (sc. ut Democritus, de quo in antecedentibus sermo) ἄσωτοι κατὰ τὸν Ἄμφιν· « Πίνουσ' ἑκάστης ἡμέρας δι' ἡμέρας, » διασειόμενοι τοὺς κροτάφους ὑπὸ τοῦ ἀκράτου, καὶ κατὰ τὸν Δίφιλον « Κεφαλὰς ἔχοντες τρεῖς, ὡσπερ Ἀρτεμίσιον, « πολέμιοι τῆς οὐσίας ὑπάρχοντες, ὡς Σάτυρος ἐν τοῖς Περὶ χαρακτήρων εἶρηκε, κατατρέχοντες τὸν ἀγρὸν, διαρπαύζοντες τὴν οἰκίαν, λαφυροπωλοῦντες τὰ ὑπάρχοντα, σκοποῦντες οὐ τί δεδαπάνηται, ἀλλὰ τί δαπανηθήσεται, οὐδὲ τί περιέσται, ἀλλὰ τί οὐ περιέσται· ἐν τῇ νεότητι τὰ τοῦ γήρως ἐφόδια προκαταναλίσκοντες, χαίροντες τῇ ἐταίρᾳ, οὐ τοῖς ἐταίροις, καὶ τῷ οἴνῳ, οὐ τοῖς συμπόταις. »

## ΠΕΡΙ ΔΗΜΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ.

21.

Theophilus Ad Autolyc. II, p. 94 : Ἀλλὰ καὶ Σάτυρος, ἱστορῶν τοὺς δήμους Ἀλεξανδρέων, ἀρξάμενος ἀπὸ Φιλοπάτορος τοῦ καὶ Πτολεμαίου προσαγορευθέντος, τούτου μνηύει Διόνυσον ἀρχηγέτην γεγονέναι. Διὸ καὶ [suppl. τὴν Διονυσίαν] φυλὴν ὁ Πτολεμαῖος πρώτην κατέστησεν. Λέγει οὖν ὁ Σάτυρος οὕτως· « Διο-

tur et miseri reddantur, utrum cum philosopho vivant, an cum meretrice. »

## DE CHARACTERIBUS.

20.

At isti non sic luxuriosi, secundum Amphim « Bibunt quovis die per totum diem, concussis meri potione temporibus », et secundum Diphilum « Tricipites sunt, veluti Dianæ imago » ; « Rei suæ familiaris hostes, ut ait Satyrus in libris De characteribus, agrum incursionibus vastantes, domum diripientes, bona sua veluti spolia bello parta dividendes ; spectantes, non quid expensum fuerit, sed quid expensuri sint ; non quid superfuturum sit, sed quid non sit superfuturum : in juventute senectutis viatica ante absumentes ; gaudentes meretrice, non amicis ; et vino, non compotatoribus. »

## DE DEMIS ALEXANDRINORUM.

21.

Satyrus, demos Alexandrinorum enarrans, a Ptolemæo Philopatore sermonis exordium faciens Bacchum familiæ auctorem ei fuisse declarat. Quare etiam Dionysiam tribum Ptolemæus primam constituit. Ceterum verba Satyri hæc sunt : « Bacchi, ait, et Althææ Thestio natæ fuisse

νύσου καὶ Ἀλθαίας τῆς Θεστίου γεγενῆσθαι Δηιάνειραν τῆς δὲ καὶ Ἡρακλέους τοῦ Διός, οἶμαι, Ὑλλον, τοῦ δὲ Κλεόδημον (1. Κλεοδαῖον), τοῦ δὲ Ἀριστόμαχον, τοῦ δὲ Τήμενον, τοῦ δὲ Κεῖσον, τοῦ δὲ Μάρωνα, τοῦ δὲ Θεστίον, τοῦ δὲ Ἀκοὸν, τοῦ δὲ Ἀριστοδαμίδα, τοῦ δὲ Κάρανον, τοῦ δὲ Κοινόν, τοῦ δὲ Τυρίμμαν, τοῦ δὲ Περδίκκαν, τοῦ δὲ Φίλιππον, τοῦ δὲ Ἀέροπον, τοῦ δὲ Ἀλκέταν, τοῦ δὲ Ἀμόνταν, \*\* τοῦ δὲ Βόκρον (Βάλακρον?), τοῦ δὲ Μελέαγρον, τοῦ δὲ Ἀρσινόην, τῆς δὲ καὶ Λάγου Πτολεμαῖον τὸν καὶ Σωτήρα, τοῦ δὲ καὶ Βερενίκης Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον, τοῦ δὲ καὶ Ἀρσινόης Πτολεμαῖον τὸν Εὐεργέτην, τοῦ δὲ καὶ Βερενίκης τῆς Μάγα τοῦ ἐν Κυρήνη βασιλεύοντος Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον (πρὸς ἡμᾶς Φιλοπάτορα). Ἡ μὲν οὖν πρὸς Διόνυσον τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλεύσασιν συγγένεια οὕτως περιέχει. Ὅθεν καὶ ἐν τῇ Διονυσίᾳ φυλῇ δῆμοί εἰσιν καταχωρισμένοι. Ἀλθίς (Ἀλθίς libri) ἀπὸ τῆς γενομένης γυναικὸς Διονύσου, θυγατρὸς δὲ Θεστίου, Ἀλθαίας. Δηιανειρίς (Δηιανείρης libri), ἀπὸ [Δηιανείρας] τῆς θυγατρὸς Διονύσου καὶ Ἀλθαίας, γυναικὸς δὲ Ἡρακλέους. [Ὅθεν καὶ τὰς προσωνομίας ἔχουσιν οἱ κατ' αὐτοὺς δῆμοι.] Ἀριαδνίς (Ἀριάδνης libri) ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Μίνω, γυναικὸς δὲ Διονύσου, παιδὸς πατροφίλης τῆς μιχθείσης Διονύσῳ ἐν μορφῇ πρυμνίδι. Θεστίς ἀπὸ Θεστίου τοῦ Ἀλθαίας πατρός. Θεοαντίς ἀπὸ Θεοάντος παιδὸς Διονύσου. Σταφυλίς ἀπὸ Σταφύλου υἱοῦ Διονύσου. Εὐανθίς (Εὐαινίς libri) ἀπὸ Εὐάνθεος (Εὐνόος libri) υἱοῦ Διονύσου. Μαρωνίς ἀπὸ Μάρωνος υἱοῦ Ἀριάδνης καὶ Διονύσου. Οὗτοι γὰρ πάντες υἱοὶ Διονύσου.

Ἀκοὸν] nomen vix genuinum. Sec. Theopompum (fr. 30) et Diodorum (VII, 14) post Cisum sequuntur : Thestius, Merops, Aristodamidas, Phido, Caranus. Alia series apud Syncellum p. 262 hæc est : Temenus, Lachares, Deballus, Eurybiades, Cleodæus, Cræsus, Pœas, Caranus. Alia denique statuisset videtur Marsyas Pellæus (fr. 2), ubi Carani pater Καράρων vel Κιράρων nominatur (fortasse fuit Μάρων, quem Satyrus inter majores Carani recenset). — Post Amyntæ mentionem lacunam notavi. Duo minimum nomina exciderint. Nam quum a morte Amyntæ I usque ad mortem Alexandri sec. Eusebium supra centum et sexaginta annos numerentur, spatium hoc nequit ex-

Deianiram, hujus et Herculis Jove nati Hyllum, hujus Cleodæum, hujus Aristomachum, hujus Temenum, hujus Cisum, hujus Maronem, hujus Thestium, hujus Acoum, hujus Aristodamidam, hujus Caranum, hujus Cœnum, hujus Tyrimmam, hujus Perdiccam, hujus Philippum, hujus Aeropum, hujus Aleetam, hujus Amyntam, \*\* hujus Bocrum (Balacrum?), hujus Meleagrū, hujus Arsinoen, hujus et Lagi Ptolemæum quem et Soterem cognominant, hujus et Berenices Ptolemæum Philadelphum, hujus et Arsinoes Ptolemæum Evergetem, hujus et Berenices Magæ

pleri tribus generationibus. Probabiliter Amyntæ nomen in seqq. repetebatur; scribaque a primo ad alterum transiit. Balacrus (sic enim scribendum conjicio pro Βόκρος) Amyntæ filius, non noster tamen, memoratur in Arrian. Anab. I, 29, 3. III, 5, 5. — πατροφίλης... πρυμνίδι] Quid hæc sibi velint, non assequor. In Wolfii editione vertitur : *filia patrem amante, quæ forma obversa cum Baccho concubuit*. Fortasse in πατροφίλης latet Πασιφάης, quæ cum tauro consuevit sub forma bovis lignea. Probabilius tamen est verba corrupta ad alium demum pertinere, cujus mentio excidit. — In postremis scripsi Εὐανθίς et Εὐάνθεος pro Εὐαινίς et Εὐνόος. Primum cogitaveram de Θεοπριονε Βακχί filio.

## [ΑΡΧΑΙΩΝ ΜΥΘΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.]

22.

Dionysius Hal. A. R. I, 68, ubi de Palladii historia deque Samothraciis mysteriis laudatur Καλλίστρατός τε ὁ Περὶ Σαμοθράκης συνταξάμενος ἱστορίαν, καὶ Σάτυρος ὁ τοὺς ἀρχαίους μύθους συναγαγών. Locum exscripsimus in fragm. Callistrati, ubi vide. — Ad mythica hæc fortasse referenda sunt quæ leguntur in schol. Odys. θ', 288 et schol. Il. ξ', 216): Διατί τὰ ἐρωτικά ἐν ἱμάντι (sc. Veneris) φησὶν Ὅμηρος κατεστίχθαι; Σάτυρος μὲν οὖν φησι, ἐπεὶ πληγῶν ἄξια δρωσὶν οἱ ἔρωτες. Ἀπίων δὲ κτλ. Sed fieri etiam potest, ut data opera Satyrus in Homerum commentarios scripserit.

## [DE GEMMIS.]

23.

Plinius XXXVII, s. 24 : *Satyrus carnosas esse Indicas (sc. onyches dicit), parte carbunculi parte chrysolithi et amethysti, totumque id genus abdicat. Veram autem onychem plurimas variasque cum lacteis zonis habere venas, omnium in transitu colore inenarrabili, et in unum redeunte conventum, suavitate grata.*

24.

Idem XXXVII, s. 25 : *Satyrus In licos (car-*

Cyrenarum regis filia Ptolemæum Philopatorem. Igitur cognatio quæ Alexandria regnantibus cum Baccho intercedit, ita se habet. Unde etiam in Dionysia tribu hi sunt separati demi : Altheis, ab uxore Bacchi et Thestii filia Althææ; Deianiris, a Deianira Bacchi et Althææ filia, Herculis uxore; Ariadnis, ab Ariadne Minois filia, Bacchi uxore; \*\*\*; Thestis, a Thestio Althææ patre; Thoantis, a Thoante Bacchi filio; Euanthis, ab Euanthe Bacchi filio; Maronis, a Marone Ariadnes et Bacchi filio. Hi enim omnes Bacchi filii sunt.

bunculos) non esse claros dicit, ac plerumque sordidos ac semper fulgoris horridi: Æthiopicos pingues, lucemque non emittentes, aut fundentes, sed convolutos igne flagrare.

25.

Idem XXXVII, s. 11: Phaethontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos, lacrimis

electrum omnibus annis fundere juxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus: et electrum appellatum, quoniam sol vocatus sit Elector, plurimi poetæ dixerunt, primique, ut arbitror, Æschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus. Igitur vincta oratione Satyrus hic, quicumque sit, de lapidibus scripsit.



# HERACLIDES LEMBUS.

Suidas: Ἡρακλείδης, Ὀξυρυγχίτης (\*), φιλόσοφος, δ τοῦ Σεραπίωνος, δς ἐπεκλήθη Λέμβος, γεγονώς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ ἔκτου (i. e. Φιλομήτορος, 181-147)· δς τὰς πρὸς Ἀντίοχον ἔθετο συνθήκας. Ἐγγραφε φιλόσοφα καὶ ἄλλα.

Diog. L. V, 94, Heraclides varios recensens: Πέμπτος (Ἡρακλείδης), Καλατιανὸς ἢ Ἀλεξανδρεὺς, γεγραφὼς τὴν Διαδοχὴν ἐν ἑξ βιβλίοις, καὶ Λεμβευτικὸν λόγον, ὅθεν καὶ Λέμβος ἐκαλεῖτο.

*Oxyrynchos* nomus est et oppidum Ægypti (v. Strabo p. 812. Forbiger. *Geogr.* II, p. 787); *Cal-latis* ad Ponti oram oppidulum, colonia Heracleensium. Ultra urbs Heraclidæ nostri patria recte dicatur, nescio. Fortasse in Ponti urbe natus, Alexandriæ educatus et deinceps muneribus fungens, postremam vitæ partem, in qua historiis scribendis operam dederit, Oxyrynchi habitavit. Quemnam Λέμβον Athenienses nominare consueverint, hisce verbis docet Anaxandrides comicus apud Athenæum VI, p. 243, E: Ἀκολουθεῖ κόλαξ τῷ Λέμβῳ ἐπικέκληται. At noster non a moribus id cognomen tulisse sed scripto quodam meruisse dicitur. Scilicet λόγον, Diogene teste, composuerat Λεμβευτικόν. Is quid sibi voluerit quum Hemsterhusius (in Steph. Thes. s. v.) enucleare non potuerit, ego haud quæro. Ceterum cum Heraclide τῷ Λέμβῳ contulerim Theodotum τὸν Ἡμιόλιον, Antiochi Magni

(\*) Ex reliquis Heraclidis ad nos pertinent:

1. *Heraclides Cumanus*, cujus fragm. vide p. 95.
2. *Heraclides Odessita*, quem commemorat Steph. Byz.: Ὀδεσσὸς, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ.. Ὁ πολίτης Ὀδεσσίτης καὶ Ὀδεσσεύς. Ἐχρημάτιζον δὲ Ἡρακλείδης ἱστοριογράφος καὶ Δημήτριος ὁ περὶ τῆς πατρίδος γράψας.
3. *Heraclides Magnesius*, Μιθριδατικὰ γεγραφὼς. Diog. L. V, 94. — Ceteros Heraclides recensent Jonsius p. 205 sq., Meursius in Gronov. Thes. tom. X, p. 607 sqq. et ad Chalcid. p. 10 sq.; Fabricius B. Gr. tom. X, p. 119 sqq. Roulez. De Heracl. Pontico p. 106 sqq.

De Serapione patre Heraclidis aliunde non constat, quantum sciam. Suppar ei ætate fuisse videtur *Serapio* Antiochenus, quem in libris Geographicis contextendis (II. IV. V.) adhibuit Plinius. Idem memoratur ap. Ciceron. Ad Att. II, 6 et II, 4, ubi: *Eratosthenes... a Serapione et Hipparcho reprehenditur*. Fragmentum in schedulis reperio unicum ex Cram. An. Parisin. I, p. 373, 25: Ὁ μὲν γοῦν Σεραπίων ὀκτωκαίδεκαπλασίονα εἶναι τῆς γῆς τὸν ἥλιον ἔφη. Ἐρατοσθένης δὲ ἑκατονταπλασίονα μὲν τὸν ἥλιον τῆς γῆς, τριακονταεννεαπλασίονα δὲ τὴν σελήνην. Alium Serapionem mathematicum et astrologum tempore Caracallæ florentem v. ap. Glycam p. 243, Clement. Alex. p. 131, 25 ed. Sylb. Reliquos Serapiones recenset Fabricius.

ducem, qui inter alia contra duces Ptolemæi Philopatoris de Cœlesyria pugnavit, et post prælium ad Raphiam legatus de pacis conditionibus ad Pt. Philopatorem missus est (Polyb. V, 42, 43, 59, 68, 79, 83, 87). Hunc Schweighæuserus in Indice ad Polyb. cognomen tulisse suspicatur a corporis proceritate, quasi statura viri cum dimidio. Ego nominatum malim a ἡμιολίοις, navigiis prædatoriis sive myoparonibus, sicuti Heraclides Lembus dictus est a λέμβοις navigiis. Qua vero occasione id nominis meruerint duces illi vel ministri, quorum uterque fortasse classis quondam præfectus erat, dicere non habeo. Memorant Heraclidem *Lembum* præter Suidam et Diogenem etiam Festus et Athenæus (v. fr. 1 sqq.), nec non Photius in Bibl. cod. 213, p. 171, 7 Bekk.: Τούτῳ (τῷ Ἀγαθαρχίδῃ) πατρὶς μὲν ἢ Κνίδος ἦν... Ὑπογραφέα δὲ καὶ ἀναγνώστην δ τοῦ λέμβου (δ Λέμβος em. Casaub.) Ἡρακλείδης, δ' ὧν αὐτῷ ἐξυπηρετεῖτο, παρέσχε γνωρίζεσθαι. Unde præterea colligimus summi loci virum magnæque auctoritatis Heraclidem fuisse. Idque Suidas confirmat verbis: δς τὰς πρὸς Ἀντίοχον ἔθετο συνθήκας. Nam ad Heraclidem hæc referenda, atque ad controversias spectare mihi videntur, quæ Ptolemæo Philometori cum Antiocho Epiphane intercesserunt.

Operis historici, quod Heraclides composuit amplissimum, fragmenta numero et ambitu tenuissima tantum non omnia uni debemus Athenæo. Exorsus narrationem auctor ab antiquissimis temporibus, et ad suam fere usque ætatem deduxisse videtur. Libro XXXVII, eorum qui laudantur postremo, inter alia sermo erat de Cassandri filio Alexarcho. Cur tantæ molis intermorta pæne memoria sit, causam indicaverit Dionysius Hal. (De comp. verb. c. 4, tom. V, p. 30 R.), qui Heraclidem sicuti Hieronymum et Hegesiam, inter eos recenset, qui concinnam verborum compositionem adeo neglexerint, ut operum ab iis scriptorum lectionem ad finem perducere haud facile quisquam sustinuerit. Nullus enim dubito, quin ad Nostrum neque ad alium quemvis Heraclidem verba Dionysii referenda esse recte statuerint Santo-Crucius (*Exam. d. hist. d'Alex.* p. 20) et Roulez. (De *Heraclid. Pont.* p. 50), merito hic reprehendens Koelerum, qui de Pontico Heraclide cogitaverat. Compendium historiarum Heraclidis (nostri, puto) concinnavit Hero Atheniensis (Suidas v. Ἡρώων)

Præterea Heraclides, Serapionis Sotionis f., opus (\*) Περὶ φιλοσόφων διαδοχῶν in compendium redegit. Minus testata res est ad eundem Heraclidem pertinere Ἐπιτομὴν τῶν Σατύρου βίων. Veri tamen simillimum est, nec tempora repugnant.

## ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

### 1.

Festus p. 269 ed. Müller. : *Lembos qui appellatur Heraclides existimat revertentibus ab Ilio Achivis quendam [quosdam Ursin.] tempestate dejectos in Italiae regiones secutos Tiberis decursum pervenisse, ubi nunc sit Roma, ibique propter tedium navigationis impulsas captivas auctoritate virginis cujusdam tempestivæ nomine Rhomes, incendisse classem, atque ab ea necessitate ibi manendi urbem conditam ab is, et potissimum ejus nomine eam appellatam, a cujus consilio eas sedes sibi firmavissent.*

« Eadem Servius in Virg. Æn. I, 273, Solin. c. 1. Dionys. Hal. autem (I, 72) et Plutarch. Qu. Rom.

(\*) Sotionis διαδόχων opus XXIII nimirum libris constituisse apparet ex Diog. L. I, 1. Præterea scripsit περὶ τῶν Τίμωνος σίλλων et Διοκλείους ἐλέγχους. Vide Voss. p. 233; Jonsius II, 10, 1; Clinton. III, p. 526. — Alius Sotion est philosophus, præceptor Senecæ. Hieronym. ad Ol. 198, 1; Senec. Ep. 108. Cf. Stobæus Floril. XIV, 10; XX, 53; LXXXIV, 6-8, 17, 18; CVIII, 59; CXIII, 15; S.-Maxim. II, p. 567. 353; Anton. Meliss. I, c. 52. Per ætatem eundem intelligere licet ap. Plutarch. Alex. 61, quo referente Sotion ex Potamone Lesbio (Tiberii æquali) audivit Alexandrum in India struxisse urbem. Noli tamen hinc colligere opus historicum de gestis Alexandri. Sumpta illa procul dubio ex opere in quo varia παράδοξα et Memorabilia acervaverat. Sat multa habemus fragmenta τῶν Σωτρίωνος Περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογουμένων. (Vide Westerm. Paradoxogr. p. 186 sqq.) Aliud ejusdem generis opus *multæ variæque historice refertum Sotion, e peripatetica disciplina haud sane ignobilis vir*, inscripserat Κέρως Ἀμαλθείας, ex quo de Demosthene et Laide historiunculam narrat Gellius N. A. I, 8. Alia vide ap. Theophylact. Qu. Phys. 22, Cramer. Anecd. Paris. I, p. 395, 3. Cf. Sotionem in Geoponicis sæpe laudatum (Fabric. B. Gr. VI, p. 509.) Jonsius II, 10, 1, p. 197.

## HISTORIÆ.

### 2.

Heraclides Lembus tradit, apud Lacedæmonios maxima in admiratione fuisse pulcerrimum virum et feminam pulcerrimam, quum pulcerrimas omnium mulieres Sparta ferret. Quare etiam de Archidamo rege narrant, quum, proposita ei uxore pulchra, alia vero deformi et divite, ad divitem ille declinasset, mulctam ei irrogatam esse ab ephoris, dicentibus, regulos illum, non reges, generare velle Spartanis.

### 3.

Heraclides Lembus primo et vicesimo libro Historiarum scribit : « In Pannonia et Dardania ranis pluebat cælum :

6, p. 314 H. simillimam huic narrationem ex Aristotele afferunt. Cf. Mulier. Virt. p. 265 Hut. » MÜLLER. — *tempestivæ*] « i. e. ὄραίας, quanquam miror hoc sic a Verrio transferri potuisse. » IDEM. — *ab is*] *ab his Ursin.*

### 2.

Athenæus XIII, p. 566, A : Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἱστορεῖ, ὅτι κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μᾶλλον ὁ κάλλιστος, καὶ γυνὴ ἡ καλλίστη, καλλίστας γεννώσης τῆς Σπάρτης τὰς γυναῖκας. Διὸ καὶ φασὶν Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως, γυναικὸς αὐτῷ καλῆς φαινομένης, ἑτέρας δὲ αἰσχροῦ καὶ πλουσίας, ὡς ἀπέκλινεν ἐπὶ τὴν πλουσίαν, ζημιῶσαι τοὺς ἐφόρους αὐτὸν, ἐπιλέγοντας, ὅτι βασιλίσκου ἀντὶ βασιλέων τοῖς Σπαρτιάταις γεννᾶν προαιρεῖται. Cf. Müller. Dor. II, p. 120. 282.

### 3.

## E LIBRO VICESIMO PRIMO.

Idem VIII, p. 333 A : Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Λέμβος ἐν τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ τῶν Ἱστοριῶν : « Περὶ τὴν Παιονίαν καὶ Δαρδανίαν βατράχους (φησὶν) ἕσεν ὁ θεὸς, καὶ τοσοῦτον αὐτῶν ἐγένετο τὸ πλῆθος, ὡς τὰς οἰκίας καὶ τὰς ὁδοὺς πλήρεις εἶναι. Τὰς μὲν οὖν πρώτας ἡμέρας κτείνοντες τούτους καὶ συγκλείοντες τὰς οἰκίας διεχαρτέρουσιν ὡς δ' οὐδὲν ἦνυσον, ἀλλὰ τὰ τε σκεύη ἐπληροῦτο, καὶ μετὰ τῶν ἐδεσμάτων εὐρίσκοντο συνεψόμενοι καὶ συνοπτόμενοι οἱ βιάτραχοι, καὶ πρὸς τούτοις οὔτε τοῖς ὕδασι ἦν χρῆσθαι, οὔτε τοὺς πόδας ἐπὶ τὴν γῆν θεῖναι, συσσεσωρευμένων αὐτῶν, ἐνοχλούμενοι δὲ καὶ ὑπὸ τῆς τῶν τετελευτηκότων ὁσμῆς, ἔφυγον τὴν χώραν. » Autariatas maxime hac ranarum peste afflictos esse refert Appianus Illyr. c. 4; pœnas has numen sumpsisse ait de Autariatis, ut qui Celtis in expeditione Delphica se adjunxissent.

### 4.

## E LIBRO TRICESIMO SEXTO.

Idem XIII, p. 578, A : Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν Δημῶ φησὶν ἐρωμένην γενέσθαι τοῦ Δημητρίου ἢ ἐπιμανῆναι καὶ

ac tanta earum exstitit multitudo, ut publicas vias privatasque domos implerent. Primis igitur diebus interficientes eas, et domos occludentes, durarunt incolæ : sed quum nihil proficerent, verum vasa omnia complerentur, et una cum cibus elixæ assæque ranæ reperirentur, adhæc quum nec aquis uti possent homines, nec pedes in terram ponere præ ranarum ubique coacervatarum copia, denique etiam mortuarum odore vexati, e patria profugerunt. »

### 4.

Heraclides Lembus sexto et tricesimo Historiarum libro ait, amasiam fuisse Demo Demetrii, cujus amore insanisse etiam patrem ipsius Antigonom, et Oxythemidem occidisse



τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἀντίγονον, καὶ ἀποκτεῖναι Ὀξύθεμιν ὡς καὶ πολλὰ συνεξαμαρτάνοντα τῷ Δημητρίῳ, καὶ ὅτι ἀπέκτεινε τὰς τῆς Δημοῦς θεραπαίνας στρεβλῶν, Cf. Ptolemæi Megalopolit. fr. 4.

5.

## E LIBRO TRICESIMO SEPTIMO.

Athenæus III, p. 98, D, postquam de Dionysio novorum verborum architecto locutus est, pergit : Τοιοῦτος ἦν καὶ Ἀλέξαρχος, ὁ Κασάνδρου τοῦ Μακεδονίας βασιλεύσαντος ἀδελφός, ὁ τὴν Οὐρανόπολιν καλουμένην κτίσας. Ἱστορεῖ δὲ περὶ αὐτοῦ Ἡρακλείδης ὁ Λέμβος ἐν τῇ τριακοστῇ ἐβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν, λέγων οὕτως· « Ἀλέξαρχος, ὁ τὴν Οὐρανόπολιν κτίσας, διὰ λέκτους ἰδίας εἰσήνεγκεν· ὀρθροθόαν μὲν τὸν ἀλεκτρυόνα καλῶν καὶ βροτοκέρτην τὸν κουρέα, καὶ τὴν δραχμὴν ἀργυρίδα, τὴν δὲ χοίνικα ἡμεροτροφίδα, καὶ τὸν κήρυκα ἀπύτην. Καὶ τοῖς Κασανδρέων δὲ ἀργουσι τοιαῦτά ποτ' ἐπέστειλεν· « Ἀλέξαρχος ὁ μάρμων πρόμοις γαθεῖν. Τοὺς ἡλιοκρεῖς οἰῶν, οἷδα λιποῦσα θεωτῶν (λιποουσαθεωτων Ep.) ἔργων κρατήτορας μορσίμῳ τύχῃ κεκυρωμένας θεοῦ πόγαις (θεουπογαις Ep.) χυτλώσαντες αὐτοὺς καὶ φύλακας ὀριγενεῖς. » Τί δὲ ἡ ἐπιστολὴ αὕτη δηλοῖ, νομίζω ἐγὼ μηδὲ τὸν Πύθιον διαγνῶναι. Epistolam vertere ausi sunt Villebrunius et Dalecampius; quorum hariolationes mittendas esse duxi. De Uranopoli in Atho monte ab Alexandro condita v. Droysen. *Hellenism.* II, p. 255, qui p. 740 ad nostrum Alexarchum refert locum Clementis Al. Protr. c. 4, p. 10 Sylb. : Τί με δεῖ καταλέγειν Ἀλέξαρχον; γραμματικὸς οὗτος τὴν ἐπιστήμην γεγωνῶς, ὡς ἱστορεῖ Ἀριστοῦς ὁ Σαλαμίνιος, αὐτὸν κατεσχημάτισεν εἰς Ἥλιον.

ut qui multa cum Demetrio peccasset et Demonis ancillas tormentis necasset.

5.

Talis etiam fuit Alexarchus, Cassandri Macedoniae regis frater, qui oppidum, cui Uranopolis nomen, condidit : de quo narrat Heraclides Lembus septimo et tricesimo Historiarum libro, sic scribens : « Alexarchus, qui Uranopolim condidit, peculiare loquendi formas invexit : gallum gallinaceum vocans *diluculi-proclamatores*; tonsorem, (quem Græci κουρέα dicunt,) *hominum-tonsores* [nempe, non *pecudum*]; drachmam, *argyridem* [quod alias *argenteam phialam* denotat]; semimodium, *in diem-nutritum*; præconem, *vociferatorem*. Idem aliquando Cassandrensiū magistratibus epistolam scripsit hujusmodi : Ἀλέξαρχος ὁ μάρμων κτλ. » Cujus epistolæ quisnam sensus sit, ne Pythium quidem dignoscere equidem arbitror.

## SATYRI VITARUM EPITOME.

6.

Heraclides in Epitome vitarum Satyri Pythagoram tradit, postquam in Delo Pherecydi justa persolverat, rediisse in Italiam et \*\* quum reperisset... Cylonis Crotoniatae Meta-

## ΤΩΝ ΣΑΤΥΡΟΥ ΒΙΩΝ ΕΠΙΤΟΜΗ.

6.

Diogen. VIII, 40, de Pythagora : Ἡρακλείδης δὲ φησιν ἐν τῇ τῶν Σατύρου βίων ἐπιτομῇ μετὰ τὸ θάψαι Φερεκύδην ἐν Δήλῳ ἐπανελθεῖν εἰς Ἰταλίαν, καὶ \*\* πανδαισίαν εὐρόντα Κύλωνος τοῦ Κροτωνιάτου εἰς Μεταπόντιον ἐξελεῖν, κάκει τὸν βίον καταστρέψαι ἀσιτία, μὴ βουλόμενον περαιτέρω ζῆν.

Idem VIII, 44 : Ὁ δ' οὖν Πυθαγόρας, ὡς μὲν Ἡρακλείδης φησιν ὁ τοῦ Σαραπίωνος, ὀγδοσποντούτης ἐτελεύτα, κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπογραφὴν τῶν ἡλικιῶν· ὡς δ' οἱ πλείους, ἔτη βιοῦς ἐνεθήκοντα.

Idem VIII, 53 : Σάτυρος δ' ἐν τοῖς Βίοις φησιν ὅτι Ἐμπεδοκλῆς υἱὸς μὲν ἦν Ἐξαίνετου, κατέλιπε δὲ καὶ αὐτὸς υἱὸν Ἐξαίνετον· ἐπὶ τε τῆς αὐτῆς Ὀλυμπιάδος τὸν μὲν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι, τὸν δ' υἱὸν αὐτοῦ πάλῃ ἢ, ὡς Ἡρακλείδης ἐν τῇ Ἐπιτομῇ, δρόμῳ.

Ibid. : Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν, ἔτι δ' Ἡρακλείδης ἐξήκοντα ἐτῶν φησὶ τετελευτηκέναι.

Idem VIII, 58, de Empedocle : Ἡρακλείδης δὲ ὁ Σαραπίωνος ἐτέρου φησὶ εἶναι τὰς τραγωδίας.

7.

Idem IX, 26, de Zenone Eleata : Καθελεῖν δὲ θελήσας Νέαργον τὸν τύραννον (οἱ δὲ, Διομέδοντα) συνελήφθη, καθά φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σατύρου Ἐπιτομῇ.

## ΤΩΝ ΣΩΤΙΩΝΟΣ ΔΙΑΔΟΧΩΝ ΕΠΙΤΟΜΗ

ἐν βιβλίοις ἕξ.

9.

Idem VIII, 7 : Γέγραπται δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ συγ-

pontum se recepisse, ibique vitæ peritum inedia obiisse.

Pythagoras secundum Heraclidem Serapionis filium octogesimo ætatis anno mortuus est, secundum propriam ætatum descriptionem; secundum plurimos autem nonagesimo.

Satyrus in Vitis Empedoclem ait filium fuisse Exæneti, reliquisse autem et illum filium Exænetum, eademque Olympiade ipsum quidem equestri certamine vicisse, filium vero illius lucta sive, ut ait Heraclides in Epitome, cursu.

Heraclides, Serapionis f., tragœdias (quæ Empedocli adscribuntur) alius esse dicit.

7.

Zeno Eleates quum Nearchum tyrannum seu, ut alii volunt, Diomedontem, imperio exuere voluisset, comprehensus est, ut in Satyri Epitome ait Heraclides.

## SOTIONIS DE DIADOCHIS OPERIS EPITOME.

8.

Scripsit Pythagoras tria volumina, De instructione, De civitate, De natura; quod autem nomine Pythagoræ legitur, Lysidis Tarentini Pythagorici est : qui quum

γράμματα τρία, παιδευτικόν, πολιτικόν, φυσικόν· τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πυθαγόρου Λύσιδος ἐστὶ τοῦ Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ, φυγόντος εἰς Θήβας καὶ Ἐπαμεινώνδα καθηγησαμένου. Φησὶ δ' Ἡρακλείδης ὁ τοῦ Σαραπίωνος ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ γεγραμέναι αὐτὸν καὶ περὶ τοῦ ὄλου ἐν ἔπεσι· δεύτερον τὸν ἱερὸν λόγον, οὗ ἡ ἀρχή,

ὦ νέοι, ἀλλὰ σέβασθε μεθ' ἡσυχίης τάδε πάντα·

τρίτον περὶ ψυχῆς, τέταρτον περὶ εὐσεβείας, πέμπτον Ἠλοθαλῆ τὸν Ἐπιχάρμου τοῦ Κίου πατέρα, ἕκτον Κρότωνα καὶ ἄλλους· τὸν δὲ μυστικὸν λόγον Ἰππάσου φασὶν εἶναι, γεγραμμένον ἐπὶ διαβολῇ Πυθαγόρου· πολλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ Ἀστωνος τοῦ Κροτωνιάτου γραφέντας ἀνατεθῆναι Πυθαγόρα.

## 9.

Idem X, 1, de Epicuro : Τοῦτόν φασιν ἄλλοι τε καὶ Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ, κληρουχισάντων Ἀθηναίων τὴν Σάμον, ἐκεῖ τραφῆναι, ὀκτωκαιδεκέτη δ' ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας, Ξενοκράτους μὲν ἐν Ἀκαδημίᾳ, Ἀριστοτέλους δ' ἐν Χαλκίδι διατρέβοντος. Τελευτήσαντος δ' Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνα καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐκπεσόντων ὑπὸ Περδίκκου, μετελθεῖν εἰς Κολοφῶνα πρὸς τὸν πατέρα· χρόνον δὲ τινα διατρέψαντ' αὐτόθι καὶ μαθητὰς ἀθροίσαντα πάλιν ἐπανελθεῖν εἰς Ἀθήνας ἐπ' Ἀναξικράτους, καὶ μέχρι μὲν τινος κατ' ἐπιμιξίαν τοῖς ἄλλοις φιλοσοφεῖν, ἔπειτ' ἰδίᾳ πῶς τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν ἀίρεσιν συστήσασθαι.

## 10.

Idem V, 79, de Demetrio Phalereo : Ἡρακλείδης δ' ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν Σωτίωνος διαδοχῶν, τῷ

Thebas per fugisset, Epaminondæ præceptor fuit. Refert Heraclides Sarapionis filius in Sotionis epitome scripsisse illum versibus et de toto; secundum item sacrum sermonem, ejus hoc initium,

O juvenes, cuncta hæc animo colitote quieto;

tertium de anima; quartum de pietate; quintum Helothalem, Epicharmi Coi patrem; sextum Crotonem et alios. Porro mysticum sermonem aiunt Hippasi fuisse, conscriptum ad diffamandum Pythagoram; plura item ab Astone Crotoniate scripta Pythagoræ inscripta esse.

## 9.

Hunc (Epicurum) tum alii dicunt, tum imprimis Heraclides in Sotionis epitome, quum Athenienses Samum colonos misissent, illic nutritum esse, atque octavum et decimum agentem ætatis annum Athenas concessisse, quo tempore Xenocrates in Academia, Aristoteles vero Chalchide scholam habebant. Defuncto autem Alexandro Macedonum rege, quum Athenienses a Perdicca subacti essent, Colophonem se ad patrem contulisse: ubi quum aliquamdiu commoratus esset congregassetque discipulos, Athenas iterum rediisse archonte Anaxicrate, ibique ad aliquod tempus cum ceteris in commune philosophatum esse, deinde seorsum sectam a se vocatam constituisse.

Φιλαδέλφῳ τὴν βασιλείαν θέλειν ἐκχωρῆσαι τὸν Πτολεμαῖον· τὸν δ' (Demetrium) ἀποτρέπειν, φάσκοντα « Ἄν ἄλλῳ δῶς, σὺ οὐχ ἔξεις. »

Sequuntur fragmenta, ubi libri diserta mentio non injicitur.

## 11.

Idem I, 25, de Thalete : Κλύτος δὲ φησιν, ὡς Ἡρακλείδης ἱστορεῖ, μονήρῃ αὐτὸν γεγονέναι καὶ ἰδιαστήν.

## 12.

Idem I, 98 : Σωτίων δὲ καὶ Ἡρακλείδης καὶ Πامφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Ὑπομνημάτων, δύο φασὶ Περιάνδρους γεγονέναι, τὸν μὲν τύραννον, τὸν δὲ σοφὸν καὶ Ἀμβρακιώτην.

## 13.

Idem II, 43, postquam de Socratis condemnatione locutus est, addit : Οὐ μόνον δ' ἐπὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὄσων. Καὶ γὰρ Ὀμηρον, καθά φησιν Ἡρακλείδης, πεντήκοντα δραχμαῖς ὡς μαινόμενον ἐτίμησαν, καὶ Τυρταῖον παρακόπτειν ἔλεγον, καὶ Ἀστυδάμαντα πρότερον τῶν περὶ Αἰσχύλον ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ.

## 14.

Idem II, 113 : Στίλπων Μεγαρεὺς τῆς Ἑλλάδος διήκουσε μὲν τῶν ἀπ' Εὐκλείδου τινῶν· οἱ δὲ καὶ αὐτοῦ Εὐκλείδου ἀκοῦσαί φασιν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ Θρασυμάχου τοῦ Κορινθίου, ὃς ἦν Ἰχθύα γνώριμος, καθά φησιν Ἡρακλείδης.

Idem II, 120 : Τούτου (τοῦ Στίλπωνος) καὶ Ἡρα-

## 10.

Heraclides in Epitome Successionum Sotionis Ptolemæum ait Philadelpho concedere voluisse regnum, Demetrium vero prohibuisse dicendo, Si alteri dederis, ipse non habebis.

## 11.

Clytus asserit, ut tradit Heraclides, Thaletem solitariū fuisse ac privatam vitam adamasse.

## 12.

Sotion et Heraclides et Pamphila in quinto Commentariorum duos aiunt fuisse Periandros, tyrannum alterum, alterum vero sapientem, eumque Ambracioten.

## 13.

Idem Atheniensibus non modo in Socrate, verum et in aliis viris illustribus permultis accidit. Namque, ut ait Heraclides, Homerum veluti insanientem drachmis quinquaginta mulctarunt, Tyrtæum delirare dixerunt, Astydamantem prius quam Æschylum honorarunt imagine ærea.

## 14.

Stilpo Megarensis, ejus oppidi quod in Græcia est, audivit quosdam ex Euclidis familia: alii et ipsius Euclidis fuisse auditorem tradunt; Thrasymachi etiam Corinthii illius, qui Ichthyæ familiaris erat, ut ait Heraclides.

κλειδης φησὶ τὸν Ζήνωνα ἀκοῦσαι τὸν τῆς στοᾶς κτίστην.

15.

Diog. II, 138, de Menedemo : Ἦσαν δὲ τρεῖς (θυγατέρες), καθά φησιν Ἡρακλείδης, ἐξ Ὀρωπίας αὐτῷ γυναικὸς γεγεννημέναι.

Idem II, 143, de eodem : Φησὶ δ' Ἡρακλείδης αὐτὸν πᾶν τούναντιον, πρόβουλον γενόμενον τῶν Ἐρετριέων πολλάκις ἐλευθερῶσαι τὴν πόλιν ἀπὸ τῶν τυράννων ἐπαγόμενον Δημήτριον· οὐκ ἂν δὲ οὖν προδοῦναι αὐτὸν Ἀντιγόνῳ τὴν πόλιν, ἀλλὰ διαβολὴν ἀναλαβεῖν ψευδῆ· φοιτᾶν τε πρὸς τὸν Ἀντίγονον καὶ βούλεσθαι ἐλευθερῶσαι τὴν πατρίδα· τοῦ δὲ μὴ εἶκοντος ὑπ' ἀθυμίας ἀσιτήσαντα ἑπτὰ ἡμέρας τὸν βίον μεταλλάξαι. Τὰ

ὅμοια τούτῳ καὶ Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἱστορεῖ. In antecedentibus Diogenes Hermippi narrationem attulerat.

16.

Idem III, 26, de Platone : Φησὶ δ' Ἡρακλείδης ὅτι νέος ὢν οὕτως ἦν αἰδήμων καὶ κόσμιος, ὥστε μηδέποτε ὀφθῆναι γελῶν ὑπεράγαν.

17.

Eutocius in Archimedes De circuli, dimens. p. 49 ed. Basil. : Ἄλλ' ἔστι μὲν τοῦτο τὸ βιβλίον (sc. περὶ τῆς τοῦ κύκλου μετρήσεως), ὡς φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῷ Ἀρχιμήδους βίῳ, πρὸς τὰς τοῦ βίου χρείας ἀναγκαῖον.

Stilponis auditorem fuisse etiam Zenonem Stoicorum principem Heraclides refert.

15.

Menedemus ex Oropia uxore tres habuit filias, teste Heraraclide.

Refert Heraclides bis omnino contraria : nam Menedemum senatus principem Eretriam sæpe arcessito Demetrio liberasse ab iis, qui tyrannidem affectarent : non igitur Antigono prodidisse civitatem, sed falsam subiisse calumniam, profectumque ad Antigonum, quum, ut patriam e servitute

eriperet, illum inducere non posset, ex animi dolore septem dies totos cibo abstinuisse atque vita excessisse.

16.

Tradit Heraclides juvenem Platonem adeo fuisse verendum atque compositum, ut nemo unquam viderit effuse ridentem.

17.

Archimedis de circuli mensuratione liber ad vitæ usus perutilis est, uti Heraclides in Vita Archimedis ait.

# POSIDONIUS. STRATO. POSTUMIUS.

## ZENO ET ANTISTHENES RHODII.

Posidonium quendam Persei Macedonis temporibus vixisse ejusque historiam pluribus libris ita exposuisse, ut famæ regis quam narrationis veritati magis inserviisse videatur, ex solo novimus Plutarcho (fr. 1). Si unus est ex variis Posidoniis, quorum aliunde notitia ad nos pervenit, cum Bakio (De Posidon. Rhod. p. 254) intellexerim Posidonium Olbiopolitam, de quo ita Suidas :

Ποσειδώνιος Ὀλβιοπολίτης, σοφιστὴς καὶ ἱστορικός. [Περὶ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῶν κατ' αὐτόν.] Περὶ τῆς Ὀλυμπίας καλουμένης χώρας Ἀττικᾶς ἱστορίας ἐν βιβλίοις δ'. Λιβυκὰ ἐν βιβλίοις ια' καὶ ἄλλα τινά.

Olbiopolita est civis Olbiæ, urbis Ponticæ. Pro Ὀλυμπίας Bernhardus vel Ὀλυμπίας vel Ὀλυμπιακῆς scribi vult. Cum vulgata cf. Ταυρικὸν στόμα, ap. Scylac. Peripl. p. 104. Si quid mutandum, malim Ὀλυμπιακῆς (gentile est : Ὀλυμπίας. V. Steph. B. s. v.). Scilicet opus erat de regionibus quæ a Tyra (*Dniestr*) fluvio et urbe nomen habent, vel quæ habitantur a Tyrigetis (*Tyrasgetis*, Eichwald. in Annal. Dorpat. III, 1, p. 6). Liber de Oceano pertinet ad Posidonium Rhodium. E reliquis Olbiopolitæ scriptis quæ Suidas l. l. recenset, nihil tulit ætatem. Præterea Suidas s. v. Ποσειδώνιος Ἀλεξανδρεὺς, commemorat Historiarum opus libris LII constans et Μελέτας ῥητορικάς et Ὑποθέσεις εἰς Δημοσθένη, quæ ab aliis Posidonio Alexandrino philosopho, ab aliis probabilius Olbiopolitæ Nostro vindicarentur. In his quoque aliena miscet. Nam magnum istud Historiarum opus procul dubio est Rhodii philosophi. Rhetorica quæ deinceps ponuntur, quominus Olbiopolitæ sint, nihil adeo obstat.

### DE REBUS PERSEI.

#### 1.

Rex Macedonum, ut Polybius refert, commisso proelio metum non ferens in urbem equo avectus est, sacram se Herculi rem facere simulans, qui tamen deus trepida a trepido non accepit sacra, neque voti illiciti damnat; atqui fas non est, vel eum qui non jaculetur, scopum tangere, vel eum qui fugiat, victoria potiri, et omnino neque bene agere qui nihil agit, neque malus homo felix esse potest. Æmili vero votum deus probabat; is enim hastam tenens robur in bello et victoriam flagitabat, pugnantemque dei auxilium posebat. Verum Posidonius quidam, qui se eo

### ΠΕΡΙ ΠΕΡΣΕΩΣ.

#### 1.

Plutarchus Paul. Æmil. c. 19, 3 (de pugna loquens, qua Persei exercitum Paullus devicit) : Ὁ δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, ὡς φησι Πολύβιος, τῆς μάχης ἀρχὴν λαμβανούσης ἀποδειλιάσας εἰς πόλιν ἀφιππάσατο σκηψάμενος Ἡρακλεῖ θύειν, δειλὰ παρὰ δειλῶν ἱερὰ μὴ δεχομένῳ μὴδ' εὐχὰς ἀθεμίτους ἐπιτελοῦντι. Θεμίτων γὰρ οὐκ ἔστιν οὔτε τὸν μὴ βάλλοντα κατευστοχεῖν οὔτε τὸν μὴ μένοντα κρατεῖν οὔθ' ὄλιως τὸν ἀπρακτὸν εὐπραγεῖν οὔτε τὸν κακὸν εὐδαιμονεῖν. Ἀλλὰ ταῖς Αἰμιλίου παρῆν εὐχαῖς ὁ θεὸς· εὐχετε γὰρ κράτος πολέμου καὶ νίκην δόρυ κρατῶν καὶ μαχόμενος παρεχάλει σύμμαχον τὸν θεόν. Οὐ μὴν ἀλλὰ Ποσειδώνιος τις ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις καὶ ταῖς πράξεσι γεγονέναι λέγων, ἱστορίαν δὲ γεγραφὼς περὶ Περσέως ἐν πλείοσι βιβλίοις, φησὶν αὐτὸν οὐχ ὑπὸ δειλίας οὐδὲ τὴν θυσίαν ποιησάμενον αἰτίαν ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τῇ προτέρᾳ τῆς μάχης τυχεῖν λελακτισμένον ὑφ' ἵππου τὸ σκέλος· ἐν δὲ τῇ μάχῃ, καίπερ ἔχοντα δυσχρήστως καὶ κωλυόμενον ὑπὸ τῶν φίλων, ἵππον αὐτῷ κελεύσαι τῶν φορέων προσαγαγεῖν καὶ περιβάντα συμμῖξαι τοῖς ἐπὶ τῆς φάλαγγος ἀθωράκιστον· φερομένων δὲ παντοδαπῶν ἐκατέρωθεν βελῶν, παλτὸν ἐμπεσεῖν ὀλοσίδηρον αὐτῷ καὶ τῇ μὲν ἀκμῇ μὴ θιγεῖν, ἀλλὰ πλάγιον παρὰ τὴν ἀριστερὰν πλευρὰν παραδραμεῖν, βύμη δὲ τῆς παρόδου τὸν τε χιτῶνα διακόψαι καὶ τὴν σάρκα φοινίξαι τυφλῷ μῶλωπι πολὺν χρόνον διαφυλάξαντι τὸν τύπον. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ποσειδώνιος ὑπὲρ τοῦ Περσέως ἀπολογεῖται.

tempore vixisse rebusque his intersuisse scribit atque historiam Persei pluribus libris composuit, Perseum non timoris causa neque sacrificii prætextu discessisse, sed quod pridie equus ei calce crus feriisset, auctor est, in pugna quoque eum, quanquam esset male affecto corpore et amici dehortarentur, jussisse equum sibi, quo extra bellum vehi consuevisset, adduci, eoque consensu nudum thorace ad phalangem equitasse : ibi volitantibus utrinque omnis generis telis, jaculum ei ferreum adactum, quod mucrone quidem eum non attigerit, sed obliquum juxta latus ejus sinistrum transvolaverit, impetu tamen motus tunicam disciderit, carnemque ita perstrinxerit, ut obscuram sugillationis notam reliquerit, quæ ielut multo tempore testata sit. Hoc modo Perseum Posidonius excusat.

2.

Idem ibid. c. 20 : Romani phalangem Macedonicam aggressi primo impetu nihil profecerunt, magnoque damno affecti sunt. Καὶ φυγὴ μὲν οὐκ ἦν, ἀναχώρησις δὲ πρὸς ὄρος τὸ καλούμενον Ὀλόκρον, ὅστε καὶ τὸν Αἰμίλιον ἰδόντα φησὶν ὁ Ποσειδώνιος καταρρήξασθαι τὸν χιτῶνα, τούτων μὲν ἐνδιδόντων, τῶν δ' ἄλλων Ῥωμαίων διατρεπομένων τὴν φάλαγγα προσβολὴν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ὥσπερ χαρακώματι τῷ πυκνώματι τῶν σαρισσῶν ὑπαντιάζουσιν πάντοθεν ἀπρόσμαχον.

3.

Idem ibid. c. 21 : In pugna modo memorata λέγονται ὑπὲρ δισμυρίους πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν. Τῶν δὲ Ῥωμαίων ἔπεσον, ὡς μὲν Ποσειδώνιος φησὶν, ἑκατὸν, ὡς δὲ Νασικᾶς, ὀγδοήκοντα.

## STRATO.

Diogenes Laert. V, 61 : Γεγόνασι δὲ Στράτωνες ὀκτώ... Τέταρτος, ἱστορικός, Φιλίππου καὶ Περσέως τῶν Ῥωμαίους πολεμησάντων γεγραφὸς πράξεις. Nihil superstes.

## A. POSTUMIUS ALBINUS.

KRAUSE (*Vitt. et fragm. hist. lat.* p. 127) : « A. Postumius Albinus vivo Catone Censorio sed minor floruit, fuitque homo literatus et disertus, censor cum Q. Fulvio Q. F. Flacco a. U. c. 580 (Liv. XLI, 27. XLII, 10. XLIII, 16), consul denique cum L. Licinio Lucullo anno 603, quod Cicero in Brut. c. 21 init., Gellius in N. A. XI, 8, et Macrobius in Saturnalium præfatione iisdem præne verbis referunt. Idem cum Plutarcho in Catone (c. 12) auctores sunt, Græce eum historiam scripsisse, de qua tamen nihil præterea constat. Polybius laudat ejus ποίημα et πραγματικὴν ἱστορίαν ita scribens lib. XL, 6 (coll. Plut. l. l.) : Αὔλος Ποστούμιος ἄξιος γέγονεν ἐπισημασίας ἀπ' ἐντεῦθεν. Οἰκίας μὲν γὰρ ἦν καὶ γένους πρώτου, κατὰ δὲ τὴν ἰδίαν φύσιν στωμύλος καὶ λάλος καὶ πέρπερος διαφερόντως. Ἐπιθυμήσας δὲ εὐθέως ἐκ παίδων τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς καὶ διαλέκτου, πολλὸς μὲν ἦν ἐν τούτοις καὶ κατακορῆς ὥστε δι' ἐκεῖνον καὶ τὴν αἴρε-

2.

Fugam quidem nondum dabant, pedem modo ad Olorum montem referebant : adeo ut id cernens Æmilius præ dolore tunicam suam disciderit (si Posidonio credimus), quum, cedentibus prioribus ordinibus, reliqui Romani phalangem inaccessam videntes densisque sarissis

necessariis ejus partibus est elaborandum. Atque hæc ut nunc dicerem, eo sum adductus, quod, perinde ut in ceteris quibusque artibus ac studiis, sic etiam in historia, veram rationem, atque id quod ad usum pertinet, plerumque negligi videam; quod vero ad ostentationem et ad pompam compositum est, laudari ac probari tamquam magnum aliquid atque mirabile; quum tamen id ipsum in historia perinde ac in reliquis scribendi generibus, et elaboratu facilius sit, et ad placendum multo minoribus indigeat adjumentis. Ceterum de illa locorum agri Laconici ignoratione, eo quod

et Publio duce Romano, quæ contigisse ait post pugnam, qua Romani prope Thermopylas Antiochum vicerunt. Vossius quidem (p. 393) ex Rhodio ea desumpta esse suspicatur; verum quamvis tempora rei narratæ atque scriptoris faveant huic sententiæ, nihilominus vereor ne alius quidam sequioris ævi scriptor intelligendus sit. Fieri enim vix potuit ut Antisthenes Rhodius rem sua ætate in regione omnibus notissima gestam ineptissimis fabellis deformare conatus sit. — Diogenes vero Laertius sæpissime laudat Antisthenis τῶν φιλοσόφων διαδοχάς (\*). Quas eidem Vossius vindica

(\*) Diog. L. I, 40: Τὸ Γνωθὶ σεαυτόν.. Ἀντισθένης ἐν ταῖς Διαδοχαῖς Φημονόης εἶναι φησιν, ἐξιδιοποιήσασθαι δὲ αὐτὸ Χείλωνα.

Idem II, 29: Ἀντισθένης δ' ἐν ταῖς τῶν Φιλοσόφων διαδοχαῖς καὶ Πλάτων ἐν Ἀπολογία, τρεῖς αὐτοῦ (Σωκράτους) κατηγορησά φησιν, Ἄνυτον καὶ Λύκωνα καὶ Μέλητον· τὸν μὲν Ἄνυτον περὶ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πολιτικῶν ὀργιζόμενον· τὸν δὲ Λύκωνα ὑπὲρ τῶν ῥητόρων, καὶ τὸν Μέλητον ὑπὲρ τῶν ποιητῶν· οὓς ἅπαντας ὁ Σωκράτης διέσυρε.

Idem II, 98: Ἰκουσε δὲ καὶ Ἀντικέριδος ὁ Θεόδωρος (atheus) καὶ Διονυσίου τοῦ διαλεκτικοῦ, καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν Φιλοσόφων διαδοχαῖς.

Idem VI, 77, de morte Diogenis: Οἱ μέντοι γνώριμοι αὐτοῦ (καθὰ φησιν Ἀντισθένης ἐν Διαδοχαῖς) εἴκαζον τὴν τοῦ πνεύματος ἐγκράτησιν. Ἐτύγχανε μὲν γὰρ διάγων ἐν τῷ Κρανείῳ τῷ πρὸ τῆς Κορίνθου γυμνασίῳ. Κατὰ δὲ τὸ ἔθος ἦγον αἱ γνώριμοι, καὶ αὐτὸν καταλαμβάνουσιν ἐγκεκαλυμμένον, οὐδ' εἴκασαν αὐτὸν κοιμώμενον. Οὐδὲ γὰρ ἦν τις νυκταλὸς καὶ ὑπνηλός. Ὅθεν ἀποπετάσαντες τὸν τρίβωνα, ἐκπνουν αὐτὸν καταλαμβάνουσι. Καὶ ὑπέλαβον τοῦτο πράξει βουλόμενον λοιπὸν ὑπεξελθεῖν τοῦ βίου.

Idem VI, 87, de Cratete Thebano: Τοῦτόν φησιν Ἀντισθένης ἐν Διαδοχαῖς θεασάμενον ἐν τινι τραγωδίᾳ Τήλεφον σπυρίδιον ἔχοντα καὶ τὰλλα λυπρὸν, αἶξαι ἐπὶ τὴν Κυνικὴν φιλοσοφίαν. Ἐξαργυρισάμενόν τε τὴν οὐσίαν (καὶ γὰρ ἦν τῶν ἐπιφανῶν) ἀθροίσαντα πρὸς τὰ ἑκατὸν καὶ διακόσια τάλαντα, τοῖς πολίταις ἀνεῖναι ταῦτα· αὐτὸν δὲ καρτερῶς οὕτω φιλοσοφεῖν, ὥστε καὶ Φιλήμονα τὸν κωμικὸν αὐτοῦ μεμνησθαι.

Idem VII, 168: Κλεάνθης Φανίου, Ἄσσιος. Οὗτος πρῶτον ἦν πύκτης, ὡς φησιν Ἀντισθένης ἐν Διαδοχαῖς.

Idem IX, 6, de Heraclito Ephesio: Σημεῖον δ' αὐτοῦ τῆς μεγαλοφροσύνης Ἀντισθένης φησὶν ἐν Διαδοχαῖς· ἐκχωρῆσαι γὰρ τὰ δέλεφά τῆς βασιλείας.

Idem IX, 27, de Zenone Eleata: Ἀντισθένης δὲ ἐν ταῖς Διαδοχαῖς φησὶ μετὰ τὸ μνηῦσαι τοὺς φίλους ἐρωτηθῆναι πρὸς τοῦ τυράννου (sc. Νεάρχου), εἴ τις ἄλλος εἶη· τὸν δὲ εἰπεῖν, Σὺ δὲ τῆς πόλεως ἀλιτήριος. Πρὸς δὲ τοὺς παρεστῶτας φάναι, Θαυμάζω ὑμῶν τὴν δειλίαν, εἰ τούτων ἕνεκεν ὧν νῦν ἐγὼ ὑπομένω, δουλεύετε τῷ τυράννῳ, καὶ τέλος ἀποτρα-

gravis esse is error videretur, ad ipsum Zenonem literas scribere non dubitavi; hominis ingenui esse arbitratus, non ex alienis erratis gloriam captare, quod nonnulli solent, sed quum nostris, tum etiam alienis commentariis, utilitatis publicæ gratia, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere. Ille autem, accepta epistola, quum exemplaria emendari non posse cerneret, quia jam in vulgus edita essent, doluit quidem quam maxime; sed facere nihil potuit: ceterum consilium nostrum benevole probavit.

Rhodio. Verum num Diogenes hunc Antisthenem designasset verbis 'Ρόδιός τις ἱστορικός, si is ipse fuisset, cujus opus manibus terebat? Non ego crediderim. Probabilius est libros de philosophorum successionibus ad peripateticum quem Phlegon excitat, esse referendos. — Deinde apud Plinium (H. N. XXXVI, 12) auctores, qui de pyramidibus scripserint, recensentur hi: *Herodotus, Eue-merus, Duris Samius, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus, Alexander Polyhistor, Butorides, Antisthenes, Demetrius, Demoteles, Apion*. In qua nominum serie, quum Herodotus, Eue-merus, Duris, Artemidorus, Alexander, Apion, ordine se excipiant chronologico, idem si de reliquis statuere volueris, sequeretur Antisthenem illum vel posteriorem Alexandro vel æqualem ejus fuisse, ideoque a Rhodio nostro, contra quam Vossius censet, esse distinguendum. — Plutarchus denique (De fluv. XXII, 3) de lapide quodam in Acheloo fluvio passim obvivo excitat Antisthenem ἐν γ' Μελεαγρίδος. « Hunc, Vossius ait, si quis Ephesium putet, non quidem repugno, sed quid pro ea sententia certi afferri possit, plane non video. » — Neque magis constat de Antisthene scholii Apoll. Rh. II, 569, ubi: βομβύλη, εἶδος μελίσσης, καὶ ποτηρίου δὲ εἶδος, ὡς Ἀντισθένης. Quæ quidem grammaticum sapiunt. Errorem Menagii ad Diog. L. I. I., Antisthenem, qui Diodoro XIII, 84 memoratur, cum Rhodio

γοντα τὴν γλῶτταν προσπτύσαι αὐτῷ. Τοὺς δὲ πολίτας παρορμηθέντας αὐτίκα τὸν τύραννον καταλεῦσαι.

Idem IX, 35, de Democrito: Φησὶ δὲ Δημήτριος ἐν Ὀμω-νύμοις καὶ Ἀντισθένης ἐν Διαδοχαῖς ἀποδημῆσαι αὐτὸν καὶ εἰς Αἴγυπτον πρὸς τοὺς ἱερέας γεωμετρίῳ μαθησόμενον, καὶ πρὸς Χαλδαίους εἰς τὴν Περσίδα, καὶ εἰς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν γενέσθαι.

Idem IX, 38, de Democrito: Ἦσκει δὲ (φησὶν ὁ Ἀντισθένης) καὶ ποικίλως δοκιμάζειν τὰς φαντασίας, ἐρημάζων ἐνίοτε καὶ τοῖς τάφοις ἐνδιατρίβων. Ἐλθόντα δὲ φησὶν αὐτὸν ἐκ τῆς ἀποδημίας, ταπεινότητα διάγειν, ἅτε πᾶσαν τὴν οὐσίαν καταναλωκότα τρέφεσθαι τε διὰ τὴν ἀπορίαν ὑπὸ τὰδελφοῦ Δαμάσου. Ὡς δὲ προειπῶν τινα τῶν μελλόντων εὐδοκίμησε, λοιπὸν ἐνθέου δόξης παρὰ τοῖς πλείστοις ἤξιώθη. Νόμου δὲ ὄντος τὸν ἀναλώσαντα τὴν πατρίαν οὐσίαν μὴ ἀξιόσθαι ταφῆς ἐν τῇ πατρίδι, φησὶν ὁ Ἀντισθένης, συνέντα, μὴ ὑπεύθυνος γενηθεῖν πρὸς τινῶν φθονούτων καὶ συκοφαντούντων, ἀναγνῶναι αὐτοῖς τὸν μέγαν Διάκοσμον, ὃς ἀπάντων τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων προέχει· καὶ πεντακοσίοις ταλάντοις τιμηθῆναι· μὴ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ χαλκαῖς εἰκόσι. Καὶ τελευτήσαντά αὐτὸν, δημοσίᾳ ταφῆναι, βιώσαντα ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη.

historico confundentis, tetigisse sufficit. Antisthenes Aristophanis (Eccles. 387) ad nos nihil pertinet.

## SCYLAX CARYANDENSIS.

Suidas: Σκύλαξ Καρυανδεύς (πόλις ἔστι τῆς Καρίας πλησίον Ἀλικαρνασσοῦ τὰ Καρύανδα), μαθηματικός καὶ μουσικός. Περίπλουν τῶν ἐκτὸς (τῶν ἐντὸς leg. videtur; τῶν ἐκτὸς καὶ ἐντὸς voluit Voss.) τῶν Ἑρακλέους στηλῶν, τὰ κατὰ τὸν Ἑρακλείδην τὸν Μυλασῶν βασιλέα· Γῆς περίοδον· Ἀντιγραφὴν πρὸς τὴν Πολυβίου ἱστορίαν.

De scriptis historicis aliunde non constat. De geographicis non est cur h. l. dicamus. Ceterum offendit Periplus et Periodi mentionem interposito opere historico male divelli. Arguit hoc titulos e compluribus auctoribus corrasos esse. Qua in re sæpius Suidæ accidit ut diversas unius ejusdemque operis inscriptiones tamquam operum diversorum titulos innotat. Fortasse igitur nostro quoque loco Periplus non distinguendus a Periodo. Similiter τὰ κατὰ τὸν Ἑρακλείδην κτλ. argumentum indicare possint τῆς ἀντιγραφῆς. Quamquam in nostris Polybianis Heraclidæ hujus nulla fit mentio. Pertinere regulus videtur ad illa tempora, quibus senatus Caribus et Lyciis, quos post confectum bellum Antiochicum Rhodiis attribuerat, liberissimique juris esse concessit. Mylasenses vero jam ante hoc senatusconsultum a Rhodiis desciverant (Polyb. XXX, 5, 12). — Nihil adeo refragari, quominus Periplus noster Scylacis Polybii demum ætate vel etiam postea ex auctoribus sat antiquis concinnatus sit, pluribus docet Letronnius in *Fragments des poèmes géogr. de Scymnos de Chios, etc.*, p. 246 (varias aliorum sententias v. ap. Clausen ad Scyl. Periplus. p. 273); nihilominus inhæret dubitatio num recte opus hoc, quale nos jam habemus ἀμουσώτατον, referatur ad Scylacem musicum et mathematicum. Eundem vero vel æqualem ejus commemorat Cicero Divin. II, 42: *Scylax Halicarnas- seus, familiaris Pancæti, excellens in astrologia, idemque in regenda sua civitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.*





# LIBER SEXTUS.

AB EVERSIONE CORINTHI USQUE AD CÆSAREM AUGUSTUM.

146-27 a. C.

---

## NOMINA AUCTORUM.

PTOLEMÆUS EVERGETES II.  
[APOLLODORUS ATHENIENSIS.]  
DIONYSIUS THRAX.  
AGATHARCHIDES CNIDIUS.  
PSAON PLATÆENSIS.  
CN. AUFIDIUS.  
P. RUTILIUS RUFUS.  
PROMATHIDAS HERACLEOTA.  
METRODORUS SCEPSIUS.  
CORNELIUS ALEXANDER POLYHISTOR.  
ALEXANDER EPHESIUS.  
POSIDONIUS RHODIUS.  
L. LUCULLUS.

M. T. CICERO.  
M. POMPONIUS ATTICUS.  
ASCLEPIADES MYRLEANUS.  
ATISTODEMUS NYSÆENSIS.  
[CASTOR RHODIUS.]  
ARTAVASDES REX ARMENIÆ.  
THEOPHANES MYTILENÆUS.  
TIMAGENES ALEXANDRINUS.  
ARISTO ALEXANDRINUS.  
SOCRATES RHODIUS.  
OLYMPUS.  
EMPYLUS.

---

# PTOLEMÆUS EVERGETES II.

## ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ

ἐν βιβλίοις κδ'.

I.

### E LIBRIS PRIMO ET QUINTO.

Athenæus X, p. 438, D : Πολυπότης δὲ ἦν καὶ Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, ὁ κληθεὶς Ἐπιφανῆς, ὁ ὀμηρεύσας παρὰ Ῥωμαίοις, ὃν ἱστορεῖ Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὑπομνημάτων κἀν τῷ πέμπτῳ, φάσκων αὐτὸν εἰς τοὺς Ἰνδικοὺς κώμους καὶ μέθας τραπέντα πολλὰ ἀναλίσκειν. Καὶ τὰ περιλειπόμενα δὲ τῶν χρημάτων μεθ' ἡμέραν κωμάζων ὁτὲ μὲν ἐξέχει, ἄλλοτε δὲ ἐν ταῖς δημοσίαις ὁδοῖς ἱστάμενος ἔλεγε· Τίτι ἢ τύχη δίδωσι, λαβέτω. Καὶ βίψας τὸ ἀργύριον, ὄχετο. Πολλάκις δὲ καὶ πλεκτὸν στέφανον βόδων ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ χρυσοῦφῃ τήβενναν φορῶν μόνος ἐρέμβετο, λίθους ὑπὸ μάλης ἔχων, οἷς ἔβαλλε τῶν ἰδίων τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ. Ἐλούετό τε καὶ εἰς τοὺς κοινούς λουτρῶνας, μύροις ἀλειφόμενος. Ὅστε καὶ ποτε συνιδῶν τις αὐτὸν ἰδιώτης ἔφη, Μακάριος εἶ, ὦ βασιλεῦ, πολυτελὲς ὄξεις. Καὶ ὁς ἤσθεις, Ἐγὼ σε, φησὶν, ὑπέρχορον ταύτου ποιήσω. Καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὑδρίσκην, ὑπὲρ δύο χόας ἔχουσαν παχείος μύρου, καταχυθῆναι ἐκέλευσεν, ὡς καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀγοραιοτέρων εἰς τὸ ἐκχυθὲν συγκυλισθῆναι. Ὅλισθου τε γενομένου, αὐτός τε ὁ Ἀντίοχος ἔπεσε καγχάζων, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν λουομένων τὸ αὐτὸ ἔπασχον. Quæ in postremis narrantur inde a verbis Ἐλούετό τε, eadem e Polybio affert Athenæus V, p. 194, B.

1.

Insignis etiam potator ille rex Antiochus fuit, qui Epiphanes est cognominatus; is qui Romæ obses fuerat. De quo scribens Ptolemæus Evergetes primo et quinto Commentariorum libro, ait: « Indicis comessionibus et comotationibus sese tradentem, ingentes sumptus fecisse. Quod vero reliquum erat pecuniæ, id partim in diurnas (ait) comessiones profundeabat, partim subinde stans in viis publicis ediebat, Cui fortuna dat, is capiat! atque ita projecta pecunia discedebat. Subinde vero etiam coronam e rosis plexam in capite gestans, togamque indutus auro textam, solus obambulabat, sub alis saxa tenens, quæ in suos qui eum sequerentur conjiceret. Lavatum ibat in publica balnea, et unguentis ungebatur. Ibi quum conspiciens eum aliquando quidam de plebe dixisset, Quam beatus es, rex! quam pretiose oles! delectatus ille, Ego, inquit, faciam ut tu horum habeas satietatem: et urnulam ultra duo congios capientem spissi unguenti in caput hominis jussit effundi. Quo quum continuo se præcipitaret tenuiorum hominum turba, lubrico in vestigio et ipse rex prolapsus

2.

### E LIBRO SECUNDO.

Idem II, p. 71, B : Πτολεμαῖος δ' ὁ Εὐεργέτης, βασιλεὺς Αἰγύπτου, εἷς ὢν τῶν Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ μαθητῶν, ἐν δευτέρῳ Ὑπομνημάτων γράφει οὕτως· « Περὶ Βερενίκην τῆς Λιβύης Λήθων ποταμὸς, ἐν ᾧ γίνεται ἰχθὺς λάβραξ καὶ χρύσοφρυς καὶ ἐγγέλεων πλῆθος καὶ τῶν καλουμένων βασιλικῶν, αἱ τῶν τε ἐκ Μακεδονίας καὶ τῆς Κωπαίδος λίμνης τὸ μέγεθος εἰσὶν ἡμιόλιαι, πᾶν τε τὸ ρεῖθρον αὐτοῦ ἰχθύων ποικίλων ἐστὶ πλῆρες. Πολλῆς δ' ἐν τοῖς τόποις κινάρας φυομένης, οἳ τε συνακολουθοῦντες ἡμῖν στρατιῶται πάντες δρεπόμενοι συνεχρῶντο καὶ ἡμῖν προσέφερον ψιλοῦντες τῶν ἀκανθῶν. »

3.

Idem IX, p. 387, E : Πτολεμαῖος δ' ὁ Εὐεργέτης ἐν δευτέρῳ Ὑπομνημάτων τέταρόν φησιν ὀνομάζεσθαι τὸν φασιανὸν ὄρνιν. Nominari avem τατύραν ait Pamphylus ap. Athen. l. I. Pro ἐν β' legendum suspicor ἐν ιβ', collato fragmento 10.

4.

### E LIBRO TERTIO.

Idem XIII, p. 576, E : Καὶ ὁ δεύτερος δὲ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, Φιλάδελφος δ' ἐπὶ κλην, ὡς ἱστορεῖ ὁ Εὐεργέτης Πτολεμαῖος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Ὑπομνημάτων, πλείστας ἔσχεν ἔρωμένας· Διδύμην μὲν, μίαν

est cachinnans, et plerisque lavantium idem accidit. »

2.

Ptolemæus Evergetes, Ægypti rex, qui fuit unus ex Aristarchi grammatici discipulis, in secundo Commentariorum sic scribit: « Circa Berenicen in Libya est flumen Lethon, in quo nascitur lupus piscis et aurata et anguillarum magna copia, et in his earum quæ regiæ vocantur, quæ sescuplo majores sunt quam quæ in Macedonia capiuntur et in Copaide lacu; atque adeo in universo suo cursu piscibus variis plenus est. Eo præterea tractu multa nascitur cinara; quam milites omnes, qui nos sequebantur, demessam, spinisque purgatam, et ipsi comedebant et nobis offerebant. »

3.

Ptolemæus Evergetes libro secundo Commentariorum telaron nominari ait phasianum.

4.

Secundus Ægypti rex, Philadelphus cognomine, ut tradit Ptolemæus Evergetes tertio Commentariorum, plurimas habuit amasias: primum Didymen, unam ex indige-

τῶν ἐπιχωρίων γυναικῶν, μάλ' εὐπρεπεστάτην τὴν ὄψιν, καὶ Βιλιστίχην, ἔτι δὲ Ἀγαθόκλειαν καὶ Στρατονίχην, ἧς τὸ μέγα μνημεῖον ὑπῆρχεν ἐπὶ τῇ πρὸς Ἐλευσίνι θαλάσῃ, καὶ Μύρτιον καὶ ἄλλας δὲ πλείστας, ἐπιρρεπέστερος ὢν πρὸς ἀφροδίσια.

Διδύμην] Eadem, opinor, memoratur ap. Calimachum Epigr. 13. — Βιλιστίχην] De hac cf. Plutarch. Amator. c. 9, 9, p. 753, F: Ἡ δὲ Βελεστίχη, (vgo Βελεστίχη), πρὸς Διὸς, οὐ βάρβαρον ἐξ ἀγορᾶς γύναιον; ἧς ἱερά καὶ ναοὺς Ἀλεξανδρεῖς ἔχουσιν, ἐπιγράφαντος δι' ἔρωτα τοῦ βασιλέως, Ἀφροδίτης Βελεστίχης; Glossam Βελεστίχη habet etiam Suidas; idemque v. Σωτάδης carmen Sotadis εἰς Βελεστίχην memorat. Βλιστίχην παλλακίδα habet Clemens Al. Cohortat. p. 42 ed. Pott., quam veram esse nominis formam censet Valckenarius ad Calimach. p. 116. Eadem mulierem notat Pausanias V, 8, 11, ubi Βελιστίχην ἐκ Μακεδονίας τῆς ἐπὶ θαλάσῃ γυναῖκα bigis in Olympia vicisse ait (Olymp. 129. 264 a. C.). Eadem Euseb. Chron. p. 153, nisi quod in græcis res adscribitur Olympiadi 128, in latinis vero corrupte legitur: *vicit Philistichus Macedii*. Non diversa ab Macedonia hac fuerit Bilistiche, quæ (ab anlicis Ptolemæi) dicebatur genus ab Atridis ducere. Athenæus XIII, p. 576, E: Βιλιστίχη δὲ ἡ Ἀργεῖα, ἑταῖρα καὶ αὐτὴ ἔνδοξος, τὸ γένος ἀπὸ τῶν Ἀτρειδῶν σώζουσα, ὡς οἱ τὰ Ἀργολικὰ γράψαντες ἱστοροῦσιν.

Fragmentum e libro quinto vide in fragm. 1.

5.

### E LIBRO SEPTIMO.

Idem II, p. 43, E: Πτολεμαῖος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν ἑβδόμῳ Ὑπομνημάτων, ἐπὶ Κορίνθου προάγουσι, φησὶν, ἡμῖν διὰ τῆς Κοντοπορίας καλουμένης, κατὰ τὴν ἀκρωρειαὴν προσβαίνουσιν, εἶναι κρήνην νᾶμα ἀνιεῖσαν χιό-

νος ψυχρότερον· ἐξ ἧς πολλοὺς μὴ πίνειν, ἀποπαγήσασθαι προσδοκῶντας, αὐτὸς δὲ λέγει πεπωκέναι.

### E LIBRO OCTAVO.

6.

Idem XII, p. 549, E: Ὅτι δὲ τρυφῆς οὐκ ἦν ἀλλότριος ὁ βασιλεὺς οὗτος (Ptol. VII), αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρεῖ, ἐν τῷ ὀγδόῳ τῶν Ὑπομνημάτων διηγούμενος, ὅπως τε ἱερεὺς ἐγένετο τοῦ ἐν Κυρήνῃ Ἀπόλλωνος, καὶ ὅπως δεῖπνον παρεσκεύασε τοῖς πρὸ αὐτοῦ γενομένοις ἱερεῦσι, γράφων οὕτως· « Ἀρτεμίτια, μεγίστη ἑορτὴ ἐν Κυρήνῃ· ἐν ἧ ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος (ἐνιαύσιος δὲ ἐστὶ) δειπνίζει τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἱερευσάμενους, καὶ παρατίθησιν ἐκάστῳ τρυβλία· τοῦτο δὲ ἐστὶ κεραμεῶν ἄγγος, ἐπιδεχόμενον ὡς εἶχουσιν ἀρτάβας· ἐν ᾧ πολλὰ μὲν τῶν ἀγριμαίων ἔγκειται πεπονημένα, πολλὰ δὲ σῖτα, καὶ τῶν ἡμέρων ὀρνίθων, ἔτι δὲ θαλαττίων ἰχθύων, ταρέχους τε ξενικοῦ πλείονα γένη· πολλὰκις δὲ τινες καὶ καθάριον (sic Casaub. pro vgtā: κιθάριον) ἀκολουθίσκον προσδιδόασιν. Ἡμεῖς δὲ περιειλόμεθα τὰ τοιαῦτα· φιάλας δ' ὀλαργύρους κατασκευάσαντες, τὸ τίμημα ἔχουσιν ἐκάστην ἧς προειρήκαμεν δαπάνης, ἵππον τε κατεσκευασμένον σὺν ἵπποκόμῳ καὶ φαλάροις διαχρύσοις ἐδώκαμεν, καὶ παρεκαλέσαμεν ἕκαστον ἐπὶ αὐτοῦ καθεσθέντα οἶκαδ' ἀπιέναι. »

7.

Idem VI, p. 229, D: Πτολεμαῖος δ' ὁ βασιλεὺς ἐν ὀγδόῳ Ὑπομνημάτων, περὶ Μασσανάσσου τὸν λόγον ποιούμενος, τοῦ Λιβύων βασιλέως, φησὶ τάδε· « Δεῖπνα Ῥωμαϊκῶς ἦν κατεσκευασμένα, κεράμῳ παντὶ χορηγούμενα ἀργυρῶ. Τὰς δὲ τῶν δευτέρων τραπέζας ἐκόσμηι τοῖς Ἰταλικοῖς ἐθισμοῖς· τὰ δὲ κανίσκια ἦν ἅπαντα χρυσᾶ, γεγονότα πρὸς τὰ πλεκόμενα ταῖς σχοίνοις· μουσικοῖς τε ἐχρῆτο Ἑλληνικοῖς. »

nis mulieribus, eximia forma; tum Bilistichen: porro vero Agathocleam, et Stratonicon, cujus fuit ingens illud monumentum ad mare prope Eleusin: item Myrtium, et alias plurimas: erat enim ad Venerem imprimis proclivis.

4

5.

Ptolemæus rex, libro septimo Commentariorum, ait, Corinthum versus progredientibus nobis per viam quæ Contoporia dicitur, ubi ad jugum montis adscenditur, fontem esse, qui aquam emittat nive frigidiorē; e quo multi non bibant, metuentes ne gelu rigescant; ipse vero se bibisse ait.

6.

Non fuisse a luxuria alienum hunc regem, ipse etiam de se testatum fecit, octavo Commentariorum libro narrans quo pacto Cyrenis sacerdos fuerit Apollinis, et cœnam exhibuerit iis qui ante eum fuerant sacerdotes; ubi ita scribit: « Artemitia (sive Artemisia) maximum apud Cyrenenses festum: quo sacerdos Apollinis (annuum est autem id sacerdotium) cœna excipit eos qui ante illum

sacerdotio functi sunt, apponitque singulis catinos: vas fictile hoc est, artabas fere capiens viginti; in quo positæ multæ carnes ferinæ diligenter paratæ, panificia multa, et domesticarum avium, marinorum piscium et peregrini salsamenti plura genera: subinde etiam nonnulli insuper dant elegantem puerum pedisequum. Nos vero, omissis his talibus, phialas conficiendas curavimus ex solido argento, unamquamque tanti pretii quanti constabat totus quem prædiximus apparatus; et præter phialam equum instructum phaleris inauratis cum equisone dedimus cuique, et suum quemque conscendere domumque abire jussimus. »

7.

Ptolemæus rex, octavo Commentariorum de Masinissa verba faciens, Libyæ rege, hæc scribit: « Cœnæ Romano more instructæ erant: omne fictile, quod apponebatur, argenteum erat. Secundas vero mensas Italico ornabat more: sportulæ vero omnes auræ erant, ad earum similitudinem factæ quæ ex juncis plectuntur: musicisque utebatur Græcis. »

8.

Idem XII, p. 518, E: Ἔθος δὲ παρ' αὐτοῖς ( τοῖς Συβαρίταις ) καὶ τοὺς παῖδας μέχρι τῆς τῶν ἐφήβων ἡλικίας ἀλουργίδας τε φορεῖν καὶ πλοκαμίδας ἀναδεδεμένους χρυσοφορεῖν. Ἐπιχωριάζειν δὲ παρ' αὐτοῖς διὰ τὴν τρυφήν ἀνθρωπάρια μικρὰ, καὶ τοὺς σκωπαίους, ὡς φησὶν ὁ Τίμων, τοὺς καλουμένους παρά τισι στίλπωνας, καὶ κυνάρια Μελιταῖα, ἅπερ αὐτοῖς καὶ ἔπεσθαι εἰς τὰ γυμνάσια. Πρὸς οὓς καὶ τοὺς ὁμοίους τούτοις Μασανάσσης ὁ τῶν Μαυρουσίων βασιλεὺς ἀπεκρίνατο, ὡς φησὶ Πτολεμαῖος ἐν ὀγδόῳ Ὑπομνημάτων, ζητοῦσι συνωνεῖσθαι πιθήκους· « Παρ' ὑμῖν, ὦ οὔτοι, αἱ γυναικες οὐ τίχτουσι παιδία; » Παιδίοις γὰρ ἔχαιρεν ὁ Μασανάσσης, καὶ εἶχε παρ' αὐτῷ τρεφόμενα τῶν υἱῶν (πολλοὶ δὲ ἦσαν) τὰ τέκνα, καὶ τῶν θυγατέρων ὁμοίως. Καὶ πάντα ταῦτα αὐτὸς ἔτρεφε μέχρι τριῶν ἐτῶν· μεθ' ἃ ἀπέπεμπε πρὸς τοὺς γεγεννηκότας, παραγινομένων ἄλλων.

## E LIBRO NONO.

9.

Idem IX, p. 375, D: Πτολεμαῖος δ' ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς ἐν τῷ ἐνάτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων· « Εἰς Ἄσσον (φησὶν) ἐπιδημήσαντί μοι, οἱ Ἄσσιοι παρέστησαν χοῖρον, ἔχοντα τὸ μὲν ὕψος δύο καὶ ἡμίσεους πήχεων, ὄλον δ' ἄρτιον πρὸς τὸ μῆκος, τῇ χροιά χιόνινον. Ἐφασάν τε τὸν βασιλέα Εὐμένη τὰ τοιαῦτα ἐπιμελῶς ὠνεῖσθαι παρ' αὐτῶν, διδόντα τοῦ ἐνὸς δραχμὰς τετρακισχιλίας. »

8.

Apud eosdem Sybaritas moris erat etiam, ut pueri usque ad adultam aetatem purpura induerentur, et obtortos capillorum cincinnos auro illigarent. Consuetum etiam illis, voluptatis causa pumilos domi alere, et scorpæos illos (noctuis similes), ut ait Timon, quos stilpones nonnulli vocant: item catellos Melitenses, qui eos etiam in gymnasia sequebantur. Quibus hominibus horumque similibus Masinissa, rex Mauritaniae, (ut tradit Ptolemæus, octavo libro Commentariorum) simios emendos conquirentibus, respondit: *Apud vos igitur, qui talia quaeritis, mulieres nonne pariunt infantes?* Parvulis enim delectabatur Masinissa, et apud se filiorum suorum (quorum magnus numerus erat) filiarumque natos natasque alebat educabatque omnes, donec tertium aetatis annum complerent: quo tempore exacto parentibus eos remittebat, aliis in illorum locum succedentibus.

9.

Ptolemæus, Ægypti rex, nono libro Commentariorum, sic scribit: « Quum Assi versaremur, obtulerunt nobis Assii porcum, cui erat altitudo duorum cubitorum cum dimidio, et totum corpus congruens illi staturæ, color autem niveus. Narrabantque, Eumenem hæc talia animantia stu-

## E LIBRO DUODECIMO.

10.

Idem XIV, p. 654, C: Φασιανικός. Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ δυοκαιδεκάτῳ τῶν Ὑπομνημάτων περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλείων λέγων καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ζῶων τρεφομένων φησὶ· « Τὰ τε τῶν φασιανῶν, οὓς τετάρους ὀνομάζουσιν, οὓς οὐ μόνον ἐκ Μηδίας μετεπέμποντο, ἀλλὰ καὶ νομάδας ὄρνιθας ὑποβαλῶν, ἐποίησε πλῆθος, ὥστε καὶ σιτεῖσθαι. Τὸ γὰρ βρῶμα πολυτελὲς ἀποφαίνουσιν. » Αὕτη τοῦ λαμπροτάτου βασιλέως φωνή, ἧς οὐδὲ φασιανικοῦ ὄρνιθος ποτε γεύσασθαι ὠμολόγησεν, ἀλλ' ὥσπερ τι κειμήλιον ἀνακείμενον εἶχε τούσδε τοὺς ὄρνιθας. Εἰ δὲ ἐοράκει, ὡς ἡμῶν ἐκάστῳ εἷς ἐστὶ παρακείμενος χωρὶς τῶν ἤδη κατηναλωμένων, προσαναπεπληρώκει ἂν ταῖς πολυθρυλήτοις ἱστορίαις τῶν Ὑπομνημάτων τούτων τῶν εἰκοσιτεσσάρων καὶ ἄλλην μίαν.

11.

Stephanus Byz.: Ἀγχιάλη, πόλις Κιλικίας... Ἔστι δὲ κτίσμα Ἀγχιάλης τῆς Ἰαπετοῦ θυγατρὸς, ὡς Ἀθηνόδωρος περὶ τῆς αὐτοῦ πατρίδος γράφων, καὶ παρατιθεὶς Διόδωρον τὸν γραμματικὸν συμφωνοῦντα Πτολεμαίῳ βασιλεῖ.

12.

Athenæus II, p. 61, C: Σπεύσιππος ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων φησὶ, σίον ἐν ὕδατι γίνεσθαι, σελίνῳ ἐλείψαι τὸ φύλλον ἑοικός. Διὸ καὶ Πτολεμαῖος, ὁ δεύτερος

diöse apud ipsos emere, et quater mille drachmas pro unoquoque solvere. »

10.

*Phasiana avis.* Ptolemæus rex, duodecimo libro Commentariorum, de regia loquens, quæ est Alexandria, et de animalibus quæ in illa alantur, ait: « Et ad phasianos quod attinet, quos *tetaros* appellant, non modo ex Media eos arcessebant; verum etiam altiles gallinas illis submittebat, multiplicavit genus, ita ut iis etiam vesceretur. Nam cibum magnificentum esse affirmant. » Ecce splendidissimi regis vocem, qui se ne gustasse quidem de phasiano profiteretur; sed tanquam cimelium aliquod repositas has aves habebat. Qui si vidisset, quo pacto, præter eas quæ jam absumptæ sunt, cuique nostrum una apposita est, famosas suas historias, his viginti quattuor Commentariorum libris comprehensas, una insuper aucturus erat.

11.

Anchiale, urbs Ciliciæ, condita est ab Anchiale Iapeti filia, uti ait Athenodorus de patria sua scribens laudansque Diodorum grammaticum Ptolemæi regis sententiæ adstipulantem.

12.

Speusippus, secundo Similium, *sion*, inquit, in aqua nasci, apio palustri folium simile habens. Itaque Ptole-

Εὐεργέτης, Αἰγύπτου βασιλεύσας, παρ' Ὀμήρῳ (Od. ε', 72) ἀξιοῖ γράφειν·

Ἄμφι δὲ λειμῶνες μαλακοὶ σίου, ἢ δὲ σελίνου.

Σία γὰρ μετὰ σελίνου φύεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἴα. Hæc num ex Ὑπομνημάτων libris an alio ex scripto fluxerint, in medio relinquimus.

## DIONYSIUS THRAX.

Suidas : Διονύσιος Ἀλεξανδρεὺς, Θραξ δ' ἀπὸ τοῦ πατρὸς Τήρου τοῦνομα κληθεὶς, Ἀριστάρχου μαθητῆς, γραμματικὸς, ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥόδῳ (vg. Ῥώμη) ἐπὶ Πομπηίου τοῦ Μεγάλου, καὶ ἐξηγήσατο Τυραννίῳ τῶ προτέρῳ (legi jubet Clintonus : γραμματικὸς, καὶ ἐξηγήσατο Τυραννίῳ τῶ προτέρῳ, ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Πομπηίου). Συνέταξε δὲ πλεῖστα γραμματικὰ τε καὶ συνταγματικὰ καὶ ὑπομνήματα.

De temporibus Dionysii errasse Suidam in aperto est. Nam Aristarchus sec. Eusebium, quem sequitur Clintonus, floruit 156 a. C., sec. Ritscheli

computum, *Alexandr. Bibl.* p. 90, moritur circa 152 a. C.; Tyrannio vero captivus Romam venit anno 71 (v. Plutarch. Lucull. c. 19, et plura ap. Clinton. F. H. ad an. 71.). Itaque floruit Dionysius circa an. 110 a. C. — Præter grammatica, quæ ad nos nihil pertinent, Dionysius etiam historicum vel periegeticum de Rhodo insula opus composuisse ex uno discimus Stephano Byzantio.

## ΠΕΡΙ ΡΟΔΟΥ.

Steph. Byz. : Ταρσὸς, ἐπισημοτάτη πόλις Κιλικίας. (Nomen urbs nacta est, uti ait) Διονύσιος δὲ Θραξ ἐν τῷ Περὶ Ῥόδου, ἀπὸ τῆς τοῦ Βελλεροφόντου πτώσεως· μέρος γὰρ τι τοῦ ποδὸς ταρσὸν καλεῖσθαι, τῆς ἐκείνου χωλείας ὑπόμνημα ποιουμένων τῶν ἀρχαίων. Cf. Eustath. ad Dionys. Per. 869 : Ἄλλοι μὲντοι τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ὑπόμνημα τῆς τοῦ Βελλεροφόντου χωλείας εἶναι φασιν, ὡς τὸν τοῦ ποδὸς ταρσὸν ἐκεῖ χωλανθέντος, ὅτε τοῦ Πηγάσου κατέπεσεν.

De MENECRATE NYSÆNSE, item Aristarchi discipulo, vide fragm. Menecratis Elaitæ, tom. II, p. 344.

maus, Evergetes alter, Ægypti rex, apud Homerum sic scribi vult :

Circumcirca vero prata mollia virebant σίου ἢ δὲ σελίνου.

Sia enim, ait, cum apio nasci ; non ἴα, id est, violas.

## DE RHODO.

Tarsus, celeberrima urbs Ciliciæ, nomen nacta est, secundum Dionysium Thracem in libro De Rhodo, a lapsa Bellerophontis. Partem enim quandam pedis tarsum (*plantam*) vocari, atque hoc nomine urbi indito veteres claudicationis ejus fecisse memoriam.

# AGATHARCHIDES CNIDIUS.

TESTIMONIA. Strabo XIV, p. 656 : Ἄνδρες ἀξιόλογοι Κνίδιοι πρῶτον μὲν Εὐδοξος... εἶτ' Ἀγαθαρχίδης ὁ ἐκ τῶν περιπάτων, ἀνὴρ συγγραφεύς.

Photius Bibl. cod. 213 : Ἀνεγνώσθη Ἀγαθαρχίδου ἱστορικόν· ἐνιοὶ δὲ αὐτὸν Ἀγάθαρχον ὀνομάζουσι. Τούτῳ πατὴρ μὲν ἡ Κνίδος ἦν, ἡ δὲ τέχνη γραμματικὸν ἐπεδείκνυτο· ὑπογραφέα δὲ καὶ ἀναγνώστην ὁ τοῦ λέμβρου (ὁ Λέμβος Casaub.) Ἡρακλείδης, δι' ὧν αὐτῷ ἐξυπηρετεῖτο, παρέσχε γνωρίζεσθαι. Ἦν δὲ καὶ θρεπτός Κιναίου.

Γράψαι δὲ τὸν ἄνδρα τοῦτον τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔγνωμεν ἐν βιβλίοις ι' καὶ τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην δὲ εἰς θ' καὶ μ' παρατείνεται αὐτῷ ἡ ἱστορία· ἀλλὰ καὶ ε' βιβλία τὴν Ἐρυθρὰν αὐτῷ πᾶσαν καὶ τὰ περὶ ταύτην ἐξιστοροῦσι. Τὴν οὖν εἰρημένην ἅπασαν συγγραφὴν καὶ αὐτὸς ἐπὶ τέλει τοῦ ε' λόγου εἰς μνήμην ἀνάγει· ἐν ᾧ καὶ πεπαῦσθαι τοῦ γράφειν διὰ τινὰς τε αἰτίας ἄλλας, καὶ ὅτι τὰ τῆς ἡλικίας ἀποκλίνοι πρὸς τὸ ἔξωρον. Πλήν γε εἰσὶν οἱ φασὶν αὐτὸν καὶ ἑτέρας συγγεγραφέναι πραγματείας, ὧν ἡμεῖς οὐδένα (οὐδεμίαν;) οὐδέπω ἴσμεν. Ἐπιτομὴν δὲ αὐτὸν φασὶ τῶν περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἀναγεγραμμένων ἐν ἐνὶ συντάξει βιβλίῳ, καὶ μὴν καὶ περὶ τρωγλοδυτῶν βιβλία ε', ἀλλὰ καὶ ἐπιτομὴν τῆς Ἀντιμάχου Λύδης, καὶ πάλιν ἄλλην ἐπιτομὴν τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυμασίων ἀνέμων, ἐκλογὰς τε ἱστοριῶν αὐτὸν συντάξαι, καὶ περὶ τῆς προσφιλοῦς ὀμιλίας.

Ἔστι δὲ, ἐξ ὧν τὸν ἄνδρα τοὺς λόγους αὐτοῦ διελθόντες ἐπέγνωμεν, μεγαλοπρεπῆς τε καὶ γνωμολογικὸς, καὶ τῷ μὲν τοῦ λόγου μεγέθει καὶ ἀξιωματικῶν ἄλλων μᾶλλον χαίρων, λέξεσι μὲντοι λογάσιν οὐ πάνυ προστεθειμένος, οὐδὲ διὰ τῶν ἐθίμων δὲ διὰ παντὸς πορευόμενος, γεννητῶν δὲ αὐτὸς οὐ λέξεις, ἀλλ' εἴ τις ἄλλος δημιουργὸς τῆς περὶ τὰς λέξεις χρήσεως, καινὴν τινα μὴ καιναῖς κεχρημένος λέξεσι φαντασίαν πέμπουσαν ἀποτελεῖ τὴν φράσιν· οὕτω δὲ προσφυῶς ὑποβάλλεται τὴν πρᾶξιν, ὡς τὴν τε καινοτομίαν μὴ δοκεῖν εἶναι καινοτομίαν, καὶ τὸ σαφὲς οὐκ ἔλαττον τῶν ἐξ ἔθους λέξεων παρέχειν. Κέχρηται δὲ καὶ γνώμαις τὸ νουνεχὲς καὶ δραστήριον ἐπιδηλοῦσαι. Τροπὰς δὲ ὑπελθεῖν, εἴ τις ἄλλος, ἄριστα παρεσκευασμένος τὸ μὲν ἡδὺ καὶ κηλοῦν καὶ τὴν ψυχὴν διαχέον λεληθότως δι' ὄλου διασπείρει τοῦ γράμματος, εἰς τροπὴν δὲ ὅτι παρενήνεκται, οὐδεμίαν λύπην δηλοῦσαν ἀφήσι. Ποιεῖ δὲ αὐτῷ τοῦτο μάλιστα οὐχὶ ἢ τῶν λέξεων αὐτῆ καθ' ἑαυτὴν μεταβολή, ἀλλ' ἢ ἀπὸ πραγμάτων ἑτέρων εἰς ἕτερα μετὰ τινος σοφῆς καὶ ἡρεμαίας μεταχειρίσεως μετάβασίς τε καὶ μετατροπή. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀντιλαβεῖν μὲν ὄνομα ῥήματος, ἀμείψαι δὲ τὸ ῥῆμα εἰς ὄνομα, καὶ λῦσαι μὲν λέ-

ξεις εἰς λόγους, συναγαγεῖν δὲ λόγονεὶς τύπον ὀνόματος οὐδενὸς ἀνεπιτηδειότερος ὧν ἴσμεν. Καὶ ζηλωτῆς μὲν ἐστὶ Θεουκιδίδου ἐν τε τῇ τῶν δημηγοριῶν δαφιλείᾳ τε καὶ διασκευῇ, τῷ μεγαλείῳ δὲ μὴ δευτερεύων τοῦ λόγου τῷ σαφεῖ παρελαύνει τὸν ἄνδρα. Ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν ἀνὴρ τοιοῦτος, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ἔχων κλέος· εἰ δὲ καὶ τὸ τῆς ῥητορικῆς ἐπώνυμον αὐτῷ ἢ μὴ νήφουσα ψῆφος οὐκ ἐπέθετο, ἀλλὰ γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ οὐδὲν ἔλαττον τῶν γραμματικῶν οὐ δεύτερος ἢ τῶν ῥητόρων, δι' ὧν καὶ γράφει καὶ διδάσκει, καταφαίνεσθαι.

(Agatharchidis de Hegesiae scribendi genere iudicium, quod ex praefatione ad librum quintum De mari Rubro servavit Photius (cod. 250), vide in fragm. Hegesiae in Scriptor. rerum Alexandri M. p. 139.)

Agatharchides De mar. Rubr. ap. Phot. cod. 250, p. 445 a 33 Bekk. : Ἐγὼ δ' ἀφ' ἧς ἡμέρας ἢ τύχη με κατέστησεν ἐπίτροπον τοῦ σώματος τοῦ σοῦ, νέου παντελῶς ὄντος, καὶ τῆς ὅλης βασιλείας, ἀπ' ἐκείνης εὐθὺς μέγαν ἑμαυτῷ πόνον ἐπέβαλον. Τίνα τοῦτον; τοῖς πρὸς ἡδονὴν ὀμιλοῦσιν ἐναντιοῦσθαι καὶ δυσχεραίνειν, σοῦ πρῶτον αὐτοῦ περιαιρούμενος οὐ τὴν ἐξουσίαν ἀλλὰ τὴν ἄγνοιαν, ἵνα τῶν τοσοῦτων ἀγαθῶν φρονῶν ἀπολαύσης, μὴ διαμαρτάνων. Τοῦτο γὰρ ἐζήτουν πατρὸς ἔχων εὐνοίαν χρόνου στοχαζομένην, οὐ κόλακος εἰρωνεῖαν καιρῷ προσομιλοῦσαν. Οἶδα γὰρ, πρεσβύτερος ὧν καὶ πολλῶν ἔμπειρος γεγονὼς πραγμάτων, διὰ τοὺς θωπεύειν ἐπιβεβλημένους τοὺς ἐν ταῖς ὑπεροχαῖς καὶ τὰς μεγίστας βασιλείας ἄρδην ἀνηρημένας, τὴν Κασσάνδρου, τὴν Λυσιμάχου, τὴν Ἀλεξάνδρου τηλικαύτην οὔσαν, τὴν Μήδων, τὴν Σύρων, τὴν Περσῶν, ὥστε μηδὲ σπέρμα καταλελειφθαι τοῦ γένους κτλ. Lege etiam antecedentia, quæ ad eundem principem puerum directæ sunt.

Idem ibid. p. 460 b 3 Bekk. : Τὰ μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν ἐθνῶν τῶν ἐκκειμένων πρὸς μεσημβρίαν, ὡς ἦν ἐφ' ἡμῖν, ἐν πέντε βιβλίοις ἐπιμελῶς ἱστορήκαμεν· ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν πελάγει νήσων ὕστερον τεθεωρημένων καὶ τῶν εὐωδῶν, ὅσα φέρειν συμβαίνει τὴν Τρωγλοδυτικὴν χώραν, ἡμεῖς μὲν παραιτησάμενοι τὴν ἐξήγησιν ἄρδην ἀπολελοίπαμεν, οὔτε τὸν πόνον τῆς ἡλικίας ὁμοίως ὑποφέρειν δυναμένης, πολλῶν ἡμῖν ὑπὲρ τε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ἀναγεγραμμένων, οὔτε τῶν Ὑπομνημάτων διὰ τὰς κατ' Αἴγυπτον ἀποστάσεις ἀκριβῆ παραδιδόντων σκέψιν. Cf. H. Dodwell. Dissert. De ætat. Agath. in Geogr. Hudson. tom. II, p. 67 sqq. J. G. Hager. De Agath., Chemnitz. 1766, 4.

Testimoniis hisce pauca quædam, quæ ad nos proxime spectant, subiecisse satis habeo. Ac primum quidem quod ætatem Agatharchidis attinet,

hoc certe patet, vixisse eum temporibus Ptolemæi VI (175—146), sub quo floruit Heraclides Lembus, cuius anagnosten fuisse Agatharchidem modo legimus. Educatus esse dicitur a Cinnæo. Homo ignotus mihi, alterumque ejus nominis exemplum desidero. Fortasse apud Photium pro Κινναίου manu leni rescribendum Κινέου. Quo concessio, cogitare liceret de Cineâ Ptolemæi Philometoris ministro, quem Polybius (XXVIII, 16) in re ad an. 171 pertinente commemorat. — Præterea ex ipso Agatharchide novimus eum, quo tempore libros De mari Rubro scribebat, provectæ jam ætatis virum multaque expertum, tutelam gessisse regis juvenis vel pueri. Indicari Ptolemæum aliquem non liquet quidem, attamen veri simillimum est. « Henricus Dodwellus (Diss. De æt. Agath. p. 70) regem qui in Agatharchidis fuit tutela, Ptolemæum esse censuit Alexandrum, editumque librum anno ab U. C. Varroniano 649 vel 650 (Ol. 168, 4 vel 169, 1. 105 v. 104 a. C., anno tertio vel quarto Alexandri); quo eodem tempore Artemidorus Ephesius, quippe Olymp. 169, uti Marcianus Heracleota (p. 115 ed. Mill.) docuit, florens, Geographiam suam in vulgus emiserit. Quod tamen ego in animum inducere non possum. Videor enim mihi animadvertisse ex Strabone, et ostendam opportuniore loco, Artemidorum Agatharchidis scrinia compilasse, et de Troglodytis Arabicque sinus accolis omnia iisdem pæne verbis esse exsecutum; unde conclusione quadam conficio, non unius, quæ viri doctissimi sententia, anni, sed plurium intervalum inter utriusque publicata scripta intercessisse: tantoque magis, quod eadem in Ægypto et Ptolemæorum gratia uterque egerit, nec fieri potuisse videatur, ut intra unius anni spatium Artemidorus tantum opus absolverit. Forte itaque Ptolemæus, cuius tutelam Agatharchides administravit, is est, quem Soterem Porphyrius, Physconem II alii appellant. [Regnavit Ptol. Soter II an. 117—107.] Quo modo et justam temporis intercapedinem Agatharchidem inter et Artemidorum habebimus, et illis satis fiet, quæ de Agatharchide prodita novimus. » Verba sunt WESSELINGII (ad Diodor. III, 11, 1), cui astipulatur Clintonus (F. H. tom. III, p. 535 sq. (\*)) et ad an. 213).

(\*) Verba Clintonis hæc sunt: « The arguments by which he establishes (Dodwellus) this, are not convincing; and Wesseling with better reason thinks that the elder brother was the pupil. Dodwell objects to Soter that he reigned jointly with his mother. But *Alexander* himself reigned jointly with his mother: so that this objection would apply to both. The expression, ἐπίτροπον τοῦ σώματος τοῦ σοῦ... καὶ τῆς ὅλης βασιλείας, could only apply to *Alexander* in B. C. 107. But, as *Physcon* the father had married their mother *Ceopatra* more than twenty-three years before

Opera Agatharchidis quæ viderit Photius recenset tria: Τὰ περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν, τὰ κατὰ τὴν Εὐρώπην. Et ipse Agatharchides in Epilogo operis De mari Rubro non nisi multa illa, quæ ὑπὲρ τε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας conscripserit, memorat. Alterutrum horum operum Photius verbis: ἀνεγνώσθη Ἀγαθαρχίδου ἱστορικόν, signasse putandus est. Nam mirum foret Photium opera Agatharchidis recensentem non attulisse eorum argumentum librorum, quos ipse legerat. Reliquiæ omnes ex tribus illis operibus petitæ sunt. Excerpta et fragmenta ex libris De mari Rubro jam nihil curamus; nam geographica sunt. Contra ad historias pertinent opera de rebus Asiæ et Europæ. Argumentum τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν (fr. 14. 18; τῶν Ἀσιατικῶν fr. 16; τῶν περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν fr. 17) quæ decem libris auctor absolvit, definire videtur Josephus A. J. XII, 1 (fr. 19), ubi de re ad Seleucum Nicatorum spectante laudatur Agatharchides ὁ τὰς τῶν διαδόχων ἱστορίας συγγραψάμενος. Nec ultra τῶν διαδόχων tempora auctorem descendisse vel inde colligas quod e libro nono (fr. 17) exstat locus de Hieronymo Cardiano, et quod libri octavi et decimi fragmenta item sunt de comitibus Alexandri. — Alia ratio fuit τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐν βιβλ. μθ', quæ ex uno Athenæo novimus, modo laudato titulo Εὐρωπαϊκῶν (fr. 1. 3. 4. 5. 7. 10—12), modo simpliciter citato Agatharchide ἐν ββ', ἐν λ' Ἱστοριῶν (fr. 2. 8), vel ἐν κζ', ἐν λα' (fr. 6. 9), tituli mentione ommissa. In hisce libris quadraginta novem res eorum qui in Europa Alexandro successerunt, ad suam fere ipsius usque ætatem Ag. persecutus esse videtur. In libris 31. 34. 35. 38 dubium vix est quin versatus sit in narrandis rebus Philippi ejus qui pater erat Persei. Unde suspiceris reliquis libris undecim (ex quibus nihil superstes) usque ad finem regni Macedonici (168 a. C.) auctorem devenisse. — De indole harum historiarum quum certius judicium reliquiarum tenuitas non admittat, in præconio quo Photius Agatharchidem ornat, acquiescimus.

Inter reliquos libros, quos Agatharchidi tribui apud nonnullos Photius legerat, offendunt libri quinque Περὶ Ἰρωλοδουτῶν. Neque erraverim aiens alium esse titulum operis *De mari Rubro*. Quæ deinde ponitur inscriptio Ἐπιτομὴ τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυμασίων ἀνέμων, in voce ultima mendam traxerit. Doctus quidam scribendum propo-

(v. p. 388), it is far more probable that Soter II should have been in minority at his accession in B. C. 117, than that *Alexander* should have been still a minor in B. C. 107, ten years after the father's death. To this we may add the observation of Wesseling, that the date of Dodwell brings *Agatharchides* too near the time of *Artemidorus*. »

suit ἀνδρῶν, quod merito respuit Jonsius (Scr. H. Phil. p. 207), fuisse suspicans: Περὶ ἀνέμων, adeo ut duo memorentur scripta, alterum De mirabilibus, De ventis alterum. Præstat, puto, Westermanni (Paradox. p. XVII) sententia, qui vocem ἀνέμων ex alio vocabuli, velut ἀκουσμάτων vel ἀναγνωσμάτων, compendio ortam esse censet. Fortasse legendum ἐθῶν, comparato libro Nicolai Dam., cui titulus: συναγωγή παραδόξων ἐθῶν. — De Ἐκλογαῖς ἱστοριῶν dicere nihil habeo. De Epitome τῆς Ἀντιμάχου Λύδης cf. Osann. in *Hermes*, XXXI, p. 199.

### ΕΥΡΩΠΙΑΚΑ.

Ἐν βιβλίοις μθ'.

1.

#### E LIBRO SEXTO.

Athenæus VII, p. 297, D: Φησὶ γοῦν Ἀγαθαρχίδης ἐν ἑκτῇ Εὐρωπιακῶν τὰς ὑπερφυεῖς τῶν Κοιπαίδων ἐγγυλίων ἱερείῳ, τρόπον στεφανοῦντας, καὶ κατευχομένους οὐλὰς τ' ἐπιβάλλοντας θύειν τοῖς θεοῖς τοὺς Βοιωτοὺς· καὶ πρὸς τὸν ξένον τὸν διαποροῦντα τὸ τοῦ ἔθους παράδοξον καὶ πυνθανόμενον, ἐν μόνον εἰδέναι φῆσαι τὸν Βοιωτὸν, φάσκειν τε ὅτι δεῖ τηρεῖν τὰ προγονικὰ νόμιμα, καὶ ὅτι μὴ καθήκει τοῖς ἄλλοις ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογίζεσθαι.

2.

#### E LIBRO DUODECIMO.

Idem XII, p. 527, B: Ἀγαθαρχίδης δ' ἐν δωδεκάτῃ Ἱστοριῶν « Αἰτωλοὶ (φησὶ) τοσοῦτω τῶν λοιπῶν ἐτοιμότερον ἔχουσι πρὸς θάνατον, ὅσῳ περ καὶ ζῆν πολυτελοῦς καὶ ἐκτενέστερον ζητοῦσι τῶν ἄλλων. » Cf. Droysen. *Hellenism*. II, p. 87.

3.

#### E LIBRO DECIMO SEXTO.

Idem XII, p. 550, B: Ἀγαθαρχίδης δ' ἐν τῇ ἑκκαίδεκάτῃ Εὐρωπιακῶν, Μάγαν φησὶ, τὸν Κυρήνης βασι-

λεύσαντα ἔτη πεντήκοντα, ἀπολέμητον γενόμενον, καὶ τρυφῶντα, κατάσαρκον γενέσθαι ἐκτόπως τοῖς ὄγκοις κατὰ τὸν ἔσχατον καιρὸν, καὶ ὑπὸ τοῦ πάχους ἀποπνιγῆναι, δι' ἀργίαν σώματος καὶ τὸ προσφέρεσθαι πλῆθος τροφῆς.

Mortem Magæ Cyrenarum regis Agatharchides in Εὐρωπιακοῖς narravit, quoniam quæ subsecuta Cyrenis sunt, ad regiæ in Macedonia familiæ historiam pertinent. Quæ de his comperta habemus, leguntur ap. Justinum XXVI, 3: *Per idem tempus (circa 250 a. C.) rex Cyrenarum Magas decedit: qui ante infirmitatem Beronicen, unicam filiam, ad finiendam cum Ptolemæo fratre certamina filio ejus (Ptolemæo III Evergetæ) desponderat. Sed post mortem regis, mater virginis Arsinoe, ut invita se contractum matrimonium solveretur, misit qui ad nuptias virginis, regnumque Cyrenarum, Demetrium, fratrem regis Antigoni (Gonatae, et patrem Antigoni Dasonis sec. Euseb. Chron. p. 181 ed. Mai.), a Macedonia arcesserent: qui et ipse ex filia Ptolemæi procreatus erat. Sed nec Demetrius moram fecit. Itaque quum secundante vento celeriter Cyrenas advolasset, fiducia pulchritudinis, qua nimis placere socruæ cœperat, statim a principio superbus, regiæ familiæ militibusque impotens erat, studiumque placendi a virgine in matrem contulerat. Quæ res suspecta primo virgini, dein populatibus militibusque invisâ fuit. Itaque versis omnium animis in Ptolemæi filium, insidiæ Demetrio comparantur: cui quum in lectum socrus concessisset, percussores immittuntur, etc.*

4.

#### E LIBRO DECIMO NONO.

Idem XIV, p. 650, F: Σίδας δὲ ὅτι τὰς ροιάς καλοῦσι Βοιωτοὶ, Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τῶν Εὐρωπιακῶν οὕτως γράφει: « Ἀμφισβητούντων Ἀθηναίων πρὸς Βοιωτοὺς περὶ τῆς χώρας, ἣν καλοῦσι Σίδας, Ἐπαμινώνδας δικαιολογούμενος, ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἀριστερᾶς μεταλαβὼν κερυμμένην ῥόαν, καὶ δείξας, ἤρετο

### DE REBUS EUROPÆIS LIBRI XLIX.

1.

Scribit Agatharchides sexto Europiacorum, Bæotos ex anguillis Copaidibus eas quæ sint eximiae magnitudinis, in victimarum modum coronatas, inspersa mola, inter preces diis immolare: et peregrino homini, miranti insolitum sacrificii genus, ejusque causam sciscitanti, respondisse Bæotum, nonnisi unum se scire dicereque, servanda esse instituta patria, neque decere rationem eorum reddere aliis.

2.

Agatharchides, duodecimo Historiarum libro, ait: « Ἄετολι ἄλλοις hominibus tanto paratiores sunt ad mortem, quo magis et impensius, quam alii, sumptuose vivere solent. »

3.

Agatharchides libro decimo sexto Rerum Europæarum scribit Magam, qui Cyrenis per annos quinquaginta regnavit, quum bellis non occuparetur et luxu difflueret, immensa carnis mole auctum fuisse sub extremum ætatis tempus; tandemque, quum corpus nunquam exercitaret, et ciborum copia oneraret ventrem, ipsa pinguedine esse suffocatum.

4.

Sidas a Bæotis nominata esse mala Punica Agatharchides docet, libro decimo nono De rebus Europæis, ita scribens: « Disceptantibus Atheniensibus cum Bæotis de agro quem Sidas vocant, Epaminondas jura Bæotorum defendens, subito malum Punicum, quod sinistra manu occul-



αὐτοὺς, τί καλοῦσι τοῦτο. Τῶν δ' εἰπόντων ῥόαν, Ἄλλ' ἡμεῖς, εἶπε, σίδαν. Ὁ δὲ τόπος τοῦτ' ἔχει τὸ φυτὸν ἐν αὐτῷ πλεῖστον, ἀφ' οὗ τὴν ἐξ ἀρχῆς εἴληφε προσηγορίαν, καὶ ἐνίκησε. » De Sida Bœotix regione aliunde non constat, quantum sciam. De alia quadam planta, punico malo simili, quæ item *sida* nominatur et in palude circa Orchomenum nascitur, v. Theophrast. ap. Athen. l. l. ibique interpretes. *Sidam* Laconix oppidulum memorat Pausanias III, 22. Ceterum Agatharchides rem ad Epaminondæ tempora pertinentem data occasione attulisse putandus est. Sermo fortasse erat de Oropi regione, de qua toties inter Bœotos et Athenienses disceptatum est.

5.

## E LIBRO VICESIMO SECUNDO.

Idem VI, p. 246, E : Ἀγαθαρχίδης δ' ὁ Κνίδιος ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῶν Εὐρωπιακῶν, Ἀριστομάχου τοῦ Ἀργείων τυράννου παράσιτον γενέσθαι φησὶν Ἀνθεμόκριτον τὸν παγκρατιαστήν.

Duo fuerunt Aristomachi, Argivorum tyranni. Post Aristomachum I (v. Plutarch. Arat. c. 25) tyrannide potitur Aristippus, et mox post hujus obitum Aristomachus II (v. Plut. l. l. 29), qui deinde (a. 226) Achæorum fœderi se adjunxit (id. ib. 35 sqq.). Cf. de hoc Polyb. II. 44. 59. 60, Pausanias II, 8, 6. Quemnam Noster intellexerit, non liquet.

6.

## E LIBRO VICESIMO SEPTIMO.

Idem XII, p. 550, B : Παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις ὁ αὐτὸς (Ἀγαθαρχίδης) ἱστορεῖ διὰ τῆς ἐβδόμης καὶ εἰκοστῆς οὗ τῆς τυχούσης ἀδοξίας νομίζεσθαι, εἴ τις ἢ τὸ

tum tenuerat, sumens ostendensque, quæsit ex Atheniensibus, quo nomine hoc vocarent? Quumque illi respondissent ῥόαν : « At nos, inquit, sidam. » Habet autem is locus plurimas id genus arborum, unde principio nomen ei est inditum. Atque ita causam Epaminondas obtinuit. »

5.

Agatharchides Cnidius, libro vicesimo secundo Rerum Europæarum, Anthemocritum pancratiasten Aristomachi Argivorum tyranni parasitum fuisse refert.

6.

Apud Lacedæmonios, ut idem Agatharchides libro vicesimo septimo tradit, insigne probrum habebatur, si quis aut habitu corporis parum virili, aut mole ventris nimium prominente deprehenderetur, quum decimo quoque die nudos se juvenes ephoris inspiciendos præberent. Observabant etiam quotidie ephori quum vestitum tum cubilia juvenum; et merito quidem : nam et coqui apud Lacedæmonios nulli erant, nisi carni appandæ; nec ullis in cu-

σχῆμα ἀνανδρότερον ἔχων, ἢ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος προπετής ἐφαίνετο, γυμνῶν κατὰ δέκα ἡμέρας παρασταμένων τοῖς ἐφόροις τῶν νέων. Καθεύρων δὲ οἱ ἐφοροὶ καὶ καθ' ἐκάστην ἡμέραν καὶ τὰ περὶ τὴν ἐνδύσιν καὶ τὴν στρωμνὴν τῶν νέων εἰκότως. Καὶ γὰρ ὀψοποιοὶ ἦσαν παρὰ Λακεδαιμονίοις κρέως σκευασίας, ἄλλου δ' οὐδενός. Κὰν τῇ δ' ἐβδόμῃ εἰκοστῇ ὁ Ἀγαθαρχίδης ἔφη, Λακεδαιμόνιοι Ναυκλείδην τὸν Πολυβιάδου, παντελῶς ὑπερσαρχοῦντα τῷ σώματι, καὶ παχὺν διὰ τρυφὴν γενόμενον, καταβιβάσαντες εἰς μέσσην τὴν ἐκκλησίαν, καὶ Λυσάνδρου πολλὰ ὄνειδίσαντος ἐν τῷ κοινῷ, ὡς τρυφῶντι, παρ' ὀλίγον ἐξέβαλον ἐκ τῆς πόλεως, ἀπειλήσαντες τοῦτο ποιήσιν, εἰ μὴ τὸν βίον ἐπανορθώσαιο. Εἰπόντος τοῦ Λυσάνδρου, ὅτι καὶ Ἀγησίλαος, ὅτε διέτριβε περὶ τὸν Ἑλλησπόντον πολεμῶν τοῖς βαρβάροις, ὄρων τοὺς Ἀσιαγενεῖς ταῖς μὲν στολαῖς πολυτελῶς ἡσχημένους, τοῖς σώμασι δ' οὕτως ἀχρεῖους ὄντας, γυμνοὺς πάντας ἐκέλευσε τοὺς ἀλισκομένους ἐπὶ τὸν κήρυκα ἄγειν, καὶ χωρὶς πωλεῖν τὸν τούτων ἱματισμὸν, ὅπως οἱ σύμμαχοι γινώσκοντες, διότι πρὸς μὲν ἄθλα μεγάλα, πρὸς δ' ἄνδρας εὐτελεῖς ὁ ἀγὼν συνέστηκε, προθυμότερον ταῖς ψυχαῖς ὀρμῶσιν ἐπὶ τοὺς ἐναντίους. In altero libri numero erratum esse videtur; fortasse scr. κὰν τῇ δ' ὀγδόῃ εἰκ.; certe e libro 28 ejusdem plane argumenti locus affertur. Agebat in his libris Agatharchides de iis temporibus, quibus veterem Lycurgi rempublicam Agis et Cleomenes restituere tentarunt.

7.

## E LIBRO VICESIMO OCTAVO.

Idem IV, p. 168, D : Ἀγαθαρχίδης δ' ὁ Κνίδιος ἐν τῇ ὀγδόῃ πρὸς ταῖς εἰκοσι τῶν Εὐρωπιακῶν, « Γνώσιππον (φησὶν) ἄσωτον γενόμενον ἐν τῇ Σπάρτῃ ἐκώλυον οἱ ἐφοροὶ συναναστρέφειν τοῖς νέοις. » De Gnosippo, si-

pediis ars eorum versabatur. Porro in vicesimo septimo [octavo?] libro idem Agatharchides ait, Naclidem Polybiadis filium, quum ob vitæ mollitiem supra modum corpulentus obesusque esset, a Lacedæmoniiis in mediam concionem fuisse productum; et publice a Lysandro acerbe objurgatum ut mollem et voluptarium, propemodum ex urbe fuisse ejectum; idque futurum minitatos ei esse cives, ni vitam corrigeret. Qua occasione commemoravit Lysander, Agesilaum, quum barbaris bellum faceret ad Hellespontum, videretque Asiaticos homines sumptuosis stolis exultos, corporibus vero adeo imbelles et inutiles esse, captivos omnes ad præconem nudos duci jussisse, et vestimenta eorum separatim vendi : quo socii intelligentes præmiorum ampla spe adversus viles homines bellum geri, alacrioribus animis cum hostibus pugnarent.

7.

Agatharchides Cnidius, vicesimo octavo Rerum Europæarum : « Gnosippum Spartæ, ait, quum luxuriosus esset, vetuere ephori cum juvenibus conversari.

cuti de Hæresippo, qui fr. 8 memoratur, aliunde mihi non constat.

8.

## E LIBRO TRICESIMO.

Idem VI, p. 251, F: Ἀγαθαρχίδης δ' ἐν τῇ τριακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, « Αἰρήσιππος (φησὶν) ὁ Σπαρτιάτης, ἄνθρωπος οὐ μετρίως φαῦλος, οὐδὲ δοκῶν χρηστὸς εἶναι, πιθανὸν δ' ἔχων ἐν κολακείᾳ λόγον, καὶ θεραπεῦσαι τοὺς εὐπόρους μέχρι τῆς τύχης δεινός. »

9.

## E LIBRO TRICESIMO PRIMO.

Idem XII, p. 527, F: Ἐν δὲ τῇ τριακοστῇ πρώτῃ Ζακυνθίους φησὶν (sc. Ἀγαθαρχίδης) ἀπείρους εἶναι πολέμου, διὰ τὸ ἐν εὐπορίᾳ καὶ πλούτῳ τρυφῶντας ἐθίζεσθαι. Temporum, quæ in antecedentibus libris tractantur, ratione habita, probabile mihi esse videtur, sermonem h. l. fuisse de Philippo rege, qui (an. 217) classe Zacynthum profectus res insulæ ex sua auctoritate constituit. Polyb. V, 102, 10. De Philippo Cephalleniam oppugnante v. idem V, 3 sq.

10.

## E LIBRO TRICESIMO QUARTO.

Idem IX, p. 387, C: Ἀγαθαρχίδης δὲ ὁ Κνίδιος ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν Εὐρωπαϊκῶν, περὶ τοῦ Φάσιδος ποταμοῦ τὸν λόγον ποιούμενος, γράφει καὶ ταῦτα: « Πλήθος δ' ὀρνίθων τῶν καλουμένων φασιανῶν φοιτᾷ τροφῆς χάριν πρὸς τὰς ἐμβολὰς τῶν στομάτων. »

De his Ag. exposuerit ubi de Philippi rebus in Asia gestis sermo erat. Prusiæ genero auxilians Philippus Cium et Myrleam expugnavit, an. 203 a. C. Sequenti anno Attali ditionem invasit, uti constat.

8.

Agatharchides tricesimo Historiarum libro: « Hæresippus Spartanus, inquit, homo erat non mediocriter improbus, et ne speciem quidem ullam boni viri habens, singulari vero in assentando vi persuadendi valebat; in colendis divitibus, dum fortuna floreret, mirus artifex. »

9.

Libro tricesimo primo Agatharchides ait Zacynthios esse belli imperitos, quod divitiis et omniarum rerum copia abundantes, deliciis sint assueti.

10.

Agatharchides Cnidius quarto et tricesimo Rerum Europæarum, de Phaside verba faciens, hæc scribit: « Multitudo vero Phasianarum quæ vocantur avium pabuli causa eo convolant, ubi fluminis ostia mare influunt. »

I.

## E LIBRO TRICESIMO QUINTO.

Idem XII, p. 527, F: Ἀγαθαρχίδης δ' ἐν τῇ τριακοστῇ πέμπτῃ τῶν Εὐρωπαϊκῶν, « Ἀρυκανδεῖς (φησὶ) Λυκίας, ὄμοροι ὄντες Λιμυρεῦσι, διὰ τὴν περὶ τὸν βίον ἀσωτίαν καὶ πολυτέλειαν κατάχραιοι γινόμενοι, καὶ διὰ τὴν ἀργίαν καὶ φιληδονίαν ἀδυνατοῦντες ἀποδοῦναι τὰ δάνεια, προσέκλιναν ταῖς Μιθριδάτου ἐλπίσιν, ἄθλον ἔξιν νομίσαντες χρῆσιν ἀποκοπᾶς. »

Mithridates esse debet quartus hujus nominis rex Ponticus, qui (sec. Clinton: F. H. III, p. 424 sq.) regnasse videtur an. 240-190 a. C. Qua occasione hæc narravit Ag., nescio. Consentaneum vero est desumpta esse ex narratione de rebus Philippi in Asia gestis.

## E LIBRO TRICESIMO OCTAVO.

Idem VI, p. 272, D: Ἀγαθαρχίδης δ' ὁ Κνίδιος ἐν τῇ ὀγδόῃ καὶ τριακοστῇ τῶν Εὐρωπαϊκῶν Δαρδανεῖς φησὶ δούλους κεκτῆσθαι τὸν μὲν χιλίους, τὸν δὲ καὶ πλείους. Τούτων δ' ἕκαστον ἐν μὲν εἰρήνῃ γεωργεῖν, ἐν πολέμῳ δὲ λοχίζεσθαι, ἡγεμόνα νέμοντας τὸν ἴδιον δεσπότην. Hæc pertinuisse videntur ad historiam bellorum, quæ Philippus contra Thraciæ gentes gessit.

13.

## E LIBRO INCERTO.

Idem I, p. 28, D: Ἐν δὲ Ἰσση τῇ κατὰ τὸν Ἀδρίαν νήσῳ, Ἀγαθαρχίδης φησὶν οἶνον γίνεσθαι, ὃν πᾶσι συγκρινόμενον καλλίω εὕρισκεσθαι.

11.

Agatharchides libro tricesimo quinto Rerum Europæarum scribit: « Arycandenses Lyciæ, Limyrensiarum vicini, quum propter luxuriam et sumptuosam vitam ingens æs alienarum conflasset, et ob inertiam et voluptatis studium usuras non possent persolvere, Mithridatis partibus se adjunxerunt, sperantes mercedem se ab eo novas tabulas relaturas. »

12.

Agatharchides Cnidius octavo et tricesimo libro Rerum Europæarum Dardanos ait possidere servos, alium mille, alium etiam plures. Horum quemque pacis tempore colere agros; in bello vero centuriari et arma ferre duce domino.

13.

In Issa, Adriatici maris insula, vinum nasci Agatharchides ait, quod cum aliis omnibus collatum, antecellere bonitate compertum sit.

## ΑΣΙΑΤΙΚΑ

ἐν βιβλ. ι'.

14.

## E LIBRO SECUNDO.

Diodorus III, 11, 1: Περὶ δὲ τῶν συγγραφέων ἡμῖν διοριστέον, ὅτι πολλοὶ συγγεγράφασι περὶ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Αἰθιοπίας, ὧν οἱ μὲν ψευδεῖ φήμῃ πεπιστευκότες, οἱ δὲ παρ' ἑαυτῶν πολλὰ τῆς ψυχαιγωγίας ἕνεκα πεπλακότες, δικαίως ἂν ἀπιστοῖντο. Ἀγαθαρχίδης μὲν γὰρ ὁ Κνίδιος ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ ὁ τὰς Γεωγραφίας συνταξάμενος Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος κατὰ τὴν ὀγδόην βίβλον, καὶ τινες ἕτεροι τῶν ἐν Αἰγύπτῳ κατοικούντων ἱστορηκότες τὰ πλεῖστα τῶν προειρημένων ἐν πᾶσι σχεδὸν ἐπιτυγχάνουσι.

Colligitur hinc Agatharchidem in Historiis Asiaticis haud pauca exposuisse eorum, quæ fusiùs postea in libris V De mari Rubro tractavit. Illis vero non acquievisse Diodorum, sed pleraque eorum, quæ lib. III, 2—48 de Æthiopicis habet, e majori illo opere descripsisse Excerpta Photiana docent. Quare quæ sunt apud Diodorum aliosque de istis populis et regionibus fragmenta Agatharchidis, non hoc loco exhibenda, sed cum Photianis Exc. componenda esse duximus. Expressis verbis Agatharchides laudatur apud Diodor. III, 8, 4 (cf. Ag. De m. Rubro p. 57 sq. ed. Hudson.) et III, 48 (cf. id. p. 66), et I, 41 de Nili incrementis, quem locum dabimus fr. 15, quamvis et ipse fortasse ex libris De m. Rubro petitus fuerit. Denique citatur Noster apud Strabon. XVI, p. 778 (de nomine maris Rubri), Plutarch. Sympos. VIII,

9, Ælian. V, 27 (de bestis Æthiopiæ); Plin. H. N. VII, 2, p. 8 ed. Tauchn. (coll. Agath. p. 43 Huds.).

15.

(\* Quæ præterea Clintonus l. l. notat erronea sunt. Polyhistor, ait, though called a Milesian by Suidas, was born in Phrygia. Stephan. Byz. : Κοτιάειον, πόλις Φρυγίας, ... ἐνθα ἦν Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδου, γραμματικὸς πολυμαθέστατος χρηματίζων, ὃς Περὶ παντοδαπῆς ὕλης τεσσαράκοντα δύο ἔγραψε λόγους [in cod. Rhediger. κδ' ἔγραψε βίους (sueta vocum βίος et βίβλος commutatione)]. Similiter ante Clintonem statuerant Vossius H. Gr. p. 187 sq., Kuster. ad Suid. l. l., Jonsius Scr. H. phil. II, 16 p. 235, Schœll. in Hist. lit. Gr. tom. II, p. 723 (ed. Berlin. 1830). Quibus adde Forbigerum Geogr. I, 251, quem hæc opinio in alium etiam induxit errorem. At luce clarius est Al. Asclepiadis filium M. Antonini imperatoris fuisse magistrum, cui λόγον ἐπιτάξιον scripsit Aristides, Orat. XII, tom. I, p. 134 sqq. Dindf., uti monuerunt post Meursium (notæ ad Chalcid. p. 7), Fabricium (B. Gr. IV, p. 379), Burretium (Mém. de l'Acad. X, p. 253), Wegenerus (De aula Attal. p. 199), J. Rumpf. (Commentat. de Alexandri Polyh. vita et script. Heidelberg. 1845, p. 6), Lehrsius (Quæst. Epic. p. 8-16), qui fuse doctèque quæ ad Cotyæensem grammaticum pertinent exposuit. Wegeneri sententiam, ex qua Alexander Milesius idem foret cum Alexandro Ephesio et Alexandro Myndio, memorasse sufficiat. Vide Rumpf. l. l. p. 7 sq. — De Alexandro Ephesio vide infra. Ceteros Alexandros recensent Meursius, Voss. l. l., Fabricius B. Gr. tom. II, p. 232 sqq. ed. pr. — Apud Stephan. Byz. v. Παρνασσός et Αὐλή pro Ἀλέξανδρος legendum Ἀλεξανδρίδης. V. fragm. Alexandridæ Delphi.

sed disciplinæ alicujus addicti. Secundum hæc Alexander libertus Romæ floruerit inter an. 82-60. Quando natus, quando captus, quando mortuus sit, in medio debet relinqui.

## SCRIPTA ALEXANDRI.

## HISTORICA.

1. Χαλδαϊκά et Ἀσσυριακά (fr. 1-2).
2. Περὶ Ἰουδαίων (fr. 3-24).
3. Ἰταλικά (Περὶ Ῥώμης) βιβλ. ε' (fr. 25-29).

## GEOGRAPHICA VEL PERIEGETICA.

4. *De Illyrico tractu* (fr. 30).
5. Κρητικά, libris minimum II (fr. 32).
6. Περὶ Εὐξείνου πόντου (fr. 33-38).
7. Περὶ Βιθυνίας (fr. 39-41).
8. Περὶ Παφλαγονίας (fr. 42-44).
9. Περὶ Φρυγίας, libris min. III (fr. 45-53).
10. Περὶ Καρίας, libris min. II (fr. 54-64).
11. Λυκικά (Περὶ πλοῦς Λυκίας), lib. m. II (fr. 66-88).
12. Περὶ Κιλικίας (fr. 89-93).
13. Περὶ Κύπρου (fr. 94).
14. Ἰνδικά (fr. 95-97).
15. Περὶ Συρίας (fr. 98-102).
16. Αἰγυπτιακά, libris III (fr. 104-116).
17. Λιβυκά, libris min. III (fr. 117-135).
- [Περὶ πλοῦς τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης? fr. 135 a].

## GRAMMATICA.

18. Περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων (fr. 136, 137).

## PHILOSOPHICA.

19. Περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων (fr. 138).

*Opera quæ ex conjectura Al. Polyhistori vindicavimus.*

20. Φιλοσόφων διαδοχαί (fr. 139-146).
21. Θαυμασίων συναγωγή.

*Fragmenta operum incertorum* (fr. 147-152).

Tituli geographici num ad unum opus totius orbis terrarum descriptionem complexum referendi sint, an singula opuscula singillatim prodierint, non liquet. Hoc tamen probabilius est. Rerum tractatio, quatenus e Stephani ἀποσπασματίοις judicari potest, eadem prorsus erat, quam apud plurimos Κτίσεων, Περίπλων, Περιηγήσεων scriptores ætatis sequioris obtinuisse novimus. Propria laus Alexandri in eo maxime posita fuisse videtur, ut non unum alterumve scriptorem, prouti optimum quemque judicaret, tacite sequeretur et pro

suis aliena venderet; sed varias variorum de eadem re sententias et narrationes undique congestas componeret. An sit ulterius progressus, ac diligentiae coacervandi et copiae eruditionis acumen etiam judicis sociaverit, ex reliquiis dignosci nequit; ceterum negare quam affirmare malueris. Quam modo diximus indolem scriptoris vel tenuissima illa quæ apud Stephanum leguntur fragmenta comprobant. Nam in libro De Ponto Euxino *Diophantum* laudat (fr. 33); in libro De Paphlagonia *Nicostratum* (fr. 42); in libro De Phrygia *Promathidam* et *Timotheum* (fr. 47.); in libro De Cilicia *Zopyrum* (fr. 89); in libro De Syria *Xenophontem* ἐν ταῖς ἀναμετρήσεσι τῶν ὄρων τῆς Συρίας (fr. 99); in Libycis denique *Demosthenem* nescio quem (fr. 131). Similiter etiam in opere De mirabilibus Alexander ἄλλους τῶν οὐκ ἀφανῶν εἰσάγει ταῦτα προϊστορήσαντας, uti testatur Photius. Omnium autem luculentissime sedulitatem excerptoris ostendit liber *De Judæis*, qui totus, ut videtur, ex centonibus auctorum diversissimorum consarcinatus erat. In nostris exscribuntur:

## HISTORICI.

1. *Aristeas* ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων, fr. 12.
2. *Artapanus*, ἐν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς, fr. 4. 10. 14.
3. *Cleodemus* s. *Malchus*, ὁ ἱστορῶν τὰ Περὶ Ἰουδαίων, fr. 7.
4. *Demetrius*, fr. 8, 16.
5. *Eupolemus*, ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων sive Περὶ τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ βασιλέων, fr. 3. 13. 18. 20. 24.
6. *Molo*, ὁ τὴν συσκευὴν τὴν κατὰ Ἰουδαίων γραφῆς, fr. 5.
7. *Timocharis* ἐν τοῖς Περὶ Ἀντιόχου, fr. 21.
8. *Theophilus*, fr. 19.

## GEOGRAPHI.

1. Ὁ τῆς Συρίας σχοινομέτρησιν γραφῆς, fr. 22.

## POETÆ.

1. *Philo*, ἐν τῷ Περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, fr. 6. 11. 23.
2. *Theodotus*, ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων, fr. 9.
3. *Ezechiel*, ὁ τῶν τραγωδιῶν ποιητῆς, in dramate Ἐξαγωγή in scripto, fr. 15 et 16.

Historicos Aristeam, Artapanum, Cleodemum, Demetrium et Eupolemum, non Græcos, sed Judæos Græcienses fuisse nemo qui fragmenta nostra perlegerit non intelligit, ac de Demetrio quidem et Eupolemo rem testatur Eusebius in Hist. Eccles. VI, 13 (et ex eo Hieronym. De vir. ill. tom. II, p. 865 ed. Veron.), ubi Clemens Alex. meminisse dicitur Φίλωνος καὶ Ἀριστοβούλου Ἰωσήπου τε καὶ Δημητρίου καὶ Εὐπολέμου Ἰουδαίων συγγραφέων. Plura in hanc sententiam disputat Valckenarius

De Aristobulo c. 6. p. 17 sqq. (in Euseb. Pr. Ev. tom. IV, p. 357 ed. Gsfd.).

De *Aristeæ* Ptolemæi Philadelphi æqualis historia Judaica aliunde, quantum sciam, non constat; num genuina hæc historia fuerit, an sicuti notus ille De septuaginta interpretibus liber a seriore Judæo sub Aristæi nomine editus sit, nescitur (v. Rosenmüller. *Handb. d. bibl. Krit.* II, p. 358 sqq.). Vide etiam quos laudat Schæll. in *Gesch. d. Gr. Lit.* tom. II, p. 288.

*Artapani* præter Eusebium mentionem faciunt Clemens Alex. I, c. 23, p. 149, 1, Chron. Pasch. et Anonym. Chron. in Cram. Anecd. Parisin. tom. II, p. 176; neque tamen novi quidquam, et quod de tempore scriptoris certiores nos reddere possit, afferunt (v. not. ad fr. 14).

De *Cleodemo* aliunde non constat.

*Demetrium* sub Ptolemæo Philopatore (222-205) Chronica sua composuisse indicare videtur locus Clementis, Strom. I, 21, p. 146 ed. Sylb., ubi hæc:

Δημήτριος δὲ φησιν ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων τὴν Ἰούδα φυλὴν καὶ Βενιαμὴν καὶ Λευὶ μὴ αἰχμαλωτισθῆναι ὑπὸ τοῦ Συναχρηεῖμ, ἀλλ' εἶναι ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ταύτης εἰς τὴν ἐσχάτην ἣν ἐποίησατο Ναβουχοδονόσορ ἐξ Ἱεροσολύμων ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι ὀκτὼ μῆνας ἕξ· ἀφ' οὗ δὲ αἱ φυλαὶ αἱ δέκα ἐκ Σαμαρίας αἰχμάλωτοι γεγονάσιν ἕως Πτολεμαίου τετάρτου ἔτη πενταχόσια [τετραχόσια em. Reinesius] ἑβδομήκοντα τρία μῆνας ἑννέα, ἀφ' οὗ δὲ ἐξ Ἱεροσολύμων ἔτη τριαχόσια τριάκοντα ὀκτὼ μῆνας τρεῖς.

Fortasse idem est Demetrius, quem Περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον scripsisse dicit Athenæus XV, p. 680, B. Demetrium eundem esse cum Damocrito, qui de Judæis scripsisse dicitur a Suida voce Δαμόκριτος, statuit Jonsius Scr. Hist. ph. I, 4, 2. Quod minime probabile. Nam quæ Suidas e Damocriti libro affert, hominem ostendunt rerum Judaicarum ignarum, alterumque Apionem, infestum Judæorum detrectatorem.

*Eupolemus* una generatione quam Alexander antiquior floruisse videtur inter 140-100 a. C. Scilicet ex eo Clemens Alex. Strom. I, 21, p. 146, 16, hæc: Εὐπόλεμος ἐν τῇ ὁμοίᾳ πραγματείᾳ (sc. Περὶ Ἰουδαίων) τὰ πάντα ἔτη φησὶν ἀπὸ Ἀδάμ ἄχρι τοῦ πέμπτου ἔτους Δημητρίου βασιλείας, Πτολεμαίου (Euerg. II) τὸ δωδέκατον (1. τότε τὸ ἕκτον) βασιλεύοντος Αἰγύπτου συνάγεσθαι ἔτη μέρθ', i. e. 5149 (\*). Innuit vero Demetrium Nicatorem, qui

(\*) Igitur mundi annus primus secundum Eupolemum erat 5290 (5149+141) a. Chr. Vellem hoc mihi innotuisset eo loco ubi de ratione qua Syncelli auctor Panodorus Ægyptiam chronologiam adornaverit, verba feci pag. 537. Suspiciatus ibi sum auctorem Syncelli Ægyptiorum regibus

regnum suscepit a. 146 exeunte. Ejus anno quinto (142 exeunt. — 141 a. C.) quum libertatem Judæis rex concesserit, vides cur ad hunc terminum Eupolemus numeros suos direxerit. Cf. Huet. Demonstr. Ev. Prop. IV, c. 2, qui hunc Eupolemum filium fuisse censet Johannis quem Judas Maccabæus Romam misit legatum. Præter eos scriptores, quos nominavimus ad fr. 13 et 18, Eupolemi meminit Josephus C. Apionem I, 23: Ὁ μὲντοι Φαληρεὺς Δημήτριος (i. e. Pseudo-Dem.) καὶ Φίλων ὁ πρεσβύτερος (poeta, ab Alexandro Polyh. citatus) καὶ Εὐπόλεμος οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον· οἷς συγγινώσκειν ἄξιον· οὐ γὰρ ἐντὶν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμετέροις γράμμασι παρακολουθεῖν. Igitur Josephus Eupolemum non Judæum, sed Græcum scriptorem esse opinatus est (\*).

*Molo* (plerique Eus. codices exhibent Μήλων) est *Apollonius Molo* Alabandensis, Alexandri Polyhistoris æqualis fere, rhetor celeberrimus, quem Cicero primum Romæ (a. 88), deinde in Rhodo (a. 78) insula audivit (\*\*). Quæ contra Judæos Molo scripsit, eorum complura affert Josephus (\*\*\*)

mortalibus dedisse annos 3755 (γψνε'), non vero 3555 (γφνε'); quorum primus incideret in 4106 a. C. Jam vero diis et semideis ex Panodori calculis dantur anni 1184 (vel accuratim 1183½). Igitur deorum regni initium cadit in an. 5290 a. C., qui ex Eupolemi computo mundi annus primus est. Jam quum simili modo Eusebii auctorem dynastiarum mortalium initium cum initio mundi ex alia æra composuisse probabili ratione demonstrasse mihi videar, ac ejusmodi rerum adornatio Judæis chronologis sponte fere in mentem venire deberet, vix dubito quin de annis istis 3755 recte conjecerim, atque calculis his eadem mundi æra subsit, quam Eupolemus noster sequitur.

(\*) Fragmenta nostra Eupolemi separatim edidit et commentario instruxit Kuhlmeij. Berlin. 1840, notante Rumpfio l. I. p. 20.

(\*\*) Cicero Brut. c. 89: *Eodem anno* (sc. Sulla et Pompeio coss. a. 88) *etiam Moloni Rhodio Romæ dedimus operam et actori summo causarum et magistro*. Id. ib. c. 91: *Post a me tota Asia peragrata est et cum summis quidem oratoribus, etc. Quibus non contentus, Rhodum veni, meque ad eundem, quem Romæ audiveram, Molonem applicavi*. Cf. Plutarch. Cic. c. 4. Strabo XIV, p. 655, Molonem inter illustres Alabandenses recenset, et p. 660 inter eos, qui Rhodi ἐσοφίστευσαν. Molonem audivit etiam Luceius (Cic. Ep. ad Att. II, 1) et Cæsar (Plut. Cæs. c. 3; Sueton. Cæs. c. 4). Cf. præterea Cic. De orat. I, 17, 28, De divin. I, 56; Quinctil. XII, 6. III, 1, 16; Walz. Rhet. Gr. tom. VIII, p. 494; Phæbammon p. 89; Porphy. Qu. Hom. 4. Schol. Arist. Nūb. 144, ubi: Τοῦτον (sc. τὸν χρησμὸν Pythiæ versibus trimetris conceptum de Socrate omnium hominum sapientissimo) Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων ἐν τῷ Κατὰ φιλοσόφων ἐψεῦσθαί φησι· τοὺς γὰρ Πυθικοὺς χρησμοὺς ἐξαμέτρους εἶναι. Inter eos qui de rebus Ægyptiorum scripserint, nominatur ap. Cosmam Topograph. Christ. XII, p. 341. Cf. Clinton. F. H. ad an. 88 et 78. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* p. 177, n. 9.

(\*\*\*) Josephus C. Ap. II, 14: Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων καὶ Λυσίμαχος καὶ τινες ἄλλοι τὰ μὲν ὑπ' ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον



*Timochares*, qui De rebus Antiochi scripsit, aliunde mihi non notus est. Diversus haud dubie fuit ab Timochare astronomo (schol. Arat. Phæn. 269), de quo vide Schœll. *Gesch. d. Gr. Lit.*, II, p. 244.

*Theophilus* num is sit qui Ἰταλικὰ, Πελοποννησιακὰ, Συκελίας περιήγησιν, alia scripsit (vide auctores ætatis incertæ), non dijudico.

*Syriæ mensorem* intelligo *Xenophontem*, quem ipse Alexander (Περὶ Συρίας) laudat fr. 97. Eundem esse statuo cum Xenophonte Lampsaceno et Peripli auctore, cujus meminit Plinius (\*).

Ceterum sunt qui Judæorum Historiam Alexandro abjudicandam esse censeant. Argumentum rei idoneum non protulerunt, nisi forte argumenti speciem habere putes quæ Rumpsius affert p. 25 : « Ejusmodi commentarios de rebus Ju-

δὲ κατὰ δυσμένειαν περὶ τε τοῦ νομοθετήσαντος ἡμῖν Μωυσέως καὶ περὶ τῶν νόμων πεποιήνται λόγους οὔτε δικαίους οὔτε ἀληθεῖς, τὸν μὲν ὡς γόητα καὶ ἀπατεῶνα διαβάλλοντες, τοὺς νόμους δὲ κακίας ἡμῖν καὶ οὐδεμιᾶς ἀρετῆς φάσκοντες εἶναι διδασκάλους... Τὴν κατηγορίαν ὁ Ἀπολλώνιος οὐκ ἀνόητον, ὡσπερ ὁ Ἀπίων, ἔταξεν ἀλλὰ σποράδην καὶ διὰ πάσης τῆς συγγραφῆς. Ποτὲ μὲν ὡς ἀθέους καὶ μισανθρώπους λοιδορεῖ, ποτὲ δ' αὖ δειλίαν ἡμῖν ὀνειδίζει· καὶ τοῦμπαλιν ἔστιν ὅπου τόλμαν κατηγορεῖ καὶ ἀπόνοιαν. Δέγει δὲ καὶ ἀφυστάτους εἶναι τῶν βαρβάρων· καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν εἰς τὸν βίον εὖρημα συμβεβλήσθαι μόνους. Quæ longa disputatione Josephus refellere studet. — II, 7 : *Admiror autem etiam eos, qui ei (Apioni) hujusmodi (Judæos accusandi) fomitem præbuerunt, Posidonium et Apollonium Molonem : quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis non velimus. Mentientes autem pariter, et de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere.* (Sequitur ex Apione historia de asini capite in templo Hieros.) — II, 2 : *Μόλων δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς, ὡς αὐτοῖς ἔδοξεν, de tempore exitus Jud. statuerunt.*

(\*) Plinius H. N. VII, s. 49 : *Xenophon in Periplo Tyriorum insulæ regem DC, atque, ut parce mentitus, filium ejus DCCC* (sc. annis vixisse ait). Antecedunt similia quædam ex Alexandro Polyhistore deprompta (v. fr. 39). Cf. Valer. Max. VIII, 13, 7 : ... *Xenophon, cujus Περίπλους legitur; is enim Latmiorum(?) regem octingentis vitæ annis donavit. Ac ne pater ejus parum benigne acceptus videretur, ei quoque sexcentos assignavit annos.*

Plinius IV, s. 27 : *Xenophon Lampsacenus a litore Scytharum tridui navigatione insulam esse immensæ magnitudinis, Baltiam, tradit. Eandem Pytheas Basileam vocat.* Eadem Solinus c. 22.

Plinius VI, s. 36 : *Contra hoc quoque promontorium (sc. Hesperion ceras) Gorgades insulæ narrantur, Gorgonum quondam domus, bidui navigatione distantes a continente, ut tradit Xenophon Lampsacenus. Penetravit in eas Hanno Pænorum imperator, prodiditque, etc.* Quæ sequuntur ex Hannone petita, ea tamquam Xenophontis narrationem affert Solinus c. 60, sueta negligentia Plinium exscribens. — Præterea hujus Xenophontis nomen legis inter auctores ad Plin. lib. III et V. Cf. Salmasius in Solin. p. 17. — Ad Lampsacenum Xenoph. Reinesius referenda esse pulat quæ leguntur ap. Tzetzem ad Lyc. 702 : *Καὶ Ξενοφῶν καὶ ἕτεροι μυρίαὶ περὶ τε τοῦ Ἀόρνου στομίου καὶ τῆς Ἀσφαλιτίδος λίμνης ἱστορήσαν.*

dæorum in unum redigere, id quod libro nomen Polyhistoris præ se ferente factum, Judæi neque Græci hominis est. Neque mirum, compilantem istum hominem historiæ suæ Alexandri Polyhistoris nomen inscripsisse, quippe qui diligentissimus antiquitatis mythorumque Asiæ minoris et Syriæ investigator eo tempore haberetur. Quum vero Christiani scriptores posterioris ætatis rem suam paganorum testimoniis confirmandam esse putarent eoque in studio criticam artem prorsus negligerent, nec Eusebius illam fraudem detexisse videtur. » Hæc ille. Videlicet constat scriptores Græcos usque ad Alexandri tempora Judæorum vix nomen protulisse, historiam omnino non curasse. Hoc ad omnes sequentis ævi historicos, qui Græci natione fuerint, transferunt. Si quæ obstare huic sententiæ videntur, ea indicta causa condemnant et verbo removent, fragmenta dicentes ævi infimi virorumque obscurorum, qui Græcis nominibus abusi suis suorumque commodis consulere voluissent. Quod quo firmiter animis multorum inhæret, tanto est absurdus et in literarum historiam recte intelligendam perniciosus. Quod fusius exponere non hic est locus.

In *Babyloniis sive Chaldæis* historiis Alexander præ ceteris *Berosum* exscripsit, cujus ampla fragmenta eidem debemus Eusebio, qui Judaica servavit. Ceterum videri possit Alexander non ipsum *Berosum* ob oculos habuisse, sed sua ex Apollodori libro nescio quo exscripsisse. Etenim in Eusebio Armen. p. 5 (fr. 5 Berosi) legitur ita : *Hæc vero ratione narrationem exorditur (Berosus), ut Apollodorus ait.* At laborare ambiguitate h. l. textum Armeniacum annotavit Majus. Rumpf. probabiliter statuit in græcis fuisse ὡς καὶ Ἀπολλόδορος λέγει. Idemque recte monet Syncellum p. 39, B (Berosi fr. 6) iis quæ Polyhistor e Beroso notaverit opponere ea quæ de eadem re ex eodem Beroso notaverit Apollodorus, adeo ut Polyhistor sua non possit ex Apollodoro mutuatus esse. Nisi fallor, ista καθὼς καὶ Ἀπολλόδορος λέγει ex glossa ad marginem Eusebii adscripta in textum deinde illata sunt. Ceterum de Babyloniacis hisce Apollodori idem plane valet quod de Ægyptiacis ejusdem auctoris ad Manethonem notavimus.

## ΧΑΛΔΑΙΚΑ.

Excerpsit Alexander libros Berosi, atque aliorum quorundam, ut videtur. Hæc exscripsimus in fragmentis Berosi, ubi vide. Sequentia duo fragmenta Ἀσσυριακά inscribimus, quamquam peculiare de rebus Assyriorum opus disertis verbis Alexandro non tribuitur.

## [ ΑΣΣΥΡΙΑΚΑ. ]

## 1.

Synzell. p. 359, C : Ἐβασίλευσαν Ἀσσύριοι ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως μέχρι Βελεοῦν τοῦ Δελκετάδου· εἰς τοῦτον γὰρ τοῦ Σεμιράμεως γένους λήξαντος, Βελιταρᾶν κηπουργὸς ἐβασίλευσε καὶ τὸ ἐκείνου γένος ἐξῆς μέχρι Σαρδαναπάλλου, καθὰ Βίωνι δοκεῖ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πολυῖστορι.

## 2.

Agathias II, 25, p. 119 ed. Bonn. : Πρῶτοι μὲν γὰρ, ὧν ἀκοῆ ἴσμεν, Ἀσσύριοι λέγονται ἀπασαν τὴν Ἀσίαν χειρώσασθαι, πλὴν Ἰνδῶν τῶν ὑπὲρ Γάγγην ποταμὸν ἰδρυμένων. Νίνος τε πρότερον φαίνεται καὶ βασιλείαν ἐνταῦθα βεβαίαν καταστησάμενος, Σεμιράμις τε αὖ μετ' ἐκείνον, καὶ ἐξῆς ἅπαντες οἱ τούτων ἀπόγονοι μέχρι καὶ ἐς Βελεοῦν τὸν Δερκετάδου· ἐς τοῦτον γὰρ δὴ τὸν Βελεοῦν τῆς τοῦ Σεμιραμείου φύλου διαδοχῆς παυσαμένης, Βελιταράς τις ὄνομα, φυτουργὸς ἀνὴρ καὶ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις κήπων μελεδωνὸς καὶ ἐπιστάτης, ἐκαρπώσατο παραλόγως τὴν βασιλείαν, καὶ τῷ οἰκείῳ ἐνεφύτευσε γένει, ὡς πού Βίωνι γέγρα-

πται καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πολυῖστορι, ἕως ἐς Σαρδανάπαλλον, [ ἐφ' οὗ ] ὡς ἐκεῖνοί φασι, τῆς ἀρχῆς ἀπομαρανθείσης, Ἀρβάκης ὁ Μῆδος καὶ Βέλεσος ὁ Βαβυλώνιος ἀνήρηται αὐτὴν τοὺς Ἀσσυρίους, καθελόντες τὸν βασιλέα, καὶ ἐς τὸ Μηδικὸν μετέστησαν ἔθνος, ἐξ τε καὶ τριακοσίων ἤδη πρὸς τοῖς χιλίοις καὶ ὀλίγω πλειόνων ἐτῶν παρωχηκότων, ἐξ οὗ τὰ πρῶτα ὁ Νίνος τῶν ἐκείνη κατέσχε πραγμάτων. Οὕτω γὰρ Κτησίᾳ τῷ Κνιδίῳ τοὺς χρόνους ἀναγραφάμενῳ καὶ Διόδωρος ξύμφησιν ὁ Σικελιώτης. Μῆδοι τοίνυν αὐθις ἐκράτουν, καὶ ἅπαντα τοῖς ἐκείνων ἐτάττοντο νόμοις. Ἔτη δὲ καὶ τούτων ἐν τῇ ἀρχῇ διανυσάντων οὐ μείον ἢ τριακόσια Κῦρος ὁ Καμβύσου τὸν Ἀστυάγην καταπολεμήσας, ἐπὶ Πέρσας τὴν ἡγεμονίαν μετήγαγε. Πῶς δὲ οὐκ ἤμελλεν, Πέρσης τε ὧν αὐτὸς ἰθαγενῆς, καὶ ἅμα χαλεπαίνων τοῖς Μῆδοις διὰ τὰς σὺν Ἀστυάγει παρατάξεις; Κρατήσαντες δὲ καὶ οἱ Περσικοὶ βασιλεῖς ὀκτώ τε καὶ εἴκοσι καὶ διακόσια ἔτη, καὶ μέντοι καὶ τούτων ἀρχὴ τελεώτατα διερρῦη, στρατῶ ἐπηλύτη καὶ βασιλεῖ ἀλλοτρίῳ καταλυθεῖσα. Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ Φιλίππου Δαρεῖον ἀποκτείναν τὸν Ἀρσάμου τὸν βασιλέα, καὶ ἅπασαν τὴν Περσίδα παραστησάμενος ἐς Μακεδονικὴν τὰ πράγματα μετέθηκε πολιτείαν. Οὕτω γὰρ ἦν μεγαλουργὸς ἐς τὰ μάλιστα καὶ ἀμαχώτατος, ὡς, ἐπειδὴ αὐτὸν καὶ ἀποβῶναι ξυνέβη, ὅμως τοὺς ἐκείνου διαδόχους, Μακεδόνας γε ὄντας, κατασχεῖν ἐπιπλεῖστον τῆς ἀλλοδαπῆς καὶ ὀθνεῖας, καὶ ἐπὶ μέγα δυνάμειος ἀφικέσθαι. Καὶ οἶμαι ἄχρι καὶ ἐς τότε τοῦ καιροῦ ἦρχον ἂν καὶ ἐπεκράτουν, τῇ τοῦ οἰκιστοῦ κρατυνόμενοι δόξῃ, εἰ μὴ ἐς ἀλλήλους στασιάσαντες, καὶ θαμὰ κατὰ τε σφῶν αὐτῶν καὶ πρὸς Ῥωμαίους παραταξάμενοι, τοῦ πλείονος ἕκατι, διέλυσαν τὰς οἰκείας δυνάμεις, καὶ οὐκέτι ἀνάλωτοι τοῖς πέλας

## [ DE REBUS ASSYRIORUM. ]

## 1.

Regnarunt Assyrii inde a Nino et Semiramide usque ad Beleum Dercetadæ filium : in hoc enim quum Semiramidis genus defecisset, Belitaran hortulanus ejusque posterii deinceps regnarunt usque ad Sardanapallum, uti Bioni et Alexandro Polyhistori videtur.

## 2.

Primi omnium, de quibus auditu aliquid accepimus, Assyrii dicuntur totam subegisse Asiam præter Indos, qui ultra Gangem fluvium sedes habent. Ninus ibi primum regiam potestatem constituisse dicitur, et post hunc Semiramis, et deinde omnes horum posterii usque ad Beleum Dercetadæ filium. In hunc enim Beleum successio stirpis Semiramideæ desiit, et Belitaras quidam nomine, vir insitor, regionum hortorum præfectus et inspector, inopinato regnum sibi vindicavit, et suæ generi inivit, ut apud Bionem alicubi scribitur et apud Alexandrum Polyhistorem, usque ad Sardanapallum, cujus temporibus quum emarcuisset, ut illi dicunt, regia potestas, Arbaces Medus et Belesys Babylonius, rege interfecto, Assyriis eam ademerunt et in Medicam gentem transtulerunt, annis mille trecentis et paullo amplius jam præterlapsis, inde a quo

primum Ninus in his regionibus rerum potitus erat. Ita enim Ctesiae Cnidio tempora describenti Diodorus etiam Siculus assentitur. Medi itaque rursum imperium sunt adepti, omniaque ipsorum legibus constituebantur. Quum vero etiam hi annis non minus trecentis imperio essent potiti, Cyrus Cambysæ filius Astyage debellato ad Persas imperium traduxit. Quo pacto enim id non erat facturum, quum et Persa ipse esset indigena, simulque Medis infensus ob prælia cum Astyage habita? Quum vero etiam Persici reges annis octo et viginti supra ducentos imperassent, etiam horum imperium penitus est collapsum, ab externo exercitu et rege alienigena dissipatum. Alexander enim Philippi filius interfecto Dario rege, Arsami filio, totaque Perside subacta, ad Macedonicum imperium res transtulit. Ita enim rerum gestarum magnitudine eximie clarus erat belloque insuperabilis, ut etiam postea, quum e vivis excessisset, successores tamen ipsius, Macedones quum essent, alienam exteramque regionem quam diutissime in potestate retinuerint, et ad summam potentiam evaserint. Et sane arbitror eos etiam in hunc usque diem regnatos imperiumque obtenturos fuisse, Alexandri gloria suffultos, nisi inter se dissidentes frequentibusque præliis tum adversus se mutuo tum adversus Romanos habitis, plura habendi studio suas ipsorum vires potentiamque fregissent,

ἔδοκον. Τοιγάρτοι ἄρξαντες οὐ λίαν ἐλάττονα χρόνον τῶν Μήδων ὅτι μὴ ἑπτὰ ἔτεσι δέοντα (πειστέον γὰρ κἀνταῦθα τῷ Πολυίστορι), ἐς τοσοῦτον δὴ οὖν κρατήσαντες, Παρθυαῖοί γε αὐτοὺς, ἔθνος κατήκοον καὶ ἥμιστα ἐν τῷ πρὸ τοῦ ὀνομαστότατον, παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς τοὺς Μακεδόνας. Καὶ εἴτα ἐκεῖνοι τῶν ὄλων πλὴν Αἰγύπτου ἠγοῦντο, Ἀρσάκου μὲν πρότερον τῆς ἀποστάσεως ἀρξαμένου, ὡς καὶ Ἀρσακίδας τοὺς μετ' αὐτὸν ὀνομάζεσθαι, Μιθριδάτου δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐς μέγα τι κλέος τὸ Παρθυαίων ὄνομα ἐξενεγκότος. Ἐβδομήκοντα δὲ ἔτων ἤδη ἐπὶ διακοσίους παρωχηκότων ἀπὸ Ἀρσάκου τοῦ προτέρου ἐς Ἀρτάβανον τὸν ἔσχατον βασιλέα, ἠνίκα τὰ Ῥωμαίων πράγματα ὑπὸ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μαμαίας παιδὶ ἐτετάχατο, κατ' ἐκεῖνο δὴ τοῦ καιροῦ τὸ Χοσροῦ τοῦ καθ' ἡμᾶς βασιλεύειν ἤρξατο γένος.

In hoc loco quam maxime offendunt verba : πειστέον γὰρ κἀνταῦθα τῷ Πολυίστορι κτλ. Statuerat igitur Alexander Polyhistor successores Alexandri M. (i. e. reges Syriæ) Asiam tenuisse septem tantum annis minus quam Medos olim. Medis in antec. tribuuntur anni circiter trecenti. Secundum hæc Macedones regnassent an. 293 (331-39 a. C.). Ac revera ita computasse Agathiam liquet ex seqq., ubi Parthi deinceps principatum Asiæ tenuisse dicuntur per annos 270, i. e. usque ad an. 229 p. Chr.; quamquam is quoque computus non est accuratissimus; quum Parthorum imperium eversum sit an. 226 p. C. Sed hoc utut est, satis patet quæ de Macedonum regno inepta produntur, non dicta esse ex mente Alexandri Polyhistoris. Temere hujus auctoris testimonium adduci censuit Niebuhrius ad h. l. Ne longus sim, Alexander hæc tradidisse mihi videtur. « Post Medos, dixerit, in Asia regnarunt Persæ per annos 228 (559-331 a. C.); deinde Alexander ejusque successores, Syriæ reges, per annos 345 (231-87) ad illud usque tempus quo Syriam occupavit Tigranes. Hinc Asiæ principatus penes Parthos erat, qui olim (an. 250 vel 256) sub Arsace a Syris defecerant. Igitur Macedonicæ stirpis reges septem tantum annis minus

effecissentque ut non amplius finitimis insuperabiles viderentur, quum alioquin imperassent non minore temporis spatio quam Medi, septem videlicet annis minus; nam etiam hac in re credendum est Polyhistori. Quum itaque tantò tempore imperassent, a Parthis, gente aliis subdita minimeque antea celebri, imperio sunt exuti; qui deinceps eo universo, Ægypto excepta, sunt potiti, Arsace quidem primum defectionis auctore, adeo ut Arsacidæ, qui eum secuti sunt, dicti fuerint. Mithridates vero non nullo post ad magnam gloriam Parthorum nomen evexit. Annis autem septuaginta supra ducentos ab Arsace primo ad Artabanum ultimum regem usque elapsis, quum Romanorum res sub Alexandro Mamææ filio essent constitutæ, sub id tempus Chosrois progenies apud nos regnare cœpit.

quam Medi olim regnarunt. Nam Medi regnarunt annis 252 (252 — 245 = 7). » Sic, puto, Alexander. Agathias eo peccavit quod in calculis subducendis profectus est ab annis 300, quos in antec. Medis assignaverat. Alexander si ita statuisset, perineptus homo foret, et quam erat junior. Deinde quum Macedonum regnum ad annum exputet, jure postulamus etiam Medorum tempora, ex quibus pendet alter computus, accurate fuisse tradita, non vero indicata esse ore rotundo vagisque illis : ἔτη οὐ μείον ἢ τριακόσια (quibus Ctesianus computus, annorum 315, inest). Probabile igitur, Alexandrum pro more suo diversas de Medorum regno sententias protulisse, eam vero, qua Alexandri de Macedonum in Asia temporibus supputatio nititur, ab Agathia confusam esse cum altera. Ceterum annos 252 Medis assignat æqualis Polyhistoris Castor Rhodius (v. fragm. Chron. p. 160); Tigranem vero anno 87 a. C. Seleucidarum regnum occupasse cum Nostro statuit Justinus XL, 1 (Cf. Clinton. F. H. tom. III, p. 340).

## ΠΕΡΙ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

Eusebius Pr. Ev. IX, 17 p. 418 sqq. (tom. II, p. 370 sqq. ed. Gaisfd.)

3.

## ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ

περὶ Ἀβραάμ,

ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυίστορος  
Περὶ Ἰουδαίων γραφῆς.

Cap. 17 : Συνάδει δὲ τούτοις καὶ ὁ Πολυίστωρ Ἀλέξανδρος πολέμιος ὢν καὶ πολυμαθὴς ἀνὴρ, τοῖς τε μὴ πάρος γε τῆς παιδείας καρπὸν πεπονημένοις Ἑλλησπολίταις, ὃς ἐν τῇ Περὶ Ἰουδαίων συντάξει τὰ περὶ Ἀβραάμ τοῦτον ἱστορεῖ κατὰ λέξιν τὸν τράπεζαν ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων, τῆς Ἀσσυρίων ἀβυλῶνα πρῶτον μὲν κτισθῆναι ὑπὸ

3.

## POLEMI NARRATIO.

ex Alexandri Polyhistoris opere  
De Judæis.

Alexander plane suffragatur, vir summi ingenii, eruditionis idemque Græcis hominibus, defunctorie doctrinæ fructum degustatissimus. Is igitur in ea quam de Judæis scribit, res Abrahami sic ad verbum exsequitur. « Inquit, in ea quam de Judæis Assyriis habet disputata, auctor est primum quidem Babylonem urbem

τῶν διασωθέντων ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ· εἶναι δὲ αὐτοὺς Ἰίγαντας· οἰκοδομεῖν δὲ τὸν ἱστορούμενον πύργον. Πισόντος δὲ τούτου ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, τοὺς Ἰίγαντας διασπαρῆναι καθ' ὅλην τὴν γῆν. Δεκάτη δὲ γενεᾶ, φησὶν, ἐν πόλει τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνη (ἣν τινες λέγειν πόλιν Οὐρίην, εἶναι δὲ μεθερμηνευομένην Χαλδαίων πόλιν) ἐν τρισκαιδεκάτῃ [fort. ἐν τοίνυν δ.] γενέσθαι Ἀβραὰμ γενεᾶ, εὐγενείᾳ καὶ σοφίᾳ πάντας ὑπερβεβηκότα, ὃν δὴ καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ Χαλδαϊκὴν εὗρεῖν, ἐπὶ τε τὴν εὐσέβειαν ὀρμήσαντα εὐαρεστήσαι τῷ Θεῷ. Τοῦτον δὲ διὰ τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ εἰς Φοινίκην ἐλθόντα κατοικῆσαι, καὶ τροπὰς ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τὰ ἄλλα πάντα διδάξαντα τοὺς Φοινίκας εὐαρεστήσαι τῷ βασιλεῖ αὐτῶν. Ὑστερον δὲ Ἀρμενίους ἐπιστρατεύσαι τοῖς Φοινίξι· νικησάντων δὲ καὶ αἰχμαλωτισαμένων τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ, τὸν Ἀβραὰμ μετὰ οἰκετῶν βοηθήσαντα ἐγκρατῆ γενέσθαι τῶν αἰχμαλωτισαμένων, καὶ τῶν πολεμίων αἰχμαλωτίσαι τέκνα καὶ γυναῖκας. Πρέσβειν δὲ παραγενομένων πρὸς αὐτὸν, ὅπως χρήματα λαβὼν ἀπολυτρώσῃ ταῦτα, μὴ προελεσθαι τοῖς δυστυχοῦσιν ἐπεμβαίνειν, ἀλλὰ τὰς τροφὰς λαβόντα τῶν νεανίσκων ἀποδοῦναι τὰ αἰχμάλωτα, ξενισθῆναί τε αὐτὸν ὑπὸ πόλεως ἱερὸν Ἀργαρίζιν, ὃ εἶναι μεθερμηνευόμενον ὄρος Ὑψίστου· παρὰ δὲ τοῦ Μελχισεδὲκ ἱερέως ὄντος τοῦ Θεοῦ καὶ βασιλεύοντος λαβεῖν δῶρα. Λιμοῦ δὲ γενομένου, τὸν Ἀβραὰμ ἀπαλλαγῆναι εἰς Αἴγυπτον πανοικίᾳ κάκει κατοικεῖν, τὴν τε γυναῖκα αὐτοῦ τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων γῆμαι, φάντος αὐ-

τοῦ ἀδελφῆν εἶναι. Περισσότερον δὲ ἱστόρησεν ὅτι οὐκ ἠδύνατο αὐτῇ συγγενέσθαι, καὶ ὅτι συνέβη φθείρεσθαι αὐτοῦ τὸν λαὸν καὶ τὸν οἶκον· μάντις δὲ, αὐτοῦ καλέσαντος, τοῦτο φάναι, μὴ εἶναι γῆραν τὴν γυναῖκα· τὴν δὲ βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων οὕτως ἐπιγνώσθαι, ὅτι γυνὴ ἦν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ἀποδοῦναι αὐτὴν τῷ ἀνδρὶ. Συζήσαντα δὲ τὸν Ἀβραὰμ ἐν Ἰλιουπόλει τοῖς Αἰγυπτίων ἱερεῦσι πολλὰ μεταδιδάξαι αὐτοὺς, καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ τὰ λοιπὰ τοῦτον αὐτοῖς εἰσηγήσασθαι, φάμενον Βαβυλωνίους ταῦτα καὶ αὐτὸν εὐρηκέναι, τὴν δὲ εὐρησιν αὐτῶν εἰς Ἐνώχ ἀναπέμπειν, καὶ τοῦτον εὐρηκέναι πρῶτον τὴν ἀστρολογίαν, οὐκ Αἰγυπτίους. Βαβυλωνίους γὰρ λέγειν πρῶτον γενέσθαι Βῆλον, ὃν εἶναι Κρόνον· ἐκ τούτου δὲ γενέσθαι Βῆλον καὶ Χαναάν, τοῦτον δὲ τὸν Χαναάν γεννῆσαι τὸν πατέρα τῶν Φοινίκων, τούτου δὲ Χοῦμ υἱὸν γενέσθαι, ὃν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λέγεσθαι Ἀσβολον, πατέρα δὲ Αἰθιοπῶν, ἀδελφὸν δὲ τοῦ Μεστραῖμ, πατέρα Αἰγυπτίων. Ἑλληνας δὲ λέγειν τὸν Ἀτλαντα εὐρηκέναι ἀστρολογίαν· εἶναι δὲ τὸν Ἀτλαντα τὸν αὐτὸν καὶ Ἐνώχ· τοῦ δὲ Ἐνώχ γενέσθαι υἱὸν Μαθουσαῶν, ὃν πάντα δι' ἀγγέλων Θεοῦ γινῶναι, καὶ ἡμᾶς οὕτως ἐπιγνώσθαι.

4.

## ΑΡΤΑΠΑΝΟΥ

Περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς αὐτῆς γραφῆς  
τοῦ Πολυῖστορος.

Cap. 18 : Ἀρτάπανος δὲ φησιν ἐν τοῖς Ἰουδαίκοις

ac postmodo turrim illam historicorum omnium ore jactatam ab iis qui diluvium effugissent (Gigantes illi erant) excitatam, eaque deinde summa numinis potestate disiecta, toto passim orbe distractos ac dissipatos Gigantes. Idem ætate decima Camarinæ, quæ Babylonis civitas est, quamque Urien nonnulli vocant, Græci Chaldæopolin interpretantur, Abrahamum natum esse tradit, qui cum nobilitate et sapientia omnes anteiret, tum verum in Phœnicia et Chaldaicam invenerit, et singulari gratia divinitam sibi gratiam conciliarit. Hunc postquam in Phœnicia locato rerum suarum in Phœnicia domo, quæque conversiones ac reliqua id genus omnia, quæ res summe gratiosum eum apud rege Phœnicum, quoque vero quum appetitos bello Phœnices Abrahamum ipsumque Abrahami nepotem captivum, quem Abrahamum servorum manu stipatum auxilium, quoque res suam in potestatem redegisse, eorumque uxores belli jure captos abegisse. Verum, quum ab hoste missis, qui captivos pecunia, qui eum insultare ferocius noluisse, sed muneribus pendio contentum captivos liberaliter, in super eum in sacro urbis Argarizin, monte, susceptum hospitio, dona simul a sacerdote, qui ibidem regnabat, accepisset, eum gente fame Abrahamum in Ægyptum cum uxore secessisse, ibique fixa sede, cum ejus uxore rem ille suam vocaret, Ægyptiorum regem in Phœnicia inisse. Hic vero fusius exsequitur, que

illius congressu rex frui potuerit, et populum ejus universum regiamque adeo familiam gravissima pestis invaserit : tandemque rex, consultis vatibus minime viduam esse mulierem respondentibus, ubi eam Abrahami uxorem esse comperisset, viro suo reddiderit. Ceterum quum apud Hieropolim Abrahamus Ægyptiorum sacerdotum consuetudine plurimum uteretur, multa ipsos necnon astrologiam quæque ad eam pertinent omnia, illo docente didicisse tradit, sic tamen eorum inventionem Babylonis atque Abrahamo ipsi attribuens, ut principem illorum auctorem Enochum fuisse statuat, quippe qui primus omnium astrologiam invenit, non autem Ægyptii. Enimvero Babylonios dicere solitos, primum exstitisse Belum, qui Saturnus vulgo nominetur, quique Belum alterum cum Chanaanem suscepit : hunc vero Chanaanem Phœnicum parentem genuisse, cujus filius Chumus exstiterit, quem Asbolum Græci nominant : eum Mestrami fratrem, Æthiopumque simul et Ægyptiorum parentem fuisse : tametsi Atlantem Græci astrologiæ inventorem esse velint ; sed nimirum Atlantem eundem esse quem Enochum, qui Methusalum filium habuerit, huncque ab angelis dei omnia didicisse, quæ tandem ad nos cognitionemque nostram permanarint.

4.

## ARTAPANI NARRATIO.

De eodem, ex eodem Polyhistoris opere.

Artapanus in rerum Judaicarum historia Judæos scribit Ermuth nominari, quæ vox, si græce loqui velis, Judæos

ταὺς μὲν Ἰουδαίους ὀνομάζεσθαι Ἑρμιούθ', ὃ εἶναι με-  
θερμηνευθὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνήν, Ἰουδαῖοι κα-  
λεῖσθαι δὲ αὐτοὺς Ἑβραίους ἀπὸ Ἀβραάμου. Τοῦτον  
δὲ φησι πανοικίᾳ ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον πρὸς τὸν τῶν Αἴ-  
γυπτίων βασιλέα Φαρεθώνην, καὶ τὴν ἀστρολογίαν αὐ-  
τὸν διδάξει· μείναντα δὲ ἔτη ἐκεῖ εἴκοσι πάλιν εἰς τοὺς  
κατὰ Συρίαν ἀπαλλαγῆναι τόπους· τῶν δὲ τούτῳ συν-  
ελθόντων πολλοὺς ἐν Αἴγύπτῳ καταμεῖναι διὰ τὴν εὐ-  
δαιμονίαν τῆς χώρας. Ἐν δὲ ἀδеспότοις εὗρομεν τὸν  
Ἀβραάμ ἀναφέροντα εἰς τοὺς Γίγαντας, τούτους δὲ οἴ-  
κοῦντας ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ, διὰ τὴν ἀσέβειαν ὑπὸ τῶν  
θεῶν ἀναιρεθῆναι, ὧν ἓνα Βῆλον ἐκφεύγοντα τὸν θάνα-  
τον ἐν Βαβυλῶνι κατοικῆσαι, πύργον τε κατασκευάσαντα  
ἐν αὐτῷ διαιτᾶσθαι, ὃν δὴ ἀπὸ τοῦ κατασκευάσαντος  
Βήλου Βῆλον ὀνομασθῆναι. Τὸν δὲ Ἀβραάμ τὴν ἀστρο-  
λογικὴν ἐπιστήμην παιδευθέντα πρῶτον μὲν ἐλθεῖν εἰς  
Φοινίκην, καὶ τοὺς Φοινίκας ἀστρολογίαν διδάξει, ὕστε-  
ρον δὲ εἰς Αἴγυπτον παραγενέσθαι.

## 5.

## ΜΟΛΩΝΟΣ

Περὶ τοῦ αὐτοῦ

ἀπὸ τῆς αὐτῆς γραφῆς.

Cap. 19 : Ὁ δὲ τὴν συσκευὴν τὴν κατὰ Ἰουδαίων  
γράφας Μόλων, κατὰ τὸν κατακλυσμὸν φησιν ἀπὸ τῆς  
Ἀρμενίας ἀπελθεῖν τὸν περιλειφθέντα ἄνθρωπον μετὰ  
τῶν υἱῶν, ἐκ τῶν ἰδίων ἐξελαυνόμενον ὑπὸ τῶν ἐγγω-  
ρίων· διανύσαντα δὲ τὴν μεταξὺ χώραν ἐλθεῖν εἰς τὴν  
ὄρεινὴν τῆς Συρίας οὖσαν ἔρημον. Μετὰ δὲ τρεῖς γενεάς  
Ἀβραάμ γενέσθαι, ὃν δὴ μεθερμηνεύεσθαι Πατρὸς φί-

## 5.

## MOLONIS NARRATIO

De eodem, ex eodem Alexandri opere.

Molo, qui adversus Judæos opus integrum edidit, virum  
quendam, qui cum filiis diluvium effugerat, ab indigenis ex  
Armenia pulsum, ædibusque ac possessionibus ejectum suis,

λον, ὃν δὴ σοφὸν γενόμενον τὴν ἔρημίαν μεταδιώκειν·  
λαβόντα δὲ δύο γυναῖκας, τὴν μὲν ἐντοπίαν συγγενῆ,  
τὴν δὲ Αἴγυπτίαν θεράπαιναν, ἐκ μὲν τῆς Αἴγυπτίας  
γεννησάμενος υἱοὺς ἑξ, οὓς δὴ εἰς Ἀραβίαν ἀπαλλαγέντας  
διελέσθαι τὴν χώραν, καὶ πρώτους βασιλεῦσαι τῶν ἐγ-  
χωρίων· ὅθεν ἕως καθ' ἡμᾶς δώδεκα εἶναι βασιλεῖς  
Ἀράβων ὁμωνύμους ἐκείνοις. Ἐκ δὲ τῆς γαμετῆς υἱὸν  
αὐτῷ γενέσθαι ἓνα, ὃν Ἑλληνιστὶ Γέλωτα ὀνομασθῆναι.  
Καὶ τὸν μὲν Ἀβραάμ γῆρα τελευτῆσαι· Γέλωτος δὲ καὶ  
γυναικὸς ἐγγωρίου υἱοὺς ἑνδεκα γενέσθαι, καὶ δωδέ-  
κατον Ἰωσήφ, καὶ ἀπὸ τούτου τρίτον Μωσῆν. »

Τοσαῦτα ὁ Πολυῖστωρ, οἷς μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέ-  
γων·

« Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον τὸν θεὸν τῷ Ἀβραάμ  
προστάξει, Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν ὀλοκαρπῶσαι αὐτῷ· τὸν δὲ  
ἀναγαγόντα τὸν παῖδα ἐπὶ τὸ ὄρος πυρὰν νῆσαι καὶ  
ἐπιθεῖναι τὸν Ἰσαὰκ. Σφάζειν δὲ μέλλοντα κωλυθῆναι  
ὑπὸ ἀγγέλου, κριὸν αὐτῷ πρὸς τὴν κάρπωσιν παραστή-  
σαντος. Τὸν δὲ Ἀβραάμ τὸν μὲν παῖδα καθελεῖν ἀπὸ  
τῆς πυρᾶς, τὸν δὲ κριὸν καρπῶσαι.

## 6.

## ΦΙΛΩΝΟΣ

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Cap. 20 : Φησὶ δὲ περὶ τούτου καὶ Φίλων ἐν τῷ  
πρώτῳ τῶν Περὶ Ἱερουσόλυμα·

Ἐκλυον ἀρχεγόνοισι τὸ μυρίον ὡς ποτε θεσμοῖς  
Ἀβραάμ κλυτοῦ ὑπέρτερον ἄμματι δεσμῶν  
Παμφαῆς, πλήμμυρε, μεγαυχητοῖσι λογισμοῖς  
θειοφιλῆ θέλητρα. Λιπόντι γὰρ ἀγλαὸν ἔρκος  
αἰνοφύτων, ἔκκαυμα βριήπυος αἰνετὸς ἰσχων.

sonet; eosdem vero Abrahami ex nomine Hebræos nuncupa-  
ri. Abrahamum autem in Ægyptum cum universa familia ad  
Pharethonem Ægyptiorum regem sese contulisse, quem  
quum astrologiæ præceptis instituisset, atque viginti conti-  
nentes annos ibidem degisset, in Syriam denuo remigrasse,  
plerisque suorum ob regionis ubertatem in Ægypto residen-  
tibus. Quamquam in libris quibusdam, quorum auctores in-  
certi sunt, Abrahamum invenimus ad Gigantes referri; hos  
porro quum Babyloniæ incolerent a diis propter impieta-  
tem extinctos ac sublato fuisse, uno tantum Belo superstite,  
qui exitio subductus Babylonem tenuerit, sedemque sibi in  
ea turri, quam ipsemet excitaverat, quamque Belum con-  
ditoris ex nomine appellarunt, delegerit. Abrahamum au-  
tem astrologiam apprime callentem, primum in Phœni-  
ciam, ubi Phœnices eadem scientia imbuerit, ac deinde  
in Ægyptum migrasse.

## 5.

## MOLONIS NARRATIO

De eodem, ex eodem Alexandri opere.

Molo, qui adversus Judæos opus integrum edidit, virum  
quendam, qui cum filiis diluvium effugerat, ab indigenis ex  
Armenia pulsum, ædibusque ac possessionibus ejectum suis,

intermedia regione peragrata in desertos Syriæ montes se-  
cessisse commemorat. Abrahamum vero post tertiam æta-  
tē natum esse, cujus nomen Patris amicum significet.  
Eundem, quum sapientiæ laude præstaret, solitudinem per-  
currisse ac perlustrasse universam : tum duabus ductis  
uxoribus, altera quidem indigena et affini, Ægyptia vero  
altera, quæ servitutem ante serviebat; ex Ægyptia liberos  
duodecim genuisse, qui in Arabiam profecti eam inter se  
diviserint, locique hominibus principes imperaverint : ex  
quo factum sit ut reges Arabum duodecim primis illis co-  
gnomines ad nostra usque tempora numerentur. Ex legitima  
autem uxore filium unicum suscepisse, cujus nomen apud  
Græcos γέλωτα, i. e. risum, sonet, quique Abrahamo se-  
niore jam defuncto, liberos ex conjuge indigena duodecim  
procreavit, quorum postremo Josepho nomen fuit, a quo  
Moses tertius numeretur. » Hæc Polyhistor, qui nonnullis  
interjectis, rursus ita subdit : « Paulo post jussum a deo  
Abrahamum fuisse ait, ut Isaacum filium ipsi in holocaustum  
immolaret, eundem adolescente secum in montem abducto,  
succensisse pyram, eique simul Isaacum imposuisse. Verum  
ipsi, quum jam filium jugulaturus esset, ab angelo facinus  
inhibente arietem ad sacrificium oblatum esse, quem ille,  
subducto pyræ filio, immolarit. »

Ἄθανατον ποίησεν ἔην φάτιν, ἐξ ὅτ' ἐκείνου  
ἐκγονος αἰνογόνοιο πολύμνιον ἔλλαχε κῦδος.  
Ἄρτίχερος θηκτοῖο ξιφηφόρον ἐντύνοντος  
λήμμυσι, καὶ σφαράγοιο παρακλιδὸν ἀθροισθέντος,  
ἄλλ' ὁ μὲν ἐν χεῖρεσσι κερασφόρον ὤπασε κριόν·

καὶ τὰ τούτοις ἐπόμενα. »

Ταῦτα μὲν δὴ ἀπὸ τῆς προειρημένης τοῦ Πολυίστο-  
ρος γραφῆς.

Φίλωνος] « Is credo est, quem Josephus In  
Apion. I, p. 1051 Demetrio et Eupolemo annume-  
rat, ac presbύτερον Φίλωνα vocat : fortassis ut eum  
a Philone Judæo et Philone Byblio distinguat, qui  
ambo juniores. At sequentes vetustioris hujus  
poetæ versus, mihi quidem tenebræ καὶ μηδὲν ὑγιές.  
Nec manuscripti codices hilum juvant. Saltu igitur  
hæc superare malui, quam in singulis fere verbis  
offendere. » VICER.

7.

### ΚΛΕΟΔΗΜΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΜΑΛΧΟΥ.

Josephus Ant. Jud. I, 15 init. (et Euseb. P. E.  
IX, 20, p. 422, B) : Γαμεῖ δ' αὐτὸς Χετούραν ὑστερον,  
ἐξ ἧς αὐτῶ παῖδες ἐξ γίνονται, πρὸς τε πόνους καρτε-  
ροὶ καὶ δεινοὶ συνιέναι· Ζαμβράνης, Ἰαζάρης, Μαδά-  
νης, Μαδιάνης, Ἰωσούδακος, Σοῦος. Φύονται δὲ καὶ  
τούτοις παῖδες· καὶ Σούου μὲν Σαβαθάνης γίνεται καὶ  
Δαδάνης. Τούτου δὲ Λατούσιμος, Ἄσσυρις, Λουό-  
μης· Μαδιάνου δὲ Ἐφᾶς, Ὠφρῆν, Ἄνωχος, Ἐβιδᾶς,  
Ἐλδᾶς. Τούτοις ἅπασι τοῖς παισὶ καὶ υἱοῖς Ἄβρα-  
μος ἀποικιῶν στόλους μηχανᾶται, καὶ τὴν τε Τρωγλο-  
ζῦτιν καταλαμβάνουσι, καὶ τὴν τῆς Εὐδαίμονος Ἀρα-  
βίας, ὅσον ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν καθήκει. Λέγε-  
ται δὲ ὡς οὗτος δ' Ὠφρῆν (Ἄφρην Eus.) στρατεύσας

7.

Duxit ille (*Abrahamus*) Cheturam, ex qua nati sunt  
ei sex filii, viribus ad labores et acri ingenio præditi; Zam-  
branes, Jazares, Madanes, Madianes, Josubacus, Suus.  
Ipsis vero etiam liberi nascuntur : et Suo quidem Sabatha-  
nes atque Dadanes. Huic autem Latusimus, Assuris, Luo-  
mes; Madianæ vero Ephas, Ophren, Anochus, Ebidas,  
Eldas. Filiis his omnibus ac nepotibus Abrahamus deducendi  
colonias auctor fuit, terramque occupaverunt Troglodyti-  
cam et regionem Arabiæ Felicis, quatenus ad Rubrum mare  
protenditur. Dicitur autem Ophrenem expeditione in  
Libyam suscepta ipsam occupasse, ejusque nepotes, collo-  
catis in ea sedibus, terram ex illius nomine Africam nun-  
cupasse. Hujus autem sermonis testem habeo etiam Alexan-  
dram Polyhistorem, qui sic loquitur : « Cleodemus vates,  
qui et Malchus vocatur, rerum Judaicarum historiam  
contexens, sicuti etiam Moyses Judæorum legislator narra-  
vit, Abrahamo natos esse dicit plures ex Chetura liberos. »  
Refert autem illorum etiam nomina, tres recensens, Aphe-  
ram, Surim, Japhram. A Suri quidem Assyriam appella-  
tam : a duobus vero, Apheram et Japhra, urbem Aphram  
et regionem Africam nomen accepisse. Hos porro Herculi

ἐπὶ τὴν Λιβύην κατέσχευεν αὐτὴν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ,  
κατοικήσαντες ἐν αὐτῇ, τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ ἐκείνου ὀνό-  
ματος Ἀφρικὴν προσηγόρευσαν. Μαρτυρεῖ δέ μου τῶ  
λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Πολυίστωρ, λέγων οὕτως·  
« Κλεόδημος δὲ φησὶν ὁ προφήτης, ὁ καὶ Μάλχος,  
ὁ ιστορῶν τὰ περὶ Ἰουδαίων, καθὼς καὶ Μωϋσῆς ιστο-  
ρησεν ὁ νομοθέτης αὐτῶν, ὅτι ἐκ τῆς Χετούρας Ἄβραμῳ  
ἐγένοντο παῖδες ἱκανοί. » Λέγει δὲ αὐτῶν καὶ τὰ ὀνό-  
ματα, ὀνομάζων τρεῖς, Ἀφέραν, Σουρεῖμ, Ἰάφραν  
(Ἄφερ, Ἄσοῦρ, Ἄφραν Eus.). Ἀπὸ Σουρεῖμ μὲν τὴν  
Ἀσσυρίαν κεκλήσθαι, ἀπὸ δὲ τῶν δύο, Ἀφέρα τε καὶ  
Ἰάφρα, πόλιν τε Ἀφραν καὶ τὴν χώραν Ἀφρικὴν ὀνο-  
μασθῆναι. Τούτους γὰρ Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι ἐπὶ  
Λιβύην καὶ Ἄνταϊον, γήμαντά τε τὴν Ἀφρα θυγατέρα  
Ἡρακλέα γεννηῆσαι υἱὸν ἐξ αὐτῆς Δίδωρον (Διόδωρον  
E.), τούτου δὲ γενέσθαι Σοφῶνα (Σοφωνᾶν Eus.),  
ἀφ' οὗ τοὺς βαρβάρους Σόφακας (Σοφᾶς Eus.) λέ-  
γεσθαι.

8.

### ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ

Περὶ τοῦ Ἰακώβ.

Euseb. I. I. cap. 21 : Ἀπίωμεν δὲ πάλιν ἐπὶ τὸν  
Πολυίστορα.

« Δημήτριός φησι τὸν Ἰακώβ γενόμενον ἐτῶν ἑβδο-  
μήκοντα πέντε φυγεῖν εἰς Χαρρὰν τῆς Μεσοποταμίας,  
ἀποσταλέντα ὑπὸ τῶν γονέων διὰ τῆς πρὸς ἀδελφὸν  
κρυφίαν ἔχθραν Ἡσαῦ, διὰ τὸ εὐλογῆσαι αὐτὸν πατέρα  
δοκοῦντα εἶναι τὸν Ἡσαῦ, καὶ ὅπως λάβῃ ἐκεῖθεν γυ-  
ναῖκα. Ἀφορμηθεὶς οὖν τὸν Ἰακώβ εἰς Χαρρὰν τῆς  
Μεσοποταμίας, τὸν δὲ πατέρα καταλιπόντα Ἰσαὰκ  
ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα ἑπτὰ, αὐτὸν δὲ ὄντα ἐτῶν ἑβδο-

contra Libyam et Antæum militanti auxilium tulisse ait;  
Herculem etiam, quum Aphræ filiam uxorem duxisset, ex  
illa genuisse Didorum; ex hoc vero Sophonem prognatum,  
a quo Sophaces inter Barbaros nomen habent.

8.

### E DEMETRIO.

De Jacobo.

Deinceps ad Polyhistorem redeamus. « Demetrius, in-  
quit, auctor est Jacobum annos quinque et septuaginta  
natum, Charram Mesopotamiæ civitatem confugisse, idque  
parentum suorum voluntatem secutum, partim ut occulto  
sese Esau fratris odio subduceret, paternæ jactura benedi-  
ctionis, quam sibi ipse furtim simulata Esau specie Jaco-  
bus expresserat, concitato; partim ut inde uxorem duce-  
ret. Sic igitur eum, relicto Isaaco parente septimum ac tri-  
gesimum supra centesimum annum agente, hanc in ur-  
bem pervenisse, ubi jam ipse annum septimum ac septua-  
gesimum attigisset. Eundem post septem-annos quos ibi  
versatus erat, filias Labani materni avunculi duas, Liani  
et Rachelem, duxisse, circa annum ætatis quartum et octo-

μήκοντα ἑπτὰ. Διατρίψαντα οὖν αὐτὸν ἐκεῖ ἑπτὰ ἔτη Λάβαν τοῦ μητρώου δύο θυγατέρας γῆμαι, Λείαν καὶ Ῥαχήλ, ὄντα ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων· καὶ γενέσθαι ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν ἄλλοις αὐτῷ παιδία ἰβ'. ὀγδόῳ μὲν ἔτει, μηνὶ δεκάτῳ, Ῥουβὶν· καὶ τῷ ἔτει τῷ ἐνάτῳ, μηνὶ ὀγδόῳ, Συμεών· καὶ τῷ ἔτει δὲ τῷ δεκάτῳ, μηνὶ ἕκτῳ, Λευὴν· τῷ δὲ ἐνδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ τετάρτῳ, Ἰουδαν. Ῥαχήλ τε μὴ τίκτουςαν ζηλωσαί τὴν ἀδελφὴν, καὶ παρακοιμίσαι τῷ Ἰακώβ τὴν ἑαυτῆς παιδίσκην Ζελφάν, τῷ αὐτῷ χρόνῳ ᾧ καὶ Βάλλαν συλλαβεῖν τὸν Νεφθαλεῖμ, τῷ ἐνδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ πέμπτῳ, καὶ τεκεῖν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει μηνὶ δευτέρῳ υἱὸν, ὃν ὑπὸ Λείας Γὰδ (vg. Γὰθ) ὀνομασθῆναι· καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ αὐτοῦ ἔτους καὶ μηνὸς δωδεκάτου ἕτερον τεκεῖν, ὃν καὶ αὐτὸν προσαγορευθῆναι ὑπὸ Λείας Ἀσήρ. Καὶ Λείαν πάλιν ἀντὶ τῶν μήλων τῶν μανδραγόρου, ἃ Ῥουβὶν εἰσενεγκεῖν παρὰ Ῥαχήλ, συλλαβεῖν ἐν γαστρὶ, καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τὴν παιδίσκην αὐτῆς Ζελφάν, τῷ δωδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ τρίτῳ, καὶ τεκεῖν τοῦ αὐτοῦ ἔτους μηνὸς δωδεκάτου υἱὸν, καὶ ὄνομα αὐτῷ θέσθαι Ἰσσαχάρ. Καὶ πάλιν Λείαν τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ δεκάτῳ υἱὸν ἄλλον τεκεῖν ᾧ ὄνομα Ζαβουλών, καὶ τὴν αὐτὴν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει μηνὶ ὀγδόῳ τεκεῖν υἱὸν ὀνομά Δάν. Ἐν ᾧ καὶ Ῥαχήλ λαβεῖν ἐν γαστρὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ, ᾧ καὶ Λείαν τεκεῖν θυγατέρα Δείναν, καὶ τεκεῖν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει

μηνὶ ὀγδόῳ υἱὸν, ὃν ὀνομασθῆναι Ἰωσήφ, ὥστε γεγονέναι ἐν τοῖς ἑπτὰ ἔτεσι τοῖς παρὰ Λάβαν δώδεκα παιδία. Θέλοντα δὲ τὸν Ἰακώβ πρὸς τὸν πατέρα εἰς Χαναάν ἀπιέναι, ἀξιωθέντα ὑπὸ Λάβαν ἄλλα ἔτη ἐξ μείναι, ὥστε τὰ πάντα αὐτὸν μείναι ἐν Χαρρὴν παρὰ Λάβαν ἔτη εἴκοσι. Πορευομένῳ δὲ αὐτῷ εἰς Χαναάν ἄγγελον τοῦ Θεοῦ παλαῖσαι, καὶ ἀψασθαι τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ τοῦ Ἰακώβ· τὸν δὲ ναρκήσαντα ἐπισκάζειν ὅθεν οὐκ ἐσθίεσθαι τῶν κτηνῶν τὸ ἐν τοῖς μηροῖς νεῦρον. Καὶ φάναι αὐτῷ τὸν ἄγγελον, ἀπὸ τοῦδε μηκέτι Ἰακώβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ὀνομασθήσεσθαι. Καὶ ἐλθεῖν αὐτὸν τῆς Χαναάν γῆς εἰς ἑτέραν πόλιν Σικίμων, ἔχοντα παιδία Ῥουβὶν ἐτῶν ἰβ' μηνῶν δυοῖν, Συμεῶνα ἐτῶν ἰβ' (ἰα' C. F. G.) μηνῶν τεσσάρων, Λευὴν ἐτῶν ἰβ' (ἰ' C. F. G.) μηνῶν ἐξ, Ἰουδαν ἐτῶν θ' μηνῶν ὀκτῶ, Νεφθαλεῖμ ἐτῶν ὀκτῶ μηνῶν δέκα (τριῶν C. F. G.), Γὰδ ἐτῶν ὀκτῶ μηνῶν δέκα, Ἀσήρ ἐτῶν ὀκτῶ, Ἰσσαχάρ ἐτῶν ὀκτῶ, Ζαβουλών ἐτῶν ἑπτὰ μηνῶν δυοῖν, Δείναν ἐτῶν ἐξ μηνῶν τεσσάρων, Ἰωσήφ ἐτῶν ἐξ μηνῶν τεσσάρων. Παροικῆσαι δὲ Ἰσραὴλ παρὰ Ἐμμὼρ ἔτη δέκα, καὶ φθαρῆναι τὴν Ἰσραὴλ θυγατέρα Δείναν ὑπὸ Συχέμ τοῦ Ἐμμὼρ υἱοῦ, ἐτῶν οὔσαν δεκα-ἐξ μηνῶν τεσσάρων. Ἐξαλλομένους δὲ τοῦ Ἰσραὴλ υἱοῦς, Συμεῶνα μὲν ὄντα ἐτῶν εἰκοσιενὸς μηνῶν τεσσάρων, Λευὴν δὲ ἐτῶν εἴκοσι μηνῶν ἐξ, ἀποκτείνει τὸν τε Ἐμμὼρ, καὶ Συχέμ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ πάντας

gesimum, aliorumque septem annorum spatio liberos omnino suscepisse duodecim. Quippe octavi anni mense decimo Rubenum genuisse, noni octavo Simeonem, decimi sexto Levinum, undecimi quarto Judam. Tum vero a Rachele, quod sterilis esset, muliebri adversus sororem invidia flagrante, Zelpham ancillam in Jacobi lectum eodem tempore submissam esse, quo etiam Balla Nephthalimum conceperit, anni scilicet undecimi mense quinto, ac duodecimi secundo filium peperisse, quem Gadum Lia nominaverit; alterumque deinceps ejusdem anni mense duodecimo, cui Aseris nomen eadem Lia dederit. Rursus vero Liam pro mandragoræ pomis, quæ Rubenus ad Rachelem attulerat, eodemque tempore Zelpham ancillam, hoc est anni duodecimi mense tertio, filium concepisse, ejusdemque anni duodecimo genuisse, quem Issacharem nuncupavit. Atque iterum Liam decimi tertii decimo alterum suscepisse nomine Zabulonem, iterumque decimi quarti octavo Danum peperisse. Rachelem vero quum eodem fere tempore, quo Lia Dinam filiam susceperat, uterum gestare cœpisset, anni decimi quarti mense octavo filium procreasse, quem Josephum appellavit; atque ita liberos omnino duodecim Jacobo, septem annis quibus apud Labanum vixerat, natos fuisse. Jam vero, ad patrem licet in terram Chanaanem redire cupientem, Labani tamen precibus victum alios sex annos ibidem commoratum esse, itaque Charræ apud Labanum totos et continentes viginti annos egisse. Quibus exactis, patriam repetenti obvium Dei angelum, postquam aliquamdiu cum eo luctatus esset, femur ejus qua parte latius est, percussisse, Jacobumque simul eo membro torpescentem claudicare cœpisse. Quo factum deinceps, ut ex

pecudibus femoris nervum Judæorum attingat nemo. Ab angelo autem futurum audiisse, ut in posterum non Jacobus, sed Israel vocaretur. Itaque in eam terræ Chanaan successisse partem, quæ Sicimis adversa esset, liberorum suorum comitatu stipatum. E quibus Rubenus annos duodecim mensesque duos natus erat, Simeon annos totidem ac menses quattuor, Levinus annos duodecim mensesque sex, Judas annos novem ac menses octo, Nephthalimus annos octo mensesque decem, Gadus totidem, Aser et Issachar annos octo, Zabulon annos septem mensesque duos, Dina et Josephus annos sex et menses quattuor. Ceterum Israelem annis sibi decem juxta Emmorem domicilium delegisse; cujus filiæ Dinæ annos natæ sedecim mensesque quattuor, quum Sychemus Emmoris filius stuprum obtulisset, Symeonem, qui mensem quartum supra annum vigesimum primum, et Levinum, qui mensem sextum supra annum vigesimum ageret, Israelis filios, sororis injuria graviter commotos, Emmorem ac Sychemum ejus filium, maresque universos impetu facto cecidisse, quo tempore annorum septem supra centum Jacobus esset. Eum porro, quum Lusam Bathelis urbem venisset, a Deo jussum, relicto Jacobi nomine, Israelem nuncupari cœpisse. Tum Caphratham, indeque Ephratham, quam Bethleemum vocant, petiisse, ubi Rachel, suscepto Beniamino, diem supremum obierit, postquam annos tres et viginti cum ea Jacobus vixisset; inde rursus Mambren Chebronis oppidum ad Isaacum patrem venisse. At Josephum eo tempore quum esset annorum septendecim, Ægyptiis venditum, totos tredecim annos in vinculis fuisse, donec ipse quidem tricesimum, Jacobus vero decimum supra centesimum ætatis an-

τοὺς ἄρσενας, διὰ τῆς Δείνης τὴν φθοράν· Ἰακώβ δὲ τότε εἶναι ἐτῶν ἑκατὸν ἑπτὰ. Ἐλθόντα δὲ οὖν αὐτὸν εἰς Λουζὰ τῆς Βαιθὴλ, φάναι τὸν Θεὸν μηκέτι Ἰακώβ ἀλλ' Ἰσραὴλ ὀνομάζεσθαι. Ἐκεῖθεν δὲ ἔλθειν εἰς Χαφραθὰ, ἐνθεν παραγενέσθαι εἰς Ἐφραθὰ, ἣν εἶναι Βηθλεέμ, καὶ γεννηῆσαι αὐτὸν ἐκεῖ Βενιαμὴν, καὶ τελευτῆσαι Ῥαχὴλ, τεκοῦσαν τὸν Βενιαμὴν, συμβιώσαι δ' αὐτῇ τὸν Ἰακώβ ἔτη εἰκοσιτρία. Αὐτόθεν δὲ ἔλθειν τὸν Ἰακώβ εἰς Μαμβρὶ τῆς Χεβρών, πρὸς Ἰσαὰκ τὸν πατέρα. Εἶναι δὲ τότε τὸν Ἰωσήφ ἐτῶν δεκαεπτὰ, καὶ πρῶτον αὐτὸν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ μεῖναι ἔτη δεκατρία, ὥστ' εἶναι αὐτὸν ἐτῶν τριάκοντα, Ἰακώβ δὲ ἐτῶν ἑκατὸν δέκα, ἐν ᾧ καὶ τελευτῆσαι τὸν Ἰσαὰκ ἔτει ἐνὶ ἔμπροσθεν, ἐτῶν ὄντα ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. Κρίνοντα δὲ τῷ βασιλεῖ τὸν Ἰωσήφ τὰ ἐνύπνια, ἄρξαι Αἴγυπτου ἔτη ἑπτὰ, ἐν οἷς καὶ συνοικῆσαι Ἀσενέθ, Πεντεφρῆ τῷ Ἡλιουπόλεως ἱερέως θυγατρὶ, καὶ γεννηῆσαι Μανασσῆν καὶ Ἐφραΐμ· καὶ τοῦ λιμοῦ ἐπιγενέσθαι ἔτη β'. Τὸν δὲ Ἰωσήφ ἔτη ἐννέα εὐτυχήσαντα, πρὸς τὸν πατέρα μὴ πέμψαι, διὰ τὸ ποιμένα αὐτὸν τε καὶ τοὺς ἀδελφοὺς εἶναι· ἐπονείδιστον δὲ Αἴγυπτίους εἶναι τὸ ποιμαίνειν. Ὅτι δὲ διὰ τοῦτο οὐκ ἔπεμψεν αὐτὸν δεδηλωμέναι. Ἐλθόντων γὰρ αὐτοῦ τῶν συγγενῶν, φάναι αὐτοῖς, ἐὰν κληθῶσιν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐρωτῶνται τί διαπράσσονται, λέγειν κτηνοτρόφους αὐτοὺς εἶναι. Διαπορεῖσθαι δὲ, διὰ τί ποτε ὁ Ἰωσήφ Βενιαμὴν ἐπὶ τοῦ ἀρίστου πενταπλάσινα μερίδα ἔδωκε, μὴ δυναμένου αὐτοῦ τσαῦτα καταναλῶσαι κρέα. Τοῦτο οὖν αὐτὸν πεποιημέναι διὰ τὸ ἐκ τῆς Λείας τῷ πατρὶ αὐτοῦ γεγονέναι υἱοὺς ἑπτὰ, ἐκ δὲ Ῥαχὴλ τῆς

μητρὸς αὐτοῦ δύο· διὰ τοῦτο τῷ Βενιαμὴν πέντε μερίδας παραθεῖναι, καὶ αὐτὸν λαβεῖν μίαν· γενέσθαι οὖν ἑπτὰ, ὅσας καὶ τοὺς ἐκ τῆς Λείας υἱοὺς λαβεῖν. Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ τὰς στολὰς δοῦναι ἐκάστῳ διπλάς, τῷ δὲ Βενιαμὴν πέντε καὶ τριακοσίους χρυσοῦς, καὶ τῷ πατρὶ ἀποστεῖλαι κατὰ ταῦτα, ὥστε τὸν οἶκον αὐτοῦ τῆς μητρὸς εἶναι ἴσον. Οἰκῆσαι δὲ αὐτοὺς ἐν γῆ Χαναάν, ἀφ' οὗ ἐκλεγῆναι Ἀβραάμ ἐκ τῶν ἐθνῶν καὶ μετελθεῖν εἰς Χαναάν, Ἀβραάμ ἐτῶν εἴκοσι πέντε, Ἰσαὰκ ἐτῶν ἐξήκοντα, Ἰακώβ ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα, γίνεσθαι τὰ πάντα ἔτη ἐν γῆ Χαναάν σιέ'. Καὶ τῷ τρίτῳ ἔτει λιμοῦ οὐσίας ἐν Αἴγυπτῳ, ἔλθειν εἰς Αἴγυπτον τὸν Ἰακώβ, ὄντα ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα, Ῥουβὴν ἐτῶν με', Συμεῶνα ἐτῶν μεδ', Λευὴν ἐτῶν μεγ', Ἰούδαν ἐτῶν μεβ' μηνῶν τριῶν, Ἀσῆρ ἐτῶν μ' μηνῶν ὀκτώ, Νεφθαλεὶμ ἐτῶν μα' μηνῶν ζ', Γὰδ ἐτῶν μα' μηνῶν γ', Ζαβουλὸν ἐτῶν μ', Δείναν ἐτῶν λθ', Βενιαμὴν ἐτῶν κη'. Τὸν δὲ Ἰωσήφ φησὶ γενέσθαι ἐν Αἴγυπτῳ ἔτη λθ'. Εἶναι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ ἕως τοῦ εἰσελθεῖν εἰς Αἴγυπτον τοὺς τοῦ Ἰωσήφ συγγενεῖς ἔτη γχκδ'· ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τῆς Ἰακώβ παρουσίας εἰς Αἴγυπτον ἔτη ςαξ'. ἀφ' οὗ δὲ ἐκλεγῆναι Ἀβραάμ ἐκ τῶν ἐθνῶν καὶ ἔλθειν ἐκ Χαρρὰν εἰς Χαναάν ἕως εἰς Αἴγυπτον τοὺς περὶ Ἰακώβ ἔλθειν ἔτη σιέ'. Ἰακώβ δὲ ἐκ Χαρρὰν πρὸς Λάβαν ἔλθειν, ἐτῶν ὄντα π', καὶ γεννηῆσαι Λευὴν· Λευὴν δὲ ἐν Αἴγυπτῳ ἐπιγενέσθαι ἔτη ιζ', ἀφ' οὗ ἐκ Χαναάν αὐτὸν ἔλθειν εἰς Αἴγυπτον, ὥστε εἶναι αὐτὸν ἐτῶν ξ', καὶ γεννηῆσαι Κλάθ τῷ αὐτῷ δὲ ἔτει ᾧ γενέσθαι Κλάθ, τελευτῆσαι Ἰακώβ ἐν Αἴγυπτῳ, εὐλογήσαντα τοὺς Ἰωσήφ υἱοὺς, ὄντα

num confecisset, Isaaco jam anno superiore, hoc est ætatis octogesimo supra centesimum, vita functo. Ac Josephum quidem post felicem regis somniorum explicationem, toti Ægypto annis septem præfuisse, quo tempore Asenethem Pentephrae Heliopolios sacerdotis filiam conjugem duxerit, atque ex ea Manassem Ephraimumque susceperit. Tum annis duobus fame laborari cœptum. Eundem vero novem annorum spatio, quibus fortunate admodum vixerit, patrem accersere noluisse, quod tam ipse quam fratres pascendis ovibus operam darent, quæ vitæ ratio apud Ægyptios probro duceretur. Atque hanc ei cur patrem non acceret causam fuisse, ab eo re ipsa declaratum. Fratribus enim suis, quum ad eum aliquando venissent, hoc in mandatis ipsum dedisse, ut, si forte a rege accerserentur, rogati quod vitæ genus profiterentur, equis alendis sese vacare responderent. Benjaminum quod attinet, quæsitum a plerisque, quamobrem Josephus inter prandendum partem ei quintuplo singulis majorem apponi voluerit, quum tot cibis adolescens par esse non posset. Cujus rei hanc ille rationem afferebat, quod Jacobo patri septem ex Lia, ex Rachele vero matre sua duo tantum liberi nati essent; eoque Benjaminum partes quinque, sibi autem duas tribuisse, ut cum septenario Liæ filiorum numero partium numerus æquaretur. Similiter stolas singulis quidem geminas, at Benjaminum quinque cum aureis trecentis dedisse, totidemque ad patrem misisse, ne qua in re materna familia alteri

concederet. Ceterum ex quo Abrahamus universis e gentibus divina voluntate selectus, in terram Chanaanæam primus concesserat, ipsum quidem annos viginti quinque, Isaacum vero sexaginta, Jacobum denique triginta supra centum ibidem degisse, qui omnes annorum quindecim supra ducentos summam efficiant. Atque hoc ipso, qui famis apud Ægyptios tertius erat, cunctam eorum familiam in Ægyptum migrasse, quum Rubenus annos quinque supra quadraginta natus esset, Simeon quattuor et quadraginta, Levinus tres et quadraginta cum tribus insuper mensibus, Aser quadraginta et menses octo, Nephthalimus unum et quadraginta mensesque septem, Gadus totidem mensesque tres, Zabulon quadraginta, Dina novem ac triginta, Benjaminus octo et viginti. Josephum autem in Ægypto annis novem ac triginta vixisse. Itaque ab Adamo ad illud usque tempus, quo Josephi cognatio in Ægyptum migravit, annos sexcentos et viginti quattuor supra tres mille numerari: a diluvio usque ad eundem Jacobi in Ægyptum adventum, trecentos et sexaginta supra mille; ex quo autem Abrahamus e gentium medio segregatus, Charrâ in terram Chanaanæam venerat, quindecim supra ducentos. Porro Jacobum ad Labanum Charra venisse circiter octogenarium, ibique Levinum genuisse, qui anno decimo septimo quam in Ægyptum venerat, hoc est ætatis sexagesimo, Clathum procreavit; eoque ipso anno Jacobum in Ægypto, postquam Josephi liberis bene precatus esset, annosque quadraginta



ἐτῶν ρμζ', καταλιπόντα Ἰωσήφ ἐτῶν νς'. Λεὺν δὲ γενόμενον ἐτῶν ρλζ' τελευτῆσαι, Κλάθ δὲ ὄντα ἐτῶν μ' γεννηῆσαι Ἀμράμ, ὃν ἐτῶν εἶναι ἰδ' ἐν ᾧ τελευτῆσαι Ἰωσήφ ἐν Αἰγύπτῳ ὄντα ρί ἐτῶν. Κλάθ δὲ γενόμενον ἐτῶν ἑκατὸν λγ' τελευτῆσαι. Ἀμράμ λαβεῖν γυναῖκα τὴν τοῦ θεοῦ θυγατέρα Ἰωχαβέτ, καὶ ὄντα ἐνιαυτῶν οε' γεννηῆσαι Ἀαρὼν καὶ Μωσῆν· γεννηῆσαι δὲ Μωσῆν τὸν Ἀμράμ ὄντα ἐτῶν οή', καὶ γενόμενον Ἀμράμ ἐτῶν ρλς' τελευτῆσαι. »

Ταῦτά μοι κείσθω ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυῖστορος γραφῆς. Ἐξῆς [1. ἐξ ἧς] ἐπισυνήφθω καὶ τάδε. Postrema hæc nonnullos induxerunt, ut quod sequitur Theodoti fragmentum Eusebium non ex Alexandro sed aliunde assumpsisse putarent. Sed quum reliqua omnia ex eodem Polyhistore fluxerint, et fr. 10 Eusebius pergat : Τούτοις καὶ τὰ ἐξῆς περὶ τοῦ Ἰωσήφ ἐκ τῆς αὐτῆς Πολυῖστορος γραφῆς ἐπισυνήφθω, quæ parum apte dicta forent, si proxime antecedentia aliunde deprompta essent : nullus dubito quin Theodoti quoque narratio ex Alexandro petita sit. Quare scribi velim ἐξ ἧς (pro ἐξῆς) ἐπισ. καὶ τάδε.

## 9.

## ΘΕΟΔΟΤΟΥ

περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Cap. 22 : Τὰ δὲ Σίκιμά φησι Θεόδοτος ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων ἀπὸ Σικιμίου τοῦ Ἐρμου λαβεῖν τὴν ὄνομασίαν· τῷτον γὰρ καὶ κτίσαι τὴν πόλιν· κείσθω δ' αὐτὴν φησιν ἐν τῇ Περὶ Ἰουδαίων οὕτως·

septem supra centum exegisset, diem obiisse, relicto Josepho annorum sex et quinquaginta. Addit Levinum anno rotatis trigesimo septimo supra centesimum vita excessisse; Clathum vero annorum quadraginta quum esset, Abrahamum genuisse, cujus anno decimo quarto Josephus circa annum ætatis decimum supra centesimum obierit : supremum autem Clathi diem anno illius tricesimo tertio supra centesimum contigisse. Rursus Abrahamum cum avunculi sui filia, quam Jochabaren vocabant, matrimonium iniisse, ex eaque anno ætatis suæ quinto ac septuagesimo Aaronem, tertioque post anno Mosem suscepisse; ac tandem annos natum sex et triginta supra centum ex hac vita migrasse. Atque hæc omnia ex Alexandri Polyhistoris scripto, ex quo etiam sequentia attexemus.

## EX THEODOTO

de eodem.

Ille enim eo quem de Judæis scripsit libro, Sicima a Sicimo quodam Mercurii filio, ejus urbis conditore, nomen accepisse auctor est, cujus situm his expressit versibus :

Quippe hæc terra ferax, tenerisque aptissima capris,  
irriguique soll; brevis unde excursus in urbem.  
At nulli fessos molli lanugine saltus  
hic recreant. Tecti juncto prope vertice montes

Ἡ δ' ἄρ' ἔην ἀγαθή τε καὶ αἰγινόμος καὶ ὑδροπλή,  
οὐδὲ μὲν ἔσκεν ὁδὸς δολιχὴ πόλιν εἰσαφικέσθαι [v. 1.]  
ἀγρόθεν· οὐδέ ποτε δριά λαχνήεντα πονεῦσιν (πονοῦσιν  
(δριά λαχνήεντ' ἀπόερσεν tentavit H. Grot. ad Ev. Joh.  
ἐξ αὐτῆς δὲ μάλ' ἀγχι δὴ οὔρεα φαίνεται ἔρυμνά. [IV, 5]  
ποίης τε πλήθοντα καὶ ὕλης· τῶν δὲ μεσηγῶ  
ἀτραπιτὸς τέτμηται, ἀραίη [αὐλώπις]· ἐν δ' ἐτέρωθι  
(τέτμητ' ἀραὴ αὐλώπις· ἐνερθεν Ἡ ἱερὴ Σικίμων conj.  
ἢδ' ἱερὴ Σικίμων καταφαίνεται, ἱερὸν ἄστου, [Grotius]  
νέρθεν ὑπὸ ρίζῃ δεδμημένον, ἀμφὶ δὲ τεῖχος  
λισσὸν ὑπώρειαν, ὑπὸ δ' ἔδραμεν αἰπύθεν (αἰπύθεν Scal.)  
(ὑποδέδραμεν αἰπυὸν ἔρκος conj. Grot.) [ἔρκος

Ἔστερον δὲ φησιν αὐτὴν ὑπὸ Ἑβραίων κατασχεθῆναι, ὀνναστεύοντος Ἐμμώρ· τὸν γὰρ Ἐμμώρ υἱὸν γεννηῆσαι Συχέμ. Φησὶ δέ·

Ἐνθένδε, ξένε, ποιμενόθι πόλιν ἤλυθ' Ἰακώβ,  
εὔρειαν Σικίμων· ἐπὶ δ' ἀνδράσι τοῖσιν ἔτῃσιν  
ἀρχὸς Ἐμώρ σὺν παιδί Συχέμ, μάλ' ἀτειρέε φῶτε.

Ἔττα περὶ Ἰακώβ καὶ τὴν εἰς Μεσοποταμίαν αὐτοῦ παρουσίαν, καὶ τῶν δύο γυναικῶν γάμον, καὶ τὴν τῶν τέκνων γένεσιν, καὶ τὴν παρουσίαν τὴν ἐκ Μεσοποταμίας εἰς τὰ Σίκιμα,

(Ἐπεὶ δ') Ἰακώβ Συρίην κτηνοτρόφον ἴκτο, καὶ εὐρὺ  
βεῖθρον Ἐυφρήταο λίπεν ποταμοῦ κελάδοντος·  
ἤλυθε γὰρ κάκεῖθι λιπὼν δριμεῖαν ἐνιπὴν  
αὐτοκασιγνήτοιο· πρόφρων ὑπέδεκτο δόμονδε  
Λάβαν, ὅς οἱ ἔην μὲν ἀνεψιὸς, ἀλλὰ τότε οἶος  
ἤνασσε Συρίας, νειτηγενὲς αἶμα λελογχῶς.  
Τῷ δὲ γάμον κούρης μὲν ὑπέσχετο καὶ κατένευσε  
ὀπλοτάτης· οὐ μὴν τελέθειν ἐπεμαίετο πάμπαν,  
ἀλλὰ δόλον τολύπευσε, καὶ ἐς λέχος ἀνέρι πέμπε  
Λείαν, ἣ οἱ ἔην προγενεστέρα. Οὐδέ μιν ἔμπης  
ἔλλαθεν, ἀλλ' ἐνόησε κακορραφίην, καὶ ἔδεκτο

hinc gemini excipiunt, herbasque nemusque ministrant.  
Quos inter raro angustus discrimine callis  
rumpit iter. Parte adversa se tollit in auras  
urbs ingens Sicimùm, radicem exstructa sub imam :  
quæ circum lævi consurgunt mœnia saxo,  
atque infra supraque urbem munimine cingunt.

Eandem ab Hebræis regnante Emmore occupatam fuisse, postmodum affirmat. Emmorem enim Sychemum genuisse Sic autem cecinit :

Illinc, o hospes, tandem vaga liquit Iacob  
pascua, et immensam Sicimùm successit in urbem  
dum socios Emmor populos, atque Emmore natus  
imperio premeret Sychemus, patri æmula pestis.

Tum Jacobi partim in Mesopotamiam adventum, partim nuptias duabus cum mulieribus initas, partim liberos ex utraque susceptos, partim denique hanc ipsam ex Mesopotamiae finibus Sicimorum in urbem migrationem exsequitur :

At pecorum altricem in Syriam concedit Iacob,  
atque sonante vagos volventem gurgite fluctus  
deserit Euphratem : irati simul aspera fratris  
jurgia declinat. Blando pia tecta nepoti  
pectore Labanus, Syriæ tum, stirpe recenti,  
sceptra tenens, pandit. Cui mox promissa minoris  
(sic male certa fides) natæ connubia mutat,  
majoremque viro thalami in penetralia furtilm

παῖδ' ἐτέρην, ἀμφοῖν δ' ἐμίγη σὺν ὁμαίμοσιν ἦσι.  
 Τῷ δ' υἱεῖς ἐγένοντο νόῳ πεπνυμένοι αἰνῶς  
 ἔνδεκα, καὶ κόρη Δείνα περικαλλὲς ἔχουσα  
 εἶδος, ἐπίτρεπτον δὲ δέμας, καὶ ἀμύμονα θυμόν.

Ἀπὸ δὲ Εὐφράτου φησὶ τὸν Ἰακώβ ἐλθεῖν εἰς τὰ  
 Σίκιμα πρὸς Ἐμμώρ· τὸν δ' ὑποδέξασθαι αὐτὸν, καὶ  
 μέρος τι τῆς χώρας δοῦναι.

Καὶ αὐτὸν μὲν τὸν Ἰακώβ γεωμορεῖν, τοὺς δὲ υἱοὺς  
 αὐτοῦ ἔνδεκα τὸν ἀριθμὸν ὄντας ποιμαίνειν, τὴν δὲ θυ-  
 γατέρα Δείναν καὶ τὰς γυναῖκας ἐριουργεῖν· καὶ τὴν  
 Δείναν παρθένον οὖσαν εἰς τὰ Σίκιμα ἐλθεῖν πανηγύ-  
 ρεως οὔσης, βουλομένην θεάσασθαι τὴν πόλιν· Συχέμ  
 δὲ τὸν τοῦ Ἐμμώρ υἱὸν ἰδόντα ἐρασθῆναι αὐτῆς, καὶ  
 ἀρπάσαντα ὡς ἑαυτὸν διακομίσει καὶ φθεῖραι αὐτήν.  
 Αὐτῆς δὲ σὺν τῷ πατρὶ ἐλθόντα πρὸς τὸν Ἰακώβ, αἰ-  
 τεῖν αὐτήν πρὸς γάμου κοινωνίαν· τὸν δὲ οὐ φάναι δώ-  
 σειν πρὶν ἢ πάντας τοὺς οἰκοῦντας τὰ Σίκιμα περι-  
 τεμνομένους Ἰουδαίους· τὸν δὲ Ἐμμώρ φάναι πείσειν  
 αὐτούς. Φησὶ δὲ περὶ τοῦ δεῖν περιτέμνεσθαι αὐτοὺς  
 ὁ Ἰακώβ,

Οὐ μὲν γὰρ θεμιτόν γε τόδ' Ἑβραίοισι τέτυκται,  
 γαμβροὺς ἄλλοθεν εἰς γε νοοὺς ἀγέμεν ποτὶ δῶμα,  
 ἀλλ' ὅστις γενεῆς ἐξοίχεται εἶναι ὁμοίης.

Εἶτα ὑποβάς περὶ τῆς περιτομῆς,

"Ὅς ποτ' εἴης πάτρης ἐξήγαγε δῖον Ἀβραάμ,  
 αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κέλετ' ἀνέρα παντὶ σὺν οἴκῳ  
 σάρκ' ἀποσυλῆσαι πόσθης ἀπο, καὶ ῥ' ἐτέλεσσαν·  
 ἀστεμφές δὲ τέτυκται, ἐπεὶ θεὸς αὐτὸς εἶπε.

summittit Liam genitor : sed fraude relecta,  
 (sensit enim conjux) natuque minore potitus,  
 esse utramque dedit solerti prole parentem.  
 Undenis maribus pulchro spectabilis ore  
 additur et molli præstans in corpore Dina  
 exserit ingenium.

Ab Euphrate vero Jacobum scribit quum ad Emmorem in  
 Sicimia venisset, exceptum ab eo humaniter, agrique parte  
 donatum fuisse : ubi quum agriculturæ operam ipse daret,  
 tum vero undecim filii in pastionem, Dinaque filia cum ce-  
 teris mulieribus in lanificium incumberet. Verum quo die  
 solennis forte conventus Sicimis ageretur, Dinam tametsi  
 adhuc virginem, in urbem tamen visendi studio penetrasse,  
 ac Sychemum Emmoris filium, ejus simulac vidisset amore  
 captum, ipsi per vim raptæ ac domum abductæ stuprum  
 quum obtulisset, paullo post una cum patre ad Jacobum  
 venisse, ab eoque filia nuptias expetivisse : quas ille quum  
 negaret, priusquam incolæ Sicimorum universi et circum-  
 cisionem et ritus Judaicos accepissent : Emmorem futurum  
 spondisse, ut eos hanc ad conditionem adducere cona-  
 retur. Et eos quidem circumcidi omnes oportere, Jacobus  
 ita declarat :

Hebræam divina vetant oracula gentem  
 externos sponsæ generos in tecta vocare :  
 hæc patrius tantum novit commercia sanguis.

Et mox de circumcissione :

Qui magnum patriis Abrahamum eduxit ab oris  
 cœlitus hunc tota jussit cum stirpe recurvo,  
 glande sub extrema, præputia demere ferro.  
 Paruit, atque Dei verbis immotus inhæsit.

Πορευθέντος οὖν εἰς τὴν πόλιν τοῦ Ἐμμώρ, καὶ τοὺς  
 ὑποτασσομένους παρακαλοῦντος περιτέμνεσθαι, ἓνα τῶν  
 Ἰακώβ υἱῶν τὸ ὄνομα Συμεῶνα διαγνῶναι τὸν τε Ἐμ-  
 μώρ καὶ τὸν Συχέμ ἀνελεῖν, τὴν ὕβριν τῆς ἀδελφῆς  
 μὴ βουληθέντα πολιτικῶς ἐνεγκεῖν· ταῦτα δὲ διαγνόντα  
 Λευὶν τῷ ἀδελφῷ κοινώσασθαι· λαβόντα δ' αὐτὸν συγκά-  
 ταινον ἐπὶ τὴν πρᾶξιν παρορμηῆσαι, λόγιον προφερόμε-  
 νον τὸν Θεὸν ἀνελεῖν φάμενον τοῖς Ἀβραάμ ἀπογόνους  
 δέκα ἔθνη δώσειν. Φησὶ δὲ οὕτως ὁ Συμεὼν πρὸς τὸν  
 Λευὶν,

Εὖ γὰρ ἐγὼ μῦθόν γε πεπυσμένος εἰμι θεοῦ·  
 δώσειν γὰρ ποτ' ἔφησε δέκ' ἔθνεα παισὶν Ἀβραάμ.

Τὸν δὲ θεὸν αὐτοῖς τοῦτον τὸν νοῦν ἐμβαλεῖν διὰ τὸ  
 τοὺς ἐν Σικίμοις ἀσεβεῖς εἶναι. Φησὶ δὲ,

Βλάπτε θεὸς Σικίμων οἰκήτορας, οὐ γὰρ ἔτιον  
 εἰς αὐτοὺς ὅστις κε μόλη κακός, οὐδὲ μὲν ἐσθλός·  
 οὐδὲ δίκας ἐδίκαζον ἀνά πόλιν οὐδὲ θέμιστας·  
 λαίγια δ' ὠρώρει τοῖσιν μεμελημένα ἔργα.

Τὸν οὖν Λευὶν καὶ τὸν Συμεῶνα εἰς τὴν πόλιν καθω-  
 πλισμένους ἐλθεῖν, καὶ πρῶτα μὲν τοὺς ἐντυγχάνοντας  
 ἀναιρεῖν, ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Ἐμμώρ καὶ τὸν Συχέμ  
 φονεῦσαι. Λέγει δὲ περὶ τῆς ἀναιρέσεως αὐτῶν οὕτως·

Ὡς τότε δὴ Συμεὼν μὲν Ἐμμώρ ὠρουσεν ἐπ' αὐτὸν,  
 πληξέ τε οἱ κεφαλὴν, δειρὴν δ' ἔλεν ἐν χερὶ λειψῆ,  
 λειψὲ δ' ἔτι σπαίρουσαν, ἐπεὶ πόνος ἄλλος ὠρώρει  
 Τόφρα δὲ καὶ Λευὶν ἀσχετος ἔλλαβε χαιτήης  
 γούνων ἀπτόμενον Συχέμ, ἀσπετα μαργήναντα.  
 Ἦλασε δὲ κληῖδα μέσσην· δὴ δὲ ξίφος δέξυ  
 σπλάγχνα διὰ στέρνων, λίπε δὲ ψυχὴ δέμας εὐθύς.

Emmor itaque in civitatem reversus, quum suos ad capes-  
 sendum circumcisionis ritum hortatus esset, unum ex Ja-  
 cobi filiis Symeonem, quod sororis injuriam iniquius gra-  
 viusque ferret, Emmorem ac Sychemum interficere sta-  
 tuisse; communicatoque cum Levino fratre consilio, socium  
 eum comitemque facinoris adhibuisse, quum decem ille  
 gentes Abrahami posteris divino promissas oraculo esse ja-  
 ctaret. Sic autem Levinum alloquitur Symeon :

Verba Dei penitus medio sub pectore servo,  
 quem denas Abraæ natis promittere gentes  
 commemini.

Ac Deum quidem propter Sicimitarum impietatem hanc  
 iis mentem injecisse testatur his verbis :

Ardenti vindex Sicimos Deus obruit ira;  
 quo virtutis amans nemo inviolatus adiret ;  
 hic ubi nulla æqui tenuit reverentia cives,  
 sed tantum infandi sceleris vesana libido.

Ergo Levinum ac Symeonem armatos in urbem venisse,  
 obviisque primum cæsis, Emmorem ac Sychemum pere-  
 misse, quam ille cædem ita describit :

Tunc Emori vasto Symeon caput arduus ictu  
 amputat, ac læva truncam suspendere gestit  
 cervicem: donec, quod pugna atrocior instet,  
 linquat humi singultantem. At violentior ardet  
 Levinus frustra solo pedibusque volutum,  
 ausum immane nefas Sychemum, pendentibus hærens  
 crinibus invadit. Jugulum delatus in altum,  
 mox toto gladius subit in præcordia ferro,  
 exturbatque animam.

Πυθόμενους δὲ καὶ τοὺς ἑτέρους ἀδελφοὺς τὴν πρᾶξιν αὐτῶν ἐπιβοηθῆσαι, καὶ τὴν πόλιν ἐκπορθῆσαι, καὶ τὴν ἀδελφὴν ἀναρρυσάμενους μετὰ τῶν αἰχμαλώτων εἰς τὴν πατρίαν ἑπαυλιν διακομίσαι. »

10.

## ARTAPANOU

περὶ Ἰωσήφ.

Cap. 23 : Τούτοις καὶ τὰ ἐξῆς περὶ τοῦ Ἰωσήφ ἐκ τῆς αὐτῆς Πολυίστορος γραφῆς ἐπισυνήφθω.

« Ἀρτάπανος δὲ φησιν ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων τῷ Ἀβραάμ Ἰωσήφ ἀπόγονον γενέσθαι, υἱὸν δὲ Ἰακώβου· συνέσει δὲ καὶ φρονήσει παρὰ τοὺς ἄλλους διενεγκόντα ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐπιβουλεύθῃναι· προειδόμενον δὲ τὴν ἐπισύστασιν δεηθῆναι τῶν ἀστυγαιτόνων Ἀράβων εἰς τὴν Αἴγυπτον αὐτὸν διακομίσαι· τοὺς δὲ τὸ ἐπιτυγχάνομενον ποιῆσαι· εἶναι γὰρ τοὺς τῶν Ἀράβων βασιλεῖς ἀπογύνους Ἰσραήλ, υἱοὺς δὲ Ἀβραάμ, Ἰσαὰκ δὲ ἀδελφοὺς. Ἐλθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον καὶ συσταθέντα τῷ βασιλεῖ διοικητὴν τῆς ὅλης γενέσθαι χώρας. Καὶ πρότερον ἀτάκτως τῶν Αἴγυπτίων γεωμορούντων, διὰ τὸ τὴν χώραν ἀδιαίρετον εἶναι καὶ τῶν ἐλασσόνων ὑπὸ τῶν κρεισσόνων ἀδικουμένων, τοῦτον πρῶτον τὴν τε γῆν διελεῖν καὶ ὄροις διασημήνασθαι, καὶ πολλὴν χερσευομένην γεωργήσιμον ἀποτελέσαι, καὶ τινὰς τῶν ἀρουρῶν τοῖς ἱερεῦσιν ἀποκληρῶσαι. Τοῦτον δὲ καὶ

μέτρα εὐρεῖν, καὶ μεγάλως αὐτὸν ὑπὸ τῶν Αἴγυπτίων διὰ ταῦτα ἀγαπηθῆναι. Γῆμαι δὲ αὐτὸν Ἡλιουπόλιτου ἱερέως Ἀσενέθ θυγατέρα, ἐξ ἧς γεννησάσθαι παῖδας. Μετὰ δὲ ταῦτα παραγενέσθαι πρὸς αὐτὸν τὸν τε πατέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς κομίζοντας πολλὴν ὑπαρξιν, καὶ κατοικισθῆναι ἐν τῇ πόλει Καισάν, καὶ τοὺς Σύρους πλεονάσαι ἐν τῇ Αἴγύπτῳ. Τούτους δὲ φησὶ καὶ τὸ ἐν Ἀθῶν καὶ τὸ ἐν Ἡλιουπόλει ἱερὸν κατασκευάσαι τοὺς Ἑρμιουθὸν ὀνομαζομένους. Μετὰ δὲ ταῦτα τελευτῆσαι τὸν τε Ἰωσήφ καὶ τὸν βασιλέα τῶν Αἴγυπτίων. Τὸν οὖν Ἰωσήφ κρατοῦντα τῆς Αἴγύπτου τὸν τῶν ἐτῶν ἑπτὰ σῖτον, γενόμενον κατὰ τὴν φορὰν ἄπλετον, παραθέσθαι, καὶ τῆς Αἴγύπτου δεσπότην γενέσθαι.

11.

## ΦΙΛΩΝΟΣ

ἀπὸ τῆς αὐτῆς γραφῆς περὶ τοῦ Ἰωσήφ.

Cap. 24 : Μαρτυρεῖ δὲ ταῖς ἱεραῖς βίβλοις καὶ Φίλων ἐν τῇ ἰδ' τῶν Περὶ Ἱεροσόλυμα, λέγων οὕτως·

Τοῖσιν ἕδος μακαριστὸν ὅλης μέγας ἔκτισεν ἄκτωρ ὑψιστος, καὶ πρόσθεν ἀπ' Ἀβρααμοῦ καὶ Ἰσακ, Ἰακώβ εὐτέκνοιο τόκος Ἰωσήφ, ὃς ὄνειρων θεσπιστής, σκηπτουῆχος ἐν Αἴγύπτῳ θρόνοισι, δινεύσας λαθραῖα χρόνου πλημμύριδι μοίρης,

καὶ τὰ ἐξῆς. » Ταῦτα δὲ καὶ περὶ τοῦ Ἰωσήφ.

Postmodum vero fratres ceteros, ubi rem inaudiissent, conjunctis viribus civitatem diripuisse, ac sororem cum ipsa captivorum manu paternam in villam transtulisse. »

10.

## EX ARTAPANO

de Josepho.

Quibus deinceps Alexander Josephi rerum commemorationem adjungit, hunc in modum. « Artapanus autem in suo De Judæis commentario Josephum ait Abrahami nepotem, Jacobi filium, quum reliquis fratribus ingenio sapientiaque præstaret, eorum insidiis appetitum esse; quorum ipse conjuratione prospecta, vicinos Arabes, uti se in Ægyptum abducerent, obsecravit, ejusque precibus illos annuisse. Arabum enim reges Israelis nepotes, Abrahami filios et Isaac fratres esse. Ergo Josephum, paullo post quam Ægyptum attigisset, eo regis studio ac benevolentia exceptum esse ut præfectus ab eo totius regni constitueretur. Eundem vero, quum Ægyptii terram eatenus magna perturbatione coluissent, quod neque divisa regio esset, ac tenuioris fortunæ homines a potentioribus iniquius haberentur, agros ante omnia divisisse, certis passim finibus terminisque descriptos, adeoque magnam soli partem incultam prius atque silvescentem, culturæ opportunam commodamque reddidisse, suosque sacerdotibus agros singulares atque proprios assignasse. Mensuras præterea inve-

nisse, quibus ille officiis Ægyptiorum sibi voluntatem majorem in modum devinxerit. Ceterum Asenethen Heliopolitani sacerdotis filiam uxorem duxisse, ac liberos ex ea suscepisse. Postea vero patrem cunctosque fratres multis cum opibus ac facultatibus ad eum venisse, fixisque in urbe Cæsana domiciliis, Syrorum in Ægypto auctam admodum ac propagatam sobolem fuisse. Eisdem insuper tum quod apud Athon, tum quod apud Heliopolin est templum condidisse Hermiuth vulgo nominatos. Postremo Josephum Ægyptiorumque regem obiisse. Ac Josephum quidem quum Ægypto præesset, immensam frumenti vim, quæ toto septennio provenerat, in medium contulisse, ac totius Ægypti dominum fuisse.

11.

## E PHILONE

Ex eodem scripto de Josepho.

Quin etiam Philonis testimonium divinis literis suffragatur. Is enim in libro De Hierosolymis decimo quarto ita scribit:

Ollis ampla potens ultro dat jugera princeps,  
facundoque solo locat incorruptus Ioseph,  
Abrami Isacique nepos, quemque almus Iacob  
sustulit, obscuræ cui pervia somnia noctis,  
qui solio incumbens Ægyptia regna tuetur,  
ambiguo fati varie jactatus ab æstu. »

12.

## ΑΡΙΣΤΕΟΥ

περὶ τοῦ Ἰώβ.

Cap. 25 : Ἄκουε δὲ οἷα καὶ περὶ τοῦ Ἰώβ ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ.

« Ἀριστέας δὲ φησι ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων τὸν Ἡσαῦ γήμαντα Βασσάραν ἐν Ἐδῶμ, γεννηῆσαι Ἰώβ· κατοικεῖν δὲ τοῦτον ἐν τῇ Αὐσίτιδι χώρᾳ, ἐπὶ τοῖς ὄροις τῆς Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας. Γενέσθαι δ' αὐτὸν δίκαιον καὶ πολύκτηνον· κτήσασθαι γὰρ αὐτὸν πρόβατα μὲν ἑπτακισχίλια, καμήλους δὲ τρισχιλίας, ζεύγη βοῶν πεντακόσια, ὄνους θηλείας νομάδας πεντακοσίας· εἶχε δὲ καὶ γεωργίας ἱκανάς. Τοῦτον δὲ τὸν Ἰώβ πρότερον Ἰωβάθ ὀνομάζεσθαι. Πειράζοντα δ' αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐμμεῖναι, μεγάλας δὲ περιβαλεῖν αὐτὸν ἀτυχίας. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοῦ τοὺς τε ὄνους καὶ βοῦς ὑπὸ ληστῶν ἀπελαθῆναι, εἶτα τὰ πρόβατα ὑπὸ πυρός ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντος κατακαῆναι σὺν τοῖς ποιμέσι· μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τὰς καμήλους ὑπὸ ληστῶν ἀπελαθῆναι· εἶτα τὰ τέκνα αὐτοῦ ἀποθανεῖν, πεσοῦσης τῆς οἰκίας· αὐθημερὸν δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ σῶμα ἐλκῶσαι. Φαύλως δὲ αὐτοῦ διακειμένου, ἐλθεῖν εἰς ἐπίσκηψιν Ἐλίφαν τὸν Θαιμανιτῶν βασιλέα, καὶ Βαλδὰδ τῶν Σαυχαίων τύραννον, καὶ Σωφάρ τὸν Μινναίων βασιλέα, ἐλθεῖν δὲ καὶ Ἐλιοῦν τὸν Βαραχιήλ τὸν Ζωβίτην. Παρακαλούμενον δὲ φάναι καὶ χωρὶς παρακλήσεως ἐμμενεῖν αὐτὸν ἐν τε τῇ εὐσεβείᾳ καὶ τοῖς δεινοῖς. Τὸν δὲ Θεὸν ἀγα-

σθέντα τὴν εὐψυχίαν αὐτοῦ, τῆς τε νόσου αὐτὸν ἀπολύσαι, καὶ πολλῶν κύριον ὑπάρξεων ποιῆσαι. »

Τοσαῦτα καὶ περὶ τούτων ὁ Πολυίστωρ.

13.

## ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ

περὶ Μωσέως.

Cap. 26 : Καὶ περὶ Μωσέως δὲ ὁ αὐτὸς πάλιν πλείστα παρατίθεται, ὧν καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι ἄξιον.

« Εὐπόλεμος δὲ φησι τὸν Μωσῆν πρῶτον σοφὸν γενέσθαι καὶ γράμματα παραδοῦναι τοῖς Ἰουδαίοις πρῶτον, παρὰ δὲ Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν, Ἑλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων, νόμους τε πρῶτον γράψαι Μωσῆν τοῖς Ἰουδαίοις. » Eadem ex Eupolemo ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων narrat Clem. Alex. Strom. I, 23, p. 148, 47 Sylb. et Chron. Alexand. p. 148, Cyrill. Adv. Jul. p. 231, D, et Georg. Hamartol. Chron. in Cramer. Anecd. tom. IV, p. 245.

14.

## ΑΡΤΑΠΑΝΟΥ

περὶ Μωσέως.

Cap. 27 : « Ἀρτάπανος δὲ φησιν ἐν τῇ Περὶ Ἰουδαίων, Ἀβραὰμ τελευτήσαντος, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Μεμφασθενῶθ, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων, τὴν δυναστείαν παραλαβεῖν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Παλμανῶθην. Τοῦτον δὲ τοῖς Ἰουδαίοις φαύλως προσφέρεσθαι·

12.

## EX ARISTÆO

de Jobo.

Nunc autem audi quæ de Jobo idem commemorat. « Aristæas, inquit, in sua De Judæis historia auctor est Esaum e Bassara conjuge Jobum in Idumæa filium genuisse, sedemque sibi in Ausitide regione apud ipsum Idumææ et Arabiæ confinium delegisse. Eundem æquitate præstantem, ac pecore in primis abundantem fuisse: ovium enim septem, camelorum tria millia, paria bovum quingenta, gregalesque asinas totidem numerasse. Copiam agrorum non absimilem. Ac Jobum quidem Jobathum antea nominatum esse. Porro deum explorandæ hominis probandæque virtutis gratia, diuturnis eum grandibusque calamitatibus exercuisse. Primum enim asinarum bovumque armenta a latronibus per vim abacta esse, tum oves simul atque pastores igne cœlitus immisso conflagrasse, mox camelos quoque a latronibus similiter abductos, filiosque omnes ædium ruina oppressos fuisse; postremo illum etiam eo ipso die foedissimo totius corporis ulcere laborasse. Quibus in angustiis positus quum esset, ad eum invisendî causa Eliphan Thæmanitarum regem, Baldadem Sauchæorum tyrannum, Sopharem Minnæorum regem, et Elium Barachielis filium Zobitem convenisse. Qui quum eum alloquio solarentur, ipsum, tametsi consolatione omni careret, futurum

tamen respondisse, uti pietatis suæ laudem hac in tanta malorum acerbitate perpetuam retineret. Deum vero hac ejus integritatis et constantiæ vi majorem in modum probata, non ipsum tantum morbo liberasse, verum etiam ingentibus deinceps opibus ac fortunis cumulasse. » Hæc omnia Polyhistor.

13.

## EX EUPOLEMO

de Mose.

Idem quoque plurima de Mose habet auditu digna. « Mosem, inquit, narrat Eupolemus, primum sapientem fuisse, Judæisque primum literas tradidisse, a quibus eas Phœnices, ut a Phœnicibus Græci accepissent, eundemque Judæis leges principem condidisse. »

## EX ARTAPANO

de Mose.

14.

« Artapanus autem in suo De Judæis opere scribit Abrahamo cum Mempasathenothe filio, ipsoque Ægyptiorum rege, vita functo, Palmanothem alterum ejusdem filium Ægypti imperium cepisse, Judæumque populum durius habuisse. Ab hoc primum Gessam conditam, in eaque delubrum,

καὶ πρῶτον μὲν τὴν Κεσσάν οἰκοδομῆσαι, τό τε ἐπ' αὐτῇ ἱερὸν καθιδρῦσασθαι, εἶτα τὸν ἐν Ἡλιουπόλει ναὸν κατασκευάσαι. Τοῦτον δὲ γεννῆσαι θυγατέρα Μέρριν, ἣν Χενεφρῆ τινὶ κατεγγυῆσαι, τῶν ὑπὲρ Μέμφιν τόπων βασιλεύοντι· πολλοὺς γὰρ τότε τῆς Αἰγύπτου βασιλεύειν· ταύτην δὲ στείραν ὑπάρχουσαν ὑποβαλέσθαι τινὸς τῶν Ἰουδαίων παιδίον, τοῦτο δὲ Μώυσον ὀνομάσαι· ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων αὐτὸν ἀνδρωθέντα Μουσαῖον προσαγορευθῆναι. Γενέσθαι δὲ τὸν Μώυσον τοῦτον Ὀρφείως διδάσκαλον· ἀνδρωθέντα δ' αὐτὸν πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις εὐχρηστα παραδοῦναι· καὶ γὰρ πλοῖα καὶ μηχανὰς πρὸς τὰς λιθοθεσίας καὶ τὰ Αἰγύπτια ὄπλα καὶ τὰ ὄργανα τὰ ὑδρευτικὰ καὶ πολεμικὰ καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐξευρεῖν· ἔτι δὲ τὴν πόλιν εἰς λς' νομοὺς διελεῖν, καὶ ἐκάστῳ τῶν νομῶν ἀποτάξαι τὸν Θεὸν σεφθῆσθαι, τὰ τε ἱερὰ γράμματα τοῖς ἱερεῦσιν· εἶναι δὲ καὶ αἰλούρους καὶ κύνες καὶ ἴβεις· ἀπονεῖμαι δὲ καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἐξάιρετον χώραν. Ταῦτα δὲ πάντα ποιῆσαι χάριν τοῦ τὴν μοναρχίαν βεβαίαν τῷ Χενεφρῆ διαφυλάξαι. Πρῶτον γὰρ ἀδιατάκτους ὄντας τοὺς ὄχλους ποτὲ μὲν ἐκβάλλειν ποτὲ δὲ καθιστάνειν βασιλεῖς, καὶ πολλάκις μὲν τοὺς αὐτοὺς, ἐνιαχίς δὲ ἄλλους. Διὰ ταῦτα οὖν τὸν Μώυσον ὑπὸ τῶν ὄχλων ἀγαπηθῆναι, καὶ ὑπὸ τῶν ἱερέων ἰσοθέου τιμῆς καταξιωθέντα προσαγορευθῆναι Ἑρμῆν διὰ τὴν τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἐρμηνείαν. Τὸν δὲ Χενεφρῆν ὀρῶντα τὴν ἀρετὴν Μωύσου φθονῆσαι αὐτῷ, καὶ ζητεῖν αὐτὸν ἐπ' εὐλόγῳ αἰτία τινὶ ἀνελεῖν. Καὶ δὴ ποτε τῶν Αἰθιοπῶν ἐπιστρατευσαμένων τῇ Αἰγύπτῳ, τὸν Χενεφρῆν ὑπολαβόντα εὐρηκέναι καιρὸν

εὐθετον πέμψαι τὸν Μώυσον ἐπ' αὐτοὺς στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως, τὸ δὲ τῶν γεωργῶν αὐτῷ συστήσαι πλῆθος, ὑπολαβόντα βραδίως αὐτὸν διὰ τὴν τῶν στρατιωτῶν ἀσθένειαν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναιρεθῆσθαι. Τὸν δὲ Μώυσον ἔλθόντα ἐπὶ τὸν Ἑρμοπολίτην ὀνομαζόμενον νομὸν, ἔχοντα περὶ δέκα μυριάδας γεωργῶν, αὐτοῦ καταστρατοπεδεῦσαι· πέμψαι δὲ στρατηγοὺς τοὺς προκαθεδουμένους τῆς χώρας, οὓς δὴ πλεονεκτεῖν ἐπιφανῶς κατὰ τὰς μάχας· λέγειν δὲ φησὶν τοὺς Ἡλιουπόλιτας γενέσθαι τὸν πόλεμον τοῦτον ἔτη δέκα. Τοὺς οὖν περὶ τὸν Μώυσον διὰ τὸ μέγεθος τῆς στρατιᾶς πόλιν ἐν τούτῳ κτίσαι τῷ τόπῳ, καὶ τὴν ἴβιν ἐν αὐτῇ καθιερωσάμεν διὰ τὸ ταύτην τὰ βλάπτοντα ζῶα τοὺς ἀνθρώπους ἀναιρεῖν. Προσαγορευθῆναι δὲ αὐτὴν Ἑρμοῦ πόλιν. Οὕτω δὲ τοὺς Αἰθιοπῶν, καίπερ ὄντας πολεμίους, στέργει τὸν Μώυσον, ὥστε καὶ τὴν περιτομὴν τῶν αἰδοίων παρ' ἐκείνου μαθεῖν· οὐ μόνον δὲ τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἅπαντας. Τὸν δὲ Χενεφρῆν, λυθέντος τοῦ πολέμου, λόγῳ μὲν αὐτὸν ἀποδέξασθαι, ἔργῳ δὲ ἐπιβουλεύειν. Παρελόμενον γοῦν αὐτοῦ τοὺς ὄχλους, τοὺς μὲν ἐπὶ τὰ ὄρια τῆς Αἰθιοπίας πέμψαι, προφυλακῆς χάριν· τοῖς δὲ προστάξαι τὸν ἐν Διὸς πόλει ναὸν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου κατασκευασμένον καθαιρεῖν, ἕτερον δὲ λίθινον κατασκευάσαι τὸ πλησίον ὄρος λατομήσαντας· τάξαι δὲ ἐπὶ τῆς οἰκοδομίας ἐπιστάτην Ναχέρωτα. Τὸν δὲ ἔλθόντα μετὰ Μωύσου εἰς Μέμφιν πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ, εἴ τι ἄλλο ἐστὶν εὐχρηστον τοῖς ἀνθρώποις· τὸν δὲ φάναι γένος τῶν βοῶν διὰ τὸ τὴν γῆν ὑπὸ τούτων ἀροῦσθαι· τὸν δὲ Χενεφρῆν, προσαγορεύσαντα ταῦρον

mox templum apud Heliopolim excitatum esse. Ab eodem Merrin filiam susceptam, ac Chenephrae cuidam regioni supra Memphim sitae imperanti desponsam fuisse. Tum enim plures Aegyptum regulos tenuisse. Hanc porro, sterilis quum esset, Judaeae mulieris infantem supposuisse, quem Moysum ipsa primum, deinde vero Graeci, quum ad virilem aetatem pervenisset, Musaeum nominarint. Atque hunc Orphei magistrum fuisse memorant, ac permulta humano generi utilissima tradidisse. Illi enim et navigiorum et machinarum, quibus adducti sursum lapides inter sese postea coagmententur, et armorum Aegyptiacorum, et instrumentorum partim hauriendae vel deducendae aquae, partim bello necessariorum, ipsiusque adeo philosophiae inventionem acceptam ferunt. Ad haec civitatem ab eo in sex et triginta praefecturas divisam, suosque singulis numini colendo ritus assignatos, literasque sacras, puta felium, canum, ibium figuras, sacerdotibus cum singulari ac propria regione attributas esse. Quae omnia eo consilio perfecit, ut summum Chenephrae imperium stabiliret, quum nullo distincta ordine multitudo reges antea modo ejiceret, modo crearet, ac saepe quidem eosdem, interdum etiam alios. Quibus ipse rebus non modo populorum sibi amorem conciliarit, verum etiam parem superis honorem a sacerdotibus, qui Hermen illum, i. e. interpretem, ob sacrarum literarum erμηνείαν sive interpretationem appellarunt, facile impetravit. At vero Chenephren Moysi virtutibus invidentem, perimendi hominis colorem aliquem honestamque speciem quaesivisse. Itaque

quum in Aegyptum armati Aethiopes invasissent, commodam sibi facinoris occasionem esse oblatam ratum, Moysum imperatorem adversus eos cum exercitu ex agricolis maximam partem conlato misisse, quod eum propter militum imbecillitatem ab hoste nullo negotio conficiendum putaret. Moysum autem ad praefecturam quandam, cui Hermopolitae nomen, quaeque colonorum ad centum millia numerabat, profectum castra ibi posuisse, legatorum suorum fortissimis et strenuissimis quibusque praemissis, qui locum ac sedem occuparent. Quod bellum toto decennio gestum esse, ab Heliopolitanis sese accepisse testatur. Porro Moysum copiarum magnitudine instructum, eodem in loco urbem condidisse, Hermopolin nomine, in qua primum ibim, quod noxias hominibus animantes perimat, consecravit. Aethiopes autem ipsos, tametsi hostes, tam propenso tamen in Moysum animo fuisse, ut ipsius quoque circumcisionis ab eo ritum acciperent. Id quod a sacerdotibus etiam omnibus praestitum fuerit. Ceterum Chenephren, confecto bello, tametsi benevolentiam ore simularet, clam tamen ei insidiari re ipsa perrexisset. Itaque Moysi copias ita distraxisse, ut partim ad Aethiopiae confinia per causam praesidii ablegaret, partim Diospoleos templum operis latericii diruere, aliudque, lapidibus e vicino monte caesis, lapideum aedificare juberet. Huic operi Nacherotem quendam ab eo praefectum esse, qui Memphim una cum Moysso profectus, quaesierit ex eo, num quid praeterea humano generi commodum utileque nosset. Cui Moses,

Ἄπιν, κελεῦσαι ἱερὸν αὐτοῦ τοὺς ὄχλους καθιόρυσασθαι, καὶ τὰ ζῶα τὰ καθιερωθέντα ὑπὸ τοῦ Μώσου κελεύειν ἐκεῖ φέροντας θάπτειν, κατακρύπτειν θέλοντα τὰ τοῦ Μώσου ἐπινοήματα. Ἀποξενωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν Αἴγυπτίων, δρωμοτῆσαι τοὺς φίλους μὴ ἐξαγγεῖλαι τῷ Μώσῳ τὴν ἐπισυνισταμένην αὐτῷ ἐπιβουλήν, καὶ προβαλέσθαι τοὺς ἀναιρήσοντάς αὐτόν. Μηδενὸς δ' ὑπακούσαντος, ὄνειδίσαι τὸν Χενεφρῆν Χανεθώθην, τὸν μάλιστα προσαγορευόμενον ὑπ' αὐτοῦ· τὸν δὲ ὄνειδισθέντα ὑποσχέσθαι τὴν ἐπίθεσιν, λαβόντα καιρόν. Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν τῆς Μερρίδος τελευτησάσης, ὑποσχέσθαι τὸν Χενεφρῆν τῷ τε Μώσῳ καὶ τῷ Χανεθώθῃ τὸ σῶμα διακομίσαντας εἰς τοὺς ὑπὲρ Αἴγυπτον τόπους θάψαι, ὑπολαβόντα τὸν Μώσον ὑπὸ τοῦ Χανεθώθ ἀναιρεθήσεσθαι. Πορευομένων δὲ αὐτῶν τὴν ἐπιβουλήν τῷ Μώσῳ τῶν συνειδόντων ἐξαγγεῖλαι τινα· τὸν δὲ φυλάσσοντα αὐτὸν τὴν μὲν Μέρριν θάψαι, τὸν δὲ ποταμὸν καὶ τὴν ἐν ἐκείνῳ πόλιν Μερρόν προσαγορευῆσαι. Τιμᾶσθαι δὲ τὴν Μέρριν ταύτην ὑπὸ τῶν ἐγγχωρίων οὐκ ἔλαττον ἢ τὴν Ἴσιν. Ἀαρῶνα δὲ τὸν τοῦ Μώσου ἀδελφὸν τὰ περὶ τὴν ἐπιβουλήν ἐπιγνόντα, συμβουλευῆσαι τῷ ἀδελφῷ φυγεῖν εἰς τὴν Ἀραβίαν· τὸν δὲ πεισθέντα ἀπὸ Μέμφεως τὸν Νεῖλον διαπλεύσαντα ἀπαλλάσσεσθαι εἰς τὴν Ἀραβίαν. Τὸν δὲ Χανεθώθην πυθόμενον τοῦ Μώσου τὴν φυγὴν ἐνεδρεύειν ὡς ἀναιρήσοντα· ἰδόντα δὲ ἐρχόμενον σπάσασθαι τὴν μάχαιραν ἐπ' αὐτόν, τὸν δὲ Μώσον προκαταταχῆσαντα, τὴν τε χεῖρα κατασχεῖν αὐτοῦ, καὶ σπασάμενον τὸ ξίφος φονεῦσαι τὸν Χανεθώθην· διεκδράναι δὲ εἰς τὴν Ἀραβίαν, καὶ Ραγουήλω

τῷ τῶν τόπων ἄρχοντι συμβιοῦν, λαβόντα τὴν ἐκείνου θυγατέρα· τὸν δὲ Ραγουήλον βούλεσθαι στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Αἴγυπτίους, κατάγειν βουλόμενον τὸν Μώσον, καὶ τὴν δυναστείαν τῇ τε θυγατρὶ καὶ τῷ γαμβρῷ κατασκευάσαι· τὸν δὲ Μώσον ἀποκωλύσαι, στοχαζόμενον τῶν δημοφύλων· τὸν δὲ Ραγουήλον διακωλύοντα στρατεύειν τοῖς Ἀραβι προστάξαι ληστεύειν τὴν Αἴγυπτον. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ τὸν Χενεφρῆν πρῶτον ἀπάντων ἀνθρώπων ἐλεφαντιάσαντα μεταλλάξαι· τούτῳ δὲ τῷ πάθει περιπεσεῖν διὰ τὸ τοὺς Ἰουδαίους προστάξαι σινδόνας ἀμφιέννυσθαι, ἐρεᾶν δ' ἐσθῆτα μὴ ἀμπέχεσθαι, ὅπως ὄντες ἐπίσημοι κολάζωνται ὑπ' αὐτοῦ. Τὸν δὲ Μώσον εὐχεσθαι τῷ Θεῷ ἤδη ποτὲ τοὺς λαοὺς παῦσαι τῶν κακοπαθειῶν. Ἰλασκομένου δ' αὐτοῦ, αἰφνιδίως φησὶν ἐκ τῆς γῆς πῦρ ἀναφθῆναι, καὶ τοῦτο κάεσθαι, μήτε ὕλης μήτε ἄλλης τινὸς ξυλείας οὔσης ἐν τῷ τόπῳ. Τὸν δὲ Μώσον δείσαντα τὸ γεγονός φεύγειν· φωνὴν δ' αὐτῷ θείαν εἰπεῖν, στρατεύειν ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ τοὺς Ἰουδαίους διασώσαντα εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀγαγεῖν πατρίδα. Τὸν δὲ θαρρήσαντα δύναμιν πολεμίαν ἐπάγειν διαγνῶναι τοῖς Αἴγυπτίοις. Πρῶτον δὲ πρὸς Ἀαρῶνα τὸν ἀδελφὸν ἐλθεῖν· τὸν δὲ βασιλέα τῶν Αἴγυπτίων πυθόμενον τὴν τοῦ Μώσου παρουσίαν καλέσαι πρὸς αὐτόν, καὶ πυνθάνεσθαι ἐφ' ὃ τι ἦκοι· τὸν δὲ φάναι, διότι προστάσσειν αὐτῷ τὸν τῆς οἰκουμένης δεσπότην ἀπολύσαι τοὺς Ἰουδαίους. Τὸν δὲ πυθόμενον εἰς φυλακὴν αὐτὸν καθεῖρξαι. Νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης, τὰς τε θυρὰς πάσας αὐτομάτως ἀνοιχθῆναι τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ τῶν φυλάκων οὐκ μὲν τελευτῆσαι, τινὰς δὲ

se vero nosse, boves nimirum, quibus in aranda terra uti liceret. At Chenephren, ubi tauro Apidis nomen indidisset, ei continuo templum a multitudine poni, eodemque translatas animantes a Moyse prius consecratas sepeliri voluisse, uti rerum ab eo institutarum memoriam una sepeliret. Verum abalienatos a se propterea quum Ægyptiorum animos intelligeret, clam jurejurando amicorum suorum fidem obstrinxisset, uti ne quis Moyso paratas insidias aperiret, simulque futuros cædis auctores designasse. Reclamantibus omnibus, Chanethothen, quem ex omnibus præcipuum nominant, acerbius increpasse, qui regis tandem offensione permotus, commodo se tempore facinus obiturum receperit. Ergo quum in eos forte dies Merrhis obitus incidisset, Chenephren transferendi ultra Ægypti fines corporis, ibidemque sepeliendi Moyso et Chanethothæ potestatem fecisse, quum interfectum iri ab isto Moysum putaret. Verum insidiis a conscio quodam in itinere sibi patefactis, Moysum salutis suæ diligentius cavisse: cui post sepultam Merrhin, Merocsque nomen fluvio atque urbi ad fluvium ædificatæ impositum, (quam quidem Merrhin indigenæ haud minori quam Isim ipsam religione venerentur,) Aaron frater, qui et ipse conjurationem resciverat, auctor fuerit ut fugam in Arabiam capesseret. Illum ergo consilium fratris secutum Memphi solvisse, Niloque trajecto in Arabiam contendisse. Chanethothen vero, fuga intellecta, insidias ei tetendisse, quibus exceptum opprimeret; adeoque venienti stricto gladio occurrisset: at Moysum hominem occupasse, nec ejus

tantum inhibuisse manum, sed etiam illum educto ense confodisse. E vestigio elapsum in Arabiam, ad Raguelum ejus tum regionis principem adhæsisse, ab eoque filiam in uxorem accepisse. Porro quum in Ægyptios movere Raguelus vehementer optaret, ut Moysum eo deduceret, filiaque simul ac genero imperium assereret: Moysum, quod gentilibus suis metueret, ab ea ipsum mente amovere conatum esse; Raguelum vero, missa expeditione, Arabes jussisse ex Ægypto prædas agere. Interea Chenephren elephantiasi morbo mortalium omnium principem obiisse, quum in eum incidisset, quod Judæos, laneæ vestis usu prohibito, sindones jussisset induere, quo facilius in eos hoc a ceteris cultu distinctos sævire posset. At Moysum gentis suæ miserias apud Deum assidue deprecantem, eo demum tempore numen propitium habuisse, ac repente succensum a terra ignem erupisse ait, qui, tametsi locus ab omni ligno aliaque materia igni pascendo apta vacuus esset, ardere tamen non desineret. Quo prodigio Moysum, quum exterritus fugeret, voce divinitus immissa admonitum esse, ut in Ægyptum expeditione suscepta Judæos liberaret, ac pristinam in patriam aliquando reduceret. Itaque confirmato animo bellum Ægyptiis inferre statuisse, sic tamen ut Aaronem fratrem ante omnia conveniret. Cujus adventu nuntiato, Ægyptium regem ex eo, quem ad se confestim evocaverat, quæsisisset, quorsum illuc venisset: ipsum autem, orbis universi moderatoris jussu ac nomine regi nuntiasse, ut Judæos liberos securosque dimitteret.

ὑπὸ τοῦ ὕπνου παρεθῆναι, τὰ τε ὄπλα κατεαγῆναι. Ἰξελοῦντα δὲ τὸν Μώυσον ἐπὶ τὰ βασιλεία ἐλθεῖν· εὐρόντα δὲ ἀνεωγμένας τὰς θύρας εἰσελθεῖν, καὶ ἐνθάδε τῶν φυλάκων παρειμένων τὸν βασιλέα ἐξεγεῖραι. Τὸν δὲ ἐκπλαγέντα ἐπὶ τῷ γεγονότι κελεῦσαι τῷ Μώυσῳ τὸ τοῦ πέμψαντος αὐτὸν θεοῦ εἰπεῖν ὄνομα, διαχλευάσαντα αὐτόν· τὸν δὲ προσκύψαντα πρὸς τὸ οὖς εἰπεῖν, ἀκούσαντα δὲ τὸν βασιλέα πεσεῖν ἄφωνον, διακρατηθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Μώυσου πάλιν ἀναβιώσαι· γράψαντα δὲ τοῦνομα εἰς δέλτον κατασφραγίσασθαι· τῶν δὲ ἱερέων τὸν ἐκφαλίσαντα ἐν τῇ πινακίδι τὰ γεγραμμένα μετὰ σπασμοῦ τὸν βίον ἐκλιμπάνειν· εἰπεῖν δὲ τὸν βασιλέα σημειῖόν τι αὐτῷ ποιῆσαι· τὸν δὲ Μώυσον ἦν εἶχε ῥάβδον ἐκβαλόντα ὄφιν ποιῆσαι· πτοηθέντων δὲ πάντων, ἐπιλαβόμενον τῆς οὐρᾶς ἀνελέσθαι, καὶ πάλιν ῥάβδον ποιῆσαι. Προελθόντα δὲ μικρὸν, τὸν Νεῖλον τῇ ῥάβδῳ πατάξαι· τὸν δὲ ποταμὸν πολύχου γινόμενον κατακλύζειν ὅλην τὴν Αἴγυπτον· ἀπὸ τότε δὲ καὶ τὴν κατάβασιν αὐτοῦ γίνεσθαι· συναγαγὸν δὲ τὸ ὕδωρ ἀποζέσαι, καὶ τὰ ποτάμια διαφθεῖραι ζῶα, τοὺς τε λαοὺς διὰ τὴν δίψαν φθείρεσθαι. Τὸν δὲ βασιλέα, τούτων γενομένων τῶν τεράτων, φάναι μετὰ μῆνα τοὺς λαοὺς ἀπολύσειν, ἐὰν ἀποκαταστήσῃ τὸν ποταμὸν· τὸν δὲ Μώυσον πάλιν τῇ ῥάβδῳ πατάξαντα τὸ ὕδωρ συστεῖλαι τὸ ρεῦμα. Τούτου δὲ γενομένου, τὸν βασιλέα τοὺς ἱερεῖς τοὺς ὑπὲρ Μέμφιν καλέσαι, καὶ φάναι αὐτοὺς ἀναιρῆσαι καὶ τὰ ἱερά κατασκάψειν, ἐὰν μὴ καὶ αὐτοὶ τερατουργή-

γῶσι τι. Τοὺς δὲ τότε διὰ τινῶν μαγγάνων καὶ ἐπαισίδων δράκοντα ποιῆσαι, καὶ τὸν ποταμὸν μεταχρῶσαι. Τὸν δὲ βασιλέα φρονηματισθέντα ἐπὶ τῷ γεγονότι, πάση τιμωρίᾳ καὶ κολάσει καταικίζειν τοὺς Ἰουδαίους. Τὸν δὲ Μώυσον ταῦτα ὁρῶντα ἄλλα τε σημεία ποιῆσαι καὶ πατάξαντα τὴν γῆν τῇ ῥάβδῳ ζῶόν τι πτηνὸν ἀνεῖναι λυμαίνεσθαι τοὺς Αἰγυπτίους, πάντα τε ἐξελκωθῆναι τὰ σώματα. Τῶν δὲ ἱατρῶν μὴ δυναμένων ἰᾶσθαι τοὺς κάμνοντας, οὕτως πάλιν ἀνέσεως τυχεῖν τοὺς Ἰουδαίους. Πάλιν δὲ τὸν Μώυσον βάτραχον διὰ τῆς ῥάβδου ἀνεῖναι, πρὸς δὲ τούτοις ἀκρίδας καὶ σκνῖφας. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τοὺς Αἰγυπτίους τὴν ῥάβδον ἀνατιθέναι εἰς πᾶν ἱερόν, ὁμοίως δὲ καὶ τῇ Ἰσιδι, διὰ τὸ τὴν γῆν εἶναι Ἰσιν, παιομένην δὲ τῇ ῥάβδῳ τὰ τέρατα ἀνεῖναι. Τοῦ δὲ βασιλέως ἔτι ἀφρονουμένου, τὸν Μώυσον χάλαζάν τε καὶ σεισμοὺς διὰ νυκτὸς ἀποτελέσαι, ὥστε τοὺς τὸν σεισμὸν φεύγοντας ἀπὸ τῆς χαλάζης ἀναιρεῖσθαι, τοὺς τε τὴν χάλαζαν ἐκκλίνοντας ὑπὸ τῶν σεισμῶν διαφθεῖρεσθαι. Συμπεσεῖν δὲ τότε τὰς μὲν οἰκίας πάσας, τῶν δὲ ναῶν τοὺς πλείστους. Τελευταῖον τῶν συμφορῶν περιπεσόντα τὸν βασιλέα τοὺς Ἰουδαίους ἀπολύσαι· τοὺς δὲ χρησαμένους παρὰ τῶν Αἰγυπτίων πολλὰ μὲν ἐκπώματα, οὐκ ὀλίγον δὲ ἱματισμὸν, ἄλλην τε παμπληθῆ γάζαν, διαβάντας ἰκανὸν τόπον ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν τριταίους ἐλθεῖν θάλασσαν. Μεμφίτας μὲν οὖν λέγειν, ἔμπειρον ὄντα τὸν Μώυσον τῆς χώρας τὴν ἄμπωτιν τηρήσαντα διὰ ξηρᾶς τῆς θαλάσσης τὸ πλῆθος περαιω-

Quam ob rem quum in carcerem ab eo conjectus esset, noctu omnes portas carceris sponte patuisse, custodesque partim repentino sublato interitu, partim alto somno solutos fractis passim armis jacuisse. Moysum e vestigio sese in regiam, patefactis etiam ultro januis, intulisse, ac praesidiariis militibus profundo quoque somno sepultis, regem excitasse: qui facti novitatem primum quidem obstupuerit, mox tamen, quasi ludos Moysum faceret, Dei, a quo missus esset, nomen aperire jusserit. Quod ubi Moysus in aurem insinuasset, regem illico mutum concidisse, donec ab eodem arreptus sibi ac vitae redderetur. Et illum quidem indicatum nomen tabellis inscripsisse, quas postmodum obsignavit: quendam vero sacerdotem, qui scripti nominis majestatem elevaret, repentino spasmo correptum periisse. Praeterea quum rex a Moysso prodigium aliquod expeteret, eum quam manu virgam tenebat in serpentem subito convertisse; omnibusque stupentibus, arrepta cauda priorem ei rursus virgae formam reddidisse. Paulo post Nilum eadem virga percussum, intumescens undis Aegyptum universam proluisse; ex eoque tempore statis deinceps vicibus in agros sese Nilum effudisse. Mox collectas et stagnantes passim aquas efferbuisse, nec piscibus modo interitum, sed exitialem hominibus sitim attulisse. Itaque regem tot prodigiis territum, sese post mensem Judaeos dimissurum spondidisse, si pristinus flumini status a Moysso redderetur. Illum aqua denuo virga tetigisse, eodemque momento insolentem ejus impetum cohibuisse. Hic vero regem, evocatis qui trans Memphim habitant sacerdotibus necem omnibus interminatam, nisi similia ipsi quoque prodigia ostenderent.

Eos praestigiis et incantationibus quibusdam repente draconis speciem objecisse ac fluminis colorem immutasse; quo facto elatiorem ac tumidiorem quam antea regem, omni paenarum ac suppliciorum genere postmodum Judaeos vexasse. Quod ubi Moysus videret, quum alia pleraque ab eo miracula edita esse, tum ex terra quam virga percusserat, genus quoddam alati animantis exstitisse, quod Aegyptios pessime vexaret, omniumque corporibus foedum morsibus punctionibusque suis vulnus inureret. Cui morbo quum nullum medici remedium invenirent, Judaeos aliquantulum denuo respirasse, Moysum vero ejusdem virgae contactu ranas praeterea, locustas ac culices excitasse: quae quidem in causa fuerint, quamobrem singulis in templis virgam Aegyptii consecrarint, eademque omnino qua ipsam et Isim religione voluerint: Isim quippe terram esse rati, quae virga percussa tot miraculorum formas exclusisset. At furente nihilominus rege, Moysum ad grandinis calamitatem nocturnos terrae motus addidisse, ut qui se motui subducere conarentur, grandine afflicti et contusi perirent; qui autem grandinis impetum declinarent, terrae quassatione interirent. Ac domos quidem universas fanaque tum plurima corruisse, regem vero tot malis cladibusque fractum, Judaeos, sero licet, aliquando tamen dimisisse. Qui multis ab Aegyptiorum poculis tum vestibis corrogatis, aliaque multiplici gaza, magno confecto itinere ad mare Rubrum tertio denique die pervenerint. Atque a Memphitis quidem ita narrari, Moysum totius regionis scientissimum, observato reciprocantis aestus tempore, sicco mari universam multitudinem transmisisse: ab Heliopolitanis vero secus;

σαι· Ἰλιουπολίτας δὲ λέγειν, ἐπικαταδραμεῖν τὸν βασιλέα μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἅμα καὶ τοῖς καθιερωμένοις ζώοις, διὰ τὸ τὴν ὑπαρξίν τοὺς Ἰουδαίους τῶν Αἰγυπτίων χρησαμένους διακομίζειν. Τῷ δὲ Μώσῳ θείαν φωνὴν γενέσθαι, πατάξαι τὴν θάλασσαν τῇ ῥάβδῳ καὶ διαστῆναι· τὸν δὲ Μώσον ἀκούσαντα, ἐπιθιγεῖν τῇ ῥάβδῳ τοῦ ὕδατος, καὶ οὕτω τὸ μὲν νᾶμα διαστῆναι, τὴν δὲ δύναμιν διὰ ξηρᾶς ὁδοῦ πορεύεσθαι. Συνεμβάντων δὲ τῶν Αἰγυπτίων καὶ διωκόντων, φησὶ πῦρ αὐτοῖς ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἐκλάμψαι, τὴν δὲ θάλασσαν πάλιν τὴν ὁδὸν ἐπικλύσαι· τοὺς δὲ Αἰγυπτίους ὑπὸ τοῦ πυρὸς καὶ τῆς πλημμυρίδος πάντα διαφθαρῆναι· τοὺς δὲ Ἰουδαίους διαφυγόντας τὸν κίνδυνον τεσσαράκοντα ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ διατρίψαι, βρέχοντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ κρῖνον, ὅμοιον ἐλύμῳ, χιόνι παραπλήσιον τὴν χροάν. Γεγονέναι δὲ φησὶ τὸν Μώσον μακρὸν, πυρρακῆ, πολίων, κομήτην, ἀξιώματικόν. Ταῦτα δὲ πράξαι περὶ ἔτη ὄντα ὀγδοήκοντα ἑννέα. »

Quæ de Mose h. l. narrantur, eadem ex Artapano paucis memorant Clemens Alex. Strom. I, p. 149, 1 Sylb., Chron. Paschale p. 64, et Chron. in Craneri Anecdol. Parisin. II, p. 176.

15.

Sequitur apud Euseb. c. 28 de Mose narratio ex EZECHIELIS tragœdia, quæ Ἐξαγωγή, *Judæorum exitus*, inscribitur, deprompta. Quam quam Dübnerus meus ediderit ad calcem voluminis, quod Euripidis et reliquorum tragicorum fragmenta continet, denuo eam h. l. exhibere supersedeo.

16.

## E DEMETRIO

de eodem.

Demetrius autem et hominis Ægyptii cædem et susceptæ a Mose cum eo, a quo facti suggillatus est, altercationis exi-

16.

## ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ

περὶ Μωσέως.

Cap. 29 : Δημήτριος δὲ περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τῆς διαφορᾶς τῆς πρὸς τὸν μηνύσαντα τὸν τελευτήσαντα, ὁμοίως τῷ τὴν ἱεράν βίβλον γράφαντι ἰστόρησε· φυγεῖν μέντοι γε τὸν Μωσῆν εἰς Μαδιάμ, καὶ συνοικῆσαι ἐκεῖ τῇ Ἰοθὸρ θυγατρὶ Σεπφώρα, ἣν εἶναι, ὅσα στοιχάζεσθαι ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, τῶν γενομένων ἐκ Χεττούρας, τοῦ Ἀβραάμ γένους, ἐκ τοῦ Ἰεζάν τοῦ γενομένου Ἀβραάμ ἐκ Χεττούρας· ἐκ δὲ τοῦ Ἰεζάν γενέσθαι Δαδάν· ἐκ δὲ τοῦ Δαδάν Παγουήλ· ἐκ δὲ τοῦ Παγουήλ Ἰοθὸρ καὶ Ἀβάβ (καὶ Ἰοβάβ in Gram. An. Par. II, p. 256, ubi eadem)· ἐκ δὲ τοῦ Ἰοθὸρ Σεπφώραν, ἣν γῆμαι Μωσῆν. Καὶ τὰς γενεὰς δὲ συμφωνεῖν· τὸν γὰρ Μωσῆν εἶναι ἀπὸ Ἀβραάμ ἑβδομον, τὴν δὲ Σεπφώραν ἕκτην. Συνοικοῦντος γὰρ ἤδη τοῦ Ἰσαάκ, ἀφ' οὗ Μωσῆν εἶναι, γῆμαι Ἀβραάμ τὴν Χεττούραν ὄντα ἑτῶν ρμ', καὶ γεννησάμενος Ἰσαάκ ἐξ αὐτῆς δεύτερον· τὸν δὲ Ἰσαάκ ὄντα ἑτῶν ἑκατὸν γεννησάμενος. Ὡστε μβ' ἑτῶν ὑστερον γεγονέναι τὸν Ἰσαάκ ἀφ' οὗ τὴν Σεπφώραν γεγενεαλογῆσθαι. Οὐδὲν οὖν ἀντιπίπτει τὸν Μωσῆν καὶ τὴν Σεπφώραν κατὰ τοὺς αὐτοὺς γεγονέναι χρόνους. Κατοικεῖν δ' αὐτοὺς Μαδιάμ πόλιν, ἣν ἀπὸ ἐνὸς τῶν Ἀβραάμ παίδων ὀνομασθῆναι. Φησὶ γὰρ τὸν Ἀβραάμ τοὺς παῖδας πρὸς ἀνατολὰς ἐπὶ κατοικίαν πέμψαι· διὰ τοῦτο δὲ καὶ Ἀαρὼν καὶ Μαριάμ εἶπεῖν ἐν Ἀσηρῶθ Μωσῆν Αἰθιοπίδα γῆμαι γυναῖκα.

quippe regem abeuntes Judæos, quæque ab Ægyptiis mutuo acceperant auferentes, ingenti exercitu cum animantibus consecralis persecutum esse. At Moysum uli mare virga perculeret, divinitus admonitum, aquam virga teligisse, ac discedentibus illico fluctibus, copias sicco tramite deduxisse. Eandem porro viam tentantibus ac fugientium terga prementibus Ægyptiis, quum adversum repente ignem coruscasse, tum ipsum quoque mare patentem semitam refluentibus undis obruisse, itaque partim igni partim æstu maritimo Ægyptios ad unum omnes perisse. Judæos vero ab imminente periculo liberatos, per solitudinem annos quadraginta continenter vagatos esse, ac farina, quam cœlitus Iis Deus pluerit, panicum figura, candore nivem referente, vitam sustentasse. Ceterum idem Moysum statura proceriorem, colore subrufum, promissa cæsarie canum, toloque corpore augustiorem fuisse, hæcque omnia circa annum ætatis nonum et octogesimum perfecisse tradit. »

tum eundem in modum quo Sacra historia commemorat. Quippe Mosem quum se ad Madianitas fuga recepisset, Jothoris filiam uxorem duxisse, nomine Sepphoram, quo ex nomine eam ex Chetturæ nepotibus et Abrahami genere satam esse conjiciat : Abrahamum enim Jezanem ex Chettura suscepisse, ab Jezane vero Dadancin, ab hoc Raguelin, a Raguele Jothorem atque Ababum procreatos esse; postremo Jothoris filiam Sepphoram hanc exstitisse, quam secum matrimonio Moses copularit. Et vero ætatum seriem haud inepte huic suspitioni quadrare. Nam Mosem quidem septimam, Sepphoram vero sextam post Abrahamum numerari. Isaaco enim, ex quo Moses originem duxerit, jam secum habitante, Abrahamum annos natum quadraginta supra centum Chetturam duxisse, et Isaacum ex ea secundo loco suscepisse, quum Isaacum anno centesimo genuisset, sicque annis circiter duobus et quadraginta serius Isaacum illum esse natum, cujus ex stirpe Sepphora prodiisset. Causæ igitur nihil esse, quamobrem Moses et Sepphora eodem tempore vivere non potuerint. Ceterum eos Madiam urbem incoluisse, quæ ab uno ex Abrahami liberis nomen acceperit. Liberos enim suos orientem versus domicilii quærendi causa Abrahamum dimisisse, ac propterea Mosi deinceps ad Aserothem exprobratum ab Aaron et Maria fuisse, quod Æthiopiissam mulierem uxorem duxisset.



17.

Sequitur ap. Euseb. c. 29 alterum fragmentum peramplum ex Ezechielis Ἐξαγωγῆ petitum. Vide fr. 15.

18.

## ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ,

περὶ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος.

Cap. 30 : Εὐπόλεμος δὲ φησιν ἐν τινι περὶ τῆς Ἡλίου προφητείας, Μωσῆν προφητεῦσαι ἔτη μ'· εἶτα Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ υἱὸν ἔτη λ', βιωσάτω δ' αὐτὸν ἔτη ρί', πῆξαι τε τὴν ἱερὰν σκηνὴν ἐν Σηλοῖ. Μετὰ δὲ ταῦτα προφήτην γενέσθαι Σαμουήλ. Εἶτα δὲ τοῦ Θεοῦ βουλήσει ὑπὸ Σαμουήλ Σαούλον βασιλέα αἰρεθῆναι, ἄρξαντα δὲ ἔτη κα' τελευτῆσαι. Εἶτα Δαβὶδ τὸν τούτου υἱὸν δυναστεῦσαι, ὃν καταστρέψασθαι Σύρους τοὺς παρὰ τὸν Εὐφράτην οἰκοῦντας ποταμὸν, καὶ τὴν Κομμαγηνήν, καὶ τοὺς ἐν Γαλαδηνῇ Ἀσσυρίους καὶ Φοίνικας. Στρατεῦσαι δ' αὐτὸν καὶ ἐπὶ Ἰδουμαίους καὶ Ἀμμωνίτας καὶ Μωαβίτας καὶ Ἰτουραίους καὶ Ναβαταίους καὶ Ναβδαίους, αὐτοῖς δὲ ἐπιστρατεῦσαι ἐπὶ Σούρινα βασιλέα Ἰύρου καὶ Φοινίκης, οὓς καὶ ἀναγκάσαι φόρους Ἰουδαίοις ὑποτελεῖν· πρὸς τε Οὐαφρῆν τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα φίλιαν συνθέσθαι. Βουλόμενόν τε Δαβὶδ οἰκοδομῆσαι ἱερὸν τῷ Θεῷ, ἀξιοῦν τὸν Θεὸν τόπον αὐτῷ δεῖξαι τοῦ θυσιαστηρίου· ἐνθα δὲ ἄγγελον αὐτῷ ὀφθῆναι ἐστῶτα ἐπάνω τοῦ τόπου, οὗ τὸν βωμὸν ἰδρῦσθαι ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ κελεύειν αὐτὸν μὴ ἰδρῦσθαι τὸ ἱερὸν διὰ τὸ αἵματι ἀνθρωπίνῳ πεφῦρθαι καὶ πολλὰ ἔτη πε-

πολεμηκένοι. Εἶναι δ' αὐτῷ ὄνομα Διαναδάν· προστάξαι δὲ αὐτῷ τοῦτον, ὅπως τῷ υἱῷ ἐπιτρέψῃ τὴν οἰκοδομίαν· αὐτὸν δὲ εὐτρεπίζειν τὰ πρὸς τὴν κατασκευὴν ἀνήκοντα, ἀργύριον, χαλκὸν, λίθους, ξύλα κυπαρίσσινα καὶ κέδρινα. Ἀκούσαντα δὲ τὸν Δαβὶδ πλοῖα ναυπηγήσασθαι ἐν Αἰλάνοις πόλει τῆς Ἀραβίας, καὶ πέμψαι μεταλλευτὰς εἰς τὴν Οὐρφῆ νῆσον, κειμένην ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσῃ, μέταλλα χρυσεῖα ἔχουσαν· καὶ τὸ χρυσίον ἐκεῖθεν μετακομίσαι τοὺς μεταλλευτὰς εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Βασιλεύσαντα δὲ τὸν Δαβὶδ ἔτη μ' Σολομῶνι τῷ υἱῷ τὴν ἀρχὴν παραδοῦναι, ὄντι ἐτῶν ιβ', ἐνώπιον Ἡλὶ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν ιβ' φυλάρχων, καὶ παραδοῦναι αὐτῷ τὸν τε χρυσὸν καὶ ἀργυρὸν καὶ χαλκὸν καὶ λίθον καὶ ξύλα κυπαρίσσινα καὶ κέδρινα. Καὶ αὐτὸν μὲν τελευτῆσαι, Σολομῶνα δὲ βασιλεύειν, καὶ γράψαι πρὸς Οὐαφρῆν τὸν Αἰγύπτου βασιλέα τὴν ὑπογεγραμμένην ἐπιστολήν.

Cap. 31 : Βασιλεὺς Σολομῶν Οὐαφρῆ βασιλεῖ Αἰγύπτου φίλῳ πατρικῷ χαίρειν.

Γίνωσκέ με παρεληφῶτα τὴν βασιλείαν παρὰ Δαβὶδ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ μεγίστου, καὶ ἐπιτεταγῶτος μοι οἰκοδομῆσαι ἱερὸν τῷ Θεῷ, ὃς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἔκτισεν· ἅμα δὲ σοι γράψαι, ἀποστεῖλαι μοι τῶν παρὰ σου λαῶν, οἱ παραστήσονται μοι μέχρι τοῦ ἐπιτελέσαι πάντα κατὰ τὴν χρεῖαν, καθότι ἐπιτέταχται.

Cap. 32 : Βασιλεὺς Οὐαφρῆς Σολομῶνι βασιλεῖ μεγάλῳ χαίρειν.

Ἄμα τῷ ἀναγνῶναι τὴν παρὰ σου ἐπιστολήν σφόδρα ἐχάρην, καὶ λαμπρὰν ἡμέραν ἤγαγον ἐγὼ τε καὶ ἡ δύναμίς μου πᾶσα ἐπὶ τῷ παρεληφέναι σε τὴν βασιλείαν

18.

## EX EUPOLEMO

de Davide, Salomone et Hierosolymis.

Ἀλέξανδρος φησι. Πρότερον δὲ Ὀλβία ἐκαλεῖτο καὶ  
Ἰρία.

Ταρσὸς, ἐπισημοτάτη πόλις Κιλικίας... Ἀλέξαν-  
δρος δὲ ὁ Πολυῖστωρ (sc. Ταρσὸν καλεῖσθαι φησι) διὸ  
τὸ τὸν Πήγασον ἵππον ἐκεῖ τὸν ταρσὸν κλάσαντα καὶ  
Βελλεροφόντην ἐν τῷ Ἀλφίῳ πεδίῳ πλανηθῆναι.

Χρυσόπολις... ἔστι καὶ ἄλλη Κιλικίας, ὡς ὁ Πο-  
λυῖστωρ.

## ΠΕΡΙ ΚΥΠΡΟΥ.

94.

Idem : Χυτροί, Κύπρου πόλις... Ἀλέξανδρος ἐν  
τῷ Περὶ Κύπρου· « Τὴν δὲ Γορδίαν ἀποδοῦναι Χυ-  
τρίους »· καὶ πάλιν· « Εὐρυνόην τῶν Χυτρίων βασιλεὺς  
ἔγημεν. »

## ΙΝΔΙΚΑ.

95.

Clemens Alex. Strom. III, 7, p. 194, 1 Sylb.  
(II, 246 Kl.) : Βραχμᾶναι γοῦν οὔτε ἔμφυχον ἐσθίου-  
σιν οὔτε οἶνον πίνουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν καθ' ἐκά-  
στην ἡμέραν ὡς ἡμεῖς τὴν τροφήν προσίενται· ἔνιοι  
δ' αὐτῶν διὰ τριῶν ἡμερῶν, ὡς φησιν Ἀλέξανδρος  
ὁ Πολυῖστωρ ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς.

De Cilicia dicit Zopyrum, qui etiam historias scripsit, tra-  
dere eam a Venere nomen habere.

*Laertes*, Ciliciæ castellum. Strabo libro XIV. Alexan-  
der vero et urbem et montem dicit.

*Seleucia aspera* quæ dicitur, Ciliciæ urbs, cui nomen  
dedit Seleucus Nicator, teste Alexandro; antea *Olbia* vo-  
cabatur et *Hiria*.

*Tarsus*, celeberrima urbs Ciliciæ. Alexander Polyhistor  
nominatam esse ex eo, quod illic Pegasus ταρσὸν, plantam  
pedis, fregerit et Bellerophontes in Aleio campo erraverit.

*Chrysopolis* urbs etiam in Cilicia est, teste Polyhistor.

## DE CYPRO.

94.

*Chytri*, Cypri urbs. Alexander libro De Cypro : « Gor-  
diam reddere Chytriis »; et iterum : « Eurynoen Chytriorum  
rex uxorem duxit. »

## INDICA.

95.

Brachmanes neque animata edunt, neque vinum bibunt;  
nonnulli eorum singulis diebus uti nos, cibum sumunt, non-  
nulli vero tertio quoque die, ut Alexander Polyhistor in  
Indicis dicit.

96-97.

Stephan. Byz. : Το πάζιος, νῆσος Ἰνδική. Ἀλέξανδρος ὁ Πολυίστωρ φησὶν, ὡς εὕρισκεσθαι καὶ ἐν τῇ τῶν Τοπαζίων νήσῳ λίθον ὁμώνυμον τῇ νήσῳ [ὄν] ὁμοιον εἶναι τῇ χροιά τῇ τοῦ νέου ἐλαίου.

Γεδρωσία... Ἐν δὲ τοῖς τοῦ Πολυίστωρος διὰ τοῦ κ εὐρέθη ἡ πρώτη συλλαβή, ἀλλ' ἦν ἀδιόρθωτον τὸ βιβλίον. Inter eos qui de Indiæ miraculis scripserunt Alexander recensetur ap. Tzetzem Chil. VII, 605.

## ΠΕΡΙ ΣΥΡΙΑΣ.

98-102.

Idem : Τάβαι, πόλις Λυδίας... ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Καρίας Τάβαι· καὶ τρίτη τῆς Περαιάς, ἣν Ἀλέξανδρος ἐν τῷ Περὶ Συρίας ἐρμηνεύει ἀγαθὴν.

Ὠρωπὸς, πόλις Μακεδονίας..., Εὐβοίας..., ἔστι καὶ τρίτη ἐν Συρίᾳ, κτισθεῖσα ὑπὸ Νικάτορος, περὶ ἧς ὁ Πολυίστωρ ἐν τῇ Περὶ Συρίας φησὶν οὕτω· « Ξενοφῶν ἐν ταῖς Ἀναμετρήσεσι τῶν ὄρων περὶ Ἀμφίπολιν κεῖσθαι Ὠρωπὸν, ἣν πρότερον Τελμισσὸν καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν κτισάντων· ταύτην δ' ἔφασαν ὑπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος ἐπικτισθεῖσαν Ὠρωπὸν καλεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἐν τῇ Ἑλλάδι Ὠρωποῦ. »

Γάζα, πόλις Φοινίκης... ὁ πολίτης Γαζαῖος... λέγονται καὶ Γαζῖται παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις... λέγονται καὶ διὰ τοῦ α Γαζᾶται, ὡς Πολυίστωρ.

Μαρσύα, πόλις Φοινίκης, ὡς Ἀλέξανδρος καὶ Φίλων, ἀπὸ Μαρσίου.

Ἰουδαία. Ἀλέξανδρος ὁ Πολυίστωρ ἀπὸ τῶν παίδων Σεμιράμιδος Ἰούδα καὶ Ἰδουμαία, ὡς δὲ Κλαύδιος Ἰόλαος ἀπὸ Ἰουδαίου Σπάρτωνος ἐκ Θήβης μετὰ Διονύσου ἐστρατευκότος. Possis hæc ad librum Περὶ Ἰουδαίων referre.

96-97.

*Topazius*, insula Indica. Alexander Polyhistor dicit reperiri in Topaziorum insula gemmam insulæ cognominem, quæ colorem habeat recentis olei similem.

*Gedrosia*. In libris Polyhistoris scriptum inveni Cedrosia; at exemplar libri non erat correctum.

## DE SYRIA.

98-102.

*Tabæ*, urbs Perææ, quam Alexander in libro De Syria interpretatur *bonam*.

*Oropus*, urbs Syriæ, condita a Seleuco Nicator, de qua Polyhistor in libro De Syria dicit ita : « Xenophon in Montium dimensionibus ait prope Amphipolin sitam esse Oropum, quæ prius dicta sit Telmissus de conditoribus, deinde novis colonis a Seleuco Nicator frequentata Oropus de Græciæ Oropo denominata sit. »

*Gaza*, urbs Phœnices. Civis Gazæus. Dicuntur etiam Gazitæ apud indigenas, vel etiam Gazatæ per a literam, ut Polyhistor ait.

## (ΠΕΡΙ ΑΡΑΒΙΑΣ?)

103.

Idem : Τάμνα, πόλις Ἀραβική, ὡς Ἀλ. ὁ Πολυίστωρ.

## ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

## E LIBRO PRIMO.

104-109.

Idem : Εὐωνυμῖται, ἔθνος Αἰγύπτιον πρὸς τῇ Αἰθιοπία. Ἀλ. Αἰγυπτιακῶν πρώτῳ.

Θῖς, πόλις Αἰγυπτία πλησίον Ἀβύδου. Ὁ πολίτης Θινίτης. Ἀλ. Αἰγυπτιακῶν πρώτῳ.

Ναπάται, πόλις Λιβύης πρὸς τῇ Αἰθιοπία. Τὸ ἔθνικόν ἔδει Ναπατίτης, ἔστι δὲ Ναπαταῖος, ὡς Ἀλ. ἐν πρώτῳ Αἰγυπτιακῶν.

Ὀμβοί, πόλις Αἰγύπτου πρὸς τῇ Λιβύῃ. Ἀλ. ἐν πρώτῳ Αἰγυπτιακῶν.

Χηνοβοσκία, πόλις Αἰγύπτου. Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ Αἰγυπτιακῶν· « Ἀντικρὺ δὲ τοῦ Διοσπολίτου Χηνοβοσκία, μηδὲν εἰς τὴν προσηγορίαν ἐμφέρουσα· νομᾶς γὰρ χηνῶν οὐκ ἂν ἴδοι τις οὔσας, ὑπερβάλλουσαν δὲ τὴν περὶ κροκοδείλους σπουδὴν. »

Φαγρώριον, πόλις, ὡς Ἀλ. ὁ Πολυίστωρ ἐν Αἰγυπτιακοῖς. Ἐξ οὗ σύνθετον Φαγρωριόπολις καὶ Φαγρωριοπολίτης.

## E LIBRO SECUNDO.

110.

Idem : Ψίναφος, Αἰγύπτου πολίχνιον, ὡς Ἀλ. ἐν Αἰγυπτιακῶν δευτέρῳ.

*Marsya*, urbs Phœnices, uti tradunt Alexander et Philon, a Marsya.

*Judæam* Alexander Polyhistor dictam ait a liberis Semiramidis Juda et Idumæa, uti vero Claudius Iolaus refert, a Judæo Sparto, qui Thebis cum Bacchi exercitu profectus est.

## DE ARABIA.

103.

*Tamna*, urbs Arabica, ut Alex. Polyhistor.

## DE ÆGYPTO.

104-109.

*Euonymitæ*, populus Ægyptius prope Æthiopiam. Alex. De Ægypto libro I.

*This*, urbs Ægypti. Civis Thinites. Alex. ibid.

*Napatæ*, urbs Ægypti prope Æthiopiam. Gentile esse debebat Napatites, est vero Napatæus, ut Alex. ibid.

*Ombi*, urbs Ægypti Libyam versus sita. Alex. ibid.

*Chenoboscia*, urbs Ægypti. Alexander libro primo De rebus Ægyptiis : « E regione vero Diospolitæ Chenobosciam

## III.

Plinius H. N. XXXVI, 12, 17, Alexandrum Polyhistorum inter eos recenset, qui de pyramidibus scripserint. Præterea nomen Alexandri legis in indicibus auctorum ad lib. IV, V. VI. XII, XXXVII.

Steph. B. : Μέμνονες, ἔθνος Αἰθιοπικόν, ὃ ἔρμηνεύεται, ὡς ὁ Πολυῖστωρ φησὶν, ἀγρίους τινὰς ἢ μαχίμους καὶ χαλεπούς.

## E LIBRO TERTIO.

112-116.

Idem : Ἀγχυρῶν πόλις, [πόλις] Αἰγύπτου, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν γ' (leg. γ') Αἰγυπτιακῶν. Ὄνόμασται δὲ οὕτως, ἐπειδὴ λιθίνας ἐκεῖ ἔτεμνον, αἷς κατεχρῶντο, ἀγκύρας ἐκ τῆς παρακειμένης λατομίας.

Λητοῦς πόλις, πόλις Αἰγύπτου· ἔστι δὲ μοῖρα Μέμφιδος, καθ' ἣν αἱ πυραμίδες, Λητοῦς ἱερόν. Ἄλ. ἐν τρίτῳ Περὶ Αἰγύπτου.

Σεθρόη, πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης Σεθροΐτης, ὡς Ἀρσινοΐτης. Ἄλ. τρίτῳ Αἰγυπτιακῶν.

Τεντυρίς, πόλις Αἰγύπτου καθαρτικῆ τῶν κροκοδείλων. Ὁ πολίτης Τεντυρίτης. Λέγεται καὶ Τέντυρα ἢ πόλις, ὡς Ἄλ. ἐν τρίτῳ Αἰγυπτιακῶν.

## LIBYKA.

## E LIBRO PRIMO

117. 118.

Idem : Λιβύη, χώρα πολυώνυμος, ὡς Πολυῖστωρ· Γῆ Ὀλυμπία, Ὀκεανία, Ἐσχατία, Κορυφή, Ἑσπερία, Ὀρτυγία, Ἀμμωνίς, Αἰθιοπία, Κυρήνη, Ὀφιοῦσα, Λιβύη, Κηφηνία, Ἀερία.

(i. e. Anserum pascuum), nihil simile habens nomini. Anserum enim pascua nemo illic viderit, sed eximiam circa crocodilos curam.

Phagrorium urbs; Alexander Polyhistor in Ægyptiacis. Ex quo compositum Phagroriopolis et Phagroriopolites.

110—111.

Psinaphus, Ægypti oppidulum, teste Alexandro in secundo De rebus Ægyptiis.

Memnones, gens Æthiopica. Nomen, Polyhistore teste, significat feroces vel bellicosos et molestos.

112—116.

Ancyropolis (Ancorarum urbs), Ægypti urbs, ut Alexander libro tertio De rebus Ægyptiis. Nomen inde habet, quod ex propinquis lapicidinibus saxeas ancoras, quibus utebantur, excidebant.

Letupolis (Latonæ urbs), in Ægypto, pars Memphidis, in qua pyramides; Latonæ templum habet. Alexander libro tertio De Ægypto.

Sethroe, urbs Ægypti. Civis Sethroites, ut Arsinoites. Alexander tertio De rebus Ægypti.

Λίξια, πόλις Λιβύης, ὡς Ἄλ. ἐν πρώτῳ Λιβυκῶν, ἀπὸ Λίξου ποταμοῦ.

## E LIBRO TERTIO.

119-132.

Idem : Ἀρσινόη, πόλις Λιβύης, ἀπὸ τῆς τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἀδελφῆς καὶ γυναικός· δευτέρα πόλις· Παραϊτονίου Λιβύης..... τὸ ἔθνικόν... Ἀρσινοεὺς, ὡς Ἄλ. ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ.

Αὐτομάλακα, χωρίον Λιβύης. Ὁ Πολυῖστωρ ἐν τρίτῳ. Ἀπολλόδωρος δὲ Αὐτόμαλά φησι.

Ἀφάκη, πόλις Λιβύης, ὡς Πολυῖστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ.

Γάργη, πόλις Λιβύης, ὡς Πολυῖστωρ ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν.

Γίλδα, πόλις Λιβύης. Τὸ ἔθνικόν Γιλδίτης, ὡς Ἄλ. ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν.

Δράκοντος νῆσος, Λιβύης, ὡς Πολυῖστωρ ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν.

Εὐφραντα, πόλις Λιβυκῆ. Ἄλ. ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν.

Ζάγυστις, χωρίον Λιβύης. Ἄλ. ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν.

Κορακόνησος. Ἄλ. τρίτῳ Λιβυκῶν.

Κυνῶν νῆσος, Λιβυκῆ νῆσος. Ἄλ. τρίτῳ Λιβυκῶν.

Μάγνα, νῆσος Λιβυκῆ. Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν· ἢ κατὰ τὴν τῶν Λιβύων φωνὴν Σαμαθῶ, ὃ ἔστι μεγάλη.

Ξιλία, πόλις Λιβύης. Ἄλ. ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν.

Σκυθόπολις, πόλις Λιβύης, περὶ ἧς ὁ Πολυῖστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ.

Χαλκεῖα, πόλις Λιβύης. Ὁ Πολυῖστωρ ἐν Λιβυκῶν

Tentyris, urbs Ægypti, fugatrix crocodilorum (*incolæ egregii crocodilorum venatores erant*). Civis Tentirites. Urbs etiam Tentyra vocatur, ut Alexander tertio Rerum Ægyptiarum.

## DE LIBYA.

117—118.

Libya, regio multis nominibus gaudens, teste Polyhistore. Dicitur enim: Terra Olympia, Oceania, Eschatia, Coryphe, Hesperia, Ortygia, Ammonis, Æthiopia, Cyrene, Ophiusa, Libya, Cephonia, Aeria.

Lixa, urbs Libyæ, teste Alexandro in primo De Libya.

119—132.

Arsinoe, urbs Libyæ, nominata est ab Arsinoe Ptolemæi Philadelphii sorore et uxore. Secunda ejus nominis urbs est Parætonii in Libya. Gentile Arsinoensis, ut Alexander Libycorum libro tertio.

Automalaca castellum; Aphaoe urbs; Garze urbs; Gilda urbs; Draconis insula; Euphranta urbs; Zagystis urbs; Coraconesus insula; Cynonesus insula; Magna insula, quæ Libyca lingua Samatho audit; Xibia urbs,

τρίτῳ, ὡς Δημοσθένης· ὃ μὲμφόμενος Πολύβιος ἐν τῷ δωδεκάτῳ ὧδε γράφει· « Ἄγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ περὶ τῶν Χαλκείων· οὔτε γὰρ πόλις ἐστίν, ἀλλὰ χαλκουργεῖα.»

Χερρόνησος... ἐστὶ πέμπτη πόλις Λιβύης Χέρρουρα καλουμένη, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ· « Ἔχεται Χερρόνησος ὄνομα Χέρρουρα. »

## E LIBRIS INCERTIS.

133-134.

Idem : Ἄνη τοῦσσα, πόλις Λιβύης. Ὁ πολίτης Ἄνητουσσαῖος, ὡς Σκοτουσσαῖος, ὡς δὲ Πολυίστωρ φησὶν.

Θύνη, πόλις Λιβύης, ὡς δὲ Πολυίστωρ Ἀλέξανδρος.

135.

Schol. Apoll. Rh. IV, 1515 : Ἄλλοι δὲ φασὶ τὸν Περσέα κατατομήσαντα τὴν Γοργόνα, ὑπὲρ τῆς Λιβύης πετασθῆναι· ἐκ δὲ τῶν κατενεχθέντων (κατενεχθειῶν r. Paris.) σταγόνων τοῦ αἵματος γενέσθαι θηρία. Διὸ καὶ Λιβύην πολύθηρον εἶπε. Τὸ αὐτὸ φησὶ καὶ Ἀλέξανδρος.

## [ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ]

[135 a.]

Ælian. N. A. XVII, I : Ἀλέξανδρος ἐν τῷ Περιπλῳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης λέγει οὕτως· ὄφεις ἑώρακέναι τετταράκοντα πηχῶν μῆκος, πλάτος δὲ καὶ πάχος κατὰ τὸ μῆκος δηλονότι· καὶ γένος καρκίνων, οἷς τὸ μὲν ὄστρακον τὴν περιφέρειαν εἶχε πανταχόθεν πόδα, καὶ χηλαὶ δὲ ἤρτημέλαι μέγιστα προείχοντο· ἐπιβουλεύεσθαι δὲ ὑπ' οὐδενὸς αὐτῶν· τὸ δὲ αἴτιον, ἱεροὶ λέγονται Ποσειδῶνος, καὶ ἀφιέρωνται τῷ θεῷ, οἷον ἀναθήματα εἶναι ἐκείνου ἀσινῆ τε καὶ ἀνεπιβούλευτα,

*Scythopolis* urbs, teste Alexandro in *Libycorum* libro tertio.

*Chalcea*, urbs *Libyæ*, ut ait Polyhistor in *Libycorum* libro tertio, secundum Demosthenem, quem reprehendens Polybius libro duodecimo ita scribit : « Prorsus ignorat Demosthenes etiam ea quæ ad Chalcea pertinent, neque enim urbs est, sed æris officinæ sunt. »

*Cherronesus*. Quinta ejus nominis urbs *Libyæ* est Cherrura nominata, sicuti Alexander tertio *Libycorum*. « Sequitur Cherronesus, cui Cherrura nomen. »

133—134.

*Anetussa*, urbs *Libyæ*. Civis Anetussæus, ut Scotussæus, teste Polyhistore.

*Thyne*, urbs *Libyæ*, ut Alexander Polyhistor.

135.

Alii dicunt Persem, postquam caput Gorgoni abscidisset, cum eo per auras supra Libyam volasse. Ex guttis vero sanguinis quæ in terram decidissent belluas ortas esse. Atque propterea Libyam poeta belluis abundantem dixit. Eadem etiam Alexander dicit.

## [PERIPLUS MARIS RUBRI.]

[135 a.]

In Periplus maris Rubri Alexander dicit se serpentes vidisse longitudine quadraginta cubitorum et crassitudine

οὐ καρκίνοι. Alexander hujus loci ipse navigationem per mare Rubrum instituisse videtur. Quare dubito ad Polyhistorem hæc referenda esse. Jacobsius Al. Myndium Naturalis historiæ scriptorem intelligit. Mihi idem esse videtur, quem de longitudine sinus Arabici ex Eratosthene laudat Strabo XVI, p. 768, ubi : οἱ περὶ Ἀλέξανδρον καὶ Ἀναξικράτη. (V. Anaxicrat. fr. 3). Quod Bernhardus ad Eratosth. p. 104 mutari voluit in οἱ περὶ Ἀλ. καὶ Ἀναξικράτης, *Alexandri Magni comites et Anaxicrates*, quoniam de Alexandro geographo, ad quæ Eratosthenis locus referri posset, non constaret.

## ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡ' ΑΛΚΜΑΝΙ ΤΟΠΙΚΩΣ ΕΙΡΗΜΕΝΩΝ.

136-137.

Steph. Byz. : Ἀραξαι ἢ Ἀραξοὶ, ἔθνος Ἰλλυρίας, ὡς Ἀλ. Κορνήλιος ἐν τῷ Περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων.

Ἄσσοι... Ἀλέξανδρος δ' ὁ Κορνήλιος ἐν τῷ Περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς ἱστορημένων, Μυτιληναίων ἀποικον ἐν τῇ Μυσίᾳ φησὶν Ἄσσον, ὅπου ὁ σαρχοφάγος γίγνεται λίθος.

## ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΩΝ ΣΥΜΒΟΛΩΝ.

138.

Clem. Al. Strom. I, 15, p. 131, 18 Sylb. : Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῷ Περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων Ναζαράτῳ τῷ Ἀσσυρίῳ μαθητεῦσαι ἱστορεῖ τὸν Πυθαγόραν (Ἰεζεκιήλ τοῦτον ἠγοῦνται τινες, οὐκ ἔστι δὲ, ὡς ἔπειτα δηλωθήσεται), ἀκηκοέναι τε πρὸς τούτοις Γαλατῶν καὶ Βραχμᾶνων τὸν Πυθαγόραν βούλεται. —

pro rata longitudinis portione : item genus cancrorum, quorum testæ circumferentia undique pedis mensuram implebat; et chelæ maxime prominebant; neminem vero iis insidiari, quia sacri habentur Neptuno, et deo consecrantur et quasi donaria sint ejus ab omni noxa et omnibus insidiis tuta.

## DE LOCIS ET REGIONIBUS APUD ALCMANEM MEMORATIS.

136—137.

*Araxæ* sive *Araxi*, *Illyriæ* gens, ut Cornelius Alexander in libro De locis et regionibus, quorum in Alemanis carminibus mentio fit.

*Assus*. Alexander Cornelius in libro De locis apud Alemanem commemoratis dicit Assum in Mysia Mytilenæorum coloniam esse, ubi lapis sarcophagus reperitur.

## DE PYTHAGORICIS SYMBOLIS.

138.

Alexander ubi de symbolis Pythagoricis agit Pythagoram discipulum fuisse tradit Nazaratæ Assyrii (quem nonnulli Ezechielem esse censent, falso illi quidem, ut in sequentibus demonstrabitur); ac præterea etiam Galatas et Brachmanes audiisse Pythagoram vult.

Cyrrill. Adv. Julian. IX, p. 133 : Ἱστορεῖ γοῦν Ἀλέξανδρος δ' ἐπὶ κλην Πολυῖστωρ ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων Ἀσσυρίῳ τὸ γένος ὄντι τῷ Ζάρα φοιτῆσαι τὸν Πυθαγόραν. Fortasse hæc partem constituerunt operis sequentis.

### ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ ΔΙΑΔΟΧΑΙ.

Polyhistori opus tribuit Jonsius, p. 238; recte, puto. Vossius incertus hæret num Milesio nostro an Ephesio sit vindicandum; Reinesius assignat Alex. Ægiensi, peripatetico, præceptoris Neronis (v. Suid. v. Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος). Brandis. quoque *Gesch. d. Phil.* I, p. 31, et Rumpf. p. 17, Alexandrum Polyhistorem intelligunt.

139.

Diog. L. I, 116 : Φερεκύδης, Βάβυρος, Σύριος, καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς, Πιττακοῦ διακῆκος.

140.

Idem VIII, 22 : Λέγεται παρεγγυᾶν αὐτὸν (Πυθαγόραν) ἐκάστοτε τοῖς μαθηταῖς τάδε λέγειν εἰς τὸν οἶκον εἰσιούσι,

Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;  
Σφάγια τε θεοῖς προσφέρειν κωλύειν, μόνον δὲ τὸν ἀναίμακτον βωμὸν προσκυβεῖν. Μηδ' ὀμνύειν θεοῦς· ἀσχεῖν γὰρ αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν. Τούς τε πρεσβυτέρους τιμᾶν, τὸ προηγούμενον τῷ χρόνῳ τιμιώτερον ἡγουμένους· ὡς ἐν κόσμῳ μὲν ἀνατολήν δύ-

σεως, ἐν βίῳ δ' ἀρχὴν τελευτῆς, ἐν ζωῇ δὲ γένεσιν φθορᾶς. (23) Καὶ θεοὺς μὲν δαιμόνων προτιμᾶν, ἥρωας δ' ἀνθρώπων, ἀνθρώπων δὲ μάλιστα τοὺς γονέας. Ἀλλήλοισ θ' ὀμνύειν, ὡς τοὺς μὲν φίλους ἐχθροὺς μὴ ποιῆσαι, τοὺς δ' ἐχθροὺς φίλους ἐργάσασθαι. Ἰδιὸν τε μηδὲν ἡγεῖσθαι. Νόμῳ βοηθεῖν, ἀνομία πολεμεῖν· φυτὸν ἡμέρον μῆτε φθίνειν μῆτε σίνεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ ζῶον δὲ μὴ βλάπτει ἀνθρώπους. Αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν εἶναι μῆτε γέλῳτι κατέχεσθαι μῆτε σκυθρωπάζειν. Φεύγειν σαρκῶν πλεονασμὸν, ὀδοιπορίας ἀνεσιν καὶ ἐπίτασιν ποιεῖσθαι, μνήμην ἀσχεῖν, ἐν ὀργῇ μῆτε τι λέγειν μῆτε πράσσειν, μαντικὴν (οὐ) πᾶσαν τιμᾶν, (24) ὧδαῖς χρῆσθαι πρὸς λύραν ὕμνων τε θεῶν καὶ ἀνδρῶν ἀγαθῶν εὐλογὸν χάριν ἔχειν. Τῶν δὲ κυάμων ἀπέχεσθαι διὰ τὸ πνευματώδεις ὄντας μάλιστα μετέχειν τοῦ ψυχικοῦ· καὶ ἄλλως κοσμιωτέρας ἀπεργάζεσθαι τὰς γαστέρας, μὴ παραληφθέντας. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς καθ' ὕπνου φαντασίας λείας καὶ ἀταράχους ἀποτελεῖν. Φησὶ δ' ὁ Ἀλέξανδρος ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων Διαδοχαῖς καὶ ταῦτα εὐρηκέναι ἐν Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν. (25) Ἀρχὴν μὲν ἀπάντων μονάδα· ἐκ δὲ τῆς μονάδος ἀόριστον δυάδα ὡς ἂν ὕλην τῇ μονάδι αἰτίῳ ὄντι ὑποστῆναι· ἐκ δὲ τῆς μονάδος καὶ τῆς ἀόριστου δυάδος τοὺς ἀριθμούς· ἐκ δὲ τῶν ἀριθμῶν τὰ σημεῖα· ἐκ δὲ τούτων τὰς γραμμάς, ἐξ ὧν τὰ ἐπίπεδα σχήματα· ἐκ δὲ τῶν ἐπιπέδων τὰ στερεὰ σχήματα· ἐκ δὲ τούτων τὰ αἰσθητὰ σώματα, ὧν καὶ τὰ στοιχεῖα εἶναι τέτταρα, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα· μεταβάλλειν δὲ καὶ τρέπεσθαι δι' ὄλων, καὶ γίνεσθαι ἐξ αὐτῶν κόσμον ἔμφυχον, νοερὸν, σφαιροειδῆ, μέσην περιέχοντα τὴν

Alexander cui Polyhistoris cognomen in libro de Pythagoricis symbolis ait Pythagoram Zara, Assyrio genere, magistro usum esse.

### PHILOSOPHORUM SUCCESSIONES.

139.

Pherecydes, Babyis filius, Syrius, ut ait Alexander in Successionibus, Pittaci auditor fuit.

140.

Fertur Pythagoras discipulos admonere solitus ut ista quotidie quum domum ingrederentur, dicerent,

Quæ lapsus? quæ perfecti? quæ debita omisi?

Cruentashostias diis offerri prohibebat, solamque aram quæ esset sine sanguine adorandam. Dejerare itidem per deos vetabat: quemque enim id studiose curare oportere ut se ipsum fide dignum præstet. Majores honorandos, quod tempore præcederet honorabilius existimantibus: quemadmodum in mundo occasu ortum, in vita principium fine, in vivendo generationem interitu. (23) Deos quidem semideis in honore præferendos, hominibus autem heroas, parentes vero hominibus ceteris. Invicem ea ratione conversandum, uti ne ex amicis inimicos, verum ex inimicis amicos faciamus. Propriumque nihil arbitrandum. Legi opitulandum: insectandum quidquid legibus adversatur. Mitem arborem non corrumpendam nec lædendam; ac ne

animal quidem quod hominibus non noceat. Pudorem et verecundiam in eo consistere, ut neque effusius rideas neque severiore sis vultu. Fugiendam carnis superfluum pinguedinem; itinerum contentionem remissione temperandam, exercendam memoriam, irato animo nihil aut dicendum aut faciendum; divinationem (non) quamcunque honorandam; (24) cantibus ad lyram utendum laudeque deorum virorumque præstantium habendam veram gratiam. Porro fabarum usu interdicebat, quia flatu repletæ maxime animatam naturam continerent, ac præterea ventres fieri modestiores (*i. e. crepitus non fieri*), si ab iis abstineretur: atque eo etiam quæ in somnis contingunt imagines leves ac perturbatione vacuas perfici. Refert autem Alexander in Successionibus philosophorum et ista se in Pythagoricis Commentariis reperisse. (25) Principium omnium esse unitatem; porro ex unitate infinitam dualitatem veluti materiam auctori unitati subjectam esse; ex unitate vero et infinita dualitate numeros gigni, ex numeris puncta, ex punctis lineas, ex quibus planæ figuræ constant; ex planis autem solidas figuras, ex quibus item sub sensum cadentia consistere corpora, quorum et quattuor elementa esse, ignem, aquam, terram, aerem, quæ per omnia se mutant ac vertant, ex quibus fieri mundum animatum, intelligibilem, rotundum, mediam terram continentem, quam et ipsam rotundam esse et globosam ac circum habitari. (26) Esse vero etiam antipodas, quibus summa esse quæ



γῆν καὶ αὐτὴν σφαιροειδῆ καὶ περιρικουμένην. (26) Εἶναι δὲ καὶ ἀντίποδας καὶ τὰ ἡμῖν κάτω ἐκείνοις ἄνω. Ἴσομοιρά τ' εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ φῶς καὶ σκότος, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν· ὧν κατ' ἐπικράτειαν θερμοῦ μὲν θέρος γίνεσθαι, ψυχροῦ δὲ χειμῶνα, ξηροῦ δ' ἔαρ, καὶ ὑγροῦ φθινόπωρον. Ἐὰν δὲ ἰσομοιρῆ, τὰ κάλλιστα εἶναι τοῦ ἔτους, οὗ τὸ μὲν θάλλον ἔαρ ὑγεινὸν, τὸ δὲ φθίνον φθινόπωρον νοσερόν. Ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμέρας θάλλειν μὲν τὴν ἑω, φθίνειν δὲ τὴν ἑσπέραν· ὅθεν καὶ νοσερωτέραν εἶναι. Τὸν τε περὶ τὴν γῆν ἀέρα ἀσειστον καὶ νοσερόν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα θνητὰ· τὸν δὲ ἀνωτάτω ἀεικίνητόν τ' εἶναι καὶ καθ' ὅλην ὑγιᾶ καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἀθάνατα καὶ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ θεῶν. (27) Ἡλίον τε καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἄλλοις ἀστέρας εἶναι θεοὺς· ἐπικρατεῖν γὰρ τὸ θερμὸν ἐν αὐτοῖς ὅπερ ἐστὶ ζωῆς αἴτιον. Τὴν τε σελήνην λέγουσιν εἶναι ὑφ' ἡλίου. Καὶ ἀνθρώποις εἶναι πρὸς θεοὺς συγγενεῖαν, κατὰ τὸ μετέχειν ἀνθρώπον θερμοῦ· διὸ καὶ προνοεῖσθαι τὸν θεὸν ἡμῶν. Εἰμαρμένην τε τῶν ὄλων καὶ κατὰ μέρος αἰτίαν εἶναι τῆς διοικήσεως. Διήκειν τ' ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτίνα διὰ τοῦ αἰθέρος τοῦ τε ψυχροῦ καὶ παχέος. Καλοῦσι δὲ τὸν μὲν ἀέρα ψυχρὸν αἰθέρα, τὴν δὲ θάλασσαν καὶ τὸ ὑγρὸν παχὺν αἰθέρα. Ταύτην δὲ τὴν ἀκτίνα καὶ εἰς τὰ βένθη δύεσθαι καὶ διὰ τοῦτο ζωοποιεῖν πάντα. (28) Καὶ ζῆν μὲν πάνθ' ὅσα μετέχει τοῦ θερμοῦ· διὸ καὶ τὰ φυτὰ ζῶα εἶναι· ψυχὴν μὲντοι μὴ ἔχειν πάντα. Εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα αἰθέρος καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, τῷ συμμετέχειν ψυχροῦ αἰθέρος. Διαφέρειν τε ψυχὴν

ζωῆς· ἀθάνατόν τ' εἶναι αὐτὴν, ἐπειδὴ περ καὶ τὸ ἀφ' οὗ ἀπέσπασται ἀθάνατόν ἐστι. Τὰ δὲ ζῶα γεννᾶσθαι ἐξ ἀλλήλων ἀπὸ σπερμάτων, τὴν δ' ἐκ γῆς γένεσιν ἀδύνατον ὑφίστασθαι. Τὸ δὲ σπέρμα εἶναι σταγόνα ἐγκεφάλου περιέχουσαν ἐν ἑαυτῇ θερμὸν ἀτμόν· ταύτην δὲ προσφερομένην τῇ μήτρᾳ ἀπὸ μὲν τοῦ ἐγκεφάλου ἰχῶρα καὶ ὑγρὸν καὶ αἷμα προίεσθαι, ἐξ ὧν σάρκα τε καὶ νεῦρα καὶ ὀστά καὶ τρίχας καὶ τὸ ὄλον συνίστασθαι σῶμα· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀτμοῦ ψυχὴν καὶ αἴσθησιν. (29) Μορφοῦσθαι δὲ τὸ μὲν πρῶτον παγὲν ἐν ἡμέραις τεσσαράκοντα, κατὰ δὲ τοὺς τῆς ἁρμονίας λόγους ἐν ἡμέραις ἑξήκοντα ἢ δέκα τὸ πλεῖστον μῆσι τελεωθὲν ἀποβρέφειν τὸ βρέφος· ἔχειν δ' ἐν αὐτῷ πάντας τοὺς ὁμοίους ζωῆς, ὧν εἰρομένων συνέχεσθαι κατὰ τοὺς τῆς ἀρμονίας λόγους, ἐκάστων ἐν τεταγμένοις καιροῖς ἀποβρέφειν. Τὴν τ' αἴσθησιν κοινῶς καὶ κατ' εἶδος τὴν ὄρασιν ἀτμόν τιν' εἶναι ἄγαν θερμόν. Καὶ διὰ τοῦτο λέγεται δι' ἀέρος ὄραν καὶ δι' ὕδατος· ἀντερεῖδεσθαι γὰρ τὸ θερμὸν ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. Ἐπεὶ τοι εἰ ψυχρὸς ἦν ὁ ἐν τοῖς ὄμμασιν ἀτμός, διειστήκει ἂν πρὸς τὸν ὅμοιον ἀέρα· νῦν δὲ \*\* ἔστιν ἐν οἷς ἡλίου πύλας καλεῖ τοὺς ὀφθαλμούς. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τῆς ἀκοῆς καὶ τῶν λοιπῶν αἰσθήσεων δογματίζει. (30) Τὴν δ' ἀνθρώπου ψυχὴν διαιρεῖσθαι τριχῆ, εἰς τε νοῦν καὶ φρένας καὶ θυμόν. Νοῦν μὲν οὖν καὶ θυμόν εἶναι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις, φρένας δὲ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ. Εἶναι δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ καρδίας μέχρις ἐγκεφάλου· καὶ τὸ μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ μέρος αὐτῆς ὑπάρχειν θυμόν, φρένας δὲ καὶ νοῦν τὰ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ·

nobis infima sunt. Aequis etiam partibus mundo inesse lucem ac tenebras, calidumque et frigidum, et siccum et humidum : ex iis dum calor superat, æstatem ; dum frigus, hiemem ; dum humor, brumam fieri. Ea dum æquis partibus sunt, optima anni tempora confici : namque virescens est veris grata salubrisque temperies ; occidens vero autumnus tempestas morbosa. Diei quoque virescere auroram, vesperam occidere : quocirca insalubriorem esse. Eum item qui terram complectitur aera immotum ac morbosum, et quæ in illo sunt omnia esse mortalia. Summum vero æthera semper moveri et esse liquidissimum ac saluberrimum et quæ in eo sunt immortalia omnia atque idcirco divina. (27) Solem item et lunam et reliqua sidera deos esse : quippe in illis superare calorem, qui sit vitæ auctor. Lunam autem a sole illustrari. Hominibusque esse cum diis cognationem, quod homo quoque caloris particeps sit : unde et deum nostri providentiam gerere. Fatumque universorum et singulorum administrandorum causam esse. Penetrare item a sole radium per æthera frigidum et concretum. Vocant autem aera quidem frigidum æthera ; mare autem et humorem, concretum æthera. Hunc vero radium etiam profunda penetrare atque ideo vivificare omnia. (28) Vivere item omnia quæ caloris participia sunt, atque ideo et plantas esse animantes : animam tamen non habere omnes. Animam esse particulam ex æthere avulsam et calido et frigido, eo quod sit simul particeps frigidi ætheris. Differre autem a vita animam,

eamque esse immortalem, quandoquidem et id a quo avulsa est immortale sit. Porro animalia ex se invicem nasci ex seminibus ; quæ vero e terra fiat generationem non posse subsistere. Semen autem esse cerebri stillam, quæ in se calidum contineat vaporem : hæc vero dum infunditur vulvæ, ex cerebro quidem saniam et humorem sanguinemque profluere, ex quibus caro, nervi, ossa, pili totumque consistat corpus ; e vapore autem animam atque sensum. (29) Formari autem primo quidem concretum et compactum intra dies quadraginta, secundum vero rationem harmoniæ intra septem aut novem aut decem uti plurimum menses consummatum atque perfectum infantem edi in lucem. Habere autem in se omnes vitæ rationes, quibus sua serie connexis contineri secundum congruentiæ rationes, quum singula statutis temporibus accedant. Sensum communiter quidem omnem ac speciatim visum vaporem esse quondam valde calidum. Atque ideo per aera aquamque videre dicitur : affligi enim calidum a frigido. Nam si esset frigidus ille in oculis vapor, distaret profecto adversus aera similem : nunc vero \*\* alicubi oculos solis portas appellat. Eadem et de auditu statuit ac sensibus reliquis. (30) Porro mentem et animam humanam trifariam dividere, in intellectum et mentem et animum. Intellectum autem atque animum inesse etiam reliquis animalibus, sed mentem in solo homine. Esse autem principatum animæ a corde usque ad cerebrum, et eam quidem quæ sit in corde ipsius partem animum esse, mentem vero et intellectum quæ sunt in ce

σταγόνας δ' εἶναι ἀπὸ τούτων τὰς αἰσθήσεις. Καὶ τὸ μὲν φρόνιμον ἀθάνατον, τὰ δὲ λοιπὰ θνητά. Τρέφεσθαι τε τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ αἵματος· τοὺς δὲ λόγους ψυχῆς ἀνέμους εἶναι. Ἄόρατόν τ' εἶναι αὐτὴν καὶ τοὺς λόγους, ἐπεὶ καὶ δ' αἰθὴρ ἀόρατος. (31) Δεσμὰ τ' εἶναι τῆς ψυχῆς τὰς φλέβας καὶ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰ νεῦρα· ὅταν δ' ἰσχύη καὶ καθ' αὐτὴν γενομένη ἡρεμῆ, δεσμὰ γίνεσθαι αὐτῆς τοὺς λόγους καὶ τὰ ἔργα. Ἐκριφθεῖσαν δ' αὐτὴν ἐπὶ γῆς πλάζεσθαι ἐν τῷ ἀέρι ὁμοίαν τῷ σώματι. Τὸν δ' Ἐρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν καὶ διὰ τοῦτο πομπάϊον λέγεσθαι καὶ ἔμπολαῖον καὶ χθόνιον, ἐπειδὴ περ οὗτος εἰσπέμπει ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς ἐκ γῆς καὶ ἐκ θαλάττης· καὶ ἄγεσθαι τὰς μὲν πρὸς τὸν ὕψιστον, τὰς δ' ἀκαθάρτους μὴτ' ἐκβαλεῖν μὴτ' ἀλλήλαις, δεῖσθαι δ' ἐν ἀρρήκῃ ὑπὸ Ἐρινύων. (32) Εἶναι τε πάντα τὸν οὐρανὸν ἔμπλεων· καὶ τούτους δαίμονας τε καὶ ἥρωας ὀνομαζέσθαι· καὶ ὑπὸ τούτων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τοὺς τ' ὄνειρους καὶ τὰ σημεῖα νόσου τε καὶ ὑγείας, καὶ οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ προβάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις κτήνεσιν· εἰς τε τούτους γίνεσθαι τοὺς τε καθαρμούς καὶ ἀποτροπιασμούς μαντικὴν τε πᾶσαν καὶ κληδόνας καὶ τὰ ὅμοια. Μέγιστον δὲ φησὶν εἶναι τῶν ἐν ἀνθρώποις τὸ τὴν ψυχὴν πείσαι ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἢ ἐπὶ τὸ καχόν. Εὐδαιμονεῖν τ' ἀνθρώπους ὅταν ἀγαθὴ ψυχὴ προσγένηται, μηδέποτε δ' ἡρεμεῖν μηδὲ τὸν αὐτὸν \* ῥόον κρατεῖν. (33) Ὅρχιον τ' εἶναι τὸ δίκαιον καὶ διὰ τοῦτο Δία ὄρχιον λέγεσθαι. Τὴν τ' ἀρετὴν ἀρμονίαν εἶναι καὶ τὴν ὑγίειαν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἅπαν καὶ τὸν θεόν· διὸ καὶ καθ' ἀρμονίαν συνεστάναι τὰ ὅλα. Φιλίαν τ' εἶναι ἑναρμόνιον ἰσότητα. Τιμὰς θεοῖς δεῖν νομίζειν καὶ ἥρωσι μὴ τὰς ἴσας, ἀλλὰ θεοῖς ἀεὶ μετ' εὐφημίας λευχειμνοῦντας καὶ ἀγνεύοντας, ἥρωσι δ' ἀπὸ μέσου ἡμέρας. Τὴν δ' ἀγνείαν εἶναι διὰ καθαρμῶν καὶ λουτρῶν καὶ

περιρραντηρίων καὶ διὰ τοῦ καθαρεύειν ἀπὸ τε κήδους καὶ λεχοῦς καὶ μιάσματος παντός καὶ ἀπέχεσθαι βρωτῶν θνησειδίων τε κρεῶν καὶ τριχλῶν καὶ μελανούρων καὶ ῥῶν καὶ τῶν ῥοτόκων ζῳῶν καὶ κυάμων καὶ τῶν ἄλλων ὧν παρακελεύονται καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιτελοῦντες. (34) Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης περὶ τῶν κυάμων παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, κτλ... (36) Καὶ τχῦτα μὲν φησὶ δ' Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν εὐρηκέναι καὶ τὰ ἐκείνων ἐχόμενα ὁ Ἀριστοτέλης.

(140 a.)

...idius in Platon. Timæum p. 155 ed. Meurs.:  
...nem vero atque ordinem collocationis glo-  
...vel etiam orbium, quibus collocati feruntur  
...quidam ex Pythagoreis hanc esse dixe-  
runt. Citimum quidem terræ præcipue esse Lunæ  
globum, post quem Mercurii secundo loco, supra  
quos Luciferi, superque eum Solis, ultra quos glo-  
bum Martium, ulterius Jovium, ultimum vero et  
vicinum aplani, stellisque adhærentibus ei, Satur-  
nium sidus. Scilicet ut inter planetas Sol medius  
locatus, cardis, immo vitalium omnium, præstan-  
tiam obtinere intelligatur. Consentit his Alexander  
Milesius ita dicens :

Sortitos celsis replicant anfractibus orbes :  
vicinum terris circumvolat aurea Luna :  
Quam super invehitur Cyllenius : alma superne  
nectareum ridens late splendet Cytherea.  
Quadrigris invectus equis Sol igneus ambit  
quartus et æthereas metas, quem deinde superne  
despicit Armipotens : sextus Phaethontius ardor  
suspicit excelsum brumali frigore sidus,  
plectricanæ citharæ septem discriminibus quos  
adsimilans genitor concordi examina junxit.

rebros : quasi guttas ab his manare sensus. Ac rationem quidem esse immortalem, cetera vero mortalia. Nutririque ex sanguine animam : ejus autem rationes ventos esse. Ipsam vero una cum suis rationibus esse invisibilem, quod æther quoque sit invisibilis. (31) Ceterum animæ vincula venas esse et arterias et nervos : ubi vero invaluerit et in se fuerit quæta, vincula ipsius fieri rationes atque opera. Eandem expulsam et projectam in terra per aerem vagari corpori similem. Porro Mercurium animarum custodem esse atque ideo ductorem dici, animarum mercatorem ac terrenum, quod is adducit animas a corporibus, a terra marique ; et puras quidem atque purgatas in altissimum locum duci, impuras vero illis ne appropinquare quidem neque invicem sibi ipsis, ceterum a Furiis astringi vinculis, quæ nullo modo perfringi possint. (32) Cunctum item aera plenum esse animarum, easque esse quæ et dæmones et heroes appellantur : porro ab his mitti hominibus et somnia et signa morbi ac valetudinis, nec modo hominibus, verum et pecudibus ac jumentis reliquis : item ad hos referri illustrationes et expiationes divinationemque omnem et vaticinia et cetera id genus. Maximum vero eorum quæ in ho-

minibus sunt dixit esse animam sive ad bonum inducere sive ad malum. Felicesque ac beatos esse homines, quibus bona anima contigerit : neque vero unquam quiescere neque eundem \* fluxum obtinere. (33) Justum item vim habere juramenti atque ideo Jovem jurisjurandi vindicem dici. Virtutem et sanitatem bonumque omne atque deum esse harmoniam : ideo etiam harmonia constare omnia. Amicitiam itidem esse æqualitatem harmonia temperatam. Honores diis exhibendos et heroibus non æquales, sed diis quidem semper et cum laudibus amictuque candido et casto corpore honores adhibendos, heroibus vero a meridie. Puritatem vero expiationibus lavacrisque atque aspersionibus fieri, vacando a funere et puerpera et inquinamento omni, item abstinendo ab arrosis morticinisque carnibus triglisque ac melanuriis ovisque et quæ ova pariunt animalibus, fabis quoque et ceteris quæ monent qui in templis mysteria ritusque consummant. (34) Ait autem Aristoteles de fabis, admonuisse illum fabis abstinendum, etc. (36) Hæc sunt quæ Alexander in Pythagoricis reperisse se commentariis tradit, et his affinia, Aristoteles.

Dubium maxime est recte hæc Alexandro Milesio nostro vindicari, quandoquidem Fabricius (Bibl. Gr. III, p. 56) versus illos in Mss. adscribi dicit Alexandro Ætolo, ex cujus Musis petitos esse suspicatur tom. II, p. 283. Argumentum fragmenti optime caderet in Alexandrum Ephesium, qui carmine De rebus coelestibus scripsit. Sin Milesius ille vulgatæ recte habet, statuendum foret apposuisse Alexandrum versus nescio cujus auctoris.

141.

Diogenes L. II, 19, de Socrate : Ἀκούσας δὲ Ἀναξαγόρου κατὰ τινας, ἀλλὰ καὶ Δάμωνος, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς, μετὰ τὴν ἐκείνου καταδίκην διήκουσεν Ἀρχελάου τοῦ φυσικοῦ.

142.

Idem II, 106 : Εὐκλείδης ἀπὸ Μεγάρων τῶν πρὸς Ἴσθμῳ, ἢ Γελῶος κατ' ἐνίου, ὡς φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς.

143.

Idem III, 4, de Platone : Καὶ ἐπαιδεύθη μὲν γράμματα παρὰ Διονυσίῳ, οὗ καὶ μνημονεύει ἐν τοῖς Ἀντερασταῖς· ἐγυμνάσατο δὲ παρ' Ἀρίστωνι τῷ Ἀργεῖῳ παλαιστῇ· ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν μετνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάππου καλούμενος [ὄνομα], καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς.

Idem III, 5 : Ἐφιλοσόφει δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν Ἀκαδημία, εἶτα ἐν τῷ κήπῳ τῷ παρὰ τὸν Κολωνόν, ὡς φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς καθ' Ἡράκλειτον.

144.

Idem IV, 62 : Καρνεάδης, Ἐπικώμου ἢ Φιλοκώμου, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς, Κυρηναῖος.

145.

Idem VII, 179 : Χρύσιππος, Ἀπολλωνίου, Σο-

λεὺς ἢ Ταρσεὺς, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς, μαθητῆς Κλεάνθους.

146.

Idem IX, 61, de Pyrrhone : Ἦκουσε Βρύσσωνος τοῦ Στίλπωνος, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς, εἶτ' Ἀναζάρχῳ ξυνακολουθῶν πανταχοῦ, ὡς καὶ τοῖς Γυμνοσοφισταῖς ἐν Ἰνδοῖα συμμῖξαι καὶ τοῖς Μάγοις.

## ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

Testimonium de hoc libro exstat apud Photium in Bibl. cod. 158 :

Ἀνεγνώσθη Ἀλεξάνδρου Θαυμασίων συναγωγή. Λέγει μὲν ἐν τῷ βιβλίῳ πολλὰ τερατώδη καὶ ἄπιστα, πλὴν ἄλλους τῶν οὐκ ἀφανῶν εἰσάγει ταῦτα προϊστορήσαντας. Λέγει δὲ περὶ τε ζώων καὶ φυτῶν καὶ χωρῶν τινῶν καὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ βοτανῶν καὶ τῶν τοιούτων. Σαφῆς δὲ τὴν φράσιν καὶ κεφαλαϊώδης ἐστὶ καὶ οὐδὲ τοῦ ἡδέος ἀπεστερημένος.

Cf. cod. 189, p. 146, a. — Eundem Alexandrum intellexerit Tzetzes Hist. VII, 647, ubi eum inter scriptores recenset rerum mirabilium amantissimos, Ctesiam, Iambulum, Isigonum, Rheginum, Sotionem, alios.

## E SCRIPTIS INCERTIS.

147.

Plinius H. N. XIII, 39 : *Alexander Cornelius arborem eonem appellavit, ex qua facta esset Argo, similem robori viscum ferenti, quæ nec aqua nec igne posset corrumpi, sicuti nec viscum : nulli alii cognitum, quod equidem sciam.*

148.

Idem XVI, 6 : *Dulcissima omnium (sc. glans) fagi, ut qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradat Cornelius Alexander.*

149.

Idem IX, 56 : *Nec in Acarnania autem laudati*

141.

Socrates quum Anaxagoræ secundum quosdam auditor fuisset, et Damonis quoque, ut Alexander in Successionibus ait, post illius condemnationem ad Archelaum se physicum contulit.

142.

Euclides natus Megaris apud Isthmum, sive secundum quosdam Gelous, ut in Successionibus tradit Alexander.

143.

Literas Plato didicit apud Dionysium, cujus et in Anterastis meminuit. Exercitatusque est apud Aristonem Argivum luctationis magistrum, a quo et Plato propter egregium corporis habitum cognominatus est, quum prius Aristocles ex avi nomine vocatus esset, ut in Successionibus tradit Alexander.

Philosophari Plato cœpit in Academia; inde se in hortum qui juxta Colonom est contulit, ut Alexander in Successionibus scripsit, Heraclitum adducens testem.

144.

Carneades Epicomi sive, ut Alexander in Successionibus tradit, Philocomi filius, Cyrenæus.

145.

Chrysippus Apollonii filius Solensis seu Tarsensis, ut Alexander in Successionibus ait, discipulus Cleanthis.

146.

Pyrrho, ut Alexander in Successionibus scribit, Brysonem Stilponis filium audivit, deinde Anaxarchum, illi ubique adhærens, ita ut cum eo Gymnosophistas quoque in India adierit, Magisque congressus sit.

*non reperiuntur* (sc. uniones). *Meliores circa Actium, sed et hi parvi; et in Mauritaniae maritimis. Alexander Polyhistor et Sudines senescere eos putant, coloremque exspirare.*

Plinii loci e libro ad historiam naturalem pertinente fluxerint. Rumpfius l. l. in indice Fragmentorum p. 36 hæc ad libros Mirabilium retulit.

150.

Plutarch. Qu. Rom. c. 104, p. 289, A : *Διὰ τί τὸν Διόνυσον Αἰβερουμ πάτρεμ καλοῦσι; . . . ἢ, ὡς Ἀλέξανδρός φησιν, ἀπὸ τοῦ παρ' Ἐλευθεράς τῆς Βοιωτίας Ἐλευθερέως Διονύσου προσαγορευομένου;*

151.

Macrobius Saturn. I, 18 : *Item in Thracia eundem haberi Solem atque Liberum accipimus, quem illi Sabadium nuncupantes, magna religione celebrant, ut Alexander scribit: eique deo in colle Zilnisso ædes dedicata est specie rotunda; cujus in medium interpatet tectum.*

Tzetzes ad Lycophr. 177 (p. 455 ed. Müller.) in fabulis narrandis et explicandis sese dicit esse ἱστορικώτερον Alexandro Polyhistore, Artemone, Cassandro Salaminio, reliquis omnibus.

Quæ apud Tertullianum De pallio c. 9 leguntur : *Cedo jam de vestro, quod Ægyptii narrant, et Alexander digerit et mater legit, de tempestate Osiridis, qua ad illum ex Libya Ammon facit, ovium dives; ea non pertinent ad Alex. Polyhistorem, uti putarunt. Intelligendus Alexander Magnus De diis Ægyptiis ad Olympiadem matrem scribens. Vide Pseudocallisth. præf. p. XIX, not., coll. Leonis Pellæi fragm. 6, tom. II, p. 332.*

## E LIBRO ARGUMENTI RHETORICI.

152.

Schol. in Hermogen. Στάσεις c. 17 codd. Mon. et Paris. in Rh. Gr. tom. VII, 1, p. 245 Walz. :

Ὁ τοίνυν Ἀλέξανδρος οἱ Πολυῖστωρ ὄνομα ἔχων οὕτως ὀρίζεται· Διαίρεσις, φησὶν, ἐστὶ τιμὴ τοῦ περιέχοντος ζητήματος εἰς τὰ περιεχόμενα ζητήματα, ἢ τομὴ συνεζευγμένου ζητήματος εἰς τὰ συνεζευγμένα ζητήματα.

## ALEXANDER EPHESIUS.

Strabo XIV, p. 642 : *Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι γεγονασιν ἐν αὐτῇ (τῇ Ἐφέσῳ) . . . τῶν δὲ νεωτέρων Ἀλέξανδρος ῥήτωρ, ὁ Λύχνος προσαγορευθεὶς, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο, καὶ συνέγραψεν ἱστορίαν, καὶ ἔπη κατέλιπεν ἐν οἷς τὰ τε οὐράνια διατίθεται καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ, καθ' ἑκάστην ἐκδοῦς ποιήματα.*

Scriptisit Alexander historiam belli Marsici. Bellum illud ipse viderit. Carmina ejus geographica et astronomica, quæ sæpius laudantur, jam nihil curo. Probabiliter ad nostrum referenda sunt verba Ciceronis in Ep. ad Att. II, 22 : *Libros Alexandri, negligentis hominis et non boni poetæ, sed tamen non inutilis, tibi remisi.*

## BELLUM MARSICUM.

## E LIBRO PRIMO.

Aurelius Victor De orig. gent. Rom. p. 9 ed. Lugd. 1670 : *Post Faunum Latino ejus filio regnante, Æneas, Ilio Achivis prodito ab Antenore aliisque principibus, quum præ se deos penates patremque Anchisen humeris gestans, nec non parvulum filium manu trahens, noctu excederet: orta luce cognitus ab hostibus, eo quod tanta onustus pietatis sarcina erat, non modo a nullo interpellatus, sed etiam a rege Agamemnone quo vellet ire permissus Idam petit; ibique navibus fabricatis cum multis diversi sexus, oraculi admonitu Italiam petit, ut docet Alexander Ephesius libro I belli Marsici.*

150.

Cur Baccho Liberi Patris nomen imposuerunt? Num,

ut Alexander tradit, ab eo, quod Bacchus ab Eleutheris Bœotiae urbe Eleutherius, i. e. liber dictus fuit?

# POSIDONIUS APAMENSIS.

Suidas : Ποσειδώνιος Ἀπαμεύς ἐκ Συρίας ἢ Ῥόδιος, φιλόσοφος στωικός, ὃς ἐπεκλήθη Ἀθητικός. Σχολὴν δ' ἔσχεν ἐν Ῥόδῳ, διάδοχος γεγονώς καὶ μαθητὴς Παναιτίου. Ἦλθε δὲ καὶ ἐς Ῥώμην ἐπὶ Μάρκου Μαρκελλοῦ. Ἐγγραψε πολλά. Cf. Eudoc. p. 365. Strabo XVI, p. 753 : Ἐντεῦθεν (ἐξ Ἀπαμείας) δ' ἔστι Ποσειδώνιος ὁ στωικός, ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος. Idem XIV, p. 655 : Ποσειδώνιος ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ καὶ ἐσοφίστευσεν. Ἦν δὲ Ἀπαμεύς ἐκ τῆς Συρίας. Cf. Athenæus VI, p. 252, E. Lucian. Macrob. c. 20, p. 643 ed. Didot. : Ποσειδώνιος δ' Ἀπαμεύς τῆς Συρίας, νόμῳ δὲ Ῥόδιος, φιλόσοφος τε ἅμα καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς τέτταρα καὶ ὀγδοήκοντα (sc. ἔτη ἐβίωσεν).

De ætate Posidonii JANUS BAKE (*Posidonii Rhodii Reliquiæ doctrinæ. Lugd. Bat. 1810, 8.*) p. 8 ita statuit : « Panætius, ait, quem audivit Posidonius (Suidas; Cic. Offic. III, 2, Divin. I, 3.) mortuus est circiter a. u. 642 [Ol. 167, 1; 112 a. C.] secundum rationes Lydeni (*De Panætio I, 3*), ut hic annus in ejus adolescentiam incidere videatur. Porro deinceps eum Rhodi Cicero audivit, eo ipso anno quo Sylla mortuus est, qui est a. u. 678 (78 a. C.), teste Plutarcho in Cicerone c. 4 (cf. Cicero Brut. 91) : et reliqua quæ de eo nobis innotuerunt, in idem fere temporis spatium incidunt, quum ante tum post eum annum. Restat Suidas qui tradit Romam venisse Posidonium ἐπὶ Μάρκου Μαρκελλοῦ, sub M. Marcello consule, id est a. u. 703, Ol. 182, 2 (51 a. C.) : qui annus Posidonio vitæ ultimus fuit, ut nostra sententia est; siquidem quattuor et octoginta annos implevit, teste Luciano l. 1. : unde conficitur eum natum esse a. u. 619, Ol. 161, 2 (135 a. C.), Panætium audire potuisse usque ad annum vicesimum tertium ætatis. » Post hæc perstringit Bakius errorem Athenæi, qui libro XII, p. 549, E ita habet : Ποσειδώνιος ὁ στωικός συναποδημήσας Σκιπίωνι τῷ Ἀφρικανῷ κληθέντι εἰς Ἀλεξάνδρειαν κτλ. (v. fr. 11). « Nam Panætium Africano in hoc itinere socium fuisse [Ol. 159, 2; 143 a. C., ut vgo statuunt sec. Cic. Acad. IV, 2] aliunde manifesto constat, ut minime ad hanc ætatem referendus sit Posidonius, sed potius ipsum hæc a Panætio accepta in Historiis prodidisse, neque hoc satis attendisse Athenæum æstimandum sit. Ita recte monuit elegantissimus Lydenus (*De Panætio p. 45*). » BAKE. Certe ne putemus librariorum culpa verba Athenæi depravata esse,

auctoremque scripsisse Ποσειδώνιος ὁ στωικός, Παναιτίου μαθητὴς τοῦ συναποδημήσαντος, impedimur altero loco, ubi eundem Athenæus errorem repetit. Etenim libro XIV, p. 657, leguntur hæc : Μνημονεύει δὲ αὐτῶν (sc. τῶν περνῶν) Στράβων ἐν τρίτῃ Γεωγραφουμένων, ἀνὴρ οὐ πάνυ νεώτερος· λέγει γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ ἐβδόμῃ τῆς αὐτῆς πραγματείας (in deperdita libri parte) ἐγνωκέναι Ποσειδώνιον τὸν ἀπὸ τῆς στοᾶς φιλόσοπον, οὗ πολλάκις μεμνήμεθα, συγγενομένου Σκιπίωνι τῷ τὴν Καρχηδόνα ἐλόντι. Ceterum ex hoc loco discimus pueritiam Strabonis attigisse senectutem Posidonii. Nam longe sane petitum est quod post Schweighæuserum statuit Bakius, scilicet verba λέγει.. ἐγνωκέναι Ποσειδώνιον, quæ e Strabonis libro *septimo* citantur, spectare librum *decimum sextum* (p. 753), ubi Posidonium Strabo dicit τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατον, eo autem loco istud καθ' ἡμᾶς laxiore sensu dictum videri de viro, qui paullulum nostram ætatem antecesserit. At liberiolem istum verborum καθ' ἡμᾶς usum a Strabone alienum esse, congestis exemplis Clintonus (III, p. 553) de natalibus Strabonis disputans bene demonstravit. Jam igitur quum Strabo natus sit circa annum 54 a. C., dicere non potuit se novisse Posidonium, si vere is defunctus esset anno 51 a. Chr. Ego quidem decem fere annis juniorem fuisse Posidonium suspicor. Quæ fr. 45 de M. Bruto leguntur arguere mihi videntur eum post mortem Cæsaris (44 a. C.) scribendo adhuc occupatum fuisse. Quod denique attinet Lydeni sententiam de Panætii anno fatali (a. 112), a quo Bakius in calculis subducendis proficiscitur, eam scito nullo testimonio, sed mera niti conjectura. Clintonus annum quo mortuus sit Panætius definiri omnino non posse fatetur ad an. 144 et 143, p. 108, probabiliter tamen statui ait defunctum esse paullo ante 100 a. C. Quod in nostros calculos caderet optime. Annum quo Panætius Scipionem in legatione comitatus sit, ex Cicerone, Acad. IV, 2, ita definiunt, ut pertineat ad an. 143 a. C. vel ad proximam antecedentem. At octo fere annis posteriorem fuisse e Posidonio et Diodoro demonstrare studui ad Diodori Exc. De insidiis, c. 25.

Quæ de fati Posidonii tradita accepimus, haud multa sunt. Quare « ne vacuum hanc partem relinquere cogere mur, Bakius ait, adsumpsimus nobis id, ut partim veterum scriptorum fidentes testimoniis, plurimum nostra ipsi ducti conjectura, pro-

habilitate quidem Posidonii vitam exponeremus. » Quibus præmissis, pergit hunc in modum : « Hic enim, ut primum patriam Syriam reliquit, Athenas se, ubi tum Panætius erat, contulit, et cum summo doctore ita vixisse videtur, non ut disciplinæ tantum scholæque inter eos esset, sed et vitæ haud exigua communitas atque consuetudo, in eaque consuetudine socium ac sodalem habuit Mnesarchum, alterum Panætii discipulum ejusque in schola Atheniensi successorem. Mortuo Panætio, a. u. 642 vel paullo post, alias item regiones lustrare decrevit (1), nobilissimorum philosophorum secutus exemplum, Aristotelis, Zenonis, Chrysippi, aliorum, qui semel patria egressi nunquam domum redierunt (Cic. Tusc. V, 37)... Nam primum Athenis profectus Hispaniam adiit, cujus ora Phœnicum jam antiquitus, postea Carthaginiensium frequentata coloniis, postremo universa a Romanis devicta inque provinciæ formam redacta, incredibiles easque hucusque absconditas naturæ opes continebat : ut M. Cato, qui consul Hispaniam Citeriorem obtinuerat, multa inde admiranda in Origines retulerit, auctore Nepote in Catone c. 3. Gadibus, præter reliquum tempus, quod ibi degit, triginta dies fuit, ut aniles Hispanorum de sole occidente fabulas et commenta argueret, et rem ipsam diligentissime cognosceret (Strabo p. 138), tum ut maris æstus explicaret, sidera quæ in eo climate per maritimam Hispaniæ oram viderentur, observaret. Regionem ipsam item ulterius ingressus, multa quæ vel ad geographiam vel ad historiam naturalem pertinerent, animadvertit. Inde in Italiam navigavit (Strabo p. 144. 827), ita quidem, ut neque in ipsa quidem navigatione diligentiam ejus requireres : nam aut ventos servabat, vel oræ quam prætervehebatur naturam indagabat. Siciliam quoque visit vicinasque insulas, tum regiones ad mare Superum, Dalmatiam, Illyricum, plurimorum locorum proprietates et terræ indolem investigans (Vitruv. De arch. VIII. 4).

« Hinc, a. u. circiter 650 (104 a. C.) repulso Cimbrorum ac Teutonum impetu, Massiliam profectus, Narbonensem Galliam indeque Ligures adiit : ita, ut in omni itinere et physici et geographi et historici munere fungeretur; unde factum est ut triplici hoc eoque diverso conjuncto officio, alterum ad alterius conferret vel illustrationem vel ornamentum.

(1) Hæc itinera num recte in hanc Posidonii vitæ partem transtulerit Bakius, in dubium vocaveris. Serius instituta a philosopho Romanorum potentium amicitia jam gaudentem putaverim. Certe illud tempus, quo Cimbrorum bello Romani premebantur (a. 641 sqq.) itineribus istis parum accommodatum.

« Cum hoc uberrimo peregrinationis fructu Rhodum se contulit, quum ut multiplicem scientiæ varietatem digereret, tum vero ut eam vel institutione vel scriptione earum rerum studiosis traderet. Scholam quidem Stoicam, a Panætio Rhodi relictam, suscepisse dicitur Posidonius, ut Suidas testatur : neque hanc minori cum rei publicæ quam philosophiæ emolumento tenuit. Nam et ad rempublicam accessit, teste Strabone p. 655, in eaque quum alios honores tum Prytanis munus gessit (ibid. p. 316), qui summus erat Rhodi magistratus. Quibus honoribus quum ornatus esset, legatus Romam ad Marium VII consulem, missus est, a. u. 668 (86 a. C.), ætatis fere 50; quum Mithridatico bello cuncta prope Græcia a barbaro occupata, una Rhodus in Romanorum mansisset fide atque amicitia, seque contra hostium impetum tutata esset. In ea igitur legatione Marium vidit, afflictum fortunæ valitudinisque calamitate, ut ex ejus Historiis refert Plutarchus in Mario (fr. 41). Nec quidquam amplius de hac Rhodiorum legatione invenire potui : diversa enim fuit a nobili illa de Rhodiorum præmiis ad senatum, Sylla dictatore, tribus postea annis; in qua Molon, celeberrimus rhetor, fuit, quem tum Romæ audivit Cicero, ut ipse testatur in Bruto, c. 90. Igitur insecutum est illud tempus, quo Sylla rempublicam summo imperio tenens, eam tyrannide, crudelitate et proscriptionibus vexavit : ut Cicero, istius videlicet metuens insolentiam, in Græciam abiret, seque Athenas conferret : ubi tum Ascalonitam Antiochum audiens, qui, relicta Carneadis et Philonis ratione, propius ad Stoam accesserat, ejus argumentis plurimum delectabatur. Mortuo Sylla, a. u. 676 (78 a. C.), Cicero ad rempublicam accedere constituens, ejusque rei veluti ὄργανον arbitratus eloquentiam forensis illam, continuo Asiam primum, deinde Rhodum adiit, ibique multum Molone rhetore, tum etiam Posidonio usus est (Plutarch. Cicero, c. 4; Cicero De N. D. I, 3; De fin. I, 3; De fato c. 3; Brut. 91), sive commotus viri celebritate, sive quod esset ejus ratio magis cum Antiochea, quam ante audiverat, conjuncta. Ex qua disciplina plurimum in libros Ciceronis, quos præstantissimos de philosophia reliquit, pervenisse, quis dubitabit? siquidem hunc unum in primis legebat (Fin. I, 2). Hinc Cicero Romam redux ad res publicas tractandas, insigni philosophiæ scientia instructus atque eloquentiæ facultate, se contulit. Posidonius, Rhodi manens, præclara institutione bonarum artium studia in ea civitate frequentavit, quum alumni ex ejus disciplina prodirent, quum alii multi tum qui ad posteritatis notitiam pervenerunt,

potissimum tres, Phantias (Diog. L. VII, 41), Asclepiodotus (Senec. Qu. Nat. II, 26; VI, 17; II, 30; V, 15; VI, 22), Iason (Suidas v. Ἰάσων, Μενεχράτους, Νουαεύς); quem postremum, nepotem e filia, successorem in schola reliquit. Quid? quod ejus nominis celebritas non scholæ umbra arctisque finibus continebatur, sed late abundeque quasi fluebat ac dimanabat; id quod clarissimi in Romana civitate viri testantur, Vellejus, Balbus, Cotta (Cicero N. D. I, 44): quos Posidonii familiaritas et erudivit et nobilitavit. Maxime denique celebrata est consuetudo quæ ipsi cum Cn. Pompeio erat: quem quum rerum publicarum usus atque tractatio bellique strepitus paullo ab his mansuetis studiis abalienasse viderentur, eas disciplinas nihilominus tanti putavit, ut earum vel admirationem laudis aliquantum habituram existimaret. Nam Posidonio, quoties Rhodi fuit Pompeius, ita semper utebatur, ut præ ceteris vel sapientiæ vel eloquentiæ doctoribus plurimum hujus disputationibus delectaretur. Quam summorum virorum consuetudinem significavit Strabo XI, p. 401 extr. Quum enim a. u. 687 ad Piraticum bellum proficisceretur Pompeius, in eoque itinere Rhodi consisteret, disserentem Posidonium audivit: quumque proficiscens nobilissimum philosophum, *Numquid vellet*, rogaret, hic maximum imperatorem Homericum illo versu ad fortitudinem persequendam hortatus fertur:

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

« Quattuor postea annis, quum belli Mithridatici incendium restinxisset, Syriam, Judæam, Armeniam, multas alias Asiæ partes Romanorum subjecisset imperio, Italiam rediens, Mytilenæ, Rhodi, Athenis ita fuit, ut dubium esset magisne bello potens, an pacem pacisque artes fovens conspiceretur. Plutarchus in Pompeio c. 42: Ἐν δὲ Ῥόδῳ γενόμενος (Πομπηῖος) πάντων μὲν ἡκροάσατο τῶν σοφιστῶν, καὶ δωρεὰν ἐκάστῳ τάλαντον ἔδωκε. Ποσειδώνιος δὲ καὶ τὴν ἀκρόασιν ἀνέγραψεν ἣν ἔσχεν ἐπ' αὐτοῦ πρὸς Ἑρμαγόραν τὸν ῥήτορα περὶ τῆς καθ' ὄλου ζητήσεως ἀντιταξάμενος. » Posidonius etiam disputationem « eam enotavit quam Pompeio audiente, adversus « Hermagoram rhetorem habuit de generali quæstione. » De quo loco in sequentibus plura dicemus. Nunc quidem sufficiat monere de errore Jo. Jonsii (Script. Hist. Phil. II, 16), qui hanc disputationem cum alio ejus sermone confundit. Nam quum præclara et in primis illustris esset hæc Stoicorum sententia, non esse malum dolorem, tum sine dubio maxime laudabiles sunt ii qui eandem non solum disserendo ac definiendo, sed fortitu-

dine in contemnendo dolore probant atque confirmant: contra nihil turpius istis qui, quam ante in schola probaverant sententiam, ab ea in ipsa vita desciscunt eamque flagitiose deserunt. Quo nomine Dionysium Heracleoten criminatur Cicero Fin. V, 31 et Tusc. II, 25, quod quum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore deductus est. *At non noster*, inquit, *Posidonius: quem et ipse sæpe vidi, et id dicam, quod solebat narrare Pompeius: se, quum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium: sed quum audivisset eum graviter esse ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum philosophum visere: quem ut vidisset et salutavisset honorificisque verbis prosecutus esset molesteque se dixisset ferre, quod eum non posset audire; at ille, Tu vero, inquit, potes; nec committam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me venerit. Itaque narrabat eum graviter et copiose de hoc ipso cubantem disputavisse: quumque quasi faces ei doloris admoverentur, sæpe dixisse: Nihil agis, dolor; quamvis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum.* Hunc sermonem diversum esse ab illa disputatione adversus Hermagoram, non opus est ut demonstramus: de tempore autem ita nobis videtur, hunc Ciceronis iocum referendum esse ad annum Piratici belli, a. u. 687; quo brevissimo tempore confecto, Asiam obiisse Pompeium constat, et ἐπερχεσθαι τὰς πόλεις, ut est apud Plutarchum in ejus Vita. Ad illud iter, quod supra significavimus, confecto Mithridatico bello, pertinet locus Plinii H. N. VII, s. 31: *Cn. Pompeius, confecto Mithridatico bello, intraturus Posidonii sapientiæ professione clari domum, fores percuti de more a lictore vetuit: et fasces litterarum januæ submisit is, cui se Oriens Occidensque submiserat.* Quod iisdem verbis repetiit Solinus Polyhist. c. 1. Jam hæc familiaritas, ut Pompeio laudem, ita Posidonio fructum attulit atque utilitatem: qui, prout Aristoteles Magni discipuli opera adjutus, ita ipse e Pompeii itineribus, mirifice geographiæ scientiam naturæque cognitionem auxerit: quod Strabo significavit XI, p. 491 extr., Posidonium erroris arguens in definienda isthmi latitudine qui est Colchidem inter et Paludem Mæotin: καὶ ταῦτα, inquit, φίλος Πομπηῖῳ γεγονώς, τῷ στρατεύσαντι ἐπὶ τοὺς Ἰβηρας καὶ Ἀθανοὺς μέχρι τῆς ἐφ' ἑκάτερα θαλάττης, τῆς τε Κασπίας καὶ τῆς Κολχικῆς. Ceterum hæc omnia eo valuerunt, ut Pompeii res gestas peculiari volumine explicaret (Strabo p. 492 init.), doctissimorum virorum exemplo, qui vel multifariam doctrinam, cognitionemque singulorum indolis populorum, hominum, tum regionum ipsarum, illustri historiæ argumento illustrarunt, vel ipsius

viri factorumque præstantiam, ornatè, magnificè, luculentis quum verbis tum sententiis exposuerunt; ut dubitares magis laude dignum esset facere scribenda, an scribere legenda.

« Hanc eruditionis scribendique laudem ad extrema tempora ætatis retinuit, ut in hoc item studiorum agitatio vitæ æqualis fuerit. Et de eruditione quidem, qualis quantaque exstiterit, quamque longinquam vitam et laboriosam desideraverit, infra videbimus: de scribendi facultate, hoc unum in primis memorabile, quod eum Cicero rogavit, ut consulatum suum, quem ipse splendidissimum existimavit, eloquentiæ splendore non dicam æquaret scribendo, sed etiam ornaret: ut ipse Cicero prodit in Epp. ad Att. II, 1; quam epistolam scriptam esse constat a. u. 694: *Quamquam ad me rescripsit jam Rhodo Posidonius, se, nostrum illud ὑπόμνημα quum legeret, quod ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram, non modo excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane deterritum. Quid quæris? conturbavi Græcam rationem. Ita vulgo qui instabant, ut darem sibi, quod ornarent, jam exhibere mihi molestiam destiterunt.*

« Venimus ad a. u. 703, Posidonii quartum et octogesimum, qui ipsi extremus fuit, secundum nostram supputationem, quam supra exposuimus. Hoc igitur anno Romam venit Posidonius, M. Marcello consule. siquidem fides habenda est Suidæ testimonio.

« Tantum de Posidonii vita: quam et bene actam, et vero doctrinæ fama, honoribus, amicitis floruisse, e paucissimis indiciis, abunde intelligatur oportet. (1) » Hactenus BAKIUS.

Opera Posidonii tum physica et philosophica et

(1) Præter Rhodium Posidonium memorantur: 1. *Posidonius Alexandrinus*, stoicus, Zenonis discipulus. Suidas s. v.; Diog. L. VII, 38. — 2. *Posidonius, Anniceridis discipulus*. Suidas v. Ἀννίκερις. — 3. *Posidonius Olbiopolita*, sophista et historicus. Suidas s. v. — 4. *Ποσειδώνιος*, ὄνομα κύριον, ὃς συνέγραψε τὸ παλμικὸν οἰώνισμα (de ratione ominis e palpatione captandi), ὅτι, ἐὰν πάλλῃ ὁ δεξιὸς ὀφθαλμὸς τότε σημαίνει. Quod opus Meursius partem fuisse putavit librorum, quos Rhodius De divinatione scripsit. Improbante Bakio p. 255. — 5. *Posidonius Aristarchi anagnosta*, Eustath. ad Hom. p. 659, 16. 1096, 13. Fortasse grammaticus, cujus Περὶ συνδεσμῶν opus laudatur in Bekk. Anecd. p. 480. — 6. *P. Corinthius*, Ἀλιευτικῶν poematis auctor. Athenæus, I, p. 13, B. — 7. *P. Ephesius*, cælator et statuarius, Plinius H. N. XXXIII, 55. XXXIV, 19. — 8. *P. medicus*, sub Valente imperatore, scripsit Περὶ μελαγχολίας. Galen. tom. X, p. 500 sqq. — 9. *Posidonius* ad quem Apsyrtus in Hippiatricis scripsit p. 134 ed. Bas. — 10. *P. Spartiata* in pugna ad Plateas. Herodot. IX, 71. 85. — 11. *P. lecticarius Lyconis* peripatetici. Diog. L. V, 73. — 11. *Posidonius*, « unus e legatis Nicanoris, quem Demetrius I Soler miserat ad Judæo-

mathematica et rhetorica sunt, tum historica et geographica.

Illa quum ad nos nihil pertineant, titulos eorum in veterum scriptis obvios apposuisse habebimus satis. Sunt vero hi:

1. Φυσικὸς λόγος, libris minimum XV (1).
2. Περὶ κόσμου, libris min. II (2).
3. Περὶ μετεώρων libris min. XVII. Μετεωρολογικὴ στοιχείωσις s. Μετεωρολογικὴ (3).
4. Περὶ ὠκεανῶ (4).
5. Περὶ κενῶ, libris min. II (5).
6. Περὶ ψυχῆς (6).

rum dissensiones inspiciendas, ut e libris Maccabæorum refert Valliantus De Imper. Seleuc. » *Bake* p. 255. — *Posidonius*, pater Apionis grammatici. Suidas v. Ἀπίων.

(1) Diog. L. VII, 143 (βίβλ. α'). 134 et 140 (β'). 145 (γ'). 153 (η'). 149 (ιβ'). 140 (ιε'). Eodem pertinent Diog. L. VII, 41; Stobæus Ecl. Phys. I, 16, p. 31; I, 14, p. 30 ed. Cant. Plutarch. Mor. p. 951, F.

(2) Diog. L. VII, 142 (α'). Huc refer Philon. Jud. De æternit. mund. tom. II, p. 497; Stobæus E. Ph. I, 21, p. 37; Cicero De nat. deor. II, 34.

(3) Diog. L. VII, 135 (π. μετεώρων γ'); VII, 144 (ιζ'); VII, 138 (μετεωρολογικὴ στοιχείωσις); VII, 152 (μετεωρολογικὴ; quem titulum Bak. reponi etiam VII, 154 vult. Huic loco junge Senecæ Qu. Nat. I, 5). Epitomen operis confecit Geminus Rhodius, cujus partem servavit Simplicius ad Phys. Aristot. p. 64 sq.

(4) De hoc opere, quod Suidas et Strabo laudant, dicemus infra. Hic ei locum dedimus, quia plurima continebat ad physicam pertinentia. — Ceterum ad libros hucusque laudatos referenda sunt etiam hæc: Stobæus Ecl. Ph. I, 23, p. 54; Achill. Tat. in Phæn. Arat. c. 12 et 13 (quid sit ἄστρον). Macrob. Saturn. I, 23; Somn. Scip. I, 20; Cleomed. Cycl. theor. p. 424. 452 (coll. Strabon. p. 138); Plinius H. N. II, 21 (de sole). Stobæus Ecl. Ph. I, p. 59; Cleomed. I. I. p. 500; Plutarch. Mor. p. 929 D. 932 B; Diog. L. VII, 146 (de luna). Cleomed. I, p. 396; Proclus in Timæum p. 277 ed. Bas. coll. Strab. II, p. 119 (de Canobo astro.). Schol. Arat. 148 (de parheliis). Alex. Aphrodis. in Aristot. Meteor. III, p. 116 ed. Ven. (de area). Stobæus Ecl. Ph. I, p. 62; Macrob. Somn. Scip. I, 15 (de lacteo orbe). Seneca Qu. Nat. VII, 20; Schol. Arat. 259 (de cometis). Seneca I. I. II, 26. 54 (de fulmine et tonitru). Idem ib. VI, 22. 24 coll. Strabon. p. 102 et 57 (de terræ motu). Diog. L. VII, 153 (de nive). Seneca Qu. Nat. IV, 3 (de grandine). Ceterum cf. etiam fragmenta operis De oceano, quæ Historiarum reliquiis subjunximus.

(5) Librum primum citant Plutarchus Mor. p. 888, A et Euseb. Pr. Ev. p. 844, D. Adde Stob. Ecl. Ph. I, p. 39. Posidonii de tempore sententiam habes apud eundem Stobæum p. 20.

(6) Unus laudat Eustathius in Il. p. 910, 40 Rom. Animæ definitionem et partes e Posidonio docent Diog. L. VII, 157; Tertullian. De an. c. 14; Plutarch. p. 1013, C. D; Theon Smyrnæus in Mathem. Platon. p. 162; Schol. in Platon. Phædon. p. 344, D ed. Lugd. Ad eandem disputationem pertinet locus Sexti Empir. Adv. math. VII, 93, ubi quum legantur verba: Ποσειδώνιος τὸν Πλάτωνος Τίμαιον ἐξηγούμενος, Bak. Fabricium secutus putat peculiare opus Τιμαίου Πλ. ἐξήγησις inscriptum a Posidonio compositum esse. Quod non persuasit.



7. Περὶ θεῶν, libris min. XIII (1).
8. Περὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων (2).
9. Περὶ εἰμαρμένης, libris min. II (3).
10. Περὶ μαντικῆς, libris V (4).
11. Ἠθικὸς λόγος, libris min. II (5).
12. Περὶ καθήκοντος, libris min. II (6).
13. Περὶ ἀρετῶν (7).
14. Περὶ παθῶν, libris min. II (8).
15. Περὶ κριτηρίου (9).
16. Προτρεπτικά (10).
17. Πρὸς Ἑρμαγόραν περὶ τῆς καθόλου ζητήσεως (11).

(1) Diog. L. VII, 148 (α'); Cicero De nat. deor. I, 44 (ε'); Diog. L. VII, 138 (ιγ'); 139; Lactant. De ira c. 4. Pertinet huc Stobæus Ecl. Ph. I, p. 2. Adde Joh. Lydum De mens. IV, 48 p. 224 ed. Ræth. : Ποσειδώνιος τὸν Δία τὸν πάντα διοικοῦντα esse ait.

(2) Macrob. Sat. I, 23.

(3) Diog. L. VII, 149 (β'). Cf. Cicero De div. I, 55, De fato c. 3; Plutarch. Mor. p. 885, B.

(4) Cicero De div. I, 3 (*quinque noster Posidonius sc. de divinatione libros edidit*), 57, 30. II, 15. 21. Diog. L. VII, 149 (ε'). Adde Fragm. Boethii De diis et præsentationibus p. 355 ed. Hase : « *Qui stellas putant hanc habere potestatem, ut volentes nociva decernant, magnam cælo faciunt injuriam, in cujus velut clarissimo senatu ac splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni, qualia si aliqua civitas terrena decrevisset, genere humano decernente, fuerit evertenda. In hujusmodi vero tractatu Posidonii atque Julii Firmici sive reliquorum regnat oratio.* »

(5) Diog. L. VII, 91 (α'). Eodem pertinent VII, 84 87. 92. 103. 128. Seneca Ep. 87. Clemens Al. Strom. II, p. 416, B.

(6) Diog. L. VII, 124 et 129 (α'); Cicero De off. I, 45, III, 1; Seneca Ep. 78. 83. 94. 95. 113. 121. Cf. Cicero ad Att. XVI, 11.

(7) « *Locum de virtutibus ex animi facultatibus esse explicandum peculiari volumine demonstravit, auctore Galeno De placit. Hippocr. et Platon. VIII, p. 319, 33 : Τὸν περὶ τῶν ἀρετῶν λόγον ἐπὶ ταύταις ταῖς ἀρχαῖς ὀρθῶς φησὶ (ὁ Ποσ.) περαίνεσθαι, καὶ δείκνυσιν αὐτὸ διὰ μεγάλης πραγματείας ἰδίᾳ γεγραμμένης αὐτῷ.* » *Bake.*

(8) *Librum primum* citat Galenus I. I. V, p. 291, 8 et 30. Ex eodem opere fluxerunt quæ leguntur apud eundem IV, p. 277, 41; 279, 35; 280, 40 et 48; 281, 3. 21; 283, 30; 284, 15. 18. 20. 42. 44. 53; V, p. 285, 22. 48; 290, 16 33. 40; 291, 5. 29. 32. 44. 53; 292, 15. 55; 293, 12; 295, 9; 296, 33; 298, 30; VII, p. 309, 39; 319, 20. Plutarch. Moral. p. 700, A; Lactant. De ira c. 17. « *Haud scio an huc pertineat illud quod Hieronymus ait in Epitaphio Nepotiani tom. I, p. 52 ed. Bas. Posidonium librum reliquisse ad sedandos luctus.* » *Bake* p. 247.

(9) Diog. L. VII, 54. Cf. Sext. Empir. C. math. VII, 93.

(10) Diog. L. VII, 91. 129. Inde petita quæ habet Seneca in Epist. 90. — Alia quædam de philosophiæ partitione, nescio e quo libro petita, leguntur apud Diog. L. VII, 19, et Sext. Empir. Adv. math. VII, 19.

(11) Est hæc oratio, quam coram Pompeio habitam deinde literis consignavit, teste Plutarcho in Vit. Pomp. Vide Vitam Posidonii p. 247. « *Posidonii disputatio περὶ τῆς καθόλου ζητήσεως ad similem Hermagoræ reprehensionem pertinuisse videtur, atque ea quæ a Cicerone proponitur Invent. 1, 6 : Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere,*

18. Εἰσαγωγή περὶ λέξεως (1).

19. Geometrica (2).

20. Πρὸς Ζήνωνα τὸν Σιδώνιον (3).

21. Τέχνη τακτική (4).

22. Ἐπιστολαί (5).

Restant opera duo, de quibus accuratius nobis dicendum est. *Historias* dico et tractatum Περὶ ὠκεανοῦ. Hunc Posidonio Olbiopolitæ, illas vel eidem vel Alexandrino Posidonio solennia errans tribuit Suidas :

Ποσειδώνιος Ἀλεξανδρεὺς, φιλόσοφος Στωικὸς, μαθητὴς Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως. Ἐγραψεν Ἱστορίαν τὴν μετὰ Πολύβιον ἐν βιβλίοις νβ', ἕως τοῦ πολέμου τοῦ Κυρηναίκοῦ καὶ Πτολεμαίου· καὶ Μελέτας ῥητορικός· Ὑποθέσεις εἰς Δημοσθένην. Καὶ οἷμαι ταῦτα μᾶλλον Ποσειδωνίου τοῦ σοφιστοῦ εἶναι τοῦ Ὀλβιοπολίτου. Cf. Eudoc. p. 365, ubi postrema : Ταῦτά τινες εἰς Ποσειδώνιον τὸν σοφιστὴν τὸν Ὀλβιοπολίτην ἀναφέρουσιν.

*nec quid polliceatur intelligere videtur : qui oratori, materiam in causam et in questionem dividat : causam esse dicat rem, quæ habeat in se controversiam in dicendo positam cum personarum certarum interpositione, quam nos quoque oratori dicimus attributam. — Questionem autem eam appellat, quæ habeat in se controversiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum : ecquid sit bonum præter honestatem; Verine sint sensus; Quæ sit mundi forma; Quæ solis magnitudo Quæ quæstiones procul ab oratoris officio remotas facile omnes intelligere existimamus. Igitur vel de hujusmodi quæstione infiniti generis disputasse Posidonius videtur, vel de tota hac ratione, utrum oratoris propria sit an philosophi.* » *Bake* p. 232 sq.

(1) Diogen. L. VII, 60. Cf. VII, 62. Quintilian. III, 6. — Posidonius opus Περὶ συνδεσμῶν, quod citat Apollon. Alexandr. in Bekk. Anecd. Gr. p. 480, retulerim ad P. grammaticum Aristarchum. Ad eundem pertinere videtur schol. Apoll. Rh. II, 106 (de voce λέξ), et Etym. M. v. ἀψίς.

(2) Proclus in Euclid. p. 23. 40. 47. 49. 55. 59 ed. Bas. Titulus operis nusquam memoratur.

(3) Proclus in Euclid. p. 55 : Τοῦτον γὰρ τὸν τόπον τῆς ἀντειρήσεως μετέθετε Ζήνων ὁ Σιδώνιος μὲν, τῆς δὲ Ἐπικούρου μετέχων αἰρέσεως· πρὸς δὲ καὶ ὁ Ποσειδώνιος ὄλον γέγραφε βιβλίον, δεικνύς σαθρὰν αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ἐπίνοιαν. « *Est argumenti mathematici. Neque tamen affirmem, Bakius ait p. 244, hoc titulo, πρὸς Ζήνωνα τὸν Σιδώνιον opus exstitisse : potest enim hic liber pars fuisse majoris operis, quod nobis quidem verisimilius videtur. Zeno Sidonius Epicureus intelligitur non ita multis annis Posidonio major; quippe quem senem Athenis Cicero et Atticus audiverunt : v. Cic. De fin. I, 5; Tusc. III, 17, ubi Epicureorum acutissimus dicitur : idem Carneadem præ ceteris mirabatur, Acad. I, 12. Sed in Stoicos nonnunquam acius invehebatur (cf. Jonsius Scr. h. phil. II, 15). Posidonii studium refellendi Epicuri et exagitandi aliquoties apparet et manifesto significatur a Diog. L. X, 4.* »

(4) Ælian. Tact. 1 : ὁ δὲ Στωικὸς Ποσ. καὶ τέχνην τακτικὴν ἔγραψεν. Arrian. Tact. init. : Ποσ. ὁ Ῥόδιος καὶ τέχνην τινὰ τακτικὴν συγγράφας κατέλιπεν.

(5) Cicero De off. III, 2; ad Attic. II, 1. — De schola Posidoniana scripsit Phanius quidem Diog. Laertio VII, 41.

Ποσειδώνιος Ὀλβιοπολίτης, σοφιστῆς καὶ ἱστορικός. Περὶ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῶν κατ' αὐτόν· Περὶ τῆς Τυρικῆς καλουμένης γῶρας· Ἀττικὰς ἱστορίας ἐν βιβλίοις δ'. Λιβυκὰ ἐν βιβλίοις ια', καὶ ἄλλα τινά.

Jam quod HISTORIAS attinet, earum opus amplissimum a Posidonio Rhodio compositum esse ex Athenæi locis quam plurimis constat luculentissime, ut operæ vix pretium sit addere testimonium Luciani l. l., qui philosophum nostrum simul etiam ἱστορίας συγγραφέα fuisse dicit. Contra quam inepte Alexandrinus iste Zenonis alumnus historias Polybii continuasse perhibeatur, nemo non intelligit. Optime vero ejusmodi consilium cadit in Rhodium Posidonium, et studiis, quæ ad historiam scribendam attulit, Megalopolitano simillimum, iisque viventem temporibus, quæ continuando cœpto Polybiano erant accommodatissima. Porro numerus librorum LII, quem historiis Suidas assignat, apte referri potest ad Nostri opus, quippe cujus librum quadragesimum nonum ab Athenæo (IV, p. 168, D) laudatum videmus. Quæ vero deinceps apud Suidam leguntur verba : ἕως τοῦ πολέμου τοῦ Κυρηναϊκοῦ καὶ Πτολεμαίου, vel aliunde huc irrepsisse vel librorum culpa corrupta esse videntur. Neque enim nos novimus bellum Cyrenaicum, ad quod finem narrationis direxisse Posidonius dici queat. Notissimum omnium bellum est, quo Ptolemæus Lagi Cyrenæos sibi subjecit; neque aliud Suidæ auctor, modo recte se verba ejus habeant, intellexcrit. Hoc si est, ac si revera Posidonius Alexandrinus opus quoddam historicum composuit, hujus auctoris historias ad hunc usque terminum pertinuisse, ideoque Rhodii et Alexandrini historici memoriam temere misceri aliquis suspicetur. Quamquam tale commentum artificiosius quam verisimilius esse duco, præsertim quum de Alexandrino Posidonio aliunde omnino nihil constet, nisi quod Zenonis discipulus fuerit, uti Diogenes Laertius (VII, 38) tradit, ex quo sua Suidam hausisse haud improbabiliter conjecit Bernhardus. Huc accedit ipsius Suidæ dubitatio : Ὄμῃαι, αἰτ, ταῦτα μᾶλλον Ποσειδωνίου τοῦ σοφιστοῦ εἶναι τοῦ Ὀλβιοπολίτου. Quæ quidem non modo ad Μελέτας ῥητορικὰς et Ὑποθέσεις εἰς Δημοσθένην, sed ad ipsas etiam Historias referenda sunt. Nam apud Suidam v. Πολύβιος vetus appendix apponit: Ἰστέον δὲ ὅτι διαδέχεται τὴν Πολυβίου ἱστορίαν Ποσειδώνιος Ὀλβιοπολίτης σοφιστῆς. Sed partim contra Olbiopolitam faciunt eadem quæ de Alexandrino loquentes supra monuimus, partim facile patet etiam de hujus scriptis fallaces duces Suidam secutum esse, quippe qui Olbiopolitæ tribuat etiam Περὶ ὠκεανοῦ librum, quem Rhodii esse certum est.

Nam quæ Strabo (p. 102) ex iis affert, diserte tribuuntur celebri philosopho Περὶ πρωτείων ἀγωνιζομένῳ. Contra Suidæ auctor historica hæc et geographica, quum a philosopho aliena putaret, ad Olbiopolitam retulit haud graviore, ut videtur, de causa quam quod hunc historica et periegetica argumenta tractasse compertum haberet.

Igitur ut revertamur unde digressi sumus, persuasum nobis est verba ista ἕως τοῦ πολέμου τοῦ Κυρηναϊκοῦ καὶ Πτολεμαίου traxisse mendam. Pro πολέμου reponendum puto Πτολεμαίου; verba καὶ Πτολεμαίου, quæ sic posita nihil definiunt, ejicienda sunt, opinor. Etenim lectionem corruptam πολέμου quidam emendaverat in margine scribens Πτολεμαίου; glossa hæc deinde in textum illata et particula καὶ cum reliquis juncta est. Atque hoc quidem simplicissimum esse mihi videtur. Sin servare velis voces καὶ Πτολεμαίου, scribendum propono : ἕως Ἀπίωνος τοῦ Κυρηναϊκοῦ τοῦ καὶ Πτολεμαίου. Ut ut statuas, extra dubitationis aleam est, quin Ptolemæus ille sit Ptolemæus Apion, rex Cyrenarum, de quo ita Livii Epit. 70 : *Ptolemæus Cyrenarum rex, cui cognomentum Apioni fuit, mortuus heredem P. R. reliquit, et ejus regni civitates senatus liberarum esse jussit.* Justinus XL, 5 : *Dum hæc aguntur, frater ejus (Alexandri) ex pellice susceptus cui pater Cyrenæorum regnum reliquerat, herede populo Romano instituto decedit. Jam enim fortuna Romana porrigere se ad orientalia regna... cœperat. Itaque et ea pars Libyæ provincia facta est.* Res pertinet ad Ol. 171, 1; 658 a. u. c.; 96 a. C., Cn. Domitio Ahenobarbo et C. Cassio Longino coss., ut recte tradunt Euseb. Chron. Ol. 171, 1; Obsequens c. 109 et Cassiodorus. Vide Clinton. ad an. 96 et tom. III, p. 389 not. Ipsum hunc annum Posidonius terminum Historiarum operis posuisse putandus est (1). Quemadmodum Polybius finem

(1) Quæ Bakius p. 249 sq. de Historiarum opere disserit, pleraque erronea sunt. Postquam recensuit argumenta fragmentorum, « Hinc, ait, quod ad temporis spatium, illud fere historiis complexus Posidonius videtur, quod est inde ab Alexandro Magno usque ad suam ætatem : argumentum præcipue illud, ut regnorum Græcorum ab Alexandro per Asiam conditorum historiam exponeret, tum de Romanis deque finitimis gentibus præcipua adjiceret. Hæc si teneamus, facile nobis cavebimus, ne τὰ μετὰ Πολύβιον, quod fuit opus LII libris constans, Posidonio nostro tribuamus... » Quod Vossius hujus Historiæ post Polybium, Posidonium nostrum auctorem facit, nostro quidem judicio minus recte statuit : quippe cujus consilii ne levissimum quidem vestigium in iis deprehendimus, quæ nobis e Posidonii historiis servata sunt; ne dicam a Polybio res multo recentiores traditas quibusdam Historiarum partibus [eos locos intelligit ubi data occasione ad antiquiora Posidonius excurrit]; cujus rei quum alia exstant exempla, tum hoc apud Athenæum p. 439, E, ubi e Posidonio citatur locus de Antiocho Deo [quod vel si verum esset, nihil probaret]. Fortasse rectius LII libros τῶν

Historiarum fecit annum quo Carthago in Romanorum potestatem venit (146), sic in locum ejus succedens Posidonius narrationem ad eum usque annum continuavit quo orientalis quoque Libyæ pars in provinciæ formam redacta est, sive usque ad illud tempus, quo fortuna Romana porrigere se ad orientalia regna cœperat, uti Justinus ait, qui in tota hac historiæ parte Posidonii nostri premit vestigia. Eodem anno 96 a. C. fato defunctus est Antiochus Grypus, Syriæ rex (125-96). Ad res vero Syriæ præ ceteris Syrum auctorem attendisse putaveris, ad easque major fragmentorum pars pertinet.

Jam quærendum est num quod Suidæ verbis insistentes modo posuimus, Historiarum reliquiis possit confirmari. Quæ e libro II narrantur (fr. 1) temporis definitionem non admittunt. Libri III fragmentum ad tempora pertinet Demetrii Nicatoris, qui per paucos annos regnavit inde ab anno 146 a. C. Eodem tempore in Ægypto regnum suscepit Ptolemæus Euergetes II sive Physcon, de cujus adulate, Hierace Antiochense, sermo est fragmento (7) libri IV. Libro V quum de Parthorum institutis regiis plura referantur, aperte illud indicatur tempus quo Demetrius Nicator prælio victus in Arsacis venit captivitatem (138 a. C.). Quæ libro VII de Ptolemæo Physcone leguntur, spectant annum 136, quo celebrem istam legationem Scipio Africanus obiit (fr. 11). E libro VIII quæ supersunt (fr. 15) pertinent ad initia servorum belli Siculorum, cujus historiam Diodorus ad verbum fere e Posidonio descripsit. Ortum bellum jam inde ab anno 141 (v. Diodor. XXXIV, 2, 1), verum anno 134 demum, quum opprimi ab urbium præfectis non potuisset, Fulvio consuli demandatum est. Atque in hujus anni historia Diodorus altius rem repetens originem et progressum seditionis exposuit. Eodem modo etiam Livius rem instituit (v. Epit. lib. 56). Uterque secutus est fontem communem, Posidonium. Libro XI quum item de servis exponatur (fr. 16), haud dubie desumpta hæc sunt e rebus anni 132, quo bellum servile compositum est. Libro XIV (fr. 17) agebatur de expeditione Parthica Antiochi Sidetæ (129 a. C.), qui post magnos successus clade affectus cecidit (128 init.). Mortem regis et sepulturam auctor exposuit libro XVI (fr. 19. 20). Unde patet narrationem hujus belli fuisse uberrimam.

Hucusque igitur Historiæ ita fere distributæ, ut unusquisque liber unius circiter anni res gestas contineret. Quam rationem si ad sequentia transferimus, libro XXIII, ubi de Bituito sermo erat, ad annum devenimus 121 a. C., quo Bituitum hunc, Arvernorum regem, insigni prælio devicit consul Q. Fabius Maximus. Hæc sicuti reliqua quæ de moribus Gallorum ex eodem libro referuntur, ex narratione petita sunt de bello quod contra Ligures, Salluvios, Allobroges, Arvernos, alios Galliæ meridionalis populos, Romani sustinuerunt (125-118 a. C.). Quæ libro XXVII (fr. 29) de plantis Dalmatiæ leguntur, sponte nos ducunt ad annum 117, quo Metellus consul Dalmatas debellavit. Eodem modo fragmentum libri XXX de moribus Germanorum annum 113 indicat, quo in Italiam invasimus. Igitur quum prioribus libris triginta historia contineatur annorum triginta trium, narratio vero tanto prolixior fuisse putanda sit quo propius auctor ad suam ipsius ætatem accederet, nihil mirum est sequentes libros viginti duos (XXXI-LII) nonnisi septemdecim annorum res gestas continuisse usque ad annum 96, quo mortuus est Ptolemæus Apion. Quæ e libro quadragesimo nono citantur de luxuria Apicii (quem an. 93 Rutilio auctorem exilii fuisse scimus) explanationem chronologicam non admittunt.

Jam vero e Strabone (XI, p. 491, fr. 89) constat descripsisse Posidonium res a Pompeio gestas, quæ libris illis LII comprehendi nullo pacto poterant. Porro Athenarum fata postrema (a. 86) fuisse admodum a Nostro exposita esse fragmento (40 cl. fr. 41) probatur luculentissime. Hinc igitur jure colligimus alteram fuisse Historiarum partem nova librorum serie distinctam et fortasse etiam reliqua adoratione ab altera diversam, cujus nullam Suidas mentionem injecerit. In ea Pompeii res præ ceteris auctorem extulisse consentaneum est. Quominus omnem ejus viri historiam prosequeretur, morte impeditus foret, siquidem ex Bakii calculis diem Posidonius obiit a. 51, quo ipso Romanam venisse a Suida perhibetur. Sed parum hoc probabile esse supra diximus. Immo quæ fr. 45 de M. Bruto a J. Bruto Tarquinii interfectore oriundo leguntur, haud obscure indicant vel usque ad mortem Cæsaris (44 a. C.) narrationem pertinuisse, vel certe post id tempus Posidonium in scribendo occupatum adhuc fuisse. Nam ista de M. Bruti genere opinio quum gravissimis argumentis a Dionysio Hal. (V, 3) et a Dione (XLIV, 14) impugnetur, aperte ex ipso M. Bruti facinore duxit originem. Ceterum quum præter ea quæ ad hujus temporis historiam spectant, multa in fr. legantur de celebri isto Marcello belli Punici II,

μετὰ Πολύβιον Olbiopolitæ Posidonii existimat Is. Casaubonus Comment. in Polyb. I, p. 41. — Heynium quoque miror, qui in Comment. De fontib. Diodori p. 89: « Posidonius historias post Polybium libris LII persecutus, usque ad bellum Cyrenaicum, quod illud esse necesse est, quod a Ptolemæo Physcone gestum est sub Ol. 154, 4. 161 a. C. »

ejus Marcelli, quo consule Romam venit Posidonius, proavo, nescio an peculiari scripto vitam ejus narraverit. Quamquam illa etiam Historiis inserta legi poterant.

Historiis subjunximus Τὰ περὶ ὠκεανοῦ sive τὴν περὶ ὠκεανοῦ πραγματείαν. Quod opus quamvis propter principale argumentum physicis scriptis annumerandum, ideoque a nobis alienum sit, apponenda tamen curavimus quæ ex eo servantur vel servari videntur. Nam quum multa in eo Posidonium non modo μαθηματικῶς sed etiam οἰκείως γεωγραφῆσαι Strabo (1) testetur, sæpenumero judicari vix potest num fragmentum aliquod ex Historiis an ex opere Περὶ ὠκεανοῦ desumptum sit.

Quæ de indole Historiarum certiora dici queant haud admodum multa sunt. Fragmentorum pars longe major quum Athenæo et Straboni debeat, factum est ut ad ipsam rerum gestarum personarumque historiam perpauca, plurima vero pertineant vel ad mores et instituta populorum vel ad descriptionem regionum locorumque. Utrisque Posidonium in paucis insignem fuisse non est quod dubitemus. Nam quanta congerendi diligentia, quantoque causas rerum investigandi studio (2) geographica tractaverit, e fragmentis patet satis abunde (3). Contra obvium quemque disputare, Strabo ait (p. 14), non est operæ pretium; contra Eratosthenem, Polybium, Hipparchum, Posidonium, id vero κλόν est (Cf. id. p. 2). Ipse Posidonius de Polybio similiter sensisse videtur (4), atque operis sui argumento sæpissime adduci debuit, ut Polybiana retractaret accuratiusque con-

(1) Vide fr. 68 init. Cf. Strabo VIII, p. 332: Οἱ δ' ἐν τῇ κοινῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ χωρὶς ἀποδείξαντες τὴν τῶν ἡπείρων τοπογραφίαν, καθάπερ Ἐφορός τε ἐποίησε καὶ Πολύβιος· ἄλλοι δὲ εἰς τὸν φυσικὸν τόπον καὶ τὸν μαθηματικὸν προσέλαβόν τινα τῶν τοιούτων, καθάπερ Ποσειδώνιος καὶ Ἰππάρχος.

(2) Cf. Vitruvius Archit. VIII, 4: *Theophrastus, Timæus, Posidonius, Hegesias, Aristides, Metrodorus, qui magna vigilantia et infinito studio locorum proprietates, aquarum virtutes ab inclinatione caeli ita distributas esse scriptis declararunt.*

(3) Strabo II (fr. 69 extr.): Πολὺ γὰρ ἐστὶ τὸ αἰτιολογικὸν παρ' αὐτῷ (Ποσειδωνίῳ) καὶ τὸ ἀριστοτελεῖζον, ὅπερ ἐκκλίνουσιν οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἐπίκρυψιν τῶν αἰτιῶν.

(4) Cf. Strabo X, p. 465: Σύγχε, ὦ Πολύβιε, ὁ τὰς λαοδογματικὰς ἀποφάσεις περὶ τῶν διαστημάτων εἰσάγων, οὐκ ἐν τοῖς ἔξω τῆς Ἑλλάδος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς, δίδως εὐθύνας τὰς μὲν Ποσειδωνίῳ, τὰς δὲ Ἀρτεμιδιῶρ, τὰς δὲ ἄλλοις πλείοσι.

stitueret. Qua in re non solum temporum conditione adjutus est, sed eo etiam, quod majorem quam alius quivis historicus physices et mathematices cognitionem ad ejusmodi res tractandas attulit (1). In iis vero, quæ ad describenda populorum instituta moresque pertinent, vulgus scriptorum superasse censendus est eo, quod philosophicæ doctrinæ condimentis nudæ eruditionis jejunitatem temperaverit. Quamquam ex reliquiis id minus apparet. Accedit denique dictio elegans, vivida, ornata (2), eo magis illa laudanda, quo minus curare eam Stoici solebant. Neque minimum etiam hæc orationis jucunditas contulisse videtur, ut scitiores historici Posidonium ducem sibi sumerent. Certe Diodorum tum in Geographicis suis (lib. V) tum in Historiarum parte quæ tempora a Nostro exposita continet, Posidonio se addixisse liquet. Porro Trogum Pompeium eundem auctorem ante oculos habuisse e Justino colligimus. Idem, puto, de Athenæo dicendum foret, si quam composuit regum Syrorum historia ad nos perdurasset. Nicolaum denique Damascenum tum in magno suo Historiarum opere, tum in iis quæ De gentium moribus congescit, non neglexisse Syrum nostrum historicum, eo lubentius largieris, quo apertius est plurima eum ex aliorum libris corrasisse.

## ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

### 1.

#### E LIBRO SECUNDO.

Athenæus IV, p. 153, C: Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ (sc. Ποσειδώνιος) « Ἐν τῇ Ῥωμαίων, φησὶ, πόλει, ὅταν εὐωχῶνται ἐν τῷ τοῦ Ἡρακλέους ἱερῷ, δειπνίζοντος τοῦ κατὰ καιρὸν θριαμβεύοντος, καὶ ἡ παρασκευὴ τῆς εὐωχίας Ἡρακλεωτικὴ ἐστὶ. Διοινοχοεῖται μὲν γὰρ οἰνόμελι, τὰ δὲ βρώματα ἄρτοι μεγάλοι, καὶ καπνιστὰ ἐφθὰ κρέα, καὶ τῶν προσφάτως καθιερωθέντων ὄπτα δαψιλῆ. Παρὰ δὲ Τυρρηνοῖς δις τῆς ἡμέρας τράπεζαι πολυτελεῖς παρασκευάζονται, ἀνθιναί τε στρωμναὶ καὶ ἐκπώματα ἀργυρᾶ παντοδαπὰ, καὶ δούλων πλήθος εὐπρεπῶν παρέστηκεν, ἐσθήσεσι πολυτελέσι κεκοσμη-

(1) Cf. Galenus De placit. Plat. et Hippocr. VIII, p. 319, 21: Ποσειδώνιος ὁ ἐπιστημονικώτατος τῶν στωικῶν διὰ τὸ γεγυμνασθαι κατὰ γεωμετρίαν.

(2) Cf. Strabo III, p. 147 (fr. 46 init.) Τὸ πλῆθος τῶν μετάλλων ἐπαινῶν καὶ τὴν ἀρετὴν οὐκ ἀπέχεται τῆς συνήθους ῥητορείας, ἀλλὰ συνενθουσιᾷ ταῖς ὑπερβολαῖς. Præter hoc fragmentum lege fr. 40 ex Athenæo V, p. 211 sq.

## HISTORIÆ.

### 1.

Libro secundo Posidonius ait: « In Romanorum urbe, quum in Herculis templo epulantur, cœnam præbente eo qui per id tempus triumphum agit, apparatus etiam epularum Herculeus est. Tota enim cœna mulsum pro vino infunditur;

cibi vero sunt panes magni, et fumo durata caro elixa, et assæ carnis larga e victimis modo cæsis larga copia. Apud Etruscos vero bis per diem mensæ struuntur sumptuosæ; et stragula sunt floribus distincta, pocula autem argentea varii generis: et servorum adstat multitudo formosorum, pretiosis vestibibus ornatorum.

μένων. » Subjicimus alia quædam de moribus Romanorum, quæ idem Athenæus e Posidonio affert.

2.

Idem VI, p. 274, A : Πάτριος μὲν γὰρ ἦν αὐτοῖς, ὡς φησι Ποσειδώνιος, καρτερία καὶ λιτὴ δίαιτα, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑπὸ τὴν κτῆσιν ἀφελῆς καὶ ἀπερίεργος χρῆσις, ἔτι δὲ εὐσέβεια θαυμαστὴ περὶ τὸ δαιμόνιον, δικαιοσύνη τε καὶ πολλὴ τοῦ πλημμελεῖν εὐλάβεια πρὸς πάντας ἀνθρώπους, μετὰ τῆς κατὰ γεωργίαν ἀσκήσεως. Cf. etiam fr. 12.

3.

Idem VI, p. 275, A : Πρότερον δὲ οὕτως ὀλιγοδεεῖς ἦσαν οἱ τὴν Ἰταλίαν κατοικοῦντες, ὥστε καὶ καθ' ἡμᾶς ἔτι, φησὶν δὲ Ποσειδώνιος, οἱ σφόδρα εὐχαιρούμενοι τοῖς βίοις ἦγον τοὺς υἱοὺς ὕδωρ μὲν ὡς τὸ πολὺ πίνοντας, ἐσθίοντας δ' ὅ τι ἂν τύχη. Καὶ πολλάκις, φησὶ, πατὴρ ἢ μήτηρ υἱὸν ἠρώτα, πότερον ἀπίους ἢ κάρυα βούλεται δειπνῆσαι· καὶ τούτων τι φαγῶν, ἤρκεϊτο καὶ ἐκοιμάτο. Ex eodem loco ubi de continentia Romanorum (οἱ ἀντείχοντο τῶν ἐκ τῆς Στοᾶς δογμάτων, Athen. p. 274, E) sermo erat, fortasse fluxerunt quæ mox opponuntur de Græcorum quorundam luxuria.

4.

Idem VII, p. 279, D : Ἀσπάζονται δὲ οὐ μόνον οἱ Ἐπικούρειοι τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ καὶ οἱ Κυρηναῖοι καὶ Μνησιστράτειοι δὲ καλούμενοι. Καὶ γὰρ οὗτοι ζῆν μὲν ἡδέως χαίρουσιν, ὡς φησι Ποσειδώνιος.

5.

## E LIBRO TERTIO.

Idem IV, p. 176, D : Ποσειδώνιος δ' ὁ ἀπὸ τῆς

2.

Patriæ Romanis erant hæc virtutes, ut ait Posidonius, tolerantia laborum et tenuitas victus et in omnibus rebus, quas possiderent, in earumque usu simplicitas quædam, ab omni nimia aut curiosiore diligentia abhorrens. Ad hæc mira adversus deos pietas et justitia, et ne quid adversus homines quoscunque peccarent diligens cautio, cum agriculturæ studio et labore.

3.

Præcis temporibus ita parce vivebant Italiæ incolæ, ut nostra etiam ætate, ait Posidonius, homines admodum opulenti filios suos assuefecerint aquam ut plurimum bibere et cibo uti vilissimo. Sæpe enim, inquit, pater aut mater interrogabat filium, utrum pyris aut nucibus vellet vesci? Et hæc ille cæna contentus cubitum ibat.

4.

Non modo Epicurei amplexantur voluptatem, verum etiam qui Cyrenaici et Menesistratei vocantur. Nam hi quoque, ut Posidonius ait, vita gaudent voluptuaria.

Στοᾶς φιλόσοφος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν διηγούμενος περὶ τοῦ Ἀπαμίων πρὸς Λαρισσαίους πολέμου, γράφει τάδε· « Παραζωνίδια καὶ λογγάρι' ἀνειληφότες ἰῶ καὶ ῥύπω κεκρυμμένα, πετάσια δ' ἐπιτεθειμένοι καὶ προσκόπια, σκιὰν μὲν ποιῶντα, καταπνεῖσθαι δ' οὐ κωλύοντα τοὺς τραχήλους, ὄνους ἐφελκόμενοι, γέμοντας οἴνου καὶ βρωμάτων παντοδαπῶν, οἷς παρέχειτο φωτίγγια καὶ μοναύλια, κόμων, οὐ πολέμων ὄργανα. »

Hinc sua Eustathius p. 1157, 44. « Ad quam ætatem hoc bellum pertineat, certo definiri nequit, propterea quod de peculiaribus Apamensium rebus nihil proditum est, nisi eos una cum Antiocheis ceterisque Syriæ civitatibus a Demetrio II defecisse, dum hic in Ægypto abesset. V. Justin. XXXIX, 1. » ВАКЕ. Ceterum ad tempora Demetrii II Nicatoris (qui regnavit inde ab 146 a. C.) et ad annum 143 vel 142 Posidonii locum referendum esse ex libri numero colligere licet. Magnis variisque turbis sub initium regni Demetrii Nicatoris civitates Syriæ dilaceratas esse satis constat. Vide v. c. Diodor. XXXIII, 5 de bello inter Aradios et Marathenos. De Larissæis, quos Diodotus Apamensis a Demetrio Nicatoris deficiens sibi adjunxit, v. Diodor. Exc. De insidiis fr. 20. Diodorum inde ab an. 146 Posidonium maxime secutum esse dubitari nequit.

6.

Idem XIV, p. 649, D : Καὶ Ποσειδώνιος δὲ ὁ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν γράφει οὕτως· « Φέρει δὲ καὶ τὸ πέρσειον ἢ Ἀραβία καὶ ἡ Συρία, καὶ τὸ καλούμενον βιστάκιον· ὃ δὲ καὶ βοτρυώδη τὸν καρπὸν ἀφίησι, λευκόφλοιον ὄντα καὶ μακρὸν, παρεμφερῆ τοῖς δακρύοις, ἃ δὲ ῥαγῶν τρόπον ἀλλήλοις ἐπιβάλλει· τὰ δ' ἔνδον ἔγχλωρον, καὶ τοῦ κωνίου τῶν στροβίλων ἦττον μὲν εὐχυμον, εὐώδη δὲ μᾶλλον. »

5.

Posidonius e Stoa philosophus tertio Historiarum exponens Apamensium bellum cum Larissæis, hæc scribit : « Pugiunculos illi et parvulas lanceas sumpserunt, ærugine et sordibus obsitas : petasunculis caput, personis faciem tectam habebant, quibus præstaretur umbra, nec vero ventus prohiberetur quominus cervices perfaret : asellos [ vasis id genus est ] circumferebant vino et variis ciborum generibus repletos, adjunctis photingiis et monaulis, comessionum instrumentis, non bellorum. »

6.

Posidonius quoque Stoicus tertio libro Historiarum ita scribit : « Gignit autem Arabia atque Syria etiam Persicum malum et bistacium quod dicitur, sive bistaciam arborem, quæ fructum fert racemosum, ex fusco albatem, oblongum, lacrimis similem, quæ nimirum ad acinorum instar aliæ aliis incumbunt; intrinsecus subviridem, et non tam boni quidem succi quam nuclei pinearum nucum, sed fragrantior. »

7.

## E LIBRO QUARTO.

Idem VI, p. 252, E : Ποσειδώνιος δ' ὁ Ἀπαμεύς, ὕστερον δὲ Ῥόδιος χρηματίσας, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἱστοριῶν Ἰέρακὰ φησι τὸν Ἀντιοχέα, πρότερον λυσιωδοῖς ὑπαυλοῦντα, ὕστερον γενέσθαι κόλακα δεινὸν Πτολεμαίου τοῦ ἐβδόμου βασιλέως, τοῦ καὶ Εὐεργέτου ἐπικληθέντος, καὶ τὰ μέγιστα δυνηθέντα παρ' αὐτῶ, καθάπερ καὶ παρὰ τῷ Φιλομήτορι, ὕστερον ὑπ' αὐτοῦ διαφθαρῆναι. Hunc Hieracem novimus ex loco Diodori XXXIII, 23, ubi postquam de tetra Ptolemæi Euergetæ indole dixerat, pergit : Ὁ δὲ στρατηγὸς Ἰέραξ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις θαυμαστὸς ὦν κτλ. Conf. Diodori Exc. De insidiis fr. 23 not.

8.

## E LIBRO QUINTO.

Idem IV, p. 152, F : Ἐν δὲ τῇ πέμπτῃ Περὶ Πάρθων διηγούμενος (Ποσειδώνιος) φησιν· « Ὁ δὲ καλούμενος φίλος τραπέζης μὲν οὐ κοινωνεῖ, χαμαὶ δ' ὑποκαθήμενος ἐφ' ὑψηλῆς κλίνης κατακειμένῳ τῷ βασιλεῖ, τὸ παραβληθὲν ὑπ' αὐτοῦ κυνιστὶ σιτεῖται, καὶ πολλάκις διὰ τὴν τυχοῦσαν αἰτίαν ἀποσπασθεὶς τοῦ χαμαιπετοῦς δείπνου, ῥάβδοις καὶ ἱμάσιν ἀστραγαλωτοῖς μαστιγοῦται, καὶ γενόμενος αἰμόφυρτος, τὸν τιμωρησάμενον, ὡς εὐεργέτην, ἐπὶ τὸ ἔδαφος πρηνῆς προσπεσὼν προσκυνεῖ. » Hæc ex narratione de bello, quod Demetrius Nicator contra Parthos gessit (Ol. 159, 4; 140 a. C.), in quo victus prælio vivus venit in manus hostium (138). V. Justin. XXXVI, 1; XXXVIII, 9. Josephus XIII, 5, 11. Eodem pertinent sequentia.

9.

Strabo XI, p. 515 : Εἰρηκότες δὲ πολλὰ περὶ τῶν Παρθικῶν νομίμων ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστορικῶν ὑπο-

μνημάτων βίβλῳ, δευτέρα δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον, παραλείψομεν ἐνταῦθα, μὴ ταυτολογεῖν ὀξέωμεν, τοσοῦτον εἰπόντες μόνον, ὅτι τῶν Παρθυαίων συνέδριόν φησι εἶναι Ποσειδώνιος διττὸν, τὸ μὲν συγγενῶν, τὸ δὲ σοφῶν καὶ μάγων, ἔξ ὧν ἀμφοῖν τοὺς βασιλεῖς καθίστασθαι. Pro συγγενῶν Corayus dedit εὐγενῶν, improbante Cramero, merito. V. Brissonius De imper. Persarum p. 132, Freinshemius ad Curt. III, 3. Ex eodem hoc Posidonii libro peti potuit, quæ de Rhagis, Parthorum regia, terræ motu nomen adeptis, e Posidonio affert Strabo p. 514 (v. fr. 77).

10.

Dum Demetrius Nicator apud Parthos captivus degit, Syriæ regnum occupat Diodotus Apamensis sive Tryphon, de quo Posidonii locum servavit :

Athenæus VIII, p. 333, B : Οἶδα δὲ καὶ Ποσειδώνιον, τὸν ἀπὸ τῆς Στοᾶς, εἰπόντα περὶ πλήθους ἰχθύων τάδε· « Ὅτε Τρύφων ὁ Ἀπαμεύς, ὁ τὴν τῶν Σύρων βασιλείαν ἀρπάσας, ἐπολεμεῖτο ὑπὸ Σαρπηδόνας, τοῦ Δημητρίου στρατηγοῦ, περὶ Πτολεμαΐδα πόλιν, καὶ ὡς ὁ Σαρπηδὼν λειψθεὶς ἀνεχώρησεν εἰς τὴν μεσόγαιαν μετὰ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν, οἱ δὲ τοῦ Τρύφωτος ὠδεύον κατὰ τὸ πλησίον, νικήσαντες τὴν μάχην, ἐξαίφνης πελάγιον κῦμα, ἐξαρθὲν μετέωρον εἰς ὕψος ἐξαΐσιον, ἐπῆλθε τῇ γῆ, καὶ πάντα αὐτοὺς ἐπέκλυσε, διέφθειρέ τε ὑποβρυχίους, ἰχθύων τε πολλὴν σωρὸν ἀναχωροῦν τὸ κῦμα μετὰ τῶν νεκρῶν κατέλιπε. Καὶ οἱ περὶ τὸν Σαρπηδόνα, ἀκούσαντες τὴν συμφορὰν, ἐπελθόντες τοῖς μὲν τῶν πολεμίων σώμασιν ἐφήσθησαν, ἰχθύων δὲ ἀφθονίαν ἀπηνέγκαντο, καὶ ἔθυσαν Ποσειδῶνι τροπαίῳ πρὸς τοῖς προαστείοις τῆς πόλεως. » Quodsi Athenæus ipsissima verba Posidonii apposuit, locus noster non ex Historiis, sed ex alio scripto fluxerit.

7.

Posidonius Apamensis, is qui Rhodius postea cognominatus est, quarto Historiarum libro, Hieracem Antiochenum, ait, quum prius tibia succinere consuevisset lysiodis, solertissimum postea assentatorem factum Ptolemæi septimi regis, illius qui Evergetes etiam cognominatus est : apud quem quum plurimum posset, quemadmodum etiam apud Philometorem, ad extremum ab eo interfectus est.

8.

Libro quinto Posidonius De Parthis disserens ait : « Qui amicus vocatur, is mensæ non est particeps; verum humi subsidens infra regem in sublimi lecto recumbentem, quod ab illo projicitur, id canis instar comedit : ac sæpe quamlibet leviculam ob causam ab humili illa cœna abreptus, flagris lorisque cæditur nodosis; et cruore fœdatus, eum a quo est supplicio affectus, veluti accepto beneficio, in terram procumbens veneratur. »

9.

Quum multa de legibus et institutis Parthorum dixerimus in sexto Historicorum commentariorum libro, qui secundus

est eorum quibus Post-Polybiana enarrantur, nunc ea prætermitemus, ne bis eadem dicere videamur. Id unum dicamus, Posidonio teste duplex esse concilium Parthorum, unum cognatorum, alterum sapientium et magorum : reges ex utroque deligi.

10.

Scio etiam Stoicum Posidonium de mira quadam piscium multitudine hæcce scripsisse : « Quum Tryphoni Apamensi, ei qui Syriæ regnum ad se rapuerat, bellum intulisset Sarpedon, copiarum dux Demetrii, circa urbem Ptolemaidem, prælioque victus Sarpedon cum suis militibus in mediterranea se recepisset, Tryphonis autem victrices copiarum secundum mare facerent iter; subito exortus e mari fluctus, et in miram altitudinem sublatus, in terram ingruit, cunctosque illos obrutos interemit in undis; rursusque inde recedens fluctus piscium ingentem acervum simul cum cadaveribus in litore reliquit. Qua cognita calamitate, Sarpedon cum suis regressus, lætatus est hostilium ad aspectu cadaverum, piscium vero ingentem copiam abstulit, et Neptuno Tropæo prope suburbia Ptolemaidis sacra fecit. »

De hoc Sarpedone, quem Tryphon post interfectum Antiochum bello aggressus est, cf. Diodor. Exc. De insid. fr. 24 (ex Posidonio). Porro Posidonium ante oculos habuisse videtur Strabo XVI, p. 758 : Ἱστορεῖται δὲ παράδοξον πάθος τῶν πάνυ σπανίων κατὰ τὸν αἰγιαλὸν τοῦτον τὸν μεταξὺ τῆς τε Τύρου καὶ τῆς Πτολεμαίδος. Καθ' ὃν γὰρ καιρὸν οἱ Πτολεμαεῖς μάχην συνάψαντες πρὸς Σαρπηδόνα τὸν στρατηγὸν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, τροπῆς γενομένης λαμπρᾶς, ἐπέκλυσεν ἐκ τοῦ πελάγους κύμα τοὺς φεύγοντας ὅμοιον πλημμυρίδι· καὶ τοὺς μὲν εἰς τὸ πέλαγος ἀφῆρπασε καὶ διέφθειρεν· οἱ δ' ἐν τοῖς κοίλοις τόποις ἔμειναν νεκροί· διαδεξαμένη δὲ ἡ ἄμπωτις πάλιν ἀνεκάλυψε, καὶ ἔδειξε τὰ σώματα τῶν κειμένων ἀναμιξὲν ἐν νεκροῖς ἰχθύσι.

11.

## E LIBRO SEPTIMO.

Athenæus XII, p. 549, D : Τοιοῦτος ἐγεγόνει καὶ Πτολεμαῖος ὁ ἕβδομος Αἰγύπτου βασιλεύσας, ὁ αὐτὸν μὲν Εὐεργέτην ἀνακηρύττων, ὑπὸ δὲ Ἀλεξανδρέων Κακεργέτης ὀνομαζόμενος. Ποσειδώνιος γοῦν ὁ Στωικός, συναποδημήσας Σκιπίωνι τῷ Ἀφρικανῷ κληθέντι εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ θεασάμενος αὐτὸν, γράφει ἐν ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν οὕτως· « Διὰ δὲ τρυφῆν διέφθαρτο τὸ σῶμα ὑπὸ παχύτητος καὶ γαστρὸς μεγέθους, ἣν δυσπερίληπτον εἶναι συνέβαινε· ἐφ' ἧς χιτωνίσκον ἐνδεδυκὼς ποδήρη, μέχρι τῶν καρπῶν χειρῶν ἔχοντα, προῆει μηδέποτε πεζός, εἰ μὴ διὰ Σκιπίωνα. »

Συναποδημήσας ] De his diximus in Vita Posidonii. Legatio ista referenda est ad an. 136 v. 135.

12.

Idem VI, p. 273, A : Σώφρονες δ' ἦσαν καὶ πάντ' ἄριστοι οἱ ἀρχαῖοι Ῥωμαῖοι. Σκιπίων γοῦν δ' Ἀφρικανὸς ἐπὶ κλητὴν ἐκπεμπόμενος ὑπὸ τῆς συγκλή-

11.

Talis erat etiam Ptolemæus septimus Ægypti rex, se ipse Benefactorem proclamans, Alexandrini vero Malefactorem appellabant. Posidonius igitur Stoicus, qui cum Scipione Africano Alexandriam profectus illum viderat, septimo Historiarum libro ita scribit : « Ob luxuriosam vitam monstruosum et iners erat ei corpus obesitate et ventris mole tanta, ut vix ulnis complecti quis posset : quem tangebatur ille tunica ad talos usque descendente et manicata usque ad manuum cum brachio juncturam : neque unquam pedibus e regia prodibat, nisi tunc Scipionis causa. »

12.

Moderati et omni virtutis genere excellentes fuerant veteres Romani. Scipio certe, cui Africano cognomen erat, quum a senatu esset missus ad constituenda orbis terrarum regna, ut his traderentur ad quos jure pertinerent, non nisi quinque servos secum habebat, ut narrat Polybius et Posidonius. E quibus quum unus in itinere esset mortuus, literis

του ἐπὶ τὸ καταστήσασθαι τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην βασιλείας, ἵνα τοῖς προσήκουσιν ἐγγχειρισθῶσι, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος. Καὶ ἐνὸς ἀποθανόντος κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν, ἐπέστειλε τοῖς οἰκείοις, ἄλλον ἀντ' ἐκείνου πριαμένους πέμψαι αὐτῷ. Scipionis reliquorumque, qui socii hujus legationis erant, victum sobrium et continentiam etiam Diodorus XXXIII, 18 effert ex eodem, puta, Posidonio. Polybius (fragm. histor. 63, tom. II, p. 159 ed. Didot.) data occasione hoc commemorasse debet.

13.

Plutarch. Moral. p. 777, A : Καὶ Σκιπίων μετεπέμψατο Παναίτιον, ὅτε αὐτὸν ἡ σύγκλητος ἐξέπεμψεν

Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντα,

ὡς φησι Ποσειδώνιος.

Idem ibid. p. 200, E : Ἐκπεμφθέντα δ' αὐτὸν ὑπὸ τῆς βουλῆς τρίτον, ὡς φησι Κλειτόμαχος,

Ἀνθρώπων πόλεων (I. ὕβριν) τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντα,

πόλεων, ἐθνῶν, βασιλέων ἐπίσκοπον, ὡς εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἦκε, καὶ τῆς νεῶς ἀποβάς, ἐβάδιζε κατὰ τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ ἱμάτιον, ἠξίου ἀποκαλύψασθαι περιθέοντες οἱ Ἀλεξανδρεῖς, καὶ δεῖξαι ποθοῦσιν αὐτοῖς τὸ πρόσωπον. Ἀποκαλυψαμένου, κραυγὴν καὶ κρότον ἐποίησαν. Τοῦ δὲ βασιλέως μόλις ἀμιλλωμένου βαδίζουσιν αὐτοῖς, δι' ἀργίαν καὶ τρυφῆν τοῦ σώματος, ὁ Σκιπίων ἀτρέμα πρὸς τὸν Παναίτιον ψιθυρίσας εἶπεν, Ἦδη τι τῆς ἐπιδημίας ἡμῶν Ἀλεξανδρεῖς ἀπολελάυκασιν· δι' ἡμᾶς γὰρ ἐωράκασιν τὸν βασιλέα περιπατοῦντα.

Συναπεδήμει δὲ αὐτῷ φίλος μὲν εἷς φιλόσοφος Παναίτιος, οἰκέται δὲ πέντε· καὶ τοῦ ἐνὸς ἀποθανόντος ἐπὶ

datis mandavit familiaribus, ut illius loco alium sibi emerent mitterentque.

13.

Scipio quoque Panætium arcessivit, quum esset legatus a senatu, ut, quemadmodum Posidonius ait,

Inspiceret mores hominum pravosque bonosque.

Scipio missus a senatu tertium, ut ait Clitomachus,

Ut mores hominum ac jura inspiceret,

urbesque, gentes et reges inviseret : ut Alexandriam pervenit, egressus est navi, processitque cooperto capite : circum vero cursitantes Alexandrini rogaverunt ut refegeret faciem, desiderioque ejus videndi captis spectandam præberet : vocemque et plausum eo impetrato sustulerunt ; quorum ambulationem quum rex ob ignaviam et mollitiem corporis ægre magno nisu æquaret, Scipio Panætio in aurem iasurravit : « Jam nunc Alexandrini fructum nostræ peregrinationis ceperunt, qui propter nos regem viderint deambulantem. »

τῆς ξένης, ἄλλον μὴ βουλόμενος πρίασθαι, ἀπὸ τῆς Ῥώμης μετεπέμψατο.

Pro Κλειτόμαχος Lyndenius De Panætio p. 45, probante Bakio p. 156, reponi jubet Ποσειδώνιος. Quæ quidem correctio violentior est. E Posidonio narrationem petitam esse largior; probabile vero est versum istum esse Clitomachi, quem ipse Posidonius laudaverit. Versus quosdam Clitomachi laudat Stobæus Florileg. CV, 29. Nescio an sit Clitomachus Carthaginiensis, Scipionis æqualis, Carneadis successor.

Cf. Justinus XXXVIII, 8: *Obvius legatis Romanorum, Scipioni Africano et Spurio Mummio et L. Metello, qui ad inspicienda sociorum regna veniebant, procedit. Sed quam cruentus civibus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim et cultu deformis, et statura brevis, et sagina ventris non homini sed belluæ similis. Quam foeditatem nimia subtilitas pellucidæ vestis augebat, etc. Quæ ex Posidonio fluxisse putanda sunt.*

## 14.

Josephus C. Apion. II, 7, ubi verba facit de iis quæ Apion contra mores Judæorum et religionem protulerat: *Admiror autem etiam eos qui ei (Apioni) ejusmodi fomitem præbuere, id est Posidonium et Apollonium Molonem: quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis non colimus. Mentientes autem pariter, et de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere: quum sit valde turpissimum liberis qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere asini caput collocasse Judæos, et id colere et dignum facere tanta religione: et hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes et exspoliasset templum et illud caput invenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum.*

Deinde cap. 8: *Alteram vero fabulam (Apion) derogatione nostra plenam de Græcis (ex Posidonio et Apollonio Molone) apposuit: Antiochum in templo invenisse lectum et hominem in eo jacentem etc. (v. fragm. Apionis).*

Huncce Posidonii locum (qui fugit Bakium) Apion petivit ex ea Historiarum parte, ubi de Antiocho Sidete Judæam invadente (134 a. C.) et Hierosolyma oppugnante, sermo erat. Nam Diodorus quum in reliquis hujus ætatis rebus Posidonium potissimum sequatur, libro XXXIV, 1 (ex Exc. De virtut.) de Antiocho Sidete Judæos bello pe-

tente loquens ejusdem plane argumenti excursum narrationi intexuit. Ita tamen Posidonius rem instituit, ut quæ contra Judæos protulit, non ex sua persona afferret. Quod ut intelligatur locum Diodori apponere liceat: Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς ἐπολιόρκει τὰ Ἱεροσόλυμα, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι μέχρι μὲν τινος ἀντέσχον, ἐξαναλωθέντων δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἀπάντων, ἠναγκάσθησαν περὶ διαλύσεως διαπρεσβεύσασθαι. Οἱ δὲ πλείους αὐτῷ τῶν φίλων συνεβούλευον κατὰ κράτος αἰρήσειν τὴν πόλιν καὶ τὸ γένος ἄρδην ἀνελεῖν τῶν Ἰουδαίων· μόνους γὰρ ἀπάντων ἔθνῶν ἀκοινωνήτους εἶναι τῆς πρὸς ἄλλο ἔθνος ἐπιμιξίας καὶ πολεμίους ὑπολαμβάνειν πάντας. Ἀπεδείκνυσεν δὲ καὶ τοὺς προγόνους αὐτῶν ὡς ἀσεβεῖς καὶ μισουμένους ὑπὸ τῶν θεῶν ἐξ ἀπάσης τῆς Αἰγύπτου πεφυγαδευμένους. Τοὺς γὰρ ἀλφούς ἢ λέπρας ἔχοντας ἐν τοῖς σώμασι καθαρμοῦ χάριν ὡς ἐναγεῖς συναθροισθέντας ὑπερορίους ἐκθεβλήσθαι· τοὺς δὲ ἐξορισθέντας καταλαβέσθαι μὲν τοὺς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τόπους, συστησαμένους δὲ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος παραδόσιμον ποιῆσαι τὸ μῖσος τὸ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους· διὰ τοῦτο δὲ καὶ νόμιμα παντελῶς ἐξηλλαγμένα καταδειῖξαι, τὸ μηδενὶ ἄλλῳ ἔθνει τραπέζης κοινωνεῖν μηδ' εὐνοεῖν τὸ παράπαν. Ὑπέμνησαν δὲ αὐτὸν καὶ περὶ τοῦ προγενομένου μίσους τοῖς προγόνοις πρὸς τοῦτο τὸ ἔθνος. Ἀντίοχος γὰρ ὁ προσαγορευθεὶς Ἐπιφανῆς καταπολεμήσας τοὺς Ἰουδαίους, εἰσῆλθεν εἰς τὸν ἄδυτον τοῦ θεοῦ σηκόν, οὗ νόμιμον εἰσιέναι μόνον τὸν ἱερέα· εὐρών δὲ ἐν αὐτῷ λίθινον ἄγαλμα ἀνδρὸς βαθυπώγωνος καθήμενον ἐπ' ὄνου μετὰ χειρας ἔχον βιβλίον, τοῦτο μὲν ὑπέλαβε Μωϋσέως εἶναι τοῦ κτίσαντος τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ συστησαμένου τὸ ἔθνος, πρὸς δὲ τούτοις νομοθετήσαντος τὰ μισάνθρωπα καὶ παράνομα ἔθη τοῖς Ἰουδαίοις· αὐτὸς δὲ στυγῆσας τὴν μισανθρωπίαν πάντων ἔθνῶν, ἐφιλοτιμήθη καταλύσαι τὰ νόμιμα. Διὸ τῷ ἀγάλματι τοῦ κτίστου καὶ τῷ ὑπαίθρῳ βωμῷ τοῦ θεοῦ μεγάλην ὕψος, τό τε αἶμα προσέχεεν αὐτοῖς, καὶ τὰ κρέα σκευάσας, προσέταξε τῷ μὲν ἀπὸ τούτων ζωμῷ τὰς ἱεράς αὐτῶν βίβλους καὶ περιεχούσας τὰ μισόξενα νόμιμα καταρῥᾶναι, τὸν δὲ ἀθάνατον λεγόμενον παρ' αὐτοῖς λύχνον καὶ καιόμενον ἀδιαλείπτως ἐν τῷ ναῷ κατασβέσαι, τῶν τε κρεῶν ἀναγκάσας προσενέγκασθαι τὸν ἀρχιερέα καὶ τοὺς ἄλλους Ἰουδαίους. Ταῦτα δὲ διεξιόντες οἱ φίλοι τὸν Ἀντίοχον παρεκάλουν μάλιστα μὲν ἄρδην ἀνελεῖν τὸ ἔθνος, εἰ δὲ μὴ, καταλύσαι τὰ νόμιμα καὶ συναναγκάσαι τὰς ἀγωγὰς μεταθέσθαι. Ὁ δὲ βασιλεὺς μεγαλόψυχος ὢν καὶ τὸ ἦθος ἡμέρος, λαβὼν δμήρους, ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων τοὺς Ἰουδαίους, φόρους τε τοὺς ὀφειλομένους πραξάμενος καὶ τὰ τεῖχη περιελὼν τῶν Ἱεροσολύμων.

Dubium non est quin fragmentum ex septimo

Unum omnino ea in legatione habuit de amicis comitem Panætium philosophum, servos quinque: de his uno in

peregrinatione mortuo, quum alium nollet emere, Roma accivit.



vel ex octavo libro petatum sit. Nam sequens fragmentum 15, qui libro octavo adscribitur, eadem continet, quæ Diodorus in Exc. De virtut. (XXXIV, 2<sup>o</sup> loco modo laudato subiungit.

15.

## E LIBRO OCTAVO.

Probus ad Virgil. Georg. II, 84 : *Idæis Cyparissis. Cyparissum dicit cupressum. Quidam dicunt a Cyparisso, qui in insula Cea quum haberet ceruum mansuetum quem unice diligebat, et errantem in silvis ignarus jaculo trajecisset, inedia se necavit. Quem quia nec consilio a morte nec viribus medicinæ Apollo qui eum immoderate diligebat revocare poterat, convertit in cupressum, arborem luctuosam. Quidam putant, ut Asclepiades ait, Boream fuisse Celtarum regem, qui filiam Cyparissam amiserat et novum arboris hujus genus primus in tumulto ejus severit, ob eamque causam esse luctuosam cupressum.* Fragmentum hoc edidit Dübnerus meus in *Revue de philologie* vol. II, p. 56. Num hæc e Tragodumenis fluxerint, in medio relinquo.

## ASCLEPIADES CYPRIUS.

Περὶ Κύπρου καὶ Φοινίκης.

Vide Neanthis fr. 31. Hic fortasse idem est cum Asclepiade Alexandri rerum scriptore, quem cum Aristo Salaminio (fr. 3) jungit Arrianus Exp. Al.

## ASCLEPIADES AREI FILIUS,

ΠΕΡΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΦΑΛΗΡΕΩΣ.

Athenæus XIII, p. 567, D : Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ δράματα ἀπὸ ἑταῖρων ἔσχε τὰς ἐπιγραφάς, Θάλαττα Διοκλέους, Φερεκράτους Κοριανῶ, Εὐνίκου ἢ Φιλυλλίου Ἄνθεια, Μενάνδρου δὲ Θάϊς καὶ Φάνιον, Ἀλέξιδος Ὀπώρα, Εὐβούλου Κλεψύδρα. Οὕτω δ' ἐκλήθη αὕτη ἢ ἑταῖρα, ἐπειδὴ πρὸς κλεψύδραν συνουσίαζεν, ἕως κενωθῆ, ὡς Ἀσκληπιάδης εἶρηκεν ὁ τοῦ Ἀρείου ἐν τῷ Περὶ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως συγγράμματι, τὸ κύριον αὐτῆς ὄνομα φάσκων εἶναι Μητίχην.

## ASCLEPIADES MENDESIS.

Asclepiades Mendesium, primo post Christum sæculo, fortasse non multo post regnum Augusti, scripsit (fr. 2). Diodorum Asclepiadis theologumenis usum esse, uti Heynius suspicabatur (De fontt. Diod. p. 43), propter temporum rationes parum verisimile est. De alio Asclepiade, e Procli disciplina profecto, homine perquam inepto, qui multa tradidit de superstitionibus Ægyptiacis, vide Damascium in Exc. Photii cod. 242 coll. Suidā v. Ἡράϊσκος.

### ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ [ΘΕΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ].

1.

Athen. III, p. 83, C : Τὰ δὲ τῶν Ἑσπερίδων λεγόμενα μῆλα ὅτι ἐς τοὺς Διὸς καὶ Ἥρας λεγομένους γάμους ἀνῆκεν ἡ γῆ, Ἀσκληπιάδης εἶρηκεν ἐν ἐξηκοστῷ (?) Αἰγυπτιακῶν.

2.

Suetonius Octav. c. 94 : *In Asclepiadis Mendetis Θεολογουμένων libris lego, Atiam, quum ad sole mne Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in templo lectica, dum ceteræ matronæ dormirent, obdormisse; draconem repente irrepsisse ad eam, paulloque post egressum; illamque expergefactam, quasi a concubitu mariti purificasse se, et statim in corpore ejus extitisse maculam, veluti depicti draconis, nec potuisse unquam exigi; adeo ut mox publicis balneis perpetuo abstinerit; Augustum natum mense decimo, et ob hoc Apollinis filium existimatum.*

*Mendetis*, corrupte, ut videtur, pro *Menditæ* (Μένδης, πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης Μενδήσιος... καὶ Μενδίτης St. B.), ut jam Vossius suspicatus est, quamquam dubitans. Fortasse enim *Mendetis Theologumena* accipienda esse ait de opere, quo Mendesium deorum cultum exposuerit auctor. « Sane irreligiosa religio Mendetica pessime audiebat ob femineos cum hirco concubitus. Quare Asclepiades excusaturus illud hoc opere aiebat etiam summos Græci Romanique imperii heroes ex dracone conceptos esse, velut Alexandrum Magnum, Scipionem Africanum et Cæsarem Augustum. »

## ASCLEPIADES ANAZARBENSIS.

Stephan. Byz. : Ἀναζαρβά, πόλις Κιλικίας, ἀφ' ἧς Ἀσκληπιάδης, ὁ πολλά τε καὶ ἄλλα καὶ Περὶ ποταμῶν γράψας βιβλίον.

# ARISTODEMI

## NYSAENSIS, ELEUS, THEBANUS.

Strabo XIV, p. 650 : Ἄνδρες δὲ γεγονάσιν ἐνδοξοὶ Νυσαεῖς Ἀπολλωνίος τε ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος, τῶν Παναίτιου γνωρίμων ἄριστος, καὶ Μενεκράτης Ἀριστάρχου μαθητῆς, καὶ Ἀριστόδημος, ἐκείνου υἱὸς, οὗ διηκούσαμεν ἡμεῖς ἐσχατογῆρω νέοι παντελῶς ἐν τῇ Νύσῃ, καὶ Σώστρατος δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ Ἀριστοδήμου, καὶ ἄλλος Ἀριστόδημος ἀνέψιος αὐτοῦ, ὁ παιδεύσας Μάγνον τὸν Πομπήιον, ἀξιόλογοι γεγονάσι γραμματικοί· ὁ δὲ ἡμέτερος καὶ ἐρρητόρευε καὶ ἐν τῇ Ῥόδῳ καὶ ἐν τῇ πατρίδι δύο σχολὰς συνεῖχε, πρῶτὴ μὲν τὴν ῥητορικὴν, δεύτη δὲ τὴν γραμματικὴν σχολήν· ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τῶν Μάγνου παίδων ἐπιστατῶν ἠρκεῖτο τῇ γραμματικῇ σχολῇ. Romæ Aristodemus, Strabonis magister, secundum Clintonis computum (F. H. tom. III, p. 554), docuit circa 60-40 a. Chr. Hunc rhetorem simul et grammaticum laudat schol. Hom. II. IX, 453 : Ἀριστόδημος ὁ Νυσαεὺς, ῥήτωρ τε ἀλλὰ (ἅμα Clint.) καὶ γραμματικὸς, ἐπενόησε γραφὴν τὴν τῆ οὐ πιθόμην οὐδὲ ἔρεξα... Πρὸ δὲ αὐτοῦ Σωσιφάνης τὴν τοιαύτην εὔρε γραφὴν. Adde Vit. Hom. Iriart. p. 233 : Ἀριστόδημος δὲ ὁ Νυσαεὺς Ῥωμαῖον αὐτὸν (τὸν Ὀμηρον) ἀποδείκνυσιν ἐκ τινων ἰθῶν Ῥωμαϊκῶν (cf. Welck. Cycl. p. 196). De Aristodemi Ῥητορικῇ κολακευτικῇ cf. Walz. Rhett. Gr. VI, p. 25. Grammaticum Aristodemum una cum Aristocleobiter commemorat Varro De ling. lat. X, 74, p. 201 ed. Müller. Alterutrius Aristodemi fuerint *Historiæ*, quarum primum librum laudat Parthenius.

### ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

#### E LIBRO PRIMO.

##### 1.

Parthenius Erot. c. 8 : Περὶ Ἡρίππης. (Ἱστορεῖ

*De Herippe.* (Scribit Aristodemus Nysaensis in primo Historiarum eadem, præterquam quod nomina commutat, pro Herippe Gythymiam nominans, barbarum vero Cavarum vocat.) — Quum Galli incursionem facerent in Ioniam, civitatesque depopularentur, in Mileto forte Cereris sacra Thesmophoria celebrabantur, et mulieres congregatæ in templo erant, quod non longe aberat a civitate. Tum pars quædam barbarici agminis a reliquis avulsa in Milesium agrum pervenit, et improvise incursu facto mulieres rapuit. Quarum partem multo auro et argento dato Milesii liberarunt; nonnullæ autem a barbaris qui consuetudine eas sibi adjunxerant, abductæ sunt. In quarum numero Herippe

Ἀριστόδημος ὁ Νυσαεὺς ἐν α' Ἱστοριῶν περὶ τούτων, πλὴν ὅτι τὰ ὀνόματα ὑπαλλάττει, ἀντὶ Ἡρίππης καλῶν Γυθυμίαν, τὸν δὲ βάρβαρον Καυάραν.) — Ὅτε δὲ οἱ Γαλάται κατέδραμον τὴν Ἰωνίαν καὶ τὰς πόλεις ἐπόρθουν, ἐν Μιλήτῳ Θεσμοφορίων ὄντων καὶ συνηθροισμένων γυναικῶν ἐν τῷ ἱερῷ, ὃ βραχὺ τῆς πόλεως ἀπέχει, ἀποσπασθέν τι μέρος τοῦ βαρβαρικοῦ διῆλθεν εἰς τὴν Μιλησίαν καὶ ἐξαπιναιῶς ἐπίδραμόν ἀνεῖλεν τὰς γυναῖκας. Ἐνθα δὲ τὰς μὲν ἐρρύσαντο, πολὺ ἀργυρίον τε καὶ χρυσίον ἀντιδόντες, τινὲς δὲ, τῶν βαρβάρων αὐταῖς οἰκειωθέντων, ἀπήχθησαν, ἐν δὲ αὐταῖς καὶ Ἡρίππη, γυνὴ Ξάνθου, ἀνδρὸς ἐν Μιλήτῳ πάνυ δοκίμου γένους τε τοῦ πρώτου, παιδίον ἀπολιποῦσα διετέες. Ταύτης πολὺν πόθον ἔχων ὁ Ξάνθος ἐξηργυρίσατο μέρος τῶν ὑπαργμάτων, καὶ κατασκευασάμενος χρυσοῦς δισχιλίους τὸ μὲν πρῶτον εἰς Ἰταλίαν ἐπεραιώθη· ἐντεῦθεν δὲ ὑπὸ ἰδιοξένων τινῶν κομιζόμενος εἰς Μασσαλίαν ἀφικνεῖται, κάκειθεν εἰς τὴν Κελτικὴν· καὶ προσελθὼν τῇ οἰκίᾳ, ἐνθα αὐτοῦ συνῆν ἡ γυνὴ ἀνδρὶ τῶν μάλιστα παρὰ Κελτοῖς δοξαζομένων, ὑποδοχῆς ἐδέετο τυχεῖν. Τῶν δὲ διὰ φιλοξενίαν ἐτοίμως αὐτὸν ὑποδεξαμένων, εἰσελθὼν ὄρα τὴν γυναῖκα, καὶ αὐτὸν ἐκείνη, τῷ χεῖρῳ ἀμφιβαλοῦσα, μάλα φιλοφρόνως προσηγάγετο. Παραχρῆμα δὲ τοῦ Κελτοῦ παραγενομένου, διεξῆλθεν αὐτῷ τὴν τε ἄλλην τὰνδρὸς ἡ Ἡρίππη, καὶ ὡς αὐτῆς ἕνεκα ἦκοι λύτρα καταθησόμενος· ὁ δὲ ἠγάσθη τῆς ψυχῆς τὸν Ξάνθον, καὶ αὐτίκα συνουσίαν ποιησάμενος τῶν μάλιστα προσηκόντων, ἐξένιζεν αὐτόν· παρατείνοντος δὲ τοῦ πότου, τὴν γυναῖκα συγκατακλίνει αὐτῷ καὶ δι' ἐρμηνέως ἐπυνθάνετο, πηλίκην οὐσίαν εἶη κεκτημένος τὴν σύμπασαν· τοῦ δὲ εἰς ἀριθμὸν χιλίων χρυσῶν φήσαντος, ὁ βάρβαρος εἰς τέσσαρα μέρη κατανέμειν αὐτὸν ἐκέλευε, καὶ τὰ μὲν τρία ὑπεξαιρεῖσθαι, αὐτῷ, γυναικί, παιδίῳ, τὸ δὲ τέταρτον ἀπολείπειν ἅποινα τῆς γυναι-

quoque fuit, uxor Xanthi, hominis magnæ auctoritatis ac primi generis in Mileto, relicto domi puero bienni. Hujus igitur vehementi desiderio ardens Xanthus magnam bonorum suorum partem argento commutavit, ac comparatis aureis bis mille, primum in Italiam transiit, inde ab hospitibus quibusdam deductus, Massiliam pervenit, atque inde in regionem Celtarum. Quumque ad domum accessisset, in qua uxor ejus degebat cum viro apud Celtas reputatione maxima, ut hospitio exciperetur, rogabat. Illis autem prompte (quæ eorum hospitalitas est) eum excipientibus, ingressus domum vidit uxorem, atque illa eum vicissim ulnis amplexa, multa gratia prosecuta est. Mox vero ubi Celta

κός. Ὡς δὲ ἐς κοῖτόν πο- ἀπετράπετο, πολλά κατε- μέμφετο τὸν Ξάνθον ἢ γυνή διὰ τὸ μὴ ἔχοντα τοσοῦτο χρυσίον ὑποσχέσθαι τῷ βαρβάρῳ, κινδυνεύειν τε αὐτὸν, εἰ μὴ ἐμπεδώσειε τὴν ἐπαγγελίαν· τοῦ δὲ φήσαντος, ἐν ταῖς κρηπῖσι τῶν παιδῶν καὶ ἄλλους τινὰς χιλίους χρυσοῦς κεκρύφθαι διὰ τὸ μὴ ἐλπίζειν ἐπιεικῆ τινα βάρβαρον καταλήψεσθαι, δεήσειν δὲ πολλῶν λύτρων, ἢ γυνή τῇ ὑστεραία τῷ Κελτῷ καταμηνύει τὸ πλῆθος τοῦ χρυσοῦ καὶ παρεκελεύετο κτείνειν τὸν Ξάνθον, φάσκουσα πολὺ μᾶλλον αἰρεῖσθαι αὐτὸν τῆς τε πατρίδος καὶ τοῦ παιδίου, τὸν μὲν γὰρ Ξάνθον παντάπασιν ἀποστυγεῖν. Τῷ δὲ ἄρα οὐ πρὸς ἡδονῆς ἦν τὰ λεχθέντα, ἐν νῶι δὲ εἶχεν αὐτὴν τίσασθαι. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Ξάνθος ἐσπούδαζεν ἀπιέναι, μάλᾳ φιλοφρόνως προὔπεμπεν ὁ Κελτὸς, ἐπαγόμενος καὶ τὴν Ἡρίππην· ὡς δὲ ἐπὶ τοὺς ὄρους τῆς Κελτῶν χώρας ἀφίκετο, οὐσίαν ὁ βάρβαρος ἔφη τελέσαι βούλεσθαι πρὶν αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων χωρισθῆναι, καὶ κομισθέντος ἱερείου, τὴν Ἡρίππην ἐκέλευεν ἀντιλαβέσθαι· τῆς δὲ κατασχούσης, ὡς καὶ ἄλλοτε σύνηθες αὐτῇ, ἐπανατεινόμενος τὸ ξίφος καθικνεῖται καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἀφαιρεῖ, τῷ τε Ξάνθῳ παρεκελεύετο μὴ δυσφορεῖν, ἐξαγγείλας τὴν ἐπιβουλήν αὐτῆς, ἐπέτρεπέ τε τὸ χρυσίον ἅπαν κομίζειν αὐτῷ.

Ἡρίππη] sic cod. Ἡρίππη Passov. Quæ forma verior sit, incertum. Καυάρας Galatarum rex est ap. Polyb. IV, 46, 3. VIII, 24. — δισχιλίους] spreta cod. lectione χιλίους, ex conj. Passovius et Westermannus, quum infra Xanthus confiteatur, attulisse se altera aureorum millia in calceis servorum.

Præter Nysaeum memorandi nobis sunt *Aristodemus Eleus* et *Aristodemus Thebanus*.

ARISTODEMI EΛΕΙ meminit Eusebius in Chron. p. 141 ed. Mai. (et Cramer. Anecd. Paris. II, p. 141) et Syncellus p. 196: Ἱστοροῦσι δὲ οἱ περὶ Ἀριστόδημον τὸν Ἡλεῖον ὡς ἀπὸ εἰκοστῆς καὶ ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος ἤρξαντο οἱ ἀθληταὶ ἀναγράφεσθαι, ὅσοι δηλαδὴ νικηφόροι· πρὸ τοῦ γὰρ οὐδεὶς ἀνεγράφη, ἀμελησάντων τῶν προτέρων. Τῇ δὲ εἰκοστῇ ὀγδόῃ τὸ στάδιον νικῶν Κόροιβος Ἡλεῖος ἀνεγράφη πρῶτος, καὶ ἡ Ὀλυμ-

supervenerat, exponit ei Herippe viri errores, et quod ipsius gratia venerit, liberationis præmia exsoluturus. Celta itaque animum Xanthi laudavit, convocatisque statim amicis maxime cognatis, hospitaliter eum tractavit, et progrediente convivio, uxorem juxta eum decumbere jussit, et per interpretem interrogavit, quanti aestimet universam rerum suarum summam. Xantho vero in numerum mille aureorum respondente, barbarus eum summam in quattuor partes dividere jussit, ita ut tres sibi, uxori et filio tolleret, quartam vero relinqueret pretium redemptionis uxoris. Quum vero in cubile pervenissent, plurimum increpavit Xanthum uxor, propterea quod tantum auri non haberet, quantum barbaro esset pollicitus, periclitaturum ob id ipsum inquiens, nisi promissis satisfaciat. Xanthus autem respondit, adhuc alios mille aureos in servorum crepidis sibi occultatos esse, quod non speras-

πιάς αὐτῇ πρώτη ἐτάχθη, ἀφ' ἧς Ἑλληνες ἀριθμοῦσι τοὺς χρόνους. Τὰ δὲ αὐτὰ τῷ Ἀριστοδήμῳ καὶ Πολύβιος ἱστορεῖ. Hæc aut ex Olympionicarum Ἀναγραφῇ aut ex iisdem commentariis petita, ad quos pertinent sequentia.

Harpocratio: Ἑλλανοδίκαι... Ἀριστοτέλης Ἡλείων πολιτεία (fr. 92) τὸ μὲν πρῶτον φησιν ἕνα καταστῆσαι τοὺς Ἡλείους Ἑλλανοδίκην, χρόνου δὲ διελθόντος β', τὸ δὲ τελευταῖον θ'. Ἀριστόδημος δ' ὁ Ἡλεῖός φησι τοὺς τελευταίους τιθέντας τὸν ἀγῶνα Ἑλλανοδίκας εἶναι ι', ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἕνα.

Eadem habet schol. Pind. Ol. III, 22 (cf. Boeckh. ad h. l.), ubi Aristodemus citatur non addita notitia patriæ. Non igitur dubium est quin Eleus sit Aristodemus, quem tanquam Pindari interpretem novimus ex schol. Pind. Ol. VI, 23. XI, 55. Pyth. III, 137. Nem. I, 79. 85. VII, 1. 56. 70. 151, et ex Athenæo XI, p. 495, F, qui Aristodemi laudat librum tertium Περὶ Πινδάρου. Quod ap. schol. ad Pind. Isth. I, 11, *Alexandrinus* dicitur, nihil impedit quominus ex Elide oriundus (\*) fuerit. Ætatem grammatici prodit schol. ad Nem. VII, 1, ubi Aristarchi fuisse discipulus perhibetur.

ARISTODEMUS THEBANUS (fr. 2, modo recte habeat vox Θεβαῖος), Thebaicorum auctor, quando floruit nescimus.

### ΘΗΒΑΪΚΑ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

Cf. similes libros Philochori Ἐπιγράμματα Ἀττικά (Suidas v. Φιλόχορος, Vid. Prolegg. ad Fragm. Hist. tom. I, p. LXXXIX), et Polemonis Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων (v. Polemonis fr. p. 138).

(\*) Cf. Aristodemus Eleus, olympionica Ol. 98 ap. Eusebium Chron. p. 151, et Pausaniam VI, 3, 4. Ceteros Aristodemus enumerare haud vacat.

set tam æquum aliquem barbarum se reperturum fuisse, sed longe eum majora pretia expostulaturum. Sequenti ergo die uxor Celtæ indicat multitudinem auri, jussitque ob id occidi debere Xanthum, confitens se ipsius amore plus quam et patriæ et pueri teneri; Xantho vero se penitus esse infestam. At nulla voluptate ea dicta Celta accepit, in animoque habuit ipsam occidere. Quum autem discessum pararet Xanthus, eum valde amanter a se dimisit Celta, deducens simul cum eo Herippen. Deinde quum pervenisset jam ad fines regionis Celticæ, barbarus se sacrum facturum dixit, antequam discederent. Victima itaque adornata, Herippen jussit attingere: quæ quum, ut alias consueverat, apprehendisset, extenso gladio eam ferit, caputque ei amputat, consolatus Xanthum ne ægre ferat, revelans simul insidias illi ab ea paratas, permisitque omne aurum illi absportare.

E LIBRO PRIMO.

1.

Schol. Apoll. Rhod. II, 904 : "Οτι κατεπολέμη-  
σεν Ἴνδους ὁ Διόνυσος, Διονύσιος φησὶ καὶ Ἀριστόδη-  
μος ἐν πρώτῳ Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων. Eundem  
Aristodemum citaverit Etym. M. p. 277, 44 : Διό-  
νυσος... ἀπὸ τοῦ Διὸς ὑετοῖς κεράνυσθαι, ὃ ἐστὶ ὕδα-  
σιν, ὡς πιθανεύεται Ἀριστόδημος. Cf. Suidas v. Ὑγης.

ΘΗΒΑΙΚΑ.

2.

E LIBRO SECUNDO.

Schol. Theocrit. VII, 103 : "Ομολος δὲ Θετταλίας  
ὄρος, ὡς Ἐφορος καὶ Ἀριστόδημος ὁ Θηβαῖος, ἐν οἷς  
ἱστορεῖ περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Ὀμολωίων. Fortasse il-  
lud ὁ Θηβαῖος a scholiasta fictum, nec diversum  
Thebanum A. ab Eleo opinatur Bœckh. ad schol.  
Pind. p. XIV. De re vide Müller. Min. p. 233 sq.

Schol. Eur. Phœn. 1119 : Ὀμολωῖσι. Πύλαι Θη-  
βῶν αὐταὶ οὕτως ἐκλήθησαν ἀπὸ Ὀμολωέως τοῦ Ἀμ-  
φίονος. Τοὺς γὰρ περὶ Ἀμφιόνά φασὶ σὺν τοῖς παισὶν  
ἅμα Κάδμῳ τειχίσαι τὴν πόλιν. Ἀριστόδημος δ' αὐτὰς  
φησὶν οὕτω κληθῆναι διὰ τὸ πλησίον εἶναι τοῦ Ὀμο-  
λωῦ. Ἄλλοι δὲ ἀπὸ μιᾶς τῶν Νιόβης θυγατέρων,  
Ὀμολωῖδος καλουμένης. De re cf. Unger. Parad. The-  
ban. p. 323 sq.

Photius Lex. : Ὀμολωῖος Ζεὺς, ἐν Θήβαις καὶ ἐν  
ἄλλαις πόλεσι Βοιωτίας, καὶ ἐν Θεσσαλίᾳ ἀπὸ Ὀμο-  
λώας (Ὀμολωίας, Ὀμολόας, Ὀμολαίας cod. ap. Sui-  
dam) προφήτιδος τῆς Ἐνυέως· ἦν προφήτιν εἰς Δελ-  
φούς πεμφθῆναι ὁ (ὡς Suid.) Ἀριστοφάνης ἐν δευτέρῳ  
Θηβαϊκῶν· Ἴστρος δὲ x. τ. λ. Eadem Suidas et Eudo-  
cia s. v. Apostol. XIV, 40. Arsen. Violar. p. 381 et  
Favorinus, qui pro Ἀριστοφάνης exhibet Ἀριστό-  
δημος, quod reponi jubet Valckenarius ad schol.

Eur. I. I. Fuit tamen etiam Aristophanes quidam,  
qui de rebus Bœoticis atque Thebanis scripsit. De re  
vide Bœckh. Expl. Pindar. p. 604; Müller. Min.  
p. 233; Creuzer. Symbol. III, p. 98; Preller. De-  
meter p. 352, citante Hermanno in Gottesd. Al-  
terth. § 63, 21.

2 a.

Schol. Eurip. Phœn. 1113 : Ὀγύγια δ' εἰς πύ-  
λωμα θ'] Ὀγύγια προσηγορεύθη, φησὶν Ἀριστόδημος,  
διὰ τὸ τοὺς περὶ Ἀμφιόνα καὶ Ζῆθον, τειχίζοντας τὰς  
Θήβας, παρὰ τὸν Ὀγύγου τοῦ βασιλέως τάφον αὐτὰς  
τάξαι.

3.

Schol. Eur. Phœn. 159 : ἐπτὰ παρθένων] Ὁ Ἀρι-  
στόδημος οὐδαμοῦ ἐν ταῖς Θήβαις φησὶ τῶν Νιοβιδῶν  
εἶναι τάφον, ὅπερ ἐστὶν ἀληθές· ὡς αὐτοσχεδιάζειν οὖν  
ἔοικεν Εὐριπίδης.

4.

Schol. Eur. Phœn. 1156 : Πρὸς ταῖς Κρηναίαις  
πύλαις φησὶ τὸν Παρθενοπαῖον ὑπὸ τοῦ Περικλυμενοῦ  
λιθοβοληθῆναι Ἀριστόδημος.

« Cod. Aug. Ἀριστόβουλος male, vide Valcken. »  
Matthiæ.

5.

Photius Lex. : Τευμησία. Περὶ τῆς Τευμησίας  
ἀλώπεκος οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες ἱκανῶς ἱστορήκα-  
σι, καθάπερ Ἀριστόδημος. Ἐπιπεμφθῆναι μὲν γὰρ ὑπὸ  
θεῶν τὸ θηρίον τοῦτο τοῖς Καδμείοις, διότι τῆς βασιλείας  
ἐξέκλειον τοὺς ἀπὸ Κάδμου γεγονότας· Κέφαλον δὲ  
φασὶ τὸν Δημόνοιο, Ἀθηναῖον ὄντα καὶ κύνα κεκτημένον,  
ὃν οὐδὲν διέφευγε τῶν θηρίων· ὃς ἀπέκτεινεν ἄκων  
τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Πρόκριν, καθηράντων αὐτὸν τῶν  
Καδμείων· διώκειν τὴν ἀλώπεκα μετὰ τοῦ κυνός· κα-

THEBANÆ INSCRIPTIONES.

1.

Bacchum Indos debellasse Dionysius ait et Aristodemus  
primo libro Thebanarum inscriptionum.

2.

Homolus, Thessaliæ mons, ut Ephorus ait et Aristode-  
mus Thebanus eo loco, ubi de Homoloiorum festo exponit.

Homoloides portæ Thebarum nomen habent ab Homo-  
loeo, Amphionis filio. Nam Amphionem ejusque filios una  
cum Cadmo muris cinxisse urbem perhibent. Contra Ari-  
stodemus inde eas nominatas esse dicit, quod Homoloium  
versus sitæ sint. Alii ab Homoloide, una Niobes filiarum,  
appellatas volunt.

Homoloius Juppiter Thebis colitur et in aliis Bœotiae  
urbibus et in Thessalia : dictus ab Homoloia fatidica, Eneyi  
filia, quam vatem Delphos missam fuisse Aristodemus nar-  
rat libro secundo.

2 a.

Ogygiæ portæ, Aristodemus ait, inde nomen habent,  
quod Amphion et Zethus muris Thebarum urbem cingentes  
prope Ogygis regis sepulcrum eas collocaverunt.

3.

Aristodemus nuspiam Thebis esse Niobidarum sepulcrum  
dicit; idque verum est, adeo ut hariolari Euripides vi-  
deatur.

4.

Ad Crenæas portas Parthenopæum a Periclymeno jactis  
lapidibus interfectum esse Aristodemus dicit.

5.

De Teumesia vulpe Thebanarum rerum scriptores, uti  
Aristodemus, fuse exponunt. Immissam hanc bestiam a diis  
dicunt Cadmeis propterea quod Cadmi prosapiam a regno  
excluderent. Cephalum vero aiunt, Deionis filium, Athe-  
niensem, cui canis erat, quem nulla fera poterat effugere,

ταλαμβανομένους δὲ περὶ τὸν Τευμησὸν, λίθους γενέσθαι τὸν τε κύνα καὶ τὴν ἀλώπεκα. Εἰλήφασιν δ' οὗτοι τὸν μῦθον ἐκ τοῦ Ἐπικοῦ κύκλου. Eadem Suidas, Apostol. XVIII, 42, ubi pro Ἀριστόδημος corrupte Χρηστόδημος. Cf. Hesych. p. 1376, et quæ conguessit Unger. in Theban. Paradox. p. 400 sq.; Welcker. Cycl. p. 70 sq. Bode *Gesch. d. gr. Poes.* II, p. 398.

6.

Schol. in Hom. II. ξ, 1 cod. Paris. 2679 in Cram. An. Par. III, p. 18 : Μετὰ δὲ τὴν Ἰλίου πόρθησιν Ἔκτωρ ὁ Πριάμου καὶ μετὰ τὸν θάνατον τὴν τῶν θεῶν ἠτύχησε τιμῆν. Οἱ γὰρ ἐν Βοιωτίᾳ Θηβαῖοι, πιεζόμενοι κακοῖς, ἐμαντεύσαντο περὶ ἀπαλλαγῆς. Χρησμός δὲ αὐτοῖς ἐδόθη παύσασθαι τὰ δεινὰ, ἐὰν ἐξ Ὀφρυνίου τῆς Τρωάδος τὰ Ἔκτορος ὄστᾶ διακομισθῶσιν εἰς τὸν παρ' αὐτοῖς καλούμενον Διὸς γονὰς τόπον. Οἱ δὲ τοῦτο ποιήσαντες καὶ τῶν κακῶν ἀπαλλαγέντες, διὰ τιμῆς ἔσχον Ἔκτορα, κατὰ τε τοὺς ἐπείγοντας καιροὺς ἐπικαλοῦνται τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἀριστοδήμῳ.

Sequuntur fragmenta, quæ cujusnam sint Aristodemi non constat.

## ΓΕΛΟΙΑ ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΑ.

## E LIBRO SECUNDO.

7.

Athenæus VI, p. 244, F : Ἀριστόδημος δ' ἐν δευτέρῳ Γελοίων ἀπομνημονευμάτων παρασίτους ἀναγράφει, Ἀντιόχου μὲν τοῦ βασιλέως Σώστρατον, Δημητρίου δὲ τοῦ Πολιορκητοῦ Εὐαγόραν τὸν κυρτὸν, Σελεύκου δὲ Φορμίωνα.

a cæde Proceridis uxoris, quam invitus commiserat, apud Cadmeos purgatum, cum cane suo vulpem istam persecutum esse. At quum ad Teumesum concurrerent, canem et vulpem in lapidem mutatos esse. Fabulam hanc sumpserunt e Cyclo epico.

6.

Ilio everso, Hector Priami filius post mortem etiam divinos nactus est honores. Etenim in Bœotia Thebani calamitate pressi deum de remedio interrogarunt, oraculumque iis datum est cessura esse mala, si Hectoris ossa ex Ophrynio Troadis in eum qui apud ipsos *Jovis natales* vocatur, locum transportarent. Quo facto quum malo liberarentur, Hector in honore apud eos erat, et quando tempora urgent, præsens ejus auxilium implorare solent. Historia legitur apud Aristodemum.

## RIDICULE DICTA.

7.

Aristodemus secundo libro De ridiculis Memorabilium, parasitos recenset : Antiochi quidem regis, Sostratum ; Demetrii vero Poliorcetæ, Euagoram gibbum ; Seleuci vero, Phormionem.

8.

Aristodemus secundo libro Ridicule dictorum, scribit :

8.

Idem VIII, p. 338, A : Ἀριστόδημος δ' ἐν δευτέρῳ Γελοίων ἀπομνημονευμάτων φησὶ : « Δωρίωνος τοῦ κρουματοποιῦ, κυλλόποδος ὄντος, ἀπώλετο ἐν συμποσίῳ τοῦ χολοῦ ποδὸς τὸ βλαυτίον. Καὶ δς, Οὐδὲν, ἔφη, πλεῖον καταράσομαι τῷ κλέψαντι, ἢ ἀρμόσαι αὐτῷ τὸ σανδάλιον. » Cf. Hegesander ap. Athen. l. l.

9.

Idem XIII, p. 585, A : Ἀριστόδημος δ' ἐν δευτέρῳ Γελοίων ἀπομνημονευμάτων, « Γνάθαιναν, φησὶ, δύο ἐμισθώσαντο, στρατιώτης καὶ μαστιγίας : ἀναγωγότερον οὖν τοῦ στρατιώτου λάκκον αὐτὴν εἰπόντος, Πῶς, ἔφησεν, ἢ ὅτι δύο ποταμοὶ ἐμβάλλετέ μοι, Λύκος καὶ Ἐλεύθερος ; Ἐπὶ δὲ τὴν θυγατέρα τῆς Γναθαίνης πτωχῶν ἐραστῶν κωμαζόντων, καὶ ἀπειλούντων κατασκάψειν τὴν οἰκίαν, ἐνηνοχέαι γὰρ δικέλλας καὶ ἄμας, Εἰ ταῦτ' εἶχεθ' ὑμεῖς, εἶπεν ἡ Γνάθαινα, ἐνέχυρα θέντες τὸ μίσθωμα ἂν ἀπεστείλατε. » Ex eodem fonte fluxerint quæ sequuntur apud Athenæum similes historiunculæ.

## E LIBRIS INCERTIS.

10.

Idem VIII, p. 345, B : Ἀριστόδημος δ' ἐν τοῖς Γελοίοις ἀπομνημονεύμασιν Εὐφράνορά φησι τὸν ὀψοφάγον, ἀκούσαντα ὅτι ἄλλος ἰχθυοφάγος ἀπέθανε θερμὸν ἰχθύος τέμαχος καταπιὼν, ἀναφωνῆσαι, Ἰερόσυλος ὁ θάνατος.

11.

Idem VI, p. 246, D : Ἀριστόδημος δ' ἱστορεῖ, Βίθουν, τὸν Λυσιμάχου τοῦ βασιλέως παράσιτον, ἐπεὶ αὐ-

« Altero pede claudus quum esset Dorion fidicen, amisit in convivio soleam claudo pede aptam. Tum ille : Nihil amplius, inquit, precor huic qui eam surripuit, quam ut ejus sit pedi apta. »

9.

Aristodemus secundo libro Dictorum ridiculorum ait : « Gnathæna a duobus erat conducta, altero milite, altero verberone. Quam quum protervius *lacum* appellaret miles : « Qui sic ? inquit illa : an quod duo amnes in me influitis, Lycus et Eleutherus ? » Ad Gnathænæ filiam quum pauperes nonnulli amatores comessatum venissent, minitantes, se (ni intromitterentur) ædes diruturos ; attulisse enim ea caussa ligones et rutra. : « At hæc si haberetis, ait Gnathæna, pignori opposuissetis, mercedemque misissetis. »

10.

Aristodemus in Ridicule dictis scribit : Euphranorem, piscium helluonem, quum alium helluonem rescivisset mortuum esse deglutito fervido piscis pulpamento, *O sacrilegam mortem !* exclamasse.

11.

Aristodemus narrat, Bithyn, Lysimachi regis para-

τοῦ εἰς τὸ ἱμάτιον ὁ Λυσίμαχος ἐνέβαλε ξύλινον σκορπίον, ἐκταραχθέντα ἀναπηδῆσαι, εἶτα γνόντα τὸ γεγενημένον, Κἀγὼ σέ, φησὶν, ἐκφοβήσω, βασιλεῦ' δός μοι τάλαντον. Ἦν δ' ὁ Λυσίμαχος μικρολογώτατος.

### ΜΥΘΙΚΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

#### E LIBRO TERTIO.

12.

Plutarch. Par. min. c. 35 : Λοιμοῦ κατασχόντος Λακεδαίμονα, ἔχρησεν ὁ θεὸς παύσασθαι, ἐὰν παρθένον εὐγενῆ κατὰ ἔτος θύσωσιν. Ἐλένης δέ ποτε κληρωθείσης, καὶ προαχθείσης κεκοσμημένης, ἀετὸς καταπτὰς ἤρπασε τὸ ξίφος, καὶ ἐς τὰ βουκόλια κομίσας ἐπὶ δάμαλιν κατέθηκεν· ὅθεν ἀπέσχοντο τῆς παρθενοκτονίας· ὡς Ἀριστόδημος ἐν τρίτῃ Μυθικῇ συναγωγῇ. Eandem historiam habes in fragmento lacero Joh. Lydi De mens. init., ubi pro Aristodemo laudatur Aristides; sed probabiliter pro verbis Ἀριστείδης δε reponendum Ἀριστόδημος. V. Aristidis fragm. 25.

13.

### ΠΕΡΙ ΕΥΡΗΜΑΤΩΝ.

Clem. Alex. Strom. I, p. 133 (et Euseb. P. E. p. 476) inter eos qui Περὶ εὐρημάτων scripserunt, etiam *Aristodemum* recenset.

14.

Inter scriptores qui Aristodemi scriptoris men-

situm, quum in ejus vestem rex ligneum scorpionem iniecisset, perturbatum exsiluisse: deinde, re cognita, dixisse: *Ego te quoque, rex, terrefaciam: da mihi talentum!* Fuit enim Lysimachus supra modum avarus.

12.

Pestilentia Lacedæmonem urgente, divinitus significatum

tionem faciant, Vossius citat Tertullianum De anima c. 46, ubi hæc: *Philippus Macedo, nondum pater, Olympiadis uxoris naturam obsignasse [se] viderat annulo. Leo erat signum. Crediderat præclusam genituram. Opinor quia leo semel pater est. Aristodemus vel Aristophon conjectans, imo nihil vacuum obsignari; filium et quidem maximi impetus portendi. Alexandrum qui sciunt, leonem annuli recognoscunt.* Verum in his illa: *Aristodemus vel Aristophon*, non scriptorem denotant, sed somnii interpretem; quanquam Tertullianum fefellit memoria; nam nomen vatis est Aristander. V. Plutarch. Alex. c. 2: Ἀρίστανδρος ὁ Τελμησεὺς κύειν ἔφη τὴν ἀνθρωπον· οὐδὲν γὰρ ἀποσφραγίζεσθαι τῶν κενῶν, καὶ κύειν παῖδα θυμοειδῆ καὶ λεοντώδη τὴν φύσιν. Cf. Pseudocallisth. I, c. 8.

## ARTAVASDES

### ARMENIÆ REX.

Plutarch. Crassus c. 33: Ἦν γὰρ οὔτε γραμμάτων Ὑρώδης (Parthorum rex) Ἑλληνικῶν ἀπειρος, ὁ δ' Ἀρταουάσδης (Armeniaë rex) καὶ τραγωδίας ἐποίει καὶ λόγους ἔγραψε καὶ ἱστορίας, ὧν ἔνιαι διασώζονται. Artavasdes ab Antonio captus an. 34, moritur an. 30 a. C.

est cessaturam luem, si quotannis generosam immolarent virginem. Helena autem quum esset aliquando sorte ducta, et ornata produceretur, aquila devolans gladium abripuit, et in armentum deferens bubulæ imposuit: quo factum est ut cæde virginis abstineretur. Aristodemus tertia Congerie fabularum.

# THEOPHANES MYTILENÆUS.

De Theophane Mytilenæo, qui familiaritate pollebat Pompeii, ejusque res gestas literis tradidit, locus principalis exstat apud Strabonem XIII, p. 617, qui claros Mytilenæos recensens scribit hæc: "Υστερον δ' ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ ῥήτωρ (\*), καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων καὶ Λεσβοκλῆς καὶ Κριναγόρας καὶ ὁ συγγραφεὺς Θεοφάνης. Οὗτος δὲ καὶ πολιτικὸς ἀνὴρ ὑπῆρξε, καὶ Πομπηίῳ τῷ Μάγνῳ κατέστη φίλος, μάλιστα διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῆν, καὶ πάσας συγκατώρθωσεν αὐτῷ τὰς πράξεις· ἀφ' ὧν τὴν τε πατρίδα ἐκόσμησε, τὰ μὲν δι' ἐκείνου, τὰ δὲ δι' ἑαυτοῦ· καὶ ἑαυτὸν πάντων Ἑλλήνων ἐπιφανέστατον ἀνέδειξεν· οὐδὲν τε ἀπέλιπε Μάρκῳ Πομπήϊον, ὃν τῆς Ἀσίας ἐπίτροπον κατέστησέ ποτε Καῖσαρ ὁ Σεβαστός· καὶ νῦν ἐν τοῖς πρώτοις ἐξετάζεται τῶν Τιθηρίου φίλων.

Quando ad Pompeium et quomodo Theophanes accesserit, non constat (\*\*). Civitate a Pompeio do-

(\*) De Diophane rhetore, Tib. Gracchi magistro, v. Cicero Brut. c. 27; Plutarch. Gracch. 8, 20; Walz. Rhett. Gr. IV, p. 525; Porphy. Vit. Plotin. c. 25. Alius est Diophanes Nicænus, Παραδόξων et Γεωργικῶν auctor, de quo v. Photius cod. 163 (cf. Westermann. Paradox. p. XLII); Plin. H. N. VIII, X, XIV, XV, XVII, XVIII; auctor. lat. R. R. p. 54, 66, 164; Geopon. I, p. 7 ed. Niel. Hunc intelligerem citari ap. schol. Apoll. Rh. III, 242, si recte ibi nomen se haberet (v. fragm. Diophanti). — De variis Theophanibus vide Fabric. Bibl. Gr. vol. XI, p. 218 ed. Harl. Apud Stob. Floril. p. 358 Theophanes in nonnullis codd. corrupte laudatur pro Theophrasto.

(\*\*) Sevinus (*Recherches sur la vie et sur les ouvrages de Théophraste*, in *Mém. de l'Acad.* tom. XIV, p. 143): « Je serais tenté de croire que Théophraste vint s'établir à Rome jeune encore, et dans les commencements de la guerre de Mithridate. Les Mytiléniens, éblouis par le succès des armes de ce prince, lui avaient livré Mn. Aquilius, l'un des généraux de la république [Vellej. Pat. II, 18; Diodor. XXXVII, 27, 2; Appian. Mithrid. c. 21, ell. Plehn. Lesbiac. p. 81]. En vain les plus sages s'opposèrent à une si lâche résolution, la multitude obligea les chefs du parti contraire à sortir de la ville. Il y a bien de l'apparence que Théophraste et son père furent du nombre des exilés. Les partisans de Mithridate avaient tout à craindre des personnes qui, à la faveur de la considération que donne ordinairement une haute naissance, auraient peut-être déconcertés leurs projets, et ramené l'esprit des peuples... Il est à présumer que la plupart des exilés allèrent implorer la protection de Sylla, lorsqu'il entra en Grèce à la tête des légions romaines; que Théophraste en fut reçu avec tous les égards dus à son rang; que, la guerre finie, ce grand capitaine le conduisit en Italie; qu'il y vit Pompée, et que dès-lors se forma entre eux l'amitié la plus étroite et la plus constante. Car on ne saurait presque douter qu'elle n'ait commencé de très-bonne heure. C'est du moins l'idée que semblent présenter les paroles de Strabon que voici... *il a beaucoup contribué au succès de toutes ses entreprises.* Qui dit toutes, n'en excepte aucune, et rien dès-lors de plus naturel que de conclure du texte de ce géographe, que Théophraste avait accompagné Pompée dans ses premières expéditions. »

natus est ante an. 61 a. Chr., ut patet ex Cicerone, qui in oratione Pro Archia (c. 10), quam eo anno habuit, *Noster hic Magnus*, ait, *qui cum virtute fortunam æquavit, nonne Theophanem Mytilenæum scriptorem rerum suarum in concione militum civitate donavit?* Cf. Valerius Maximus VIII, 14, 3: *Pompeius... Theophanem Mytilenæum, scriptorem rerum suarum, in concione militum civitate donavit, beneficium per se amplum accurata etiam et testata oratione prosecutus. Quo effectum est ut ne quis dubitaret, quin referret potius gratiam quam inchoaret.* Ejusdem rei meminit Julius Capitolinus (in Maximo et Balbino c. 7), ita tamen ut cum Theophane nostro confundat filium ejus adoptivum, Cornelium Balbum Gaditanum. *Familia*, dicit, *Balbinus antiquissimæ, ut ipse dicebat, a Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompeium civitatem meruerat, quum esset suæ patriæ nobilissimus, idemque historicæ scriptor.*

Anno 62 a. C., ubi post mortem Mithridatis ex Asia rediit Pompeius, εἰς Μυτιλήνην ἀφικόμενος τὴν πόλιν ἠλευθέρωσε διὰ Θεοφάνη καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν πατριον ἐθεάσατο τῶν ποιητῶν, ὑπόθεσιν μίαν ἔχοντα τὰς ἐκείνου πράξεις, Plutarch. Pomp. c. 42. Cf. Velleius Pat. II, 18: (Rhodiorum) *fidem Mytilenæorum perfidia illuminavit, qui Mn. Aquilium aliosque Mithridati vinctos tradiderant; quibus libertas in unius Theophanis gratiam postea a Pompeio restituta est.* Propterea defuncto Theophani *cœlestes honores græca adulatio tribuit*, uti ait Tacitus Ann. VI, 18. Idem testantur nummi, de quibus hæc affert Plehnus in Lesbiac. p. 212: « Nummus Mytilenæus Musei Theup. ant. numism. æri incisus ap. Viscont. tab. XXVII, n. 4 in adversa parte exhibet caput Theophanis nudum cum inscriptione ΘΕΟΦΑΝΗΣ ΘΕΟΣ ΜΥ, in adversa caput mulieris velatum cum literis APXEΔAM, pro quo alii legerunt APXEΛAOC. Cf. Viscont. Icon. Gr. I, p. 236; Mionnet. De Græcorum Romanorumque nummis tom. III, p. 47, nr. 108. Nummus ei quem descripsimus similis servatur Viennæ in Mus. Cæs. Cf. Eckhel. Doctr. numm. part. I, vol. 2, p. 504; Viscont. l. l. p. 235. In parte aversa imaginem uxoris expressam esse vix dubitari potest, quum in tertio ejusmodi nummo, cujus l. l. p. 236 meminit Viscontus, perspicue appareant verba: APXEΔAMIS ΘEA. »



Anno 59 a. C. Cicero quum legatus ad Ptolemæum Auleten Alexandriam se conferre cuperet, de ea re ad Atticum (Ep. II, 5) scribit : *Si quid Theophanes tecum forte contulerit, ne omnino re- pudiaris. Verum non Cicero, sed ipse Theophanes legationem istam obiit, ita autem munere functus est ut non tam reipublicæ quam rebus Pompeii sui consuleret, si quidem fides habenda Timageni ap. Plutarchum in Pomp. c. 49, ubi hæc : Ἦν δὲ γράμμασιν ἐντυχεῖν διερριμένοις κατ' ἀγορὰν καὶ παρὰ τὸ βουλευτήριον, ὡς δὴ Πτολεμαίου δεομένου Πομπήιον αὐτῷ στρατηγὸν ἀντὶ τοῦ Σπινθῆρος δοθῆναι. Τιμαγένης δὲ καὶ ἄλλως τὸν Πτολεμαῖον οὐκ οὔσης ἀνάγκης ἀπειθεῖν φησι, καὶ καταλιπεῖν Αἴγυπτον ὑπὸ Θεοφάνους πεισθέντα, πράττοντος Πομπηίῳ χρηματισμοὺς καὶ στρατηγίας καινῆς ὑπόθεσιν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐχ οὕτως ἢ Θεοφάνους μοχθηρία πεποίηκε πιθανόν, ὡς ἀπίστον ἢ Πομπηίου φύσις, οὐκ ἔχουσα κακότητες, οὐδ' ἀνελεύθερον οὕτω τὸ φιλότιμον.*

Iisdem temporibus scriptæ sunt Ciceron. ad Atticum epistolæ II, 12 et 17 : in illa : *Vidi, inquit, ex tuis literis... quid ageretur; de ruminatione quotidiana, de literis βοώπιδος, de signifero Athenione, de literis missis ad Cnæum, de Theophanis Memmiique sermone. In altera : A Theophane expiscere quonam in me animo sit Alabarches (i. e. Pompeius).*

Anno 51 Cicero ad Attic. V, 11 scribit : *Pompeius mihi quoque videbatur, quod scribis Varro- nem dicere, in Hispaniam certe iturus; id ego minime probabam, qui quidem Theophani facile persuasi, nihil esse melius quam nusquam illum discedere Ergo Græcus incumbet; valet autem ejus auctoritas apud illum plurimum.*

Anno 50 a. C., ut videtur, Theophanes adoptavit Cornelium Balbum, equitem Gaditanum. Cicero Pro Balbo c. 25 (quæ oratio non ante 55 a. C. habita est) : *Adoptatio Theophani agitata est, per quam Cornelius nihil est præterquam propinquorum suorum hæreditates assecutus. Idem Ep. ad Att. VII, 7 (50 a. C.) : Placet igitur etiam me expulsus et agrum Campanum perisse, et adoptatum patricium a plebeio, Gaditanum a Mytilenæo.*

Sequitur tempus calamitosum. Cicero ad Att. IX, 1 (46 a. C.) : *Cedamus igitur, et ut boni cives simus, bellum Italiæ marique inferamus, et odia improborum rursus in nos, quæ jam extincta erant, incendamus, et Luceii consilia ac Theophanis persequamur... Dabimus hoc Pompeio, quod debemus; nam me quidem alius nemo movet.*

Cæsar Bell. civ. III, 18 (initio an. 48 post mortem Bibuli) : *Vibullius, sedato tumultu, quem re- pentinus adventus Cæsaris concitaverat, ubi pri-*

*um, rursus adhibito Libone et Luceio et Theophane, quibuscum communicare de maximis rebus Pompeius consueverat, de mandatis Cæsaris agere instituit, eum ingressum in sermonem Pompeius interpellavit et loqui plura prohibuit. Sublata itaque spe reconciliationis, ad arma res devenit apud Pharsaliam. Ibi Theophanem in Pompeii exercitu τεκτόνων ἑπαρχὸν fuisse discimus ex Plutarcho in Cic. c. 38. Cicero, ait, castra perambulabat φλαυρίζων τοῦ Πομπηίου τὴν παρασκευὴν... καὶ τοῦ παρασκώπτειν τι καὶ λέγειν χαρίεν εἰς τοὺς συμμάχους οὐκ ἀπεχόμενος. Tum inter alia ejus dicta etiam hoc refert : Ἐπαινούντων τινῶν Θεοφάνην τὸν Λέσβιον, ὃς ἦν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τεκτόνων ἑπαρχός, ὡς εἶ παραμυθήσαιο Ῥοδίους τὸν στόλον ἀποβαλόντας, « Ἥλικον, εἶπεν, ἀγαθὸν ἐστὶ τὸ Γραικὸν ἔχειν ἑπαρχον. »*

Devictus Pompeius cum amicis securum circumspiciens refugium, τῶν βασιλειῶν αὐτὸς μὲν ἀπέφαινε τὴν Πάρθων ἱκανωτάτην οὔσαν ἐν τε τῷ παρόντι δέξασθαι καὶ περιβαλεῖν σφᾶς ἀσθενεῖς ὄντας, αὐθίς τε βῶσαι καὶ προπέμψαι μετὰ πλείστης δυνάμεως· τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν εἰς Λιβύην καὶ Ἰόβαν ἔτρεπον τὴν γνώμην· Θεοφάνει δὲ τῷ Λεσβίῳ μανικὸν ἐδόκει τριῶν ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχουσαν Αἴγυπτον ἀπολιπόντας καὶ Πτολεμαῖον, ἡλικίαν μὲν ἀντίπαιδα, φιλίας δὲ καὶ χάριτος πατρῶας ὑπόχρεων, Πάρθοις ὑποβαλεῖν ἑαυτὸν, ἀπὸ τῶν πατέρων γένει· καὶ Ῥωμαίῳ μὲν ἀνδρὶ, κηδεστῇ ἡλικίᾳ τῶν πατέρων, τὰ δεύτερα λέγοντα, πρῶτον εἶναι τῶν ἄλλων ἀπὸ τῶν πατέρων, μηδὲ πειρᾶσθαι τῆς ἐκείνου μετριότη- τος· ἑαυτὸν δὲ ποιεῖσθαι κύριον ἑαυτοῦ, τὸν μηδὲ τῶν πατέρων δυνηθέντα ζῶντος· καὶ γυναῖκα νέαν, οἴκου τοῦ Σκιπίωνος, εἰς βαρβάρους κομίζειν ὕβρει καὶ ἀκολασίᾳ τὴν ἐξουσίαν μετροῦντας· ἢ, κὰν μὴ πάθῃ, δόξαι γε παθεῖν δεινὸν ἐστὶν ἐπὶ τοῖς ποιῆσαι δυναμέ- νοις γενομένη. Τοῦτο μόνον, ὡς φασιν, ἀπέτρεψε τῆς ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ὁδοῦ Πομπηίου· εἰ δὲ τις ἐτι Πομπηίου λογισμὸς, ἀλλ' οὐχὶ δαίμων ἐκείνην ὑψηγεῖτο τὴν ὁδόν. Plutarch. Pomp. 76. Quantopere sententia Theophanem fefellerit, rerum docuit eventus. Post mortem Pompeii ad quemnam patronum se Græcus converterit, divinari facile posse videtur, confirmari veterum testimonio non potest.

Paucis annis post quum Cæsar quoque cecidisset, Cicero ad Atticum XV, 19 (44 a. C.) : *Fugiamus igitur... Theophanes quid velit nescio. Scripserat enim ad me : cui rescripsi, ut potui : mihi autem scribit, venire ad me se velle, ut et de suis rebus et quædam quæ ad me pertineant : tuas literas exspecto : vide, quæso, ne quid temere fiat. Post hæc altum de Theophane silentium.*

Filium reliquit M. Pompeium Macrum, illustrem equitem Romanum, qui sub Augusto bibliothecis ordinandis præfectus Asiæque procurator, et deinde Tiberio sub initio ejus regni gratissimus.

Strabo l. I. Sueton. Cæs. c. 56; Ovid. Amor. II, 18. At gratia imperatoris caduca. Filia Pompeii in exilium acta : pater cum filio se interemit. Ecce Tacitum in Ann. VI, 18 (33 a. C.) : *Etiam in Pompeiam Macrinam exilium statuitur, cujus maritum Argolicum, socerum Laconem, e primoribus Achæorum, Cæsar afflixerat. Pater quoque illustris eques Romanus ac frater prætorius, quum damnatio instaret, se ipsi interficere. Datum erat crimini, quod Theophanem Mytilenæum proavum (deb. avum) eorum Cn. Magnus inter intimos habuisset, quodque defuncto Theophani cælestes honores Græca adulatio tribuerat.*

Descripsisse Theophanem res Pompeii ex allatis testimoniis patet. Num vero omnia Cneii gesta exposuerit an minus, nescitur. Reliquiæ ad unum pertinent bellum Mithridaticum; auctoremque produnt qui in regionum ubi res gerebantur, quasque ipse pede triverat, accurata descriptione multum operæ posuerit. Nec parva ex hac parte fuisse videtur ejus auctoritas. Ne eandem in reliquis quoque fidem ei tribuamus impedimur. Etenim perverso Pompeii ejusque familiæ studio abreptus, facilemque rumoribus aurem præbens, virum integerrimum crimine onerasse dicitur atrocissimo (fr. 1). Quodsi recte se habet, non dubito quin vera etiam de Theophane narraverit. genes (v. supra); quod etsi negare Plutarchus honorem Pompeii suscepit, id ita tam ut a μοχθηρίας nota Theophanem non velit. Ceterum quum de eodem homine tam magni sentiat Strabo, vir sane gravis, suspicio fere nascitur omnia quæ de Theophane Plutarchus narrat fluxisse ex historiis Timagenis, qui propter maledicendi libidinem male famosus, narrationem Theophanis prave detruncans, in suæ malitiæ consilia detorserit, conviciisque mores auctoris adspargere studuerit.

### [DE BELLO MITHRIDATICO.]

#### 1.

In castro quod dicitur Cænon (*Novum*) in secretas quasdam Mithridatis literas incidit, easque non sine oblectatione percurrit, quod ingenium illius præclare indicarent. Deprehendit enim eum veneno sustulisse quum alios multos, tum filium suum Ariarathem et Alcæum Sardonum, quod is eum equestrium certaminum gloria superasset. Erant et conscripta insomniorum judicia, quæ partim ipsi, partim mulieribus evenissent. Repertæ etiam Monimæ et Mithridatis litteræ lascivæ, mutuo scriptæ. Theophanes orationem quoque Rutilii inventam ait, qua ad cædem Romanorum per Asiam cohortatus is Mithridatem fuisset. Quod recte plerique malitiose fictum a Theophane conjiciunt, quod Rutilium ipsius plane dissimilem odisset; probabile etiam est Pompeii causâ, cujus patrem Rutilius in Historiis pessimum fuisse hominem demonstraverat.

Epigrammata Theophanis duo vide in Anthologia.

### [ΜΙΘΡΙΑΤΙΚΑ.]

#### 1.

Plutarch. Pompei. c. 37 : Ἐν δὲ τῷ Καινῷ φρουρίῳ καὶ γράμμασιν ἀπορρήτοις ὁ Πομπήσιος ἐνέτυχεν τοῦ Μιθριδάτου καὶ διήλθεν οὐκ ἀηδῶς αὐτὰ πολλὴν ἔχοντα τοῦ ἥθους κατανόησιν. Ὑπομνήματα γὰρ ἦν, ἐξ ὧν ἐφωράθη φαρμάκοις ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν υἱὸν Ἀριαράθην ἀνηρηκῶς καὶ τὸν Σαρδιανὸν Ἀλκαῖον, ὅτι παρευδοκίμησεν αὐτὸν ἵππους ἀγωνιστὰς ἐλαύνων. Ἦσαν δὲ ἀναγεγραμμέναι καὶ κρίσεις ἐνυπνίων, ὧν τὰ μὲν αὐτὸς ἐωράκει, τὰ δὲ ἔναι τῶν γυναικῶν, ἐπιστολαὶ τε Μονίμης πρὸς αὐτὸν ἀκόλαστοι καὶ πάλιν ἐκείνου πρὸς αὐτήν. Θεοφάνης δὲ καὶ Ῥουτιλίου λόγον εὐρεθῆναι φησὶ παροξυντικὸν ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἐν Ἀσίᾳ Ῥωμαίων· ὁ καλῶς εἰκάζουσιν οἱ πλείστοι κακοῦθρα τοῦ Θεοφάνους εἶναι, τάχα μὲν οὐδὲν αὐτῷ τὸν Ῥουτίλιον εἰκότα μισοῦντος, εἰκὸς δὲ καὶ διὰ Πομπήσιον, οὗ τὸν πατέρα παμπόνηρον ἀπέδειξεν ὁ Ῥουτίλιος ἐν ταῖς Ἱστορίαις.

#### 2.

Strabo XI, p. 493 : Τοῦ δὲ Ταναΐδος τὰς μὲν ἐκβολὰς ἴσμεν (δύο δ' εἰσὶν εἰς τὰ ἀρκτικώτατα μέρη τῆς Μαιώτιδος, ἐξήκοντα σταδίου ἀλλήλων διέχουσαι), τὸ δ' ὑπὲρ τῶν ἐκβολῶν ὀλίγον τὸ γινώριμόν ἐστι, διὰ τὰ ψύχη καὶ τὰς ἀπορίας τῆς χώρας, ἃς οἱ μὲν αὐτὸν ἄθρονες δυνάνται φέρειν, σαρκὶ καὶ γάλακτι τρεφόμενοι ἱμαδικῶς, οἱ δ' ἄλλοθεν οὐκ ὑπομένουσιν. Ἄλλως δὲ οἱ Νομάδες δυσεπίμιχτοι τοῖς ἄλλοις ὄντες καὶ πλήθει καὶ βίᾳ διαφέροντες ἀποκεκλείκασιν, εἰ καὶ τι πορεύσιμον τῆς χώρας ἐστίν, ἢ εἰ τινὰς τετύχηκεν ἀνάπλους ἔχων ὁ ποταμός. Ἀπὸ δὲ τῆς αἰτίας ταύτης οἱ μὲν ὑπέλαβον, τὰς πηγὰς ἔχειν αὐτὸν ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι, πολλὸν δ' ἐνεχθέντα ἐπὶ τὰς ἄρκτους, εἴτ' ἀναστρέψαντα ἐκβάλλειν ἐς τὴν Μαιώτιν· τούτοις δὲ ἁμοδοξεῖ καὶ Θεοφάνης ὁ Μυτιληναῖος.

#### 2.

Tanais ostia quidem novimus (duo autem sunt, quibus is in partes Mæotidis maxime septentrionales sese exonerat, stadiis sexaginta inter sese distantia); quod vero supra ostia est, ejus pars exigua est cognita. Fit hoc ob frigus et incommoditates regionis, quas indigenæ possunt tolerare, carnibus et lacte viventes Nomadum more; exteri sustinere non possunt. Alias etiam Nomades isti, a commerciis aliarum nationum alieni, multitudine ac viribus præpotentes, occluserunt itinera regionum, etiam iis partibus quæ perviæ sunt vel ubi subvectiones aliquas fluvius habet. Hac de causa quidam censuerunt, eum e Caucasii montibus ortum magno alveo adversus septentriones ferri, indeque retro labentem in Mæotin exire. His Theophanes quoque Mytilenæus assentitur.

¶ Eundem potissimum Theophanem Strabo intellexerit p. 497, ubi τοὺς τὰ Μιθριδατικὰ γράψαντας laudat: Ἀπὸ δὲ τῶν Βατῶν ὁ μὲν Ἀρτεμίδωρος τὴν Κερκετῶν λέγει παραλίαν, ὑφόρους ἔχουσαν καὶ κώμας, ὅσον ἐπὶ σταδίους ὀκτακοσίους καὶ πεντήκοντα· εἶτα τὴν τῶν Ἀχαιῶν σταδίων πεντακοσίων· εἶτα τὴν τῶν Ἡνιόχων χιλίων· εἶτα τὸν Πιτυοῦντα τὸν μέγαν, τριακοσίων ἐξήκοντα μέχρι Διοσκουριάδος. Οἱ δὲ τὰ Μιθριδατικὰ συγγράψαντες, οἷς μᾶλλον προσεκτέον, Ἀχαιοὺς λέγουσι πρώτους, εἶτα Ζυγοὺς, εἶτα Ἡνιόχους, εἶτα Κερκέτας καὶ Μόσχους καὶ Κολχοὺς καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων Φθειροφάγους καὶ Σόνας καὶ ἄλλα μικρὰ ἔθνη τὰ περὶ τὸν Καύκασον.

## 3.

Idem XI, p. 503: Ἐν δὲ τοῖς ὑπὲρ τῆς Ἀλβανίας ὄρεσι καὶ τὰς Ἀμαζόνας οἰκεῖν φασί. Θεοφάνης μὲν οὖν, ὁ συστρατεύσας τῷ Πομπηίῳ, καὶ γενόμενος ἐν τοῖς Ἀλβανοῖς, μεταξὺ τῶν Ἀμαζόνων καὶ τῶν Ἀλβανῶν φησὶ Γήλας οἰκεῖν καὶ Λήγας Σχύθας· καὶ βεῖν ἐνταῦθα τὸν Μερμάδαλιν ποταμὸν τούτων τε καὶ τῶν Ἀμαζόνων ἀνὰ μέσον. [Ἄλλοι δὲ, ὧν καὶ ὁ Σκήψιος Μητρόδωρος καὶ Ὑψικράτης, οὐδὲ αὐτοὶ ἀπειροὶ τῶν τόπων γεγονότες, Γαργαρεῦσιν ὁμόρους αὐτὰς οἰκεῖν φασιν ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν Καυκασίων ὄρων, ἃ καλεῖται Κεραύνια.]

## 4.

Idem XI, p. 528: Ἡ δὲ Χορζηνή καὶ Καμβυσηνὴ προσβορώταταί εἰσι καὶ νιφόβολοι μάλιστα, συνάπτουσαι τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι καὶ τῇ Ἰβηρίᾳ καὶ τῇ Κολχίδι· ὅπου φασὶ κατὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ὄρων πολλάκις καὶ συνοδίας θλας [τῶν ὄρων] ἐν τῇ χιόνι καταπίνεσθαι, νιφετῶν γινομένων ἐπὶ πλέον· ἔχειν δὲ

καὶ βακτηρίας πρὸς τοὺς τοιοῦτους κινδύνους παρεξαιρόντας εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, ἀναπνοῆς τε χάριν, καὶ τοῦ διαμηνύειν τοῖς ἐπιούσιν, ὥστε βοηθείας τυγγάνειν, ἀνορύττεσθαι καὶ σώζεσθαι. Ἐν δὲ τῇ χιόνι βώλους πῆγνυσθαί φασι κοίλας, περιεχούσας χρηστὸν ὕδωρ, ὡς ἐν χιτῶνι, καὶ ζῶα δὲ ἐν αὐτῇ γεννᾶσθαι· καλεῖ δὲ σκώληκας Ἀπολλωνίδης, Θεοφάνης δὲ θρίπας· κὰν τούτοις ἀπολαμβάνεσθαι χρηστὸν ὕδωρ, περισχισθέντων δὲ τῶν χιτῶνων πίνεσθαι· τὴν δὲ γένεσιν τῶν ζῴων τοιαύτην εἰκάζουσιν, ὡς τὴν τῶν κωνώπων ἐκ τῆς ἐν τοῖς μετάλλοις φλογὸς καὶ τοῦ φεψάλου.

## 5.

Idem XI, p. 530, de Armenia: Μέγεθος δὲ τῆς χώρας Θεοφάνης ἀποδίδωσιν, εὖρος μὲν σχοίνων ἑκατὸν, μῆκος δὲ διπλάσιον, τιθεὶς τὴν σχοῖνον τετταράκοντα σταδίων· πρὸς ὑπερβολὴν δ' εἴρηκεν· ἐγγυτέρω δ' ἐστὶ τῆς ἀληθείας, μῆκος μὲν θέσθαι τὸ ὑπ' ἐκείνου λεχθέν, εὖρος δὲ τὸ ἡμισυ ἢ μικρῶ πλεῖον.

## 6.

Idem XII, p. 555: Ὑπὲρ μὲν δὴ τῶν περὶ Φαρνακίαν καὶ Τραπεζοῦντα τόπων οἱ Τιβαρηνοὶ καὶ Χαλδαῖοι μέχρι τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας εἰσίν. Αὕτη δ' ἐστὶν εὐδαίμων ἱκανῶς χώρα· δυνάσται δ' αὐτὴν κατεῖχον αἰεὶ, καθάπερ τὴν Σωφηνήν, τοτὲ μὲν φίλοι τοῖς ἄλλοις Ἀρμενίοις ὄντες, τοτὲ δὲ ἰδιοπραγοῦντες· ὑπηκόους δ' εἶχον καὶ τοὺς Χαλδαίους καὶ Τιβαρηνοὺς, ὥστε μέχρι Τραπεζοῦντος καὶ Φαρνακίας διατείνειν τὴν ἀρχὴν αὐτῶν. Αὐξήθει δὲ Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ καὶ τῆς Κολχίδος κατέστη κύριος καὶ τούτων ἀπάντων, Ἀντιπάτρου τοῦ Σίσιδος παραχωρήσαντος αὐτῷ. Ἐπεμελήθη δὲ οὕτω τῶν τόπων τούτων, ὥστε πέντε καὶ ἑβδομήκοντα φρούρια ἐν αὐτοῖς κατεσκευάσατο, οἷσπερ

## 3.

In montibus qui supra Albaniam sunt siti, Amazonibus quoque sedes fuisse perhibent. Sane Theophanes, qui Pompeii castra secutus in Albania fuit, inter Amazonas et Albanos ait habitasse Gelas et Legas, Scythicos populos, indeque Mermadalim amnem profluere inter hos et Amazonas medio spatio.

## 4.

Chorzene et Cambysene maxime sunt sitæ versus septentrionem, ideoque etiam nivosisimæ, pertinentes ad Caucasum montana, Iberiam et Colchidem. Ferunt ibi in trajectu montium totos comitatus interdum nivibus montanis absorberi, si quando ninxit vehementius: et ad hæc pericula sustinenda viatores habere baculos, quos in superficiem erigant, ut et respirare possint, et suum casum adventantibus significare, adeoque auxilium nacti effodiantur et serventur. Tradunt etiam in nive glebas coire cavas intus, aquam utilem tanquam in tunica continentes; et animalcula quoque in iis nasci; vermes Apollonides, cossos Theophanes vocat; in iisque bonam aquam contineri, quæ scissis circum tunicis bibatur; ortum vero ani-

malculorum talem conjiciunt, qualis est culicum in metallis e flamma et favilla.

## 5.

Magnitudo Armeniæ a Theophane sic describitur. Longitudo schoenorum centum, latitudo dupla, schoeno stadia quadraginta continente. At modum excedit. Verò propius est, si longitudinem esse ponas, quam ille latitudinem esse dicit, latitudinem vero longitudinis dimidiam et paullo plus.

## 6.

Supra Pharnaciam et Trapezuntem sunt Tibareni et Chaldæi usque ad parvam Armeniam. Ea est satis felix regio, quam, sicuti Sophenam quoque, reguli tenuerunt, aliquando fœdere Armeniis juncti, aliquando rem suam privatim administrantes: paruerunt iis etiam Tibareni et Chaldæi, ita ut Trapezuntem usque et Pharnaciam ipsorum imperium proferrent. Mithridates vero potentia auctus quum Colchidem sibi subjecit, tum istæc omnia, Antipatro Sisidis filius dominium ei cedente. Eam autem curam istorum locorum gessit, ut septuaginta quinque castella in iis exstruxe-

τὴν πλείστην γάζαν ἐνεχείρισε. Τούτων δ' ἦν ἀξιολογώτατα ταῦτα· Ὑδαρα καὶ Βασγοιδάριζα καὶ Σινορία, ἐπιπεφυκὸς τοῖς ὄροις τῆς μεγάλης Ἀρμενίας χωρίον· διόπερ Θεοφάνης Σινορίαν (Σινορίαν. Συνωρίαν v. l.) παρωνόμασεν. Quæ deinceps apud Strabonem sequuntur de Mithridate et Pompeio ex eodem Theophane fluxisse nullus dubito.

rit, in iisque maximam gazam recondiderit; de quibus præcipua sunt Hydara, Basgædariza, et Sinoria, finibus majoris Armeniæ inhærens castellum, ut et Synoriam Theophanes appellaverit.

THEOPHANES.  
ΠΕΡΙ ΓΡΑΦΙΚΗΣ.

7.

Diog. L. II, 104, varios Aristippos recensens: Τεσσαρεσκαίδεκατος, Ἐφέσιος, ζωγράφος, οὗ μὲνηται Θεοφάνης ἐν τῷ Περὶ γραφικῆς. Num ad nostrum an alium hæc Theophanem pertineant, haud liquet. Ad alium referri malim.

## DE PICTURA.

7.

Aristippum Ephesium, pictorem, memorat Theophanes in libro De pictura.



# TIMAGENES ALEXANDRINUS.

Suidas : Τιμαγένης, βασιλικῶ ἀργυραμοιβοῦ υἱὸς, Ἀλεξανδρεὺς, ῥήτωρ, ὡς δέ τινες Αἰγύπτιος, ὃς ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου ἀρχιμάλωτος (a. 55) ἀχθεὶς ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ τοῦ Γαβινίου ἐξωνήθη ὑπὸ Φάυστου, τοῦ υἱοῦ Σύλλου, καὶ ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ, ἐπὶ τ' αὐτοῦ Πομπηίου καὶ μετ' αὐτὸν, ἐπὶ τε Καίσαρος τοῦ Αὐγούστου καὶ μετέπειτα [ ἐπὶ τε Καίσαρος Γαίου Ἰουλίου καὶ μετέπειτα Αὐγούστου Reinesius ] ἅμα Καικιλίῳ. Ἐκπεσὼν δὲ τῆς σχολῆς διὰ τὸ παρρασιαστῆς εἶναι, ἐν ἀγρῶ διῆγε Τουσχλάνῳ λεγομένῳ. Καὶ ἐτελεύτησε δ' ἐν Ἀλβάνῳ (sic vv. dd. pro vlg. Δαβάνῳ) ἐμέσαι βουληθεὶς μετὰ δεῖπνον καὶ σφηνωθείς. Βιβλία δ' ἔγραψε πολλά. Cf. v. Σφηνωθείς.

Τιμαγένης, ἱστορικός. Περίπλουν πάσης θαλάσσης ἐν βιβλίῳ ε' (γ' codd. ABE).

Τιμαγένης ἢ Τιμογένης, Μιλήσιος, ἱστορικός καὶ ῥήτωρ. Περὶ Ἡρακλείας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς λογίων ἀνδρῶν βιβλία γ' καὶ ἐπιστολάς.

Num recte an secus grammaticus inter tres Timagenes distinxit, certis argumentis demonstrari quidem nequit; haud improbable tamen est Timagenem historicum, Peripli auctorem, non aliam propter causam separatim poni, quam quod patriam scriptoris non notatam in fontibus suis reprensens Suidas nesciret ipse, Milesiusne Timagenes an Alexandrinus an denique tertius quidam intelligendus esset. Neque equidem repugno, si quis cum Bonamyō (*Recherches sur la vie, etc. de Timagènes*, in *Mém. de l'Acad.* tom. 13, p. 1 sqq.) statuatur Peripli scriptorem eundem esse cum rhetore Milesio (\*). Quæri etiam possit, num Milesius ab Alexandrino sit diversus, quandoquidem Alexandrinos sæpenumero dicunt non natos Alexandriae, sed versatos ibi vel discipulos vel magistros. Verum duos hosce Timagenes recte distineri censeo. Nullius quidem in hanc rem momenti est, quod ambigit Suidas utrum Τιμαγένης an Τιμογένης Milesius ap-

pellendus sit. Verum quum de claris Heracleensibus scripsisse dicatur, jure statuimus diutius eum in ea urbe degisse, idque largieris eo facilius, quo arctius Heracleenses cum Milesiis conjuncti fuerint (\*). Scilicet Miletum Heracleæ alteram quasi metropolim fuisse constat. Jam ne quis existimet Timagenem Milesium primum Heracleæ diutius versatum, deinde Alexandriam se contulisse, temporum ratio impedit. Nam quum Timagenes noster Augusti res gestas conscripsisse dicatur, fieri non potuit, quin juvenis fere adhuc esset anno 55 a. C. (Pompeio et Crasso coss. v. Dio. Cass. 39, 55), quo Gabinius Syriæ proconsul a Pompeio adjutus Alexandriam cepit, Ptolemæum Auletem in regnum restituit, Romanum captivum abduci jussit Timagenem.

Hactenus de Suidæ loco, ubi duo certe Timagenes recte distinguuntur. Apud reliquos scriptores unus tantum locus exstat, quo Timagenes addita nota patriæ commemoratur. Scilicet Pseudo-Plutarchus (*De fluviis* c. 6) de Arare fluvio ad Gallatica provocans Callisthenis Sybaritæ, ejus scriptoris opere usum esse ait *Timagenem Syrum*. Hunc autem Sy-

(\*) Ebert. Diss. Sic. p. 134 confert Suidæ illud : Φανίας ἢ Φαινίας, quibus, ut n. l., indicarit utramque nominis formam inveniri. Addit Ebertus : « Super hæc magis fere analogiæ convenit Τιμογένης, uti Τιμοφάνης, Τιμοσθένης et centum alia, quibus ipsis unus atque alter sciens imprudens ut Τιμογένης scriberet, adduci potuit. Certe si Villosionius ap. Apollonium (Lex. Hom. v. Ἄρπυια) pro Τιμογένης ἐν ταῖς Παραφράσεσι legere mavult Τιμαγένης, ut eum intelligere possit, qui Suidæ simpliciter Τιμαγένης dicitur, vehementer errat; nam nominis dittographia ut a lexicographo in uno Milesio notaretur, forte, credo, accidit; grammaticam rationem si sequaris, formarum utraque, et Τιμογένης et Τιμαγένης, cadit in omnes, qui unquam id nominis habuerunt. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 653. » Similis fluctuatio est in nomine Θεογένης vel Θεαγένης. Ceterum qui fuerit iste Timagenes Παραφράσεων auctor non constat. Nisi conjectura fallit, idem est cum *Demageto Heracleota*, cujus opus aliquod Demosthenes Thrax, *Paraphraseōn auctor*, in compendium redegit. Suidas : Δημοσθένης Θεαγόρα οὗτος ἔγραψε Μετάφρασιν (ipse vero Dem. opus hoc inscripsit Μεταβολαί) Ἰλιάδος πεζῶ λόγῳ, Ἐπιτομὴν τῶν Δημαγῆτου Ἡρακλεώτου, περὶ διθυραμβοποιῶν (fort. interpunctio post v. Ἡρακλ. tollenda), Μετάφρασιν εἰς τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν. (De confusione nominum Δημάγητος Τιμάγητος, Τιμαγένης cf. not. antecedentem). Hoc si recte conjecimus, ultro adducimur, ut hunc *Heracleotam* eundem esse statuamus cum Timagene, quem Suidas *De Heraclea clarisque Heracleotis* scripsisse dicit. Verum nomen fuerit Τιμάγητος, sicuti in antecedente glossa. Si ulterius progredi vellem, ap. Suidam pro καὶ ἐπιστολάς proponerem καὶ μεταβολάς.

(\*) Ceterum quum Τιμαγέτου opus Περὶ λιμένων laudetur ap. schol. Apoll. Rh. IV, 259 (ἐν α'). 306. 325, ibidemque (IV, 284) Timagetus citetur de Aretiada insula, et (IV, 284) de Istri fontibus cursuque, quæ vel ex eodem Περὶ λιμένων opere vel ex alio scripto geographico fluxerunt: gravis mihi suspicio est *Timagetum* hunc apud Suidam vel ejus auctorem abuisse in *Timagenem* Peripli auctorem, quem nemo alius commemorat. Fortasse etiam pro περίπλουν πάσης θαλάσσης olim fuit περί λιμένων π. θ. — Idem Τιμάγητος in schol. Apoll. Rh. II, 1031 (de Argonautis) et ap. Steph. Byz. v. ἄκτη abuisse mihi videtur in Δημάγητος, sicuti aliis locis confunduntur Δημοσθένης et Τιμοσθένης, Δημαγόρας et Τιμαγόρας. Cf. notam sequentem.

rum cum Alexandrino eundem esse statuit Bonamyus l. l., quem sequitur Santo-Crucius (*Exam. d. hist. d'Alex.*, p. 55). Argumentum sententiæ inde petivit, quod Suidas Timagenem diem obiisse prodit ἐν Δαβάνῳ (ita enim codd.). Quem locum cum Vossio (*Hist. gr.* p. 197) assignat Osroenæ regioni Mesopotamiæ. Huc igitur quum Timagenes relicta Italia se recepisset, accidisse ut Syrus a Plutarcho dici posset (\*). At parvum istud Osroenes castellum a seri demum ævi scriptoribus memoratum, non audit Δάβανον vel Δάβανος, sed (τὰ) Δάβανα vel Δαβάναι ap. Procop. De æd. II, 4 et Notit. imper. Orient. c. 33, coll. Ammian. Marcell. XIII, 2. Forbiger. *Alt. Geogr.* tom. II, p. 635. Deinde autem quum Timagenes in contubernio Asinii Pollionis consenuisse perhibeatur (v. infra), nec causa adsit cur senem decrepitum ad ultimas terrarum orbis plagas relegatum putemus, imo vero quum quæ de mortis genere accurate (ab Asinio Pollione?) traduntur, virum inter amicos potius expirantem arguere videantur : dubitari vix potest, quin in Italia Timagenes vita functus sit, apud Suidam vero Rubenius (ad Senec. De ira III, 23) et Hemsterhusius pro ΔΑβάνῳ rectissime reposuerint ΑΑβάνῳ (\*\*). Cf. Toup. *Emend.* II, p. 294. Nihilosecius Syrum Timagenem non sejungendum esse suspicor ab eo, qui captus est Alexandriæ. Syriæ historiam a Timagene accurate tractatam esse vel peculiari scripto vel in majori aliquo historiarum opere patet ex fragmentis 4. 5. 6 (ex Josepho). Eodem referre licet quæ fr. 2 leguntur de Milyensium regione, per longum tempus Syrorum regum imperio subjecta. Hunc vero Timagenem esse qui Pompeii et insequentibus temporibus vixit, innuit fr. 3, ubi Castori jungitur et Nicolao Damasceno. Porro fr. 4 Timagenis mentio de re ad Syriam pertinente fit ex Strabonis opere nunc deperdito. Strabonem vero unum tantum Timagenem in libris suis laudasse inde colligas, quod in Geographicis Strabonis (v. fr. 9) simpliciter citatur Timagenes, nullo addito indicio, quo hunc ab alio ejusdem nominis scriptore alias laudato possis discernere. Hic vero locus, quum de rebus sit Gallorum, Timagenes ibi citatus procul dubio idem est atque Syrus ille, quem de Galliæ fluvio loquens memorat Plutarchus.

(\*) Bonamy. l. l. p. 41 : « Nous ne savons pas précisément le temps qu'il resta à Tusculum, et encore moins la raison qui lui fit prendre le parti de quitter cette retraite pour se retirer à Dabanum, ville de l'Osroène dans la Mésopotamie; c'est, si, je ne me trompe, du lieu de cette retraite que l'auteur du livre Des fleuves a donné à Timagènes le surnom de Syrien. Il y mourut d'une indigestion. »

(\*\*) Similiter ap. Ptolem. V, 2 codd. Ἀπολλωνία πρὸς Δαμ-βάνῳ, quum esse debeat πρ. Ἀλβάνῳ.

Igitur Timagenes, regii argentarii filius, natus fuerit (80-75 a. C.?) in Syriæ oppido. Hinc studiorum causa se contulerit Alexandriam. Expugnata urbe captivus venit Romam (55 a. C.). Quæ deinceps de fatibus ejus moribusque Suidas subjungit, ea egregie supplentur narratione Senecæ tum patris tum filii. Est vero hæc :

Seneca *Controv.* 34 : *Sæpe solebat (Asinius Pollio) apud Cæsarem cum Timagene configere, homine acidæ linguæ et qui nimis liber erat : puto quia diu non fuerat ex captivo coquus, ex coquo lecticarius, ex lecticario usque ad amicitiam Cæsaris felix. Usque eo utramque fortunam contempsit, et in qua erat et in qua fuerat, ut, quum illi multis de causis iratus Cæsar interdixisset domo, combureret historiam rerum ab illo gestarum, quasi et ipse illi ingenio suo interdiceret, disertus homo et dicax, a quo multa improbe, sed venuste dicta.*

Seneca *De ira* III, 23 : *Multa et divus Augustus digna memoria fecit dixitque, ex quibus appareat illi iram non imperasse. Timagenes historiarum scriptor quædam in ipsum, quædam in uxorem ejus et in totam domum dixerat, nec perdidit dicta; magis enim circumfertur et in ore hominum est temeraria urbanitas. Sæpe illum Cæsar monuit ut moderatius lingua uteretur : perseveranti domo sua interdixit. Postea Timagenes in contubernio Pollionis Asinii consenuit, ac tota civitate dilectus est : nullum illi limen præclusa Cæsaris domus abstulit. Historias postea quas scripserat, recitavit et combussit, et libros acta Cæsaris continentes in ignem posuit. Inimicitias gessit cum Cæsare; nemo amicitiam ejus extimuit, nemo quasi fulgure ictum refugit : fuit qui præberet tam alte cadenti sinum. Tulit hoc, ut dixi, Cæsar patienter, ne eo quidem motus, quod laudibus suis rebusque gestis manus attulerat. Nunquam cum hospite inimici questus est : hoc duntaxat Pollioni Asinio dixit, ὀνηροτροφεῖς. Paranti deinde excusationem obstitit, et « frueri, » inquit, « mi Pollio, frueri. » Et quum Pollio diceret : Si jubes, Cæsar, statim illi domo mea interdicam, « Hoc me, » inquit, « putas facturum, quum ego vos in gratiam reduxerim? » Fuerat enim aliquando Timageni Pollio iratus, nec ullam aliam habuerat causam desinendi, quam quod Cæsar cœperat (\*).*

(\*) De Asinio Pollione apponere liceat locum Plinii in *Ep.* VII, 12 : *Vir est optimus et inter præcipua seculi ornamenta numerandus : colit studia, studiosos amat, fovet, provehit, multorumque, qui aliqua componunt, portus, sinus, præmium; omnium exemplum; ipsarum denique literarum jam senescentium reductor ac reformator. Domum suam recitantibus præbet; auditoria, non apud se tantum, benignitate mira frequentat.* Plura vide ap. Thorbeckium *De C. Asinii Pollionis vita et studiis doctr.* (Lugd. Bat. 1820) p. 100 sqq.

In schola Timagenis successit Asinius Pollio Trallianus (libertus haud dubie C. Asinii Pollionis consularis). Suidas : Πωλίων, ὁ Ἀσίνιος χρηματίας, Τραλλιανὸς, σοφιστὴς καὶ φιλόσοφος, σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου, καὶ διαδεξάμενος τὴν σχολὴν Τιμαγένους (\*). Vitam Timagenis enar-

(\*) Eundem hunc esse Timagenem cum Alexandrino ap. Suidam, contra Vossium rectissime monet Bonamy. Nam et Suidas et Seneca captivum Romam venisse atque παρρασιαστὴν fuisse dicunt. Porro villam Pollio habuit *Tusculanum*, in qua a. u. 755 mortuus est, teste Hieronymo in Chron. Euseb. ad h. a. coll. Thorbeck. De Asinio Pollione (Lugd. Bat. 1820) p. 47. 101. Neque offendit nihil apud Senecam dici de *rhetore ejusque schola*. Nam quisque perspicit cur grammaticus hæc memoraverit, omiserit philosophus Augusti celebrans clementiam. Ceterum Timagenes schola non tam excidisse, quam sponte cessisse videtur Thorbeckio p. 102 : « Verosimile est scholæ præfectum esse a C. Asinio libertum suum, postquam Timagenes, contubernio Pollionis exceptus, otium quærens (quippe qui jam senior ad Pollionem accessit) magisterio se abdicasset. Videntur enim hæc scholæ, quemadmodum magistri, in quadam tutela fuisse ac patrocinio principum e civitate virorum. »

Ceterum pergit Suidas : ἔγραψεν Ἐπιτομὴν τῆς Φιλοχόρου Ἀτθίδος (vid. Philoch. p. LXXXVIII sq.), Ἀπομνημονεύματα Μουσωνίου τοῦ φιλοσόφου, Ἐπιτομὴν τῶν Διοφάντους Γεωργικῶν ἐν βιβλίοις β', πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ ζῴων βιβλία ι', Περὶ τοῦ ἐμφυλίου τῆς Ῥώμης πολέμου, ὃν ἐπολέμησαν Καῖσαρ τε καὶ Πομπήιος. Epitomen Atthidis Philochoræ, quam Pollio confecit, eandem esse cum ea quæ ipsi Philochoro ab eodem Suida tribuitur, censet Bernhardt. Ἀπομνημονεύματα Μουσωνίου, qui sub Nerone floruit, junioris Claudii Pollionis Alexandrini, qui Hadriani temp. vixit, esse debent. Idem de Epitome Diophanis valet. Quod denique historiam helli civilis attinet, cum Pollione Græco confundi videtur Asinius Pollio Romanus, quem sui temporis historiam latine scripsisse compertum habemus. Vide Thorbeck. l. l. p. 108 sqq., atque ipse Suidas : Ἀσίνιος Πωλίων Ῥωμαῖος, ἱστορίας Ῥωμαϊκὰς συνέταξεν ἐν βιβλίοις ιζ'. Οὗτος πρῶτος Ἑλληνικὴν ἱστορίαν Ῥωμαϊκῶς συνεγράψατο. Quamquam putari possit et Romanum et Græcum Pollionem easdem historias, illum latine scripsisse, hunc græce tractasse aut vertisse. Scilicet ap. Plutarch. Cæs. c. 46 leguntur hæc : « Ο δὲ Καῖσαρ, ὡς ἐν τῷ χάρακι τοῦ Πομπηίου γενόμενος τοὺς τε κειμένους νεκροὺς ἤδη τῶν πολεμίων εἶδε, καὶ τοὺς ἐπικτεινομένους, εἶπεν ἄρα στενάχας : « Τοῦτ' ἐβουλήθησαν, εἰς τοῦτό με ἀνάγκης ὑπηγάγοντο, ἵνα Γάιος Καῖσαρ, ὁ μεγίστους πολέμους κατορθώσας, εἰ προηκάμην τὰ στρατεύματα, κἂν κατεδικάσθην. » Ταῦτά φησι Πολλίων Ἀσίνιος τὰ ῥήματα Ῥωμαῖστὶ μὲν ἀναφθέξασθαι τὸν Καῖσαρα παρὰ τὸν τότε καιρὸν, Ἑλληνιστὶ δ' ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι. Quibus *græcum* Pollionis opus laudari possit videri. At dixerit potius Pollio Cæsarem hæc verba postea in epistola græce reddidisse. De græca historia latine a Pollione sive Romano sive Tralliano scripta non constat. Pertinere autem ad hoc argumentum videtur (cf. Bernhardt ad Suid. l. l.) liber, quem Pollio (Trallianus haud dubie) Περὶ τῆς Κτησίου καὶ Ἡρόδοτου κλοπῆς scripsisse dicitur (a Porphyrio ap. Euseb. p. E. p. 467, D). Similiter iisdem fere temporibus Lysimachus scripsit De furtis Ephori. Præterea epistolas, quæ sub Arati et Euripidis nomine circumferebantur, ab Asinio Pollione confectas esse tradit Apollonides Nicenus in Vit. Arati p. 56 ed. West. Ceterum variorum Pollionum catalogum composuit Thorbeck. l. l.

ravit Euagoras Lindius. Suidas : Εὐαγόρας, Λίνδιος, ἱστορικὸς, ἔγραψε βίον Τιμαγένους καὶ ἐτέρων λογίων.

Restat ut apponamus, quæ de παρρησίᾳ Nostri traduntur.

Plutarch. De adulat. c. 27 : Τιμαγένης ἐξέπεσε τῆς Καῖσαρος φιλίας ἔλευθέρᾳ μὲν οὐδέποτε φωνῇ χρησάμενος, ἐν δὲ τοῖς συμποσίοις καὶ τοῖς περιπάτοις ἐκάστοτε πρὸς οὐδ' ἠντινοῦν σπουδῆν,

— ἀλλ' ὅ τι οἱ εἶσαιτο γελοῖον Ἀργείοισιν,

αἰτίαν φιλίας ὥσπερ σόφισμα λοιδορίας προσφερόμενος.

Seneca Epist. 91 : *Timagenes, felicitati urbis inimicus, ajebat, Romæ sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura quam arsissent.* Cf. Sueton. Octav. c. 29.

Plutarch. Qu. conv. I, 13, 3 p. 634, F : Ἐπιβουλῇ καὶ ὕβρει προσέοικεν... τὸ Τιμαγένους πρὸς τὸν ἄνδρα τῆς ἐμετικῆς

Κακῶν γὰρ ἀρχεῖς τήνδε μοῦσαν (sc. τήνδ' ἐμοῦσαν) εἰσάγων καὶ πρὸς Ἀθηνόδωρον τὸν φιλόσοφον, εἰ φυσικὴ ἢ πρὸς τὰ [ἐχγόνα] φιλοστοργία.

Horatius Epist. I, 19, 15 :

*Rupit Iarbitam Timagenis æmula lingua dum studet urbanus tenditque disertus haberi.*

Ad quæ scholiasta : *Hic Iarbita, Maurus regione, fuit Cordus, qui dum Timagenem post convivium et inter pocula declamantem vellet imitari, nec posset, invidia quodammodo ruptus est.* Cf. interpretes.

Scriptis Timagenes permulta, uti Suidas ait. Inter ea fuisse *Historiam rerum Augusti* supra vidimus. Sed hanc iratus auctor combussit, referente Seneca patre, a quo sua accepit filius, qui tamen ita rem tradit, ut ceteras quoque historias Timagenes simul flammis tradidisse videri possit. Etenim verba sunt : *Historias postea quas scripserat, recitavit et combussit, et libros acta Cæsaris continentes in ignem posuit.* Sed hæc nihil nisi figura rhetorica, qua bis effertur res eadem.

Stephanus Byzantius Milyas olim Solymos dictos esse refert ex Timagene in α' Βασιλέων. De quo opere Bonamyus mira judicii confidentia : *C'était, inquit, une histoire d'Alexandre le Grand et des rois qui divisèrent sa monarchie.* Quæ repetit Santo-Crucius l. l. p. 55. Parum hæc sententia se commendat, etsi de Alexandro quoque egisse Timagenem jure colligas ex fragmento primo. Nam Alexander, ut præeunte Salmasio (ad Solin. p. 1108, E) recte monet Ebertus (Diss. Sic. p. 135), aut nunquam aut perraro βασιλεὺς breviter et absolute a Græcis dictus est, et successores Alexandri in titulis talium librorum διάδοχοι et ἐπίγονοι vel οἱ διαδεξάμενοι nominantur. Igitur, nisi forte decurtatus apud Stephanum titulus est (v. c. ex ἐν α' Περὶ ἀρχαίων βασιλέων, vel ἐν α' Συρίας βασ. etc.), de

tali fere opere cogitaverim, qualis umbram ostendit Cornelii Nepotis libellus *De regibus* inscriptus, in quo dixit auctor de regibus Persarum, Spartanorum, Sicularum, Macedonum, de Alexandro ejusque successoribus, non ita tamen ut continuam quandam historiam efficere studeret, sed eo maxime consilio, ut personarum rebus gestis, animi ingeniique magnitudine et factorum varietate conspicuarum adumbraret imagines. Quale quidem argumentum rhetoris studiis est accommodatissimum. Ex eo autem *De regibus* opere petita esse, quæ de Aristobulo et Alexandro, Hyrcani filii, deque Ptolemæo Aulete in fragmentis leguntur, minime equidem contenderim. Hæc enim quum ad ipsius auctoris tempora pertineant, non absurde quæras, an non ex multis istis scriptis Timagenes unum etiam sui ævi historiæ destinaverit, Pollionis patroni secutus exemplum. Ad ejusmodi opus commode etiam referre possis quæ de *Callis* ex Timagene traduntur, quippe quæ narrationi de Cæsaris rebus in Gallia gestis intexta fuerint. Bonamyus et Santo-Crucius peculiare de Gallia opus a Timagene compositum esse sibi persuaserunt.

Ceterum haud infimus locus inter historicos Timageni nostro assignatur. Certe Quintilianus (X, 1, 75) clarissimos historiarum scriptores recensens, postquam dixerat de Herodoto, Thucydide, Philisto, Theopompo, Ephoro, perguit ita: *Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur. Longo post intervallo temporis natus Timagenes hoc est vel ipso probabilis, quod intermissam historias scribendi industriam nova laude reparavit.*

Clitarchum quantopere Ciceronis temporibus Romani dilexerint, suo loco demonstravimus. Sane quidem fidem historici minimam esse benorunt, sed hoc nihil tum ad rem. Nonne dictionis elegantia luminibusque omnes longe post se reliquisset Clitarchus videbatur? Quis ad animos lectorum commovendos permulcendosque instructor unquam et paratior? Hujus igitur premenda vestigia erant, si quis Romanis probari volebat. Neque male rem cessisse Timageni testimonio rhetoris declaratur, quippe qui, etsi post Clitarchum alios multos rhetorice historiam tractasse constat, hos tamen mentione non dignos habens Timageni demum contigisse censeat, ut historiam scribendi artem, inde a Clitarcho jacentem quasi et intermortuam, ad vitam denuo revocaret. (\*) Atque ex-

(\*) Ita enim verba Quintilianii intelligenda esse patet. Contra Bonamyus, quum Senecæ locum de combustis a Timagene historiis prave accepisset: « Je ne sais, inquit, si la manière, dont parle Sénèque de la combustion des écrits de Timagènes, ne demande pas quelque restriction, et s'il n'avait pas fait grâce à quelques-uns. Ce qu'il y a de

celluisse Timagenem eloquentiæ venustate ex iis, quæ supra attulimus, perspicitur. Eruditione etiam non caruerit: *Timagenes et diligentia Græcus et sermone hæc quæ diu sunt ignorata collegit ex multiplicibus libris* (fr. 7). Fidem vero narrationis neque exspectamus neque reperimus. Sic fragm. 5 numerum cæsorum auget in immensum: et fragm. 1 Clitarchum secutus insigne profert mendacium. Atque hæc quidem imputanda sunt rhetori. Haud minorem in historias vim exercuerit scriptoris *lingua acida, nimis libera, improbe dicax*. Huc, opinor, pertinent, quæ parum honesta narravit de Theophane, Pompeii familiari consiliorumque adjutore. Omnino enim probabile est uti Asinium Pollionem, sic etiam Timagenem Pompeianorum adversarium fuisse (de Asinio P. v. Thorbeck. p. 40. 55). Perplacet denique Schwabii (*De Livio et Timagene, historiarum scriptoribus, æmulis. Program. schol. Stuttgart. 1834*) conjectura, ex qua Livius (IX, 19) verbis *levissimi ex Græcis* unum Timagenem nostrum notare voluerit (\*).

certain, est que, s'il les brûla tous, il s'occupait lorsque sa colère fut passée, à réparer cette perte. Quintilien, qui le met au nombre des plus fameux historiens, le loue de s'être encore appliqué à écrire l'histoire, après avoir cessé quelque temps de le faire.» Recte vero Santo-Crucius l. l. p. 55: *Timagène... que Quintilien regarde comme le restaurateur de l'histoire.* Cf. Ulrici *Charact. d. all. Historiogr.* p. 65. Clintonus in F. H. tom. III, p. 624 in Bonamyi explicatione, quod miror, acquievit. Unde factum est, ut Timagenem sophistam, qui Augusti gratia excidit, diversum esse opinetur a Timagene historico cujus supersunt fragmenta.

(\*) Livius IX, c. 16 extr. laudationem Papirii Cursoris hisce claudit verbis: *Quin cum parem destinant animis Magno Alexandro ducem, si arma, Asia perdomita, in Europam vertisset.* Deinde vero cap. 17 excusans se quod contra morem a rerum ordine declinaret, quærere instituit, *quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit.* « Et exordium quidem hujus quæstionis, Schwabius inquit, satis lene et moderatum videri potest, donec ex improvise prorumpit ardor et perturbatio quædam mentis, a tranquillitate animi, dignissima rerum scriptore, ... prorsus abhorrens. Neque alias Livius nequenarrans neque judicans, nisi ubi verba ex aliorum ore atque animo proferenda sunt, tam se commotum et sui parum compotem ostendit. Deinde postquam Alexandrum omnibus modis deprimere et vilem facere conatus est, plane tanquam *æmulum* aliquem ejusdem regis principem, cui ipse favebat Livius, oculis suis subjectum intueatur, ne a conviciis quidem sibi temperat in iis verbis, quæ... pæne integra apponimus: (C. 17) *Militaria, ait opera pugnando obeunti Alexandro.. cessisset videlicet in acie oblatus par Mn. Torquatus, .. cessissent Decii, cessisset Papirius Cursor, illo corporis robore, illo animi: victus esset consiliis juvenis unius senatus ille etc...* (C. 18.) *Referre in tanto rege piget superbam mutationem vestis, etc...* *Quid si vini amor in dies acrior?...* *Id vero periculum erat quod LEVISSIMI EX GRÆCIS, qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriæ fa-*



## I.

Curtius IX, 5, 21: *Ptolemæum, qui postea re-*  
*gnavit, huic pugnae (Mallensi) adfuisse auctor est*

*vent, dictitare solent, ne majestatem nominis Alexandri, quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse, sustinere non potuerit populus Romanus, et, adversus quem Athenis, in civitate fracta Macedonum armis, cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, concionari libere ausi sunt homines (id quod ex monumentis orationum patet), adversus eum nemo ex tot proceribus Romanis vocem liberam missurus fuerit... Idem fere totius orationis tenor, quamdiu in eadem materia scriptor versatur; et vehementior allocutio, qua mox utitur, vix dubium relinquit, quin certum quendam adversarium hisce telis petierit. Sed priusquam explicare aggredimur, quid sibi voluerit illa levissimorum Græcorum compellatio, præmittenda nonnulla sunt... Scilicet haud incredibile nobis videtur ad mentionem Alexandri M. declinasse historicum nostrum, non quia libuerit, sed quia potentioris voluntas illum impulerit. Cæsar Augustus, cujus in aula atque amicitia T. Livium vixisse satis constat, tres potissimum laudes affectabat... Voluit enim haberi religionum restitutor, Romanorum finium ac imperii propagator, morum ac disciplinæ corrector emendatorque. De ea gloria gratulantium principi scriptorum choro miscet vocem suam Livius... Ut ad Augustum redeamus,... illi ante omnia cordi fuisse videtur, abolere dedecus, quod a Parthis Romani non semel passi erant, ac devincere populum penes quem tum temporis Orientis imperium erat. Et credere licet, novo populi Romani ductori inde a juvena familiarem fuisse istam curam, quin quasi trataticiam et a patre J. Cæsare hereditariam acceptam. Et sane quum alia bella.. vel lentissime procederent.., vel spem et ostentationem non egrederentur, unum etiam... infelicissimum exitum habuerit: successus Parthici conatus exspectatione major effecit, ut omnis bellica laus imperatoris Romani, quam et ipse sibi jure tribuere posse videbatur, et a præconibus gloriæ suæ rerum scriptoribus poetisque tulit, intra ejus victoriæ famam steterit. Quin etiam immoratum fuisse Cæsarem Augustum cogitationi, qua ipse se *Persarum victorem et æmulum Alexandri Magni* sibi repræsentabat, ex indiciis nonnullis colligi potest; et poetarum quoque quæsitissimis laudibus, qua Parthos modo *Persas* vocant, modo *Medos*, et Augusti expeditionem ulteriorem ad *Indos* denuntiant, vel etiam devictam ab eodem Indiam gloriantur, in his omnibus *tacitam Cæsaris Augusti cum Alexandro Magno* comparisonem inesse, quis negaverit? Eam quominus disertis verbis declararent, et nomen ipsum Alexandri proferrent, obstilisse videtur pudor et metus quidam, ne irrisui objicerent virum neque militaris rei insigni notitia excellentem neque manu fortem, componendo eum cum incomparabili et summo totius antiquitatis bellatore. Aliqua tamen ejus comparisonis vestigia occurrunt in itinere Augusti, quo quasi adversus Parthos profecturus in Græcia substitit. Nam illic unus ex legatione Indica, quæ Cæsari obviam venerat, gymnosophista vitæ genere, *Calanus alter coram altero Alexandro*, flammis se dedit, Orientis victori spectaculum (Strabo XV init.). — Jam vero, quid si in medio isto laudum et hyperbolarum consensu exaudita est dissensio subita, dissona, protervi cavillatoris, qui insolenti audacia contenderet puerilem esse Augusti cum Alexandro M. comparisonem, et Romanos illos, qui ne Parthos quidem in ordinem redigere sufficiant (nam ne nunc quidem cum hisce armis dimicatum, neque victoriam, quam nequidquam jactent, reportatam) et qui certe*

*Clitarchus et Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriæ suæ non refragatus, adfuisse missum in expeditionem memoriæ tradidit. Cf. Clitarch. fr. 11.*

multo minus antiquis illis Persis, terrarum quondam dominis, suffecissent, — eos scilicet *Alexandri* potentiae atque virtuti pares futuros fuisse! Operæ sane pretium erat, tanto crimini, præsertim si ex ore scriptoris rerum cujusdam profectum erat, obviam ire, et ejus viri calamum, quem nostratum sermone historiographum imperii Romani apposite appellaveris, T. Livii dico, advocare Prolatum autem fuisse ejusmodi crimen atque in publicum editam objurgationem, id certe e Liviano nostro loco apertissime patet. — Deinde nonnullis interpositis Schwabius veterum de Timagene ejusque dicacitate testimonia recenset. Post hæc pergit: « Hic igitur *Timagenes* quam omnibus partibus ei personæ conveniat, ad quam T. Livii convicia referenda sint, vix est quod moneam. Græcus erat, æmulus Livii Romani non solum in historiarum scribendarum arte, sed etiam in amicitia Cæsaris; libertinus erat, ad aulam et summorum virorum familiaritatem ex turpissimo quæstu productus, non leve in oculis Livii opprobrium, qui ipse Pompeianus, id est optimatum partium assecla erat, cujus universum historiarum opus prodiisse manifestum est e consilio condecorandi Romani nominis, quare ei Græculus ille (et omnino oderat Livius Græcos) cum importuno suo in Romanos odio intestabilis esse debebat. Denique, postquam gratia Augusti exciderat æmulus, in *C. Asinii Pollionis* domum confugerat, qui apertus erat T. Livii inimicus. Nam Pollio, alias fautor et amicus virorum doctorum et idem rerum egregius scriptor, etiam propter partium studium Livio nostro favere non poterat. Ipse posteriore tempore clam, mox publice Antonii sectator, prius Pompeianarum partium vehementissimus hostis fuerat, præcipue acerbus adversus Patavinos, Livii municipes, quod cum Pompeio faciebant. Qui quum *Patavinatatem* Livii exagitaret, non solum de quibusdam linguæ et orationis solæcismis,... sed potissimum de *politica* quadam sentiendi ratione questus fuisse censendus est, eadem, propter quam Pompeianus a Cæsare Augusto per jocum nominatus est Livius. Huic Pollioni, quem, etiam quum ab Antonio transisset ad Augustum, universæ reip. principem factum, ferociam et popularitatis studium minime deposuisse verisimile est, sane gratum esse non potuit, quod Augustus regiam quasi aulam instituebat, Pompeianam nobilitatem alliciens circa se cum affectatione collocabat, denique T. Livium, Patavinum, Pompeianum, inter amicos habitum, sciebat scribere historiam optimatum laudibus refertam. Contra illi non poterat non acceptissimus esse Timagenes, tam propter originem et vitæ casus quam propter sentiendi de republica rationem et ingenium mordax a Pollionis ingenio haud absimile; nam Asinius etiam Octaviano Cæsari, qui triumviratûs tempore Fescenninos in ipsum scripserat, per contumeliam rescribere avebat, et modo prudentiorem se, quam Timagenes, Pollio gessit quum diceret: *At ego taceo; non est enim facile in eum scribere qui potest proscribere* (Macrob. II, 4). Quodsi iratus aliquando Timageni Pollio fuerat, ipsa narratio ejus rei docet, neque gravem fuisse illam iram neque durabilem. — Hæc sane omnia, quæ hucusque attulimus, in unum collecta confessionem lectori eliciant necesse est, vix quemquam esse præter Timagenem, cui tam proum, cujus naturæ quasi et genio tam consentaneum fuerit, ita potissimum de Alexandro M., de Romanis, de Parthis loqui, vix cum quoquam, præter Timagenem, tanta verborum vehementia, tam hostili ira altercari potuisse Livium, connivente Cæsare Augusto, si non jubente. Nam quod numero plurali Livius utitur, loquitur de

2.

Stephan. Byz. : Μιλύαι, οἱ πρότερον Σόλυμοι, ὡς Τιμαγένης πρώτῳ Βασιλείων. Καὶ ἡ χώρα Μιλυάς, ὡς Μιλυάς. Λέγονται καὶ Μιλυες, ἀπὸ Μιλύης τῆς γυναικὸς Σόλυμου καὶ ἀδελφῆς, ὕστερον δὲ Κράγου γυναικός. Τὸ ἐθνικὸν Μιλυεύς καὶ Μιλυίτης.

Cf. Forbiger. *Alt. Geogr.* II, p. 248. 323. 330.

3.

Josephus C. Apion. II, 7 : *Nicolaus Damascenus, Timagenes et Castor chronographus et Apollodorus... omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum (Epirhianem) transgressum foedera Judæorum et spoliasse templum auro et argento plenum.* Cf. Castor. fr. 22.

4.

Josephus Ant. Jud. XIII, 11, 3 : Aristobulus, Hyrcani f., rex Judæorum, moritur βασιλεύσας ἐνιαυτὸν, γρηματίσας μὲν Φιλέλλην, πολλὰ δ' εὐεργετήσας τὴν πατρίδα, πολεμήσας Ἰουραίαν, καὶ πολλὴν αὐτῶν τῆς χώρας τῇ Ἰουδαίᾳ προσκτησάμενος, ἀναγκάσας τε τοὺς ἐνοικοῦντας εἰ βούλοιντο μένειν ἐν τῇ χώρᾳ περιτέμνεσθαι καὶ κατὰ τοὺς Ἰουδαίων νόμους ζῆν. Φύσει δ' ἐπιεικεῖ κέχρηται, καὶ σφόδρα ἦν αἰδοῦς ἤττων, ὡς μαρτυρεῖ τοῦτο καὶ Στράβων ἐκ τοῦ Τιμαγένους ὀνόματος λέγων οὕτως : « Ἐπιεικῆς τε ἐγένετο

levissimis ex Græcis, id vero opinionem nostram de uno Livii adversario, Timagene, non labelactaverit. Notissimus enim est inter grammaticos usus numeri pluralis quum de uno tantum sermo est. » — Subjicit Schwab. in eodem libro hæc a Timagene prolata videri, in quo de Alexandro sermonem fecit (fr. 1). Quibus addo Timagenem, quum in iis quæ Curtius narrat Clitarchum ducem habuerit. cum eodem Clitarcho dixisse videri de Romanorum a Alexandro legatione, idque ipsum Livium indigitare verbis : *quem (Alexandrum) ne fama quidem illis (Romanis) notum arbitror fuisse.* Quod si verum est, aptissimam hic locus in Romanos invehendi præbuit occasionem.

2.

Milyæ, qui prius Solymi, ut Timagenes ait libro primo Regum. Et regio vocatur Milyas, uti Mynias. Appellantur etiam Milyes, a Milya uxore Solymi et sorore, quæ postea Cragi conjux fuit. Gentile Milyensis et Milyita.

4.

Aristobulus moritur postquam per unum annum regnaverat, Græcorum amator dictus, patria ab eo multis beneficiis aueta, Huræa debellata, et multa ejus regionis parte Judææ addita, coactisque incolis, si in sua regione manere vellent, circumcidi et ad Judæorum leges vivere. Natura autem æquus erat et admodum verecundus, Ita attestante Strabone ex auctoritate Timagenis hæc verbis : « Ἐπιεικῆς τε ἐγένετο καὶ ἀποφειδόμενος ἐν τοῖς ἐπιεικῆσι, καὶ ἀποφειδόμενος ἐν τοῖς ἐπιεικῆσι, καὶ ἀποφειδόμενος ἐν τοῖς ἐπιεικῆσι. »

οὗτος δ' ἀνὴρ, καὶ πολλὰ τοῖς Ἰουδαίοις χρήσιμος· χώραν τε γὰρ αὐτοῖς προσεκτήσατο, καὶ τὸ μέρος τοῦ τῶν Ἰουραίων ἔθνους ἠκραιώσατο, δεσμῶ συνάψας τῇ τῶν αἰδοίων περιτομῇ. « Strabo hæc dixisse videtur in Commentariis historicis ; in Geographicis, quæ exstant, locus a Josepho laudatus non reperitur.

5.

Idem ibid. XIII, 12, 5 : Alexander, Hyrcani f., post Aristobulum fratrem rex Judæorum, cum Ptolemæo Lathuro, Cleopatrarum f., ad Jordanem fluvium prope Asophum locum prælium committit. Victus Alexander, ingensque edita strages Judæorum. Τρισμυρίους γοῦν ἔφασαν ἀνδρῶν ἀποθανεῖν· Τιμαγένης δὲ πεντακισμυρίους εἶρηκε· τῶν δὲ ἄλλων τοὺς μὲν αἰχμαλώτους ληφθῆναι, τοὺς δ' εἰς τὰ οἰκεία διαφεύγειν χωρία.

6.

Plutarch. Pompei. 49, 6 : Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Κανίδιος εἰσήνεγκε δημαρχῶν νόμον, ἀνευ στρατιᾶς Πομπήιον ἔχοντα βραβδούχους δύο διαλλάττειν Ἀλεξανδρεῦσι τὸν βασιλέα. Καὶ Πομπήιος μὲν ἐδόκει τῷ νόμῳ μὴ δυσχεραίνειν, ἡ δὲ σύγκλητος ἐξέβαλεν, εὐπρεπῶς σκηψαμένη δεδιέναι περὶ τὰνδρός. Ἦν δὲ γράμμασιν ἐντυχεῖν διερριμμένοις κατ' ἀγορὰν καὶ παρὰ τὸ βουλευτήριον, ὡς δὴ Πτολεμαίου δεομένου Πομπήιον αὐτῷ στρατηγὸν ἀντὶ τοῦ Σπινθῆρος δοθῆναι. Τιμαγένης δὲ καὶ ἄλλως τὸν Πτολεμαῖον οὐκ οὔσης ἀνάγκης ἀπελθεῖν φησι καὶ καταλιπεῖν Αἴγυπτον ὑπὸ Θεοφάνους πεισθέντα πράττοντος Πομπείῳ χρηματισμοῦς καὶ στρατηγίας καινῆς ὑπόθεσιν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐχ οὕτως ἡ Θεοφάνους μοχθηρία πεποίηκε πιθανόν, ὡς ἀπιστον ἡ Πομπηίου φύσις οὐκ ἔχουσα κακότητες οὐδ' ἀνελεύθερον οὕτω τὸ φιλότιμον.

7.

Ammian. Marcellin. XV, 9 : *Ambigentes super origine prima Gallorum scriptores veteres notitiam*

5.

Triginta hominum millia occisa retulerunt, vel ut Timagenes dixit, quinquaginta millia ; reliquos partim captos esse, partim domum fuga dilapsos.

6.

Canidius tribunus plebis rogationem promulgavit, uti Pompeius cum duobus lictoribus et absque omni exercitu Ptolemæum (Auleten) Alexandrinis reconciliaret. Quod quum non inique pati Pompeius videretur, senatus tamen honesta præscriptione motuere se ei viro, irritum fecit. Reperta etiam sparsim in foro et pone curiam literæ, Ptolemæum pro Spinthere Pompeium poscere asserentes. Timagenes Ptolemæum nulla coactum necessitate Aegypto cecidisse, sed a Theophano persuasum narrat, qui Pompeio pecuniæ faciendæ novorumque imperiorum materiam procuraret. Id non tam probabile Theophanis malitia facit, quam incredibile Pompeii natura, nequaquam ita malitiose et illiberaliter ambitios.

reliquere negotii semiplenam : sed postea Timagenes, et diligentia Græcus et sermone, hæc quæ diu sunt ignorata, collegit ex multiplicibus libris; cuius fidem secuti, obscuritate dimota, eadem distincte docebimus et aperte. Aborigines primos in his regionibus quidam visos esse firmarunt, Celtas nomine regis amabilis, et matris ejus vocabulo Galatas dictos: ita enim Gallos sermo appellat. Alii Dorienses, antiquiorem secutos Herculem, Oceani locos inhabitasse confines. Drysidæ memorant revera fuisse populi partem indigenam: sed alios quoque ab insulis extimis confluisse et tractibus transrhenanis, crebritate bellorum et alluvione fervidi maris sedibus suis expulsos. Aiunt quidam, paucos post excidium Trojæ, fugitantes Græcos ubique dispersos, loca hæc occupasse tunc vacua. Regionum autem incolæ id magis omnibus adseverant, quod etiam nos legimus in monumentis eorum incisum, Amphitruonis filium Herculem ad Ceryonis et Taurisci sævium tyrannorum perniciem festinasse, quorum alter Hispanias, alter Gallias infestabat: superatisque ambobus coisse cum generosis feminis, suscepisseque liberos plures, et eos partes quibus imperitabant, suis nominibus adpellasse. A Phocæa vero Asiaticus populus Harpali [deb. Harpagi] inclementiam vitans, Cyri regis præfecti, Italiam navigio petiit. Cujus pars in Lucania Velium, alia condidit in Viennensi Massiliam: dein sequentis ætatis oppida aucta virium copia instituire non pauca: sed declinanda varietas, sæpe satietati conjuncta. Per hæc loca hominibus paullatim excultis, viguere studia laudabilium doctrinarum, inchoata per Bardos et Euhages [Οὐάταις Strabo] et Druidas. Et Bardis quidem fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyræ modulis concitarunt: Euhages vero scrutantes seriem et sublimia naturæ pandere conabantur. Inter hos Druidæ ingeniis celsiores, ut auctoritas Pythagoræ decrevit, sodalicis adstricti consortiis, quæstionibus occultarum rerum altarumque erecti sunt, et despectantes humana pronuntiarunt animas immortales. Cum postremis cf. Strabo IV, p. 198, qui eundem Timagenem ante oculos habuisse videtur. Ceterum cf.

9.

Tectosages quidem traditum est interfuisse Dolphiæ expeditioni, et thesauros, quos Tolosæ Scipio [imo (Q. Servilius) Cæpio] Romanorum dux invenit; partem fuisse pecuniarum Delphis ablatarum, quibus illi de suis facultatibus

quæ ad h. l. congesserunt interpretes in edit. Wagneriana.

8.

Plutarch. De flux. 6, de Arare Galliæ fluvio, qui olim Brigalus dictus sit, teste Callisthene Sybarita in Gallicorum lib. 13, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφε Τιμαγένης ὁ Σύρος. Vide Callisthen. fr. 47.

9.

Strabo IV, p. 188: Καὶ τοὺς Τεκτοσάγας δὲ φασὶ μετασχεῖν τῆς ἐπὶ Δελφοῦς στρατείας, (καὶ) τοὺς τεθησαυροὺς τοὺς εὐρεθέντας παρ' αὐτοῖς ἀπὸ Σκιπίωνος τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων ἐν πόλει Τολώσῃ τῶν ἐκεῖθεν χρημάτων μέρος εἶναι φασὶ, προσθεῖναι δὲ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων ἀνιεροῦντας καὶ ἐξίλασκομένους τὸν θεόν· προσψάμενον δ' αὐτῶν τὸν Σκιπίωνα διὰ τοῦτο ἐν δυστυχίμασι καταστρέφαι τὸν βίον, ὡς ἱεροσόλον ἐκβληθέντα (ὑπὸ) τῆς πατρίδος, διαδόχους δ' ἀπολιπόντα παῖδας, ἃς συνέβη καταπορευθεῖσας, ὡς εἶρηκε Τιμαγένης, αἰσχροῦς ἀπολέσθαι.

10.

Plinius H. N. III, 19, 23: Alpes in longitudinem decies centena millia pass. patere a supero mari ad inferum Cælius tradit, Timagenes XXXII M. pass. deductis, in latitudinem autem Cornelius Nepos C M., T. Livius tria M. stadiorum, uterque diversis locis.

11. a.

Strabo XV, p. 711, de India: Μῦθος δὲ καὶ τὸ ὑπὸ Τιμαγένοῦς λεχθὲν, ὡς ὅτε χαλκὸς ὅμοιο σταλαγμοῖς χαλκοῖς, καὶ σύροιο. Ἐγγυτέρω δὲ πίστειός φησιν ὁ Μεγασθένης (fr. 11).

11.

Plinius H. N. XXXIII, 7, 40: Juba minium nasci et in Carmania tradit, Timagenes et in Æthiopia. Sed neutro ex loco invehitur ad nos, nec fere aliunde quam ex Hispania.

12.

Quintilian. I, 10, 10: Timagenes auctor est, omnium in literis studiorum antiquissimam musicam exstitisse: et testimonio sunt clarissimi poetæ, apud quos inter regalia convivia laudes heroum ac deorum ad citharam canebantur.

additione facta, eas placandi numinis gratia consecraverint: itaque Scipionem [Cæptonem], qui contrectasset eas, vitam in calamitatibus finivisse, tanquam sacrilegum, patria ejectum, relictis hæredibus filiabus, quas Timagenes scribit constupratas turpiter perisse.

# ARISTO ALEXANDRINUS.

Aristo peripateticus (\*) qui Strabonis fere ætate vixit (καθ' ἡμᾶς fr. 1) librum *De Nilo* scripsit. Peripateticos vero Aristones novimus duos, quorum alter, Ceus, Lyconi in schola successit (206 a. C.), ipse autem successorem habuit Critolaum. Inter Critolai discipulos alter memoratur Aristo apud Quinctilian. II, 15, 14 (*Ariston Critolai peripatetici discipulus, cujus hic finis est, sc. rhetorices*: « *Scientia videndi et agendi in quæstionibus civilibus per orationem popularis persuasionis* ») et Sextus Empir. p. 301 (Ἀρίστων ὁ Κριτολάου γνώριμος σκοπὸν μὲν ἐκκεῖσθαί φησιν αὐτῇ (τῇ ῥητορικῇ) τὴν πειθῶν, τέλος δὲ τὸ τυχεῖν τῆς πειθοῦς. Idem laudatur ap. Apulei. De doctr. Platon. III, p. 659 ed. Paris. 1688. Hic Critolai discipulus ad Strabonis juvenis ætatem vixisse potest. — Apud Diogenem Laertium (VII, 164) peripateticus junior *Alexandrinus* dicitur. Natus fortasse in *Chio* insula. Nam Aristonem *Chium de Nili incrementis* laudat scholiasta Apoll. Rh. IV, 269. Argumentum hujus loci suadet hunc eundem esse cum Straboniano. Ne quis de Aristone Chio, Zenonis discipulo, cogitet, vel eo impedimur, quod Stoicus ille præter Epistolas ad Cleanthem nulla omnino scripta reliquit, uti Pannætius et Sosicrates ap. Diog. L. I. I. testantur. Ceterum quum solennis sit Aristonis Chii et Cei confusio, fortasse etiam apud schol. Apollonii *Chius* laudatur pro *Ceo*. Auctor libri *Περὶ Νείλου* idem fuerit (ut recte Vossius statuere videtur) cum Aristone τῷ Ἀθηναίων ἀποικίαν γεγραφότι. Unicus qui ex eo scripto servatur locus, de Baccho Isidis filio est. Simili modo etiam Minervam cum *Neith* dea

(\*) De Aristonibus e Ceo et Chio philosophis vide Kriesche *Ueber d. Leben u. d. Schriften d. beiden Aristonen* in *Bibl. phil. Götting.* tom. II, 1, p. 1 sqq.; 2, p. 469 sqq. Sintonis ad Plutarch. *Them.* c. 3, p. 21 sqq. De Chio Ar. Bernhardt Fr. *Eratosth.* p. 189 sqq.; de Ceo J. G. Hubmann in *Jahnii Annal. suppl.* 1835. 1, p. 102 sqq., ubi reliquos quoque Aristones triginta enumeratos habes.

## DE NILO.

### 1.

Verum istæc mitto quum a multis sint tractata, de quibus satis sit duos afferre, qui nostra ætate De Nilo scripserunt, Eudorum et Aristonem Peripateticos. Hi, dempto ordine, cetera omnia et stylo et argumentis iisdem fere uterque posuerunt. Itaque libros inter se collaturus quum exemplarium copia nulla fieret, alterum cum altero comparavi: uter autem alterius compilaverit scriptum, fortasse Ammonis oraculo doceri aliquis possit. Eudorus quidem Aristonem eo nomine incusat: sed ipsum dicendi genus magis est Aristoneum.

Ægyptia composuerit, et scripto illo quæstionem agitaverit, utrum Athenæ Saitarum, an Sais Atheniensium colonia fuerit (v. Theopomp. fr. 172. Müller. *Min.* p. 102 sqq.). Denique idem Aristo etiam de aliarum urbium originibus scripsisse videtur, siquidem vix dubium est quin recte Rutgersius apud schol. Apoll. Rhod. IV, 264, ἐν ταῖς Κτίσεσι pro ἐν ταῖς Θέσεσι reposuerit.

## ΠΕΡΙ ΝΕΙΛΟΥ.

### 1.

Strabo XVII, p. 790: Postquam de Nili incrementorum causis scriptorum antiquiorum sententias commemoravit, pergit: Ἄλλ' ἐὼ ταῦτα πολλῶν εἰρηκότων, ὧν ἀρκέσει δύο μηνῦσαι τοὺς ποιήσαντας καθ' ἡμᾶς τὸ Περὶ τοῦ Νείλου βιβλίον, Εὐδώρον τε καὶ Ἀρίστωνα τὸν ἐκ τῶν περιπάτων· πλὴν γὰρ τῆς τάξεως τὰ τε ἄλλα καὶ τῇ φράσει καὶ τῇ ἐπιχειρήσει ταῦτά ἐστι κείμενα παρ' ἀμφοτέρους. Ἐγὼ οὖν ἀπορούμενος ἀντιγράφων εἰς τὴν ἀντιβολὴν, ἐκ θατέρου θάτερον ἀντέβαλον· πότερος δ' ἦν ὁ τὰλλότρια ὑποβαλλόμενος, ἐν Ἀμμωνος εὐροί τις ἄν. Εὐδώρος δ' ἠτιᾶτο τὸν Ἀρίστωνα· ἢ μέντοι φράσις Ἀριστώνειος μᾶλλον ἐστίν.

### 2.

Schol. Apoll. Rhod. IV, 269, de causis incrementorum Nili fluvii: Ἀρίστων δὲ ὁ Χῖος (φησὶν) ὅτι χειμῶνος ὧν ὑπὸ γῆν ὁ ἥλιος εἰσπέμπει τὸ ὕδωρ τοῦ δὲ θέρους γινόμενος ὑπὲρ γῆν, οὐκ ἔτι, διὰ τὸ μᾶλλον θερμαίνεσθαι αὐτὴν· διὸ καὶ χαλωμένη ἡ γῆ πλέον ὕδωρ ἀναδίδωσιν.

## (ΚΤΙΣΕΙΣ.)

## ΠΕΡΙ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΑΠΟΙΚΙΑΣ.

### 3.

Plutarch. De Is. et Os. c. 37: Ἐτι τε τὸν κίττον Ἑλληνές τε καθιεροῦσι τῷ Διονύσῳ, καὶ παρ' Αἴγυ·

### 2.

Aristo Chius dicit, hieme quum subter terram sol versetur, aquam in eam restringi; æstate autem quum supra terram sit, haud amplius id fieri, terra magis calescente, quæ ideo relaxata jam emittat aquam.

## URBIUM ORIGINES. DE COLONIA ATHENAS MISSA.

### 3.

Præterea et hederam Græci Baccho consecrant, et hæc ab Ægyptiis dicitur nominari *Chenosiris*, quod significat

πτίσις λέγεται χενόσιρις ὀνομάζεσθαι, σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος, ὡς φασί, φυτὸν Ὀσίριδος. Ἀρίστων τοίνυν ὁ γεγραφὼς Ἀθηναίων ἀποικίαν ἐπιστολῇ τινὶ Ἀλεξάρχου περιέπεσεν, ἐν ἧ Διὸς ἱστορεῖται καὶ Ἰσιδος υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος ὑπὸ Αἰγυπτίων, οὐκ Ὀσίρις, ἀλλὰ Ἀρσαφῆς (ἐν τῷ ἄλφα γράμματι) λέγεσθαι, δηλοῦντος τὸ ἀνδρεῖον τοῦ ὀνόματος. Ἐμφαίνει δὲ τοῦτο καὶ ὁ Ἑρμαῖος, ἐν τῇ πρώτῃ Περὶ τῶν Αἰγυπτίων. Ὀμβριμον γάρ φησι μεθερμηνευόμενον εἶναι τὸν Ὀσίριν.

4.

Schol. Apoll. Rh. IV, 264 : Οἱ Ἀρκάδες δοκοῦσι πρὸ τῆς σελήνης γεγονέναι, ὡς καὶ Εὐδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ. Θεόδωρος δὲ ἐν εἰκοστῷ ἐννάτῳ (ἐν τῇ εἰκοστῇ δευτέρᾳ Musur.) ὀλίγω πρότερόν φησι τοῦ πρὸς τοὺς γίγαντας πολέμου Ἡρακλέους τὴν σελήνην φανῆναι. Καὶ Ἀρίστων (Ἀριστίας M.) ὁ Χῖος ἐν ταῖς Θέσεσι (Κτίσεσι corr. Rutgersius) καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν πρώτῳ Κτίσεως (l. Κτίσεων) τὰ αὐτὰ φασί· καὶ ἔθνος δὲ Ἀρκαδίας Σεληνίτας εἶναι.

Eadem Musurus in schol. Ald. ad Aristoph. Nub. 397, nisi quod omittit verba : τὰ αὐτὰ φασί.

plantam Osiridis. Proinde Aristo, qui Coloniam Atheniensium scripsit, in epistolam quandam Alexarchi incidit, in qua perhibebatur Bacchus Jovis et Isidis filius ab Ægyptiis haberi, qui non Osiris, sed Arsaphes nomen gerat, quo fortis significatur. Indicat hoc etiam Hermæus primo de Ægyptiis libro, *validum* esse, si interpretetur, Osirin inquiring.

4.

Arcades ante lunam fuisse videntur, ut Eudoxus ait in Periodo. Theodorus vero libro vicesimo nono paullo ante Herculis contra Gigantes bellum lunam apparuisse dicit. Aristo Chius quoque in Originibus et Dionysius Chalcedensis primo Originum eadem dicunt, atque populum Arcadiæ Selenitas fuisse dicunt.

## (ΠΕΡΙ ΚΡΗΝΩΝ?)

5.

Sotion. Paradox. c. 25, p. 187 in Paradox. Westerm. : Ἀρίστων δὲ ὁ Περιπατητικὸς φιλόσοφος ἐν τῇ Κείῳ (Κίῳ vgo) πηγὴν φησὶν ὕδατος εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας ἀναισθήτους γίνεσθαι ταῖς ψυχαῖς· εἶναι δὲ καὶ ἐπὶ ταύτης ἐπίγραμμα τοιόνδε·

Ἦδεῖα ψυχροῖο ποτοῦ λιθὰς, ἣν ἀναβάλλει  
πηγῇ, ἀλλὰ νόῳ πέτρος ὁ τῆσδε πίων.

Cf. Plinius XXXI, 2, 12 : *In Cea insula fontem esse, quo hebetes fiunt*. Vitruv. VIII, 3 : *In insula Chio (sic) fons, e quo qui imprudenter biberint, fiunt insipientes*. Hæc fortasse ex Aristonis Cei Ἀπομνημονεύμασι petita esse suspicatur Hubmannus l. l.

6.

Schol. Pindar. Nem. I, 1 : Ἀρίστων καὶ ἐν Ἐφέσῳ φησὶν εἶναι Ὀρτυγίαν, ἐφ' ἧς ἐδόκει γεγεννησθαι ἡ Ἀρτεμις· ὁ μὲν γὰρ Ἀπόλλων ἐν Δήλῳ, αὐτὴ δὲ δοκεῖ ἐν τῇ Ἀσιατικῇ Ὀρτυγίᾳ. Vide Dissen. ad h. l. in edit. Bœckhiana.

## (DE FONTIBUS?)

5.

Aristo peripateticus philosophus in Ceo fontem esse dicit, e quo qui biberint animis hebetes fiunt. Esse ad eum etiam hocce epigramma :

αἰσὶς φριγιδὶ ποτὸς latex, quem emittit  
fons; at mente saxum fit qui ex eo biberit.

6.

Aristo Ephesi quoque Ortygiam fontem esse dicit, ad quam Diana nata esse videatur. Nam Apollo in Delo natus, Diana autem ad Asiaticam Ortygiam videtur.

# SOCRATES RHODIUS.

Socratem rebus quas narravit æqualem vixisse probabiliter statuit Vossius p. 227. — De Socrate Argivo et Coe vide in Scriptoribus ætatis incertæ.

## ΠΕΡΙ ΕΜΦΥΛΙΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ.

### E LIBRO TERTIO.

Athenæus IV, p. 147, E : Σωκράτης δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τρίτῳ Ἐμφυλίου πολέμου τὸ Κλεοπάτρας ἀναγράφων συμπόσιον, τῆς τελευταίας Αἰγύπτου βασιλευσάσης, γημαμένης δ' Ἀντωνίῳ τῷ Ῥωμαίων στρατηγῷ ἐν Κιλικίᾳ, φησὶν οὕτως· « Ἀπαντήσασα τῷ Ἀντωνίῳ ἢ Κλεοπάτρα ἐν Κιλικίᾳ, παρεσκεύασεν αὐτῷ βασιλικὸν συμπόσιον, ἐν ᾧ πάντα χρύσεια καὶ λιθοκόλλητα περιττῶς ἐξεργασμένα ταῖς τέχναις· ἦσαν δὲ, φησὶ, καὶ οἱ τοῖχοι ἀλουργέσι καὶ διαχρύσοις ἐμπεπετασμένοι ὕφει. Καὶ δώδεκα τρίκλινα διαστρώσασα, ἐκάλεσε τὸν Ἀντωνίον, μεθ' ᾧ ἐβούλετο, ἢ Κλεοπάτρα. Τοῦ δὲ τῆ πολυτελείᾳ τῆς ὄψεως ἐκπλαγέντος, ὑπομειδιάσασα, ταῦτ' ἔφη πάντα δωρεῖσθαι αὐτῷ, καὶ εἰς αὔριον παρεκάλει συνδειπνῆσαι πάλιν, ἦγοντα μετὰ τῶν φίλων καὶ τῶν ἡγεμόνων· ὅτε καὶ πολλῷ κρεῖττον διακοσμήσασα τὸ συμπόσιον, ἐποίησε φανῆναι τὰ πρῶτα μικρὰ, καὶ πάλιν καὶ ταῦτα ἐδωρήσατο. Τῶν δ' ἡγεμόνων ἐφ' ἧ ἕκαστος κατέχειτο κλίνῃ, καὶ τὰ κυλικεῖα, καθὼς ταῖς στρωμαῖς ἐμεμέριστο, ἐκάστῳ φέρειν ἐπέτρεψε. Καὶ κατὰ τὴν ἀφοδὸν τοῖς μὲν ἐν ἀξιώμασι φορεῖα σὺν τοῖς κομίζουσι, τοῖς πλείοσι δὲ καταργύροις σκευαῖς κεκοσμημένους ἵππους, πᾶσι δὲ λαμπηροφόρους παῖδας Αἰθίοπας παρέστησε. Τῇ δὲ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν ταλαντιαίους εἰς ῥόδα μισθοὺς δέδωκε, καὶ κατεστρώθη

ἐπὶ πηχυαῖα βάρη τὰ ἐδάφη τῶν δένδρων (ἀνδρώνων em. Cas.) ἐμπεπετασμένων δικτύων τοῖς ἐλίξιν (κάλυξι em. Cas.). » Ἱστορεῖ δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Ἀντωνίον, ἐν Ἀθήναις μετὰ ταῦτα διατρίψαντα, περίοπτον ὑπὲρ τὸ θέατρον κατασκευάσαντα σχεδίαν, χλωρᾷ πεφυκασμένην ὕλην, ὥσπερ ἐπὶ τῶν Βακχικῶν ἀντρῶν γίνεται, ταύτης τύμπανα καὶ νεβρίδας καὶ παντοδᾶπ' ἄλλ' ἀθύρματα Διονυσιακὰ ἐξαρτήσαντα, μετὰ τῶν φίλων ἐξ ἑωθινοῦ κατακλιόμενον μεθύσκεσθαι, λειτουργούντων αὐτῷ τῶν ἐξ Ἰταλίας μεταπεμφθέντων ἀκροαμάτων, συνηθροισμένων ἐπὶ τὴν θεᾶν τῶν Πανελλήνων. « Μετέβαινε δ' ἐνίοτε, φησὶ, καὶ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, ἀπὸ τῶν τεγῶν λαμπάσι δαδουχομένης πάσης τῆς Ἀθηναίων πόλεως. Καὶ ἕκτοτ' ἐκέλευσεν ἑαυτὸν Διόνυσον ἀνακηρύττεσθαι κατὰ τὰς πόλεις ἀπάσας. »

Ex Socratis Rhodii scripto nescio quo fluxerit locus, ab eodem servatus Athenæo XI, p. 784, D : Βομβυλιός· θηρίκλειον Ῥοδιακόν, οὗ περὶ τῆς ἰδέας Σωκράτης φησὶν· « Οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοντες ὅσον θέλουσι τάχιστ' ἀπαλλαγῆσονται, οἱ δὲ ἐκ βομβυλιοῦ κατὰ μικρὸν στάζοντες. » Fortasse ejusdem auctoris est opus Περὶ δρῶν καὶ τόπων καὶ πυρὸς καὶ λίθων, cujus meminit Athenæus IX, p. 388, D. Vide fragm. 18 Socratis Argivi et Coi.

## OLYMPUS.

### (ΠΕΡΙ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ.)

Plutarch. Anton. c. 82, 2, de Cleopatra post mortem Antonii vitæ pertæsa : Ἐκ δὲ λύπης ἄμα

## DE BELLO CIVILI.

Socrates Rhodius, tertio libro De bello civili, Cleopatras convivium describens, ultimæ Ægypti reginæ, quæ Antonio Romanorum imperatori nupsit in Cilicia, sic ait : « Postquam Antonio obviam venit Cleopatra in Cilicia, regium ei convivium instruxit ; in quo vasa omnia aurea et gemmis distincta erant, exquisitaque arte elaborata. Erant vero etiam parietes, inquit, tapetibus purpura et auro distinctis obducti. Tum stratis tricliniis duodecim, ad cœnam Antonium, cum quibuscunque vellet, vocavit Cleopatra. Illo igitur magnificentia aspectus stupefacto, subridens regina, ista omnia se ei donare ait : et in posterum diem rursus invitavit ut cœnatum ad se veniret cum amicis et copiarum ducibus. Tum vero multo splendidius instructo convivio effecit, ut exigua viderentur priora : ac rursus hæc quoque dono ei dedit. Ducem vero unicuique et lectulum, super quo quisque cubuerat, et vasa potoria, prouti per singulos lectulos distributa fuerant, secum auferenda permisit. Et digressuris qui dignitate excellabant, lecticas cum

lecticariis bajulis ; ceteris equos argenteis phaleris ornatos ; omnibus Æthiopicos pueros, qui faces præferrent, exhibuit. Quarto vero die talenti sumptu convehendas rosas curavit : et ad cubiti altitudinem strata erant pavimenta cœnaculorum, expansis retibus super floribus. » Narrat etiam ipsum Antonium post hæc, quum Athenis versaretur, super theatro temporarium pegma exstruxisse omnium oculis expositum, viridi fronde tectum, ut sit in Bacchicis antris, suspensis ex eo tympanis et hinnulorum pellibus aliisque multifariis Bacchicorum ludorum crepundiis : ibi cum amicis a primo mane recubantem compotasse, ministrantibus ei mimis scurrisque, quos ex Italia acciverat, confluentibus ad id spectaculum Græcis universis. « Transibat etiam, inquit, subinde in arcem, tota Atheniensium urbe facibus et lectis prælucente. Et ex eo tempore per omnes civitates Bacchum se præconis voce jussit proclamari. »

### (DE CLEOPATRA.)

Cleopatra quum ex luctu tanto et doloribus (nam pectus

τοσαύτης καὶ ὀδύνης (ἀνεφλέγμηνε γὰρ αὐτῆς τὰ στέρνα τυπτομένης καὶ ἤλκωτο) πυρετῶν ἐπιλαβόντων, ἠγάπησε τὴν πρόφασιν, ὡς ἀφεξομένη τροφῆς διὰ τοῦτο, καὶ παραλύσουσα τοῦ ζῆν ἀκωλύτως ἑαυτήν. Ἦν δὲ ἰατρὸς αὐτῇ συνήθης Ὀλυμπος, ὃν φράσσασα τᾶληθές, ἐχρῆτο συμβούλῳ καὶ συνεργῶ τῆς καθαιρέσεως, ὡς αὐτὸς ὁ Ὀλυμπος εἶρηκεν, Ἱστορίαν τινὰ τῶν πραγμάτων τούτων ἐκδεδωκώς.

## EMPYLUS RHODIUS.

Empylus, rhetor Græcus, M. Bruti familiaris, librum de nece Cæsaris reliquit, teste Plutarcho in Brut. c. 2. Ὁ δὲ Ἐμπυλος, οὗ καὶ αὐτὸς (ὁ Βροῦτος) ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς καὶ οἱ φίλοι μέμνηνται πολλάκις, ὡς συμβιοῦντος αὐτῷ, ῥήτωρ μὲν ἦν, καὶ καταλέλοιπε μικρὸν μὲν, οὐ φαῦλον δὲ σύγγραμμα περὶ τῆς Καίσαρος ἀναιρέσεως, ὃ Βροῦτος ἐπιγέγραπται.

De Empylo cf. Quinctilian. X, 6 : Cicero certe Græcorum Metrodorum Scepsium et Empylum (al. Eriphylum) Rhodium, nostrorumque Hortensium tradidit, quæ cogitaverant, ad verbum in agendo retulisse.

Qui post Empylum a Vossio De hist. Gr. p. 206 memoratur Canusius (Plut. Cæs. c. 22), is est Tanusius Geminus, Ciceronis amicus, quem græce scripsisse nullum est indicium. Cf. Voss. De hist. Lat. I, c. 12. Nequæ magis ad nos pertinere videtur Q. Dellius, Antonii amicus, qui Parthicam triumviri expeditionem scripsit. Certe græco eum sermone usum esse nullo constat testimonio. V. de eo Strabo XI, p. 523 (ubi codd. Ἀδέλφιος); Plutarch. Anton. c. 59; Dion. 49, 39 et 50, 13 et 23; Zonaras X, 29; Vellej. II, 84; Josephus Antiq. Jud. XV, 2, 6; M. Seneca Suas. I, 6; L. Seneca De clem. I, 10; interpr. ad Horat. Od. II, 3.

ob ictus intumuerat et exulcerabatur) in febrim incidisset, gavisus est eo se prætextu cibo abstinendi et vita se nemine obstante privandi facultatem nactam. Olympo medico fa-

miliari suo re indicata, eum consultorem et adiutorem in consumendo corpore suo habuit, ut ipse Olympus edita harum rerum historia testatur.





# LIBER SEPTIMUS.

AB AUGUSTO USQUE AD TRAJANUM.

27 a. C.—98 p. C.

---

CÆCILIUS CALACTINUS.  
LYSIMACHUS ALEXANDRINUS.  
NICOLAUS DAMASCENUS.  
JUBA MAURITANUS.  
ATHENODORUS TARSENSIS.  
DIONYSIUS PERGAMENUS.  
DIODORUS GADARENUS.  
THEODORUS GADARENUS.  
STRABO AMASENSIS.  
CHÆREMON STOICUS.

SELEUCUS ALEXANDRINUS.  
THRASYLLUS MENDESIUS.  
POTAMO MYTILENÆUS.  
APION OASITA.  
PAMPHILA EPIDAURIA.  
CLAUDIUS CÆSAR.  
POLYÆNUS SARDIANUS.  
JUSTUS TIBERIENSIS.  
HERMOGENES TARSENSIS.  
THALLUS. MEMNON.

---

# CÆCILIUS CALACTINUS.

## ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΟΥΛΙΚΩΝ ΠΟΛΕΜΩΝ.

### 1.

Athenæus VI, p. 272, F : Οὗτος δ' ἦν ὁ καιρὸς, ὅτε καὶ ἐν Σικελίᾳ ἡ δευτέρα τῶν δούλων ἐπανάστασις ἐγένετο (102-99 a. C.)· πολλὰ δὲ αὐταὶ ἐγένοντο, καὶ ἀπώλοντο οἰκετῶν ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν μυριάδας. Σύγγραμμά τε ἐκδέδωκε περὶ τῶν δουλικῶν πολέμων Καίκιλιος ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ Καλῆς ἀκτῆς.

## ΠΕΡΙ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

### 2.

Idem XI, p. 466, A : Καίκιλιος δ' ὁ ῥήτωρ, ὁ ἀπὸ Καλῆς ἀκτῆς, ἐν τῷ Περὶ ἱστορίας Ἀγαθοκλέα φησὶ τὸν τύραννον, ἐκπώματα χρυσοῦ ἐπιδεικνύντα, τοῖς ἐταίροις φάσκειν, ἐξ ὧν ἕκεράμεισε κατεσκευακέναι ταῦτα.

De Ag. figlinam olim artem exercente v. Polyb. XII, 15, 6; XV, 35, 2. Diodor. XIX, 2, et XX, 63, 4 : Ὁ δ' οὖν Ἀγαθοκλῆς παρὰ τὸν πότον λαβὼν ῥυτὸν μέγαν χρυσοῦν, εἶπεν ὡς οὐ πρότερον ἀπέστη τῆς κεραμευτικῆς τέχνης, ἕως τοιαῦτα ἐκπωμάτων πλάσματα φιλοτεχνῶν ἕκεραμεύσατο.

Apud Strabonem V, p. 230, ubi vulgo legébatur : Καὶ ὁ Κεκίλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεὺς (ὁ τῶν Ῥωμαϊκῶν συγγρ. conj. Tour. ad Longin. I, 1, de nostro Cæcilio cogitans), τοῦτο τίθεται σημεῖον τοῦ Ἑλληνικὸν εἶναι κτίσμα τὴν Ῥώμην τὸ παρ' αὐτῇ τὴν πάτριον θυσίαν Ἑλληνικὴν εἶναι τῷ Ἡρακλεῖ. Cræmerus recte reposuit ὅ γε Κοίλιος (Κύλιος codd.).

Reliqua scripta Cæcili Calactini rhetorica sunt, quorum partem recenset Suidas, qui ita habet :

Κεκίλιος, Σικελιώτης, Καλαντιανός· Κάλαντις (deb. Καλακτίνος· Καλάκτη) δὲ πόλις Σικελίας· ῥήτωρ, σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος [καὶ ἕως Ἀδριανοῦ], καὶ ἀπὸ δούλων, ὡς τινες ἱστορήκασιν, καὶ πρότερον μὲν καλούμενος Ἀρχάγαθος, τὴν δὲ δόξαν Ἰουδαῖος. Βιβλία δὲ αὐτοῦ πολλὰ.

Κατὰ Φρυγῶν, δύο [Ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον. Recte hæc om. Eudocia].

Ἀπόδειξις τοῦ εἰρῆσθαι πᾶσαν λέξιν καλλιρρημοσύ-

νης. Ἔστι δὲ ἐκλογή λέξεων κατὰ στοιχεῖον (Ἀποδείξεις τοῦ εἰρῆσθαι πᾶσαν λ. καλλ., ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον Eudocia; Ἀπόδειξις καλορρημοσύνης τοῦ εἰρ. πᾶσαν λέξιν. Ἔστι δὲ ἐκλογή κτλ., *Demonstratio, elegantiam dicendi publicis vocibus, non innotatis contineri*, Hermannus; Ἐκλογή λέξεων ἔστι δὲ ἀπόδειξις τοῦ \*\* πᾶσαν λέξιν καλλιρρημοσύνης, κατὰ στοιχεῖον Bernhardus.)

Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος.

Τίνι διαφέρει ὁ Ἀττικὸς ζῆλος τοῦ Ἀσιανοῦ.

Περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων.

Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου.

Περὶ Δημοσθένους, ποῖοι αὐτοῦ γνήσιοι λόγοι καὶ ποῖοι νόθοι.

Περὶ τῶν καθ' ἱστορίαν ἢ παρ' ἱστορίαν εἰρημένων τοῖς ῥήτορσιν καὶ ἄλλα πλεῖστα.

[Πῶς δὲ Ἰουδαῖος ταῦτα θαυμάζω.] [Ἰουδαῖος σοφὸς τὰ Ἑλληνικά.]

Κεκίλιος] Sic codices optimi, eodemque modo etiam apud reliquos scriptores, quibus Cæcilij mentio fit, nomen Romanum in codd. longe plurimis exarari solet. De Καλῇ ἀκτῇ, Siciliæ regione, deque urbe cognomine, quam Ducetius ibi condiderat, vide Herodotum VI, 22, et Diodorum XII, 8. Gentile Καλακτίνος quod apud Suidam, monentibus viris doctis, pro corrupto Καλλαντιανός (Καλλαντιανός codd. quidam) reposuimus, nunc legitur apud Diodorum XII, 29, 1 (libri pro Καλακτίνων perperam præbent Καλακτίνων), et apud Ciceronem in Verr. III, 43 (ubi libri item *Calatinis*), et in nummo ap. Eckhel. D. N. vol. I, p. 199. Apud Phœbammonem Περὶ σχημ. (in Rhet. Gr. tom. VIII, p. 494 Walz.) laudatur Κεκίλιος ὁ Καλανδίτης, quod corrigendum in Καλακτίτης, quam gentilis formam inter alias, quas analogia admittit, apponit Stephanus Byz. v. Καλῆ ἀκτῆ. — A parentibus appellatus est Archagathus, quod nomen etiam Agathoclis Siculi filio et nepoti fuisse constat (Diodor. XX, 57; XXI, 3. 16). Itaque scriptorem nostrum appellare licet Cæcilium Archagathum, sicuti Cæcilium Bionem laudat Plinius H. N. XXVIII,

## DE SERVORUM BELLIS.

### 1.

Hoc tempore secunda erat in Sicilia servorum seditio; sæpius enim rebellarunt, perieruntque servorum supra centum millia. Librum de his servorum bellis conscripsit Cæcilius rhetor a Calacte urbe oriundus.

## DE HISTORIA.

### 2.

Cæcilius rhetor Callactinus in libro De historia Agathoclem regem scribit pocula aurea ostendentem sodalibus dicere solitum, ex iis quæ olim fictilia finxisset, se hæc fabricasse.

57. Nonnulli (Hermippus Berytius ἐν τῷ Περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων?) e servis natum esse tradiderunt. Quod si verum est, majores ejus e Syria oriundi fuerint. Magnus hinc venit in Siciliam servorum numerus, adeo ut rebellantes sub Euno duce Syrorum nomen assumpserint. Cæcilius vero patrem e Syria Judæum fuisse arguunt Suidiana illa: Τὴν δόξαν Ἰουδαῖος. Addubitavit hoc ipse Suidas vel potius is qui verbis Suidæ appinxit glossam illam: Πῶς δὲ Ἰουδαῖος ταῦτα θαυμάζω. Itemque Vossius (H. Gr. p. 223) et Toupius (ad. Longin. I, assentiente Bernhardy ad Suid.), qui cum rhetore nostro confundi suspicantur *Q. Cæcilius Nigrum*, Verris in Sicilia quæstorem, de quo Cicero notum illud: *Quid Judæo cum Verre* (cf. Plutarch. Cicero c. 7). Contra Krügerus (*Leb. des Thucyd.* p. 34 not. 1) idoneam huic sententiæ causam subesse negat. Mihi quoque quæ de Judæo Cæcilio traduntur, ex eodem fonte fluxisse videntur ex quo servile genus ejusdem memoratur. Et si hoc concesseris, nihil adeo est, cur alterum recusemus. — Quando natus Cæcilius sit, exputare non licet. Fortasse puerulus a Cæcilio Metello, qui prætor Siciliae fuit anno 68 a. C., in Italiam transductus, ibique a posteris Metelli deinde manumissus est. Floruit una cum Dionysio Halicarnassense, familiari suo (ἐμοὶ καὶ τῷ φιλιτάτῳ Καικιλίῳ, Dionys. Ep. ad Cn. Pomp. c. 3, p. 771 R.), quo paullo grandior natu fuerit, sub Augusto (circa 28 - 1 a. C.). Quod apud Suidam legitur, ἕως Ἀδριανοῦ, errori deberi in aprico est sæpiusque monuerunt viri docti. Toupio l. 1. Suidas duos Cæcilius, unum sub Augusto, alterum sub Hadriano viventem confundisse videtur. Bernhardyus, « In memoria Hadriani, inquit, cujus temporibus Cæcilius nullum videas adscribi, hæremus, istamque narrationem non magis integram quam emendatam esse suspicamur. Nimirum etiam continua Κατὰ Φρυγῶν, cujusmodi locus ab argumento rhetorico fuit sejunctissimus, labem apparet traxisse. » Mihi recte Toupius conjecisse videtur. Etenim, ni fallor, Suidas vel auctor ejus cum nostro Cæcilio confudit *Sextum Cæcilius* (\*), cujus de duodecim tabulis

(\*) Alter Cæcilius est Epirota, Siculi nostri æqualis. Suetonius De illustr. gramm. c. 16: *Q. Cæcilius Epirota Tusculi natus, libertus Attici Satrii equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolæ, quum filiam patroni nuptam M. Agrippæ doceret, suspectus in ea et ab hoc remotus ad Cornelium Gallum se contulit, vixitque una familiarissime; quod ipsi Gallo inter gravissima crimina ab Augusto objicitur. Post deinde damnationem mortemque Galli scholam aperuit; sed ita ut paucis et tantum adolescentibus præciperet, prætextato nemini, nisi si cujus parenti hoc officium negare non posset. — Cæcilius Argivus, poeta, Halieutica [et Periegesin Græciæ]*

cum Favorino philosopho disputationem affert A. Gellius XX, 1: *Sextus Cæcilius in disciplina juris atque legibus populi Romani noscendis interpretandisque, scientia, usu auctoritateque illustri fuit. Ad eum forte in area Palatina, quum salutationem Cæsaris (sc. Hadriani) opperiremur, philosophus Favorinus accessit, etc.* Ceterum iste de temporibus Cæcilius Siculi error etiam alium procreasse errorem mihi videtur. Nimirum sub voce Τιμαγένης dicit Timagenem Romæ σοφιστεῦσαι sub Pompeio, καὶ μετ' αὐτὸν ἐπὶ τε Καίσαρος τοῦ Αὐγούστου καὶ μετέπειτα ἅμα Κεκιλίῳ. Igitur hic quoque Cæcilius habemus post Augustum florentem; sed ne putemus hunc esse alterum quendam a Nostro diversum, impediunt quæ de Timagenis temporibus comperta habemus. Is enim quum anno 55 a. C. captivus Romam venit, nonagenarius fere esse debuit, quo tempore Augustus obiit, neque post Augustum floruisse potest cum Cæcilio, cujus sub Augusto et antea æmulus erat. Igitur utroque loco idem subesse error videtur, adeo ut in dubium vocaverim Reinesii emendationem, qui altero loco scribi jussit: Ἐπὶ τε Καίσαρος Γαίου Ἰουλίου καὶ μετέπειτα Αὐγούστου. Vacat his impedimentis tertius Suidæ locus, ubi sic: Ἐρμαγόρας Τήμνου τῆς Αἰολίδου, ὁ ἐπικληθεὶς Καρίων, ῥήτωρ... Ἐπαίδευσεν δ' οὗτος μετὰ Κεκιλίου ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Καίσαρος Αὐγούστου καὶ τελευτᾷ πόρρω τῆς ἡλικίας.

Quod scripta attinet a Suida recensita, libros duos Κατὰ Φρυγῶν ad Calactinum nostrum pertinere dubitat Bernhardyus, quoniam ab argumento rhetorico sint sejunctissimi. Quamquam de argumento eorum omnino nihil liquet. Fieri potuit ut scriptum opus esset contra Asianos rhetores.

Secundum opus, Ἀπόδειξις κτλ., recensetur in indice auctorum ex quibus Suidianum lexicon conflatum sit: Κεκίλιος Σικελιώτης, Ἐκλογὴν λέξεων κατὰ στοιχείων.

Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος.

scripsisse dicitur apud Eudociam: Κεκίλιος, Ἀργεῖος, ἐποποιός, Ἀλιευτικὰ γεγραφώς· καὶ Περιήγησιν Ἑλλάδος καὶ Ἑλλά. Verba Κεκίλιος... γεγραφώς eadem habet Suidas, qui deinde reliquos Ἀλιευτικῶν poetas subjungit, quos recenset Athenæus I, p. 13, B, ubi codd. Καίχιλος; quod Casaubonus, collato Suida, mutavit in Καικίλιος. — *Cæcilius Pythagoreus* memoratur apud Joh. Lydum De mens. p. 56 ed. Ræther: Φησὶν ὁ Πυθαγόρειος Κεκίλιος· ἡ τριὰς πρώτη συνέστησεν ἀρχὴν, μεσότητά καὶ τελευτήν. Ubi Ὁκελλον geroni jubet Ræther. Recte fortassis; quamquam Κεκίλιον exhibent etiam Cramerii Anecd. Paris. tom. I, p. 317, 29: Ὡς φησι Κεκίλιος ὁ Πυθαγόρειος ῥήμασι τούτοις· « Ἡ γὰρ τριὰς πρώτη συνίστησιν κτλ. » — Alius Cæcilius quidam qui Hadriani temporibus assignari potest, nescio an lateat apud Suidam v. Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος, ubi Alexander hic peripateticus, Neronis præceptor, filium habuisse dicitur, Καίλιον (Καίλιον cod. A) ὄνομα. Quod fortasse fuit Καικίλιον.

Plutarch. Demosth. c. 3, 1, postquam dixerat non satis se callere linguam latinam, ut audeat Orationes Demosthenis et Ciceronis inter se contendere καὶ ἀποφαίνεσθαι πότερος ἡδίων ἢ δεινότερος εἶπεῖν, addit: Κάκει γὰρ, ὡς φησιν ὁ Ἴων, δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία, ἣν ὁ περιττός ἐν ἀπασὶ Κεκίλιος ἀγνοήσας ἐνεανιεύσατο σύγκρισιν τοῦ Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος ἐξενεγκεῖν. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως, εἰ παντὸς ἦν τὸ Γνωθίσεαυτὸν ἔχειν πρόχειρον, οὐκ ἂν ἐδόκει πρόσταγμα θεῖον εἶναι. Ex Cæcilio fortasse ductam esse Ciceronis et Demosthenis comparationem quæ legitur apud Longinum Π. ὕψους c. 12, 4, censet Toupius.

Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου. Nusrpian citatur.

Περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων. Contra hunc librum scripsit Lysimachides, teste Ammonio v. Θεωρός (v. Lysimachi fragm.). De indole Antiphontæ orationis locus peramplius exstat in Photii Bibl. cod. 259, p. 485 sq. Bekk. Præterea de Antiphonte Cæcilius laudatur apud Plutarch. Vit. X Or. p. 832, E: Κεκίλιος δ' ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι Θεουκυδίδου τοῦ συγγραφέως καθηγητὴν τεκμαίρεται γεγονέναι ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρ' αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν (v. Thucyd. VIII, 68). Vocem καθηγητὴν dederunt Wyttenbach. et Grauert. Mus. Rhen. I, p. 182, pro vulgata μαθητὴν, quam exhibet etiam Photius cod. 259, p. 486, 6. In tribus Plut codd. est: διδάσκαλον. — Idem p. 833, C: Φέρονται δὲ τοῦ ῥήτορος (Ἀντιφῶντος) λόγοι ξ', ὧν κατεψευσμένους φησὶ Κεκίλιος εἶναι τοὺς κέ'. — Idem p. 833, E: Ψήφισμα ἐπὶ Θεοπόμπου ἀρχοντος, ἐφ' οὗ οἱ τριάκοντα κατελύθησαν, καθ' ὃ ἐδόξεν Ἀντιφῶντα κριθῆναι, ὃ Κεκίλιος παρατέθειται: « Ἐδοξε τῇ βουλῇ κτλ. » — De Lysia hæc habet Longinus Περὶ ὕψ. XXXII, 8: Ὁ Κεκίλιος ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν ἀπεθάρρησε τῷ παντὶ Λυσίαν ἀμείνω Πλάτωνος ἀποφήνασθαι, δυσὶ πάθεσι χρησάμενος ἀκρίτοις· φιλῶν γὰρ τὸν Λυσίαν, ὡς οὐδ' αὐτὸς αὐτὸν, ὅμως μᾶλλον μισεῖ τῷ παντὶ Πλάτωνα ἢ Λυσίαν φιλεῖ. — Photius cod. 262, p. 489, b, 13: Καικίλιος δὲ ἀμαρτάνει εὐρετικὸν μὲν τὸν ἄνδρα (Λυσίαν), εἴπερ ἄλλον τινὰ, συνομολογῶν, οἰκονομῆσαι δὲ τὰ εὐρεθέντα οὐχ οὕτως ἱκανόν. Cum Cæcilio facit Dionys. De Lys. § 15. — Plutarch. X Or. p. 836, A: Φέρονται αὐτοῦ (τοῦ Λυσίου) λόγοι υκε'. Τούτων γνησίους φασὶν οἱ περὶ Διονύσιον καὶ Κεκίλιον εἶναι σλγ', ἐν οἷς δις μόνον ἠττήσθαι λέγεται. — De Isocrate, Plutarch. X Or. p. 838, D: Φέρονται δ' αὐτοῦ (Ἰσοκράτους) λόγοι ξ', ὧν εἰσι γνήσιοι κατὰ μὲν Διονύσιον κέ', κατὰ δὲ Κεκίλιον κη', οἱ δ' ἄλλοι κατεψευσμένοι. Eadem Photius cod. 260, p. 486, 6. — De Æschine: Plutarch. X. Or. p. 840: Ἀχροατῆς δὲ γενόμενος, ὡς μὲν τινες λέγουσιν, Ἰσοκράτους καὶ Πλάτωνος, ὡς δὲ Κεκίλιος, Λεωδάμαντος. — Photius cod. 61,

p. 20 a. 10: Φέρεται δὲ αὐτοῦ (Αἰσχίνου) καὶ ἄλλος λόγος, ὃ Δηλιακὸς νόμος· οὐκ ἐγκρίνει δὲ αὐτὸν ὁ Καικίλιος (Κικίλλος A. Κικίλιος vg.), ἀλλ' Αἰσχίνην ἄλλον σύγχρονον τοῦδε Ἀθηναῖον τὸν πατέρα εἶναι τοῦ λόγου φησὶν. — De Demosthene. Dionys. Halic. Ep. ad Cn. Pomp. c. 3, p. 777, R: Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον ἢ Θεουκυδίδης· ὁμοειδῆς γὰρ οὗτος ἐν πᾶσι, κὰν ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον ἢ ταῖς διηγήσεσιν. Ἔμοι μέντοι καὶ τῷ φιλάτῳ Καικίλιῳ δοκεῖ τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ μάλιστα γε καὶ ζηλωσαὶ Δημοσθένους.

Præterea de Demetrii Phalerei eloquentia Cæcilius iudicium legitur in schol. ad Æschin. De fals. legat. init. (Vide locum in Idomeni Lampsaceni fr. 15, tom. II, p. 493.)

Περὶ ῥητορικῆς. Quintilian. III, 1: Theophrastus quoque Aristotelis discipulus de rhetorice diligenter scripsit; atque hinc vel studiosius philosophi quam rhetores, præcipueque Stoicorum ac Peripateticorum principes. Fecit deinde velut propriam Hermagoras viam, quam plurimi sunt secuti; cui maxime par atque æmulus videtur Athenæus fuisse. Multa post Apollonius Molon, multa Areus, multa Cæcilius et Halicarnassensis Dionysius. — Schol. in Hermogen. Στάσεις (Rh. Gr. tom. IV, p. 59 Walz.): Ἐπειδὴ δὲ τὸ τῆς διαιρέσεως ὄνομα πολλαῖς ῥητορικαῖς ἀρμόττει τέχναις ταῖς τε περὶ τῶν εἰδῶν τῆς ῥητορικῆς διαλαμβανούσαις καὶ ταῖς περὶ τῶν μερῶν τοῦ πολιτικοῦ λόγου, καὶ ταῖς περὶ τῶν μεθόδων, αἱ γυμνάζουσιν ἡμᾶς εἰς τὰ μέρη τοῦ πολιτικοῦ λόγου, οἷας δὴ γεγράφασιν Ἀριστοτέλης καὶ Ἀψίνης καὶ Κεκίλιος καὶ μυρίοι ἕτεροι διδασκαλικῶς πάνυ, διαστέλλει τὴν ὁμωνυμίαν κτλ.

Περὶ σχημάτων. Quintil. IX, 3: Hæc omnia (de figuris) copiosius sunt exsecuti, qui non ut partem operis transcurreunt, sed proprie libros huic operi dedicarunt, sicut Cæcilius. Sæpius de singulis figuris, ut de ὑπερβάτῳ, μεταβολῇ, πλεονασμῷ, περιφράσει, Cæcilius laudatur ibid. § 38, 46, 97 etc. Porro in Alexandri, Phœbammonis et Tiberii libris Περὶ σχημάτων ap. Walz. Rhett. Gr. tom. VIII, p. 462, 494, 554, 571, 573, 576. —

Περὶ ὕψους. Longinus Π. ὕψ. init: Τὸ μὲν τοῦ Καικιλίου συγγραμμάτιον ὃ Περὶ ὕψους συνετάξατο, ἀνασκοπούμενοις ἡμῖν, ὡς οἶσθα, κοινῇ... ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὅλης ὑποθέσεως, καὶ ἥκιστα τῶν καιρίως ἐφαπτόμενον, οὐ πολλὴν τε ὠφέλειαν... περιποιῶν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Idem opus deinde laudatur c. 4, 2. 8, 1. 31, 1. 32, 1.

E lexico Rhetorico petita fuerint quæ e Cæcilio affert Harpocration v. Ἐξούλης: Ὅτι δὲ ἐπὶ παντὸς τοῦ ἐκ τῶν ἰδίων ἐκβαλλομένου τάττεται τοῦνομα, καὶ οὐχ, ὡς οἶεται Κεκίλιος, μόνων τῶν ἐκ καταδίκης ὀφειλόντων, καὶ Φρόνιχος ἐν Ποαστρίαις δῆλον

παιῖ. Lex. Rhet. ad calc. Photii p. 676, 24 : Προβολή μὲν φανεροῦ τινος [ἀδικήματος, φάσις δὲ] λανθάνοντος μήνυσις. Κεκίλιος (Κεκήλιος cod.) δὲ [φάσιν] φησὶν εἶναι, ἣν κατὰ τῶν [τὰ] δημόσια μέταλλα ὑπορυπτόντων ἀποφέρουσι, καὶ καθόλου [κατὰ] τῶν τὰ κοινὰ κλεπτόντων. Locum in cod. corruptum dedi ex recensione Meieri. Inclusa sunt supplementa. In initio codex habet προβολή· φανεροῦ μὲν τινος, λανθάνοντος δὲ μήνυσις. — Idem p. 667, 12, quid sit εἰσαγγελία. Vide locum in Crateri

fr. 5, tom. II, p. 619. Pro Κεκιλίου vel Καικιλίου codex præbet Κικίνου. — Denique in schol. Plautino codicis Vaticani, quod edidit Ritschl. in *Alexandrin. Biblioth.* p. 3 sq., *Cæcius in commento comædiarum Aristophanis*, Cramero (qui græca ejus scholii edidit, in quibus Cæcii istius mentio omittitur) in *Anecd. Paris. I*, p. 13 *Cæcilius* noster esse videtur. Quam conjecturam palæographicæ rationes commendant; reliqua vero refragantur ei. Tzetzen dici statuit Dindorfius.

# LYSIMACHUS ALEXANDRINUS.

Lysimachus (\*), Νόστων auctor, *Alexandrinus* vocatur ap. schol. Rh. I, 558 (fr. 11). Tzetzes ad Hesiod. p. 30 (fr. 26) laudat Lysimachum Cyrenæum ἐν α' Περὶ ποιητῶν. Igitur Cyrenis natum vixisse Alexandriae putaveris. At magnopere veremur, ne Lysimachum Tzetzes confundat cum *Lysania Cyrenæo*, quem De poetis scripsisse constat. Vixit Lysimachus post Mnaseam Patrensem (v. fr. 16) et ante Apionem (fr. 2). E fragm. 3 conjicias Lysimachum scripsisse post Apollonium Molonem, magistrum Ciceronis. Porro si recte conjicimus Lysimachum non diversum esse a Lysimachide, cujus opus Περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν καὶ ἑορτῶν laudat Harpocration (fr. 21 sqq.), et cujus librum πρὸς Καικίλιον Περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων Ammonius (fr. 25) commemorat : ratione satis probabili supparem fuisse Cæciliū et Dionysii Halicarnassensis Lysimachum dixeris. Opera laudantur hæc :

1. Αἰγυπτιακά.
2. Θεβαϊκά vel Θεβαϊκά παράδοξα.
3. Νόστοι.
4. [ Περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν καὶ ἑορτῶν. ]
5. [ Περὶ τῶν παρ' Ἀττικοῖς ῥητόρων. ]
6. [ Περὶ ποιητῶν. ]
7. Περὶ Ἐφόρου κλοπῆς βιβλία β'.

Fragmenta longe plurima ad Thebaica et Nostos pertinent. Ex quibus apparet maximam operam in eo posuisse auctorem, ut antiquiorum scriptorum

(\*) De Lysimacho qui Περὶ Ἀττάλου παιδείας scripsit, vide Introd. in Fragm. Neanthis Cyziceni. *Lysimachum Cōm*, Hippocraticum ( Erotian. p. 10; schol. Nicandri Alex. p. 376 Schn. ), sicuti reliquos ejus nominis viros h. l. enumerare longum est. Lysimachum quendam qui De agricultura scripsit laudant Varro R. R. I, 1, Plinius in Ind. auct. ad lib. VIII, IX, X, XIV, XVII, XVIII, XXVIII et XXV, 7. Hunc Vossius eundem cum Alexandrino nostro esse opinatur. — Quod tom. II, p. 370 not. suspicatus sum Lycum, operis Περὶ Θεῶν auctorem, qui ap. Tzetz. ad Lyc. 526 laudatur, eundem esse cum Lysimacho, id falsum est. Vide addenda ad Lycum Rheginum.

narrationes congereret, de singulis quibusque inter se contenderet, mirumque earum dissensum eo modo declararet. Num ulterius progressus sit, ac judicii acumen cum colligendi industria junxerit, nescio.

## ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

Lysimachum inter eos qui de rebus Ægyptiorum scripserint recenset Cosmas Topogr. Christ. XII, p. 241.

### I.

Josephus C. Apionem I, 34 : Ἐπιτάξω δὲ τοῦτοις (Manethoni et Chæremoni) Λυσίμαχον, εἰληφότα μὲν τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις ὑπόθεσιν τοῦ ψεύσματος, ὑπερπεπαικότα δὲ τὴν ἐκείνων ἀπιθανότητα τοῖς πλάσμασι. Δι' δὲ καὶ δῆλός ἐστι συνθετικῶς κατὰ πολλὴν ἀπέχθειαν. Λέγει γὰρ ἐπὶ Βοκχόρεως τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων λεπρούς ὄντας καὶ ψωρούς, καὶ ἄλλα νοσήματα τινα ἔχοντας, εἰς τὰ ἱερὰ καταφεύγοντας μεταίτεῖν τροφήν. Παμπόλλων δὲ ἀνθρώπων νοσηλίᾳ περιπεσόντων, ἀκαρτίαν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ γενέσθαι. Βόκχοριν δὲ, τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα, εἰς Ἀμμωνος πέμψαι περὶ τῆς ἀκαρτίας τοὺς μαντευσομένους· τὸν θεὸν δὲ εἰπεῖν τὰ ἱερὰ καθᾶραι ἀπ' ἀνθρώπων ἀνάγκων καὶ δυσσεβῶν, ἐκβαλόντα αὐτοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν εἰς τόπους ἐρήμους, τοὺς δὲ ψωρούς καὶ λεπρούς βυθίσαι, ὡς τοῦ ἡλίου ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τῇ τούτων ζωῇ, καὶ τὰ ἱερὰ ἀγνίσαι, καὶ οὕτω τὴν γῆν καρποφορήσειν. Τὸν δὲ Βόκχοριν τοὺς χρησμοὺς λαβόντα τοὺς τε ἱερεῖς καὶ ἐπιβωμίτας προσκαλεσάμενον κελεύσαι ἐπιλογὴν ποιησαμένους τῶν ἀκαθάρτων τοῖς στρατιώταις τούτους παραδοῦναι κατάξειν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐρήμον, τοὺς δὲ λεπρούς εἰς μολιβδίνους χάρτας ἐνδήσαντας, ἵνα καθῶσιν εἰς τὸ πέλαγος. Βυθισθέντων δὲ τῶν λεπρῶν καὶ ψωρῶν, τοὺς ἄλλους συναθροισθέντας εἰς τόπους ἐκτεθῆναι ἐπ' ἀπωλείᾳ· συναχθέντας δὲ βουλεύσασθαι περὶ αὐτῶν, νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης πῦρ καὶ

## DE REBUS ÆGYPTIORUM.

### 1.

His addam Lysimachum, idem quidem habentem cum prædictis mendacii argumentum, illorum vero incredibilitatem figmentorum enormitate superantem. Unde constat eum ex magno in nos odio sua confinxisse. Dicit enim sub Bocchori rege Ægyptiorum populum Judæorum, quod essent lepra, scabie et aliis quibusdam morbis infecti, ad templa confugisse et victum mendicasse. Multis autem hominibus morbo correptis, sterilitatem in Ægypto accidisse. Bocchorim vero, Ægyptiorum regem, ad Am-

monem scitatum oracula de sterilitate misisse : responsumque a deo, repurganda esse templa ab hominibus impuris et impiis, ejiciendo eos e templis in loca deserta; ceterum scabiosos ac leprosos mergendos, tanquam sole ut isti viverent ægre ferente; et templa expianda, atque ita fore ut terra fructum ferat. Bocchorim autem, accepto oraculo, accersitisque sacerdotibus et sacrificiis, jussisse ut impuri collecti militibus traderentur deportandi in desertum; utque leprosi plumbeis laminis involuti in pelagus dejicerentur. Submersis autem leprosis ac impetiginosis, reliquos congregatos in loca deserta expositos esse ut perirent : eos autem habito concilio de se ipsis consultasse et nocte super-

λύχνους καύσαντας φυλάττειν ἑαυτοὺς, τὴν τ' ἐπιούσαν νύκτα νηστεύσαντας ἰλάσκεσθαι τοὺς θεοὺς, περὶ τοῦ σῶσαι αὐτούς. Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ Μωϋσῆν τινα συμβουλεύσαι αὐτοῖς παραβαλλομένους μίαν ὁδὸν τέμνειν, ἄχρις ἂν ἔλθωσιν εἰς τόπους οἰκουμένους, παρακελεύσασθαι τε αὐτοῖς μήτε ἀνθρώπων τινὶ εὐνοήσῃν μήτε ἄριστα συμβουλεύσειν, ἀλλὰ τὰ χείρονα, θεῶν τε ναοὺς καὶ βωμοὺς, οἷς ἂν περιτύχωσιν, ἀνατρέπειν. Συναινεσάντων δὲ τῶν ἄλλων, τὰ δοχθέντα ποιούντας διὰ τῆς ἐρήμου πορεύεσθαι, ἱκανῶς δὲ ὀχληθέντας ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκουμένην χώραν, καὶ τοὺς τε ἀνθρώπους ὑβρίζοντας καὶ τὰ ἱερά συλῶντας καὶ ἐμπρήσαντας ἐλθεῖν εἰς τὴν νῦν Ἰουδαίαν προσαγορευομένην, κτίσαντας δὲ πόλιν ἐνταῦθα κατοικεῖν. Τὸ δὲ ἄστυ τοῦτο Ἱερόσυλα ἀπὸ τῆς ἐκείνων διαθέσεως ὠνομάσθαι· ὕστερον δ' αὐτοὺς ἐπικρατήσαντας χρόνῳ διαλλάξαι τὴν ὀνομασίαν πρὸς τὸ μὴ οἰνειδίζεσθαι, καὶ τὴν τε πόλιν Ἱεροσόλυμα, καὶ αὐτοὺς Ἱεροσολύμους προσαγορεύεσθαι.

Hæc in sequentibus Josephus refellit. — Cum initio hujus fragmenti cf. Joseph. C. Ap. II, c. 2 : Λυσίμαχος δὲ κατὰ Βόχχοριν τὸν βασιλέα, τουτέστι πρὸ ἐτῶν χιλίων ἑπτακοσίων (sc. ἀπαλλαγῆναι φησι τοὺς Ἰουδαίους ἐξ Αἰγύπτου)· Μόλων δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς ὡς αὐτοῖς ἔδοξεν. In his num recte sese habeat istud πρὸ ἐτῶν χιλίων ἑπτακοσίων addubitavit Bœckhius *Manetho* p. 325. Nam Bocchoris est rex dynastiæ XXIV, qui secundum Manethonem Africani regnavit an. 725-720, secundum Eusebium in Canone an. 778-735. Quare Bœckhius scribi jubet πρὸ ἐτῶν ἑπτακοσίων, eosque haud dubie inde a Lysimachi ætate exputandos esse censet. Idque eo verisimilius esse putaveris, quod Apion, quem Lysimachum ante oculos habuisse ex ipso Josepho discimus, Judæorum exitum assignat Olympiadis septimæ anno primo (752 a. C.). Ceterum Josephus l. I. Apionis calculos cum Lysimachi computo non tam componit, quam opponit iis. Quare nescio an ita potius statuendam sit. Diædorus memorat Bocchorim regem perantiquum, qui successor erat Mycerini; sub hoc Boc-

chori Judæos exiisse Ægypto Lysimachus annis 1700 ante suam ætatem memoraverit, haud ita multum a Manethone aliisque discedens. Jam vero Apion helluo hunc Bocchorim dixerit esse eum, qui circa primam Olympiadem regnare cœperit, ideoque ad hæc tempora nescio num ineptius an malignius exitum Judæorum retulit. Cf. Tacitus Hist. V, 3 : *Plurimi auctores consentiunt, orta per Ægyptum tæbe quæ corpora fœdaret, regem Bocchorim, adito Hammonis oraculo remedium petentem, purgare regnum et id genus hominum ut invisum deis alias in terras avehere jussum. Sic conquistum collectumque vulgus, postquam vastis locis relictum sit, ceteris per lacrimas torpentibus, Moysen unum exulum monuisse, ne quam deorum hominumve opum exspectarent, sed sibi ut duci cœlesti crederent, primo cujus auxilio præsentis miserias pepulissent, etc.* Quæ aperte ex Lysimacho, Chæremone, Apione similibusve auctoribus petita sunt.

Cum initio hujus fragmenti cf. etiam Bekk. Anecd. p. 380, 30 : Ἄλφα. . Καὶ Μωϋσῆς ὁ νομοθέτης ὑπὸ Ἰουδαίων διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν ἄλφους ἐν τῷ σώματι οὕτως ἐκαλεῖτο. Ἄλλα τοῦτο Νίκαρχος ὁ τοῦ Ἀμμωνίου (Aristarchei?) ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων φλυαρεῖ. De hoc Nicarcho, modo recte se nomen habeat, aliunde non constat.

2.

Josephus C. Apion. II, 2 : Τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν ἐλασθέντων (sc. Ἰουδαίων) τὸν αὐτὸν Λυσιμάχῳ σχεδιάσας (sc. Ἀπίων) — ἔνδεκα γὰρ αὐτοὺς εἶναι φησὶ μυριάδας — κτλ. Vid. Apion. fr. 4.

3.

Idem ibid. II, 14 : Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων καὶ Λυσίμαχος καὶ τινες ἄλλοι τὰ μὲν ὑπ' ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον δὲ κατὰ δυσμένειαν περὶ τε τοῦ νομοθετήσαντος ἡμῖν Μωυσεῶς καὶ περὶ τῶν νόμων πεποιήνται λόγους οὔτε δικαίους οὔτε ἀληθεῖς, τὸν μὲν ὡς γόητα καὶ ἀπα-

veniente, accensis ignibus ac lucernis custodias agitasse; sequentique nocte jejunasse, ut deos salutis suæ propitios haberent. Insequenti vero luce a Moyse quodam ipsis consilium datum, ut irent intrepidi una via, usquedum ad loca culta perveniretur: tum præcepisse ne cui hominum in posterum benevoli essent, neque optima suggererent, sed deteriora; utque deorum templa et altaria, prout in ea inciderent, everterent. Quum autem ceteri ista comprobassent, decreta peragentes iter fecisse per desertum, et post multa incommoda tandem ad loca culta pervenisse: dein et hominibus injuriose tractatis, et fanis compilatis ac incensis, venisse in regionem quæ nunc Judæa dicitur, conditaque civitate illic habitare. Istam autem urbem Ἱερόσυλα (*id est* Sacri-lega) ab ipsorum dispositione nominatam esse: postea autem auctos viribus nomen mutasse, ut probro non afficerentur, et urbem Hierosolyma, et se ipsos Hierosolymos vocasse.

Lysimachus tempore Bocchoris regis, hoc est ante annos mille septingentos, Judæos ex Ægypto discessisse ait; Molon autem atque alii, ut cuique visum est.

2.

Numerum pulsorum ex Ægypto Judæorum Apion eundem quem Lysimachus commentus est. Scilicet centum et decem millia fuisse dicit.

3.

Apollonius Molo quoque et Lysimachus et alii quidem nonnulli, partim quidem per ignorantiam, maxima vero ex parte per malevolentiam, de legislatore nostro Moyse et legibus ejus verba fecerunt nec justa nec vera, hunc quidem ut præstigiatores et deceptores calumniantes, leges autem malitiæ apud nos nulliusque virtutis magistras esse affirmantes.

τεῶνα διαβάλλοντες, τοὺς νόμους δὲ κακίας ἡμῖν καὶ οὐδεμιᾶς ἀρετῆς φάσκοντες εἶναι διδασκάλους. Quodsi et Lysimachus et Apollonius de legibus Judæorum nullius virtutis magistris verba fecerunt, probabile est alterum sua habere ex altero, antiquiorem vero auctorem fuisse, qui primo loco ponitur, Apollonium Molonem.

Præterea Lysimachus, si Jonsium Scriptt. hist. phil. p. 12 audias, etiam de rebus Assyriorum scripsit. Etenim Agathias II, 24 inter auctores τὰ ἀρχαιότατα τῶν Ἀσσυρίων τε καὶ Μήδων ἀναγραφάμενους præter Berosum (fr. 2) memorat Athenoclem et Σίμακον (sic cod. Lugd.; Σείμαχον cod. Rhed.; *Symmachum* interpr.); quod posterius nomen mutari Jonsius vult in Λυσίμαχον. Nescio an recte. Similiter Σύμμαχος pro Λυσίμαχος legebatur ap. Tzetz. ad Lyc. 874 (v. fr. 9). Ceterum putari possit Σίμακον illum eundem esse, quem Tzetzes Hist. III, 100 Σιμόκαττον dicit, ac una cum Ctesia (fr. 3), Diodoro, aliis, testem historiæ de Sesostri Assyriorum domino excitat. De Simocatto tanquam Ἀσσυριακῶν vel Αἰγυπτιακῶν auctore aliunde non constat.

### ΘΗΒΑΪΚΑ ΠΑΡΑΔΟΞΑ.

#### E LIBRO PRIMO.

##### 4.

Schol. Ap. Rhod. III, 1179 : Περὶ δὲ τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Κάδμου εἰς Θήβας παρουσίας Λυσίμαχος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Θηβαϊκῶν παραδόξων (παραδόξως vlgō) συνείλοχε πολλὴν τὴν ὕλην διαφωνοῦσαν (al. sch. Λυσίμαχος ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν Θηβαϊκῶν παραδόξως ἱστορεῖ).

Probabile est ex Lysimacho petita esse quæ sequuntur testimonia Hellanici ἐν ᾧ Φορωνίδος, Musæi in Titanomachia, Hippiae Delii ἐν Ἐθνῶν ὀνομασίαις, Atrometi, Pherecydis.

##### 5.

Schol. Eur. Phœn. 26 : Οἱ δὲ τὴν Σφίγγα Μακαρέως μὲν γενέσθαι γυναῖκα, θυγατέρα δὲ Οὐκαλέγοντος,

ἐνὸς τῶν ἐγγωρίων· οὗ τελευτήσαντος κατασχεῖν τὴν Σφίγγα, ἐπαναιρεθῆναι ὑπὸ τινος Οἰδίποδος συνελθόντος αὐτῇ. Τινὲς δὲ καὶ Λαίου τὴν Σφίγγα παραδιδόασιν, ὡς Λυσίμαχος.

Οὐκαλ.] « Cod. Aug. θυγατέρα Εὐκαλέτονος, Taur. θυγ. δὲ οὐκ ἂν λέγοντος, quo egregie firmatur emendatio Valcken. Οὐκαλέγοντος » Matthiæ. Nomen Οὐκαλέγων, tamquam viri Trojani, habes apud Homer. II. γ, 148. — ἐπαναιρεθῆναι] « Scribendum arbitror εἶτ' ἀναιρεθῆναι. Sed ne sic quidem ista sana præstarem. » Valcken. Plura exciderunt, puto. Possis : κατασχεῖν τὴν γῆν Σφίγγα, εἶτ' ἀναιρ. etc., vel κατασχεῖν αὐτὴν τὸ Φίχιον (vel Σφίχιον), ἐνθ' ἀναιρεθῆναι κτλ. Ut ut est, indicatur eadem fere narratio, quam Suidas servavit v. Οἰδίπους ubi sic : Γεγονὸς δὲ ἀνδρείος (Οἰδίπους) ἐλήστυε. Καθ' ὃν καιρὸν καὶ ἡ λεγομένη Σφίγξ ἀνεφάνη, γυνὴ δυσείδης καὶ θηριώδης τὴν φύσιν· ἀποβαλοῦσα γὰρ τὸν ἄνδρα, καὶ συναγαγοῦσα χεῖρα καὶ τόπον καταλαβοῦσα δύσβατον τοὺς παριόντας ἐφόνευε. Ὁ οὖν Οἰδίπους, δεινὸν τι βουλευσάμενος, δίδωσιν ἑαυτὸν μετ' αὐτῆς ληστεύειν· καὶ ἐπιτηρήσας καιρὸν, ὃν ἐβούλετο, λόγῃ ἀναιρεῖ αὐτὴν καὶ τοὺς μετ' αὐτῆς. Ceterum non solum variæ de Sphinge sententiæ, sed etiam quæ antecedit ap. schol. de OEdipo variarum fabularum farrago ex Lysimacho fluxerit.

#### E LIBRO DECIMO TERTIO.

##### 6.

Schol. Sophocl. OEd. C. 91 : Εἰσὶ γε οἱ φασὶ τὸ μνημα τοῦ Οἰδίποδος ἐν ἱερῷ Δήμητρος εἶναι ἐν Ἐτεινῶν, μεταγαγόντων αὐτὸν ἐκ Κεοῦ τινὸς ἀσήμου χωρίου, καθάπερ ἱστορεῖν φησὶν Ἀρίζηλον Λυσίμαχος δ' Ἀλεξανδρεὺς ἐν γ' [ἐν γ' ρ'] τῶν Θηβαϊκῶν, γράφων οὕτως : « Οἰδίπου δὲ τελευτήσαντος, καὶ τῶν φίλων ἐν Θήβαις θάπτειν αὐτὸν διανοουμένων, ἐκώλυον οἱ Θηβαῖοι διὰ τὰς προγεγενημένας συμφοράς, ὡς ὄντος ἀσεβοῦς. Οἱ δὲ κομίσαντες αὐτὸν εἰς τινὰ τόπον τῆς Βοιωτίας καλούμενον Κεὸν ἔθαψαν αὐτόν. Γινομένων δὲ τοῖς ἐν τῇ κώμῃ κατοικοῦσιν ἀτυχημάτων τινῶν, οἰηθέντες αἰτίαν εἶναι τὴν Οἰδίπου ταφὴν, ἐκέλευον τοὺς φίλους ἀναιρεῖν αὐτόν

### THEBAICA PARADOXA.

##### 4.

De Europa et Cadmo Thebis commorantibus Lysimachus libro primo Paradoxorum Thebanorum multam testimoniorum discrepantium silvam congescit.

##### 5.

Nonnulli Sphingem Macarei uxorem, filiam vero Ucalegontis, unius ex indigenis, fuisse tradunt. Mortuo marito, Sphingem (occupato Phicio loco munito latrociniis Bæotiam vexasse, tandem vero) interfectam esse ab OEdipo quodam, qui rem cum eo habuerat. Nonnulli Sphingem Laii filiam fuisse perhibent, ut Lysimachus ait.

##### 6.

Sunt qui dicant monumentum OEdipodis in fauo Cereris esse Eteoni, quo eum deportassent e Ceo, ignoto quodam loco, ut tradere Arizelum dicit Lysimachus Alexandrinus libro decimo tertio De rebus Thebanis, ubi ita scribit : « OEdipum defunctum quum amici Thebis sepelire vellent, obstitere Thebani, quod OEdipus propter priores casus pro impio habendus esset. Illi igitur in vicum quendam Bæotiae, quem Ceum nominant, deportarunt ibique sepeliverunt. Quum vero incolæ hujus vici calamitatibus quibusdam afficerentur causamque eorum sepulcrum OEdipi esse putarent, jussurunt amicos eum e regione sua auferre. Illi propter hæc consilii inopia laborantes sublatum corpus Eteonum portarunt.



ἐκ τῆς χώρας. Οἱ δὲ ἀπορούμενοι τοῖς συμβαίνουσιν, ἀνελόντες ἐκόμισαν εἰς Ἐτεινόν. Βουλόμενοι δὲ λάθρα τὴν ταφὴν ποιήσασθαι, καταθάπτουσιν νυκτὸς ἐν ἱερῷ Διμήτρος, ἀγνοήσαντες τὸν τόπον. Καταφανοῦς δὲ γενομένου, πέμψαντες οἱ τὸν Ἐτεινὸν κατοικοῦντες, τὸν θεὸν ἐπηρώτων, τί ποιῶσιν. Ὁ δὲ θεὸς εἶπεν, μὴ κινεῖν τὸν ἱκέτην τῆς θεοῦ. Διόπερ αὐτοῦ τέθαπται. Τὸ δὲ ἱερὸν Οἰδιπόδειον κληθῆναι. » Cf. Wunder. ad OEd. Col. p. 10; Müller. *Min.* p. 228 et 212, 4; C. Hermann. *Quaest. OEdip.* p. 69. Ἀρίζηλος aliunde non notus.

7.

Schol. Pind. *Isthm.* IV, 104 : Περὶ τῶν Ἡρακλέους παίδων Λυσίμαχος φησὶ τινὰς ἱστορεῖν, μὴ ὑπὸ Ἡρακλέους, ἀλλ' ὑπὸ τινῶν δολοφονηθῆναι ξένων.

Fortasse *Lysimachi* nomen latet apud schol. Eur. *Phoen.* 13, ubi hæc : Αἰγύπτιος (Αἰγύστιος cod. Taur., Αἰγυστος cod. Aug.) δὲ φησιν, ὡς ἐκ χρησιμοῦ τοὺς παῖδας ἀκούσας (sc. Οἰδίπους) ἀλληλοκτονήσειν, ἐξέθηκε τὸν Πολυνείκην, Μήστωρ δὲ ἀμφοτέρους ἐκτεθῆναι. Ad quæ Matthiæ : « Verum hujus grammatici vel historici nomen, puto etiam *Mestoris*, ipsum Valckenarium latebat. Fabricius B. Gr. II, p. 274 pro Αἰγύπτιος legendum suspicabatur *Ægis* vel *Ægias* [deb. *Agius*]. Pro Μήστωρ Taurin. μυστήριον. Vere! » *Agius* scripsit Argolica, et propterea minus h. l. aptus homo. Ad traditas literas proprius accedi potest scribendo Λύσιππος. *Lysippus* Epirota scripsit Ἀσεβῶν κατάλογον (schol. *Apoll.* IV, 1093. Cf. Ebert. *Diss. Sic.* p. 107 sq.), in quo OEdipi mentio non inepta. Pro Μήστωρ reponendus, nisi fallor, Νέστωρ, auctor Θεατρικῶν ὑπομνημάτων (v. Voss. p. 200).

8.

Schol. Eurip. *Hippol.* 545 : Λυσίμαχος δὲ φησιν ἐν τοῖς Θεβαϊκοῖς παραδόξοις, τριάκοντα ἀργυρίου τά-

λαντα ἀπαιτούντων (τῶν Οἰχαλιέων sc.) ποινὴν ἐπὶ Ἰρίτῳ, οὕτως ἐπ' αὐτοὺς Ἡρακλέα στρατεῦσαι.

παραδόξοις] παραδόξως Welck. *Cycl.* p. 217, n. 330. Cf. Herodor. fr. 33.

(8 a.)

(ΚΤΙΣΕΙΣ.)

Plutarch. *Parall. min.* c. 6 : Τῶν ἄμα Πολυνείκει εὐωγουμένων λοχαγῶν, ἀετὸς καταπτὰς τὸ Ἀμφιάρεω ἐβάστασε δόρυ εἰς ὕψος καὶ εἶασε· τὸ δὲ παγὲν ἐν γῆ, δάφνη ἐγένετο. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ πολεμοῦντων, κατ' ἐκεῖνο κατεπόθη ὁ Ἀμφιάρεω τῷ ἄρματι, ἔνθα νῦν πόλις Ἄρμα καλεῖται· ὡς Τρισίμαχος (num Λυσίμαχος?) ἐν τρίτῳ Κτίσεων.

ΝΟΣΤΟΙ.

E LIBRO PRIMO.

9.

Schol. Pind. *Pyth.* V, 108 : Περὶ τῆς εἰς Κυρήνην ἀφίξεως τῶν Ἀντηνοριδῶν Λυσίμαχος ἐν πρώτῳ τῶν Νόστων ἱστορεῖ, παρ' Ἀμναχί (Ἀκαμνάκει?) βασιλεῖ Λιβύων αὐτοὺς ὄκησαν, μὴ βουλομένους συνοικεῖν τοῖς τὸ Ἴλιον πεπορθηκόσι, καὶ ὅτι ἐκτίσαν (ἐκτίσεν cod.) μεθ' ἱκανὸν χρόνον τὸν μεταξὺ Κυρήνης καὶ τῆς θαλάσσης κείμενον λόφον Ἀντηνοριδῶν ἐπικεκλημένον.

Ἐtzetzes ad *Lyc.* 874 : Λυσίμαχος ἐν πρώτῳ τῶν Νόστων οὕτω πῶς λέγει· « Γλαῦκος, Ἀκάμας, Ἰππόλοχος, οἱ Ἀντηνορίδαι, παρ' Ἀκαμνάκει βασιλεῖ Λιβύων ὄκησαν, μὴ βουλομένοι συνοικεῖν τοῖς τὸ Ἴλιον πορθήσασιν, οἱ μεθ' ἱκανὸν χρόνον τὸν μεταξὺ Κυρήνης καὶ τῆς θαλάσσης Ἀντηνοριδῶν λόφον ἐκτίσαν καὶ ὄκησαν. » — Ἀκαμνάκει] Müller. e codd. Viteb. pro vgtā ἀμνάκει. — Λυσίμαχος] sic Müller. e codd. Viteb.; olim Σύμμαχος.

Et quum clanculum sepulcro condere vellent, noctu in Cereris fano, ignorantes loci sanctitatem, sepeliverunt. Quod ubi detexerunt incolæ Eteoni, dei oraculum adierunt, quærentes quid faciendum esset. Ille vero respondit, ne loco moverent deæ supplicem. Itaque illo loco sepultus jacet. » Fanum vero OEdipodeum vocari addit.

7.

Quod liberos Herculis attinet, eos nonnulli, Lysimacho teste, non ab Hercule occisos, sed a peregrinis quibusdam dolo necatos esse narrant.

8.

Lysimachus in Thebanis Paradoxis ait Herculem contra Oechalienses expeditionem suscepisse, quod hi triginta argenti talenta Iphiti cædis mulctam postulassent.

(8 a.)

## URBIUM ORIGINES.

Ducibus qui cum Polynice erant convivantibus, aquila devolans hastam Amphiarai raptam in sublime evexit, inde

denisit. Ea terræ infixæ in laurum est mutata. Postridie praelium quum committeretur, eo loco Amphiaras una cum curru terra haustus est, ubi Harma (*Currus*) urbs nunc est. Sic *Lysimachus* tertio De urbium originibus.

## REVERSIONES.

9.

Antenoridas Cyrenen advenientes Lysimachus Reversionum libro primo narrat apud Amnacem (*Acamnacem*) Libyum regem habitasse, nolentes commorari cum iis qui Ilium evertissent, ac post aliquanto temporis colonia frequentasse collem inter Cyrenen atque mare situm, qui de ipsis Antenoridarum collis appellatur.

Lysimachus libro primo Reversionum ita scribit : Glaucus, Acamas, Hippolochus, Antenoridæ, apud Amnacem regem habitaverunt, quod nolent una habitare cum iis qui Ilium evertissent, eosque aliquanto post inter Cyrenen atque mare situm collem Antenoridarum exædificasse ibique sedes fixisse.

## E LIBRO SECUNDO.

10.

Plutarch. De flux. c. 18, 12 : Ἀθηναῖον δ' ὄρος ἔλαβε τὴν προσηγορίαν ἀπ' Ἀθηνᾶς. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Ἰλίου πόρθησιν Διομήδης, εἰς Ἄργος ὑποστρέψας, εἰς τὸν Κεραῦνιον ἀνέβη λόφον, καὶ τέμενος Ἀθηνᾶς κατασκευάσας, τὸ ὄρος ἀπὸ τῆς θεᾶς Ἀθηναῖον μετωνόμασε. Γεννᾶται δ' ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ ῥίζα παρόμοιος πηγάνω· ἦν ἐὰν γυνὴ φάγη τις κατ' ἄγνοιαν, ἐμμανὴς γίνεται· καλεῖται δ' Ἀδράστεια· καθὼς ἱστορεῖ Πλησίμαχος (scr. Λυσίμαχος) ἐν β' Νόστων.

11.

Schol. Apoll. Rh. I, 558, de Achille : Διαπεφωνήκασι δὲ καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ μητρός... Λυσίμαχος δ' Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόστων κατὰ λέξιν λέγων· « Σουίδα γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης, οἱ περὶ Εὐβοίας πεπραγματευμένοι, καὶ ὁ τοὺς Φρυγίους λόγους γράψας καὶ Δαίμαχος καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς οὐ τὴν περὶ Ἀχιλλέως διεσπαρμένην ἀφῆκαν ἡμῖν ἐπὶ χώρας δόξαν· ἀλλὰ τοῦναντίον οἱ μὲν ἐκ Θέτιδος αὐτὸν νομίζουσι γεγονέναι τῆς Χείρωνος, Δηίμαχος δὲ ἐκ Φιλομήλης τῆς Ἄκτορος· ἄλλοι δὲ ἄλλως περὶ αὐτοῦ ἀποφαίνονται. »

12.

Fortasse ex Achillis historia fluxit glossa Hesychii : Σκύρος, πόλις ἢ νῆσος ἢ λατύπη. Σκυῖρος, ἀργιλώδης· Λυσίμαχος, τὴν λατύπην. Cf. Etym. M. Σκύρος, ἢ νῆσος, ἐπειδὴ ἀργιλώδης ἐστὶ καὶ λευκόγεωσ· Σκύρος γὰρ ἢ λατύπη.

13.

Schol. Venet. Eurip. Androm. 24 : Ἰδίως ἓνα φησὶ παῖδα γενέσθαι τῷ Νεοπτολέμῳ, ἄλλων τρεῖς λε-

γόντων, Πύρρον, Μολοσσὸν, Αἰακίδην [καὶ Τρωάδα]. Λυσίμαχος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόστων φησὶ Πρόξενον καὶ τὸν Ἀκάνθιον Νικομήδην ἐν τοῖς Λακεδαιμονικοῖς ἱστορεῖν μὲν ἐκ τῆς Ἀνδρομάχης γενέσθαι τοὺς προειρημένους, ἐκ δὲ Λεωνάσσης τῆς Κλεωδαίου Ἄργον, Πέργαμον, Πάνδαρον, Δωριέα, Ἐραον, Δανάην, Εὐρύμαχον. Φασὶ δὲ Πύρρῳ μὲν ἐγχειρίσαι τὴν βασιλείαν τὸν πατέρα, Μολοσσῷ δὲ τὴν ἐκ τῆς προσηγορίας τιμὴν προστάξαντα τὴν χώραν Μολοσσίαν ὀνομάζειν. Διὸ (sic Cobet.; δι' ᾧ codex) τὸν Αἰακίδην ὑπ' αὐτῆς ὑπεκτεθῆναι (sic Cobet., ἐκτεθῆναι codex) Ἀνδρομάχης, πρὸς τὸ, εἰ (εἴτι cod.) διὰ τὴν ἀπαιδίαν Ἐρμιόνης καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀσθένειαν γένοιτό τι τοῖς τέκνοις δυσχερὲς, μὴ ὑποχειρίους πάντας ληφθῆναι.

Πύρρον] Πίελον, Μολοσσὸν et Πέργαμον memorat Pausanias, I, 11, 1. Noster Pergamum memorat inter libros e Lanassa susceptos. Æacidem alius nemo exhibet. Pielum habes etiam in Alexandriade apud Pseudocallisth. I, 42 in Latinis, et apud Justinum XVII, 3, ubi perperam legitur Pialis. Hyginus fab. 123 Andromachæ filium ponit Amphialum, quod ejusdem nominis corruptio est, aut componi debet cum Anchialo, cujus fr. 14 mentio fit. — Καὶ Τρωάδα] Hæc uncis inclusi, utpote abundantia. Ac desunt in schol. vulgatis, quæ hucusque eadem præbent. — Νικομήδην] sic scripsi pro Λυκομήδην, quod codex præbet. Nicomedem Acanthium de Perdicæ et Archelai regum temporibus laudat Athenæus V, p. 217, D. Quod fragmentum quum librum De rebus Macedonum arguat, fortasse etiam deinceps Μακεδονικοῖς pro Λακεδαιμονικοῖς reponendum est. Quarum vocum confusionis exempla vide in not. ad Duridis fr. 28. Proxeni locus addendus est tom. II, p. 462. — Λεωνάσσης] Cobet. nomen mutavit in Κλεονάσσης, sicuti codex habet in fragmento sequente. At illo potius loco corrigi debet, non nostro. Cf. Justinus XVII, 3 : Sed

10.

Mons Athenæus a Minerva nomen accepit. Post Ilii namque excidium Diomedes Argos reversus in Ceraunium collem adscendit, et ibi ædificato Minervæ sacrario, montem a dea Athenæum nominavit. Crescit in ejus cacumine radix, rutæ similis, quam si per ignorantiam forte mulier quæpiam comederit, evadit furiosa : nomen autem illi radici est Adrastia, ut narrat Lysimachus secundo Reversionum.

11.

De matre quoque Achillis dissentiunt. Lysimachus Reversionum libro secundo ad verbum ita habet : « Suidas et Aristoteles, qui De Euboea scripserunt, et auctor historiarum Phrygiarum, et Daimachus et Dionysius Chalcidensis non vulgatam illam quæ apud nos circumfertur famam sequuntur, sed illi Thetide Chironis filia, Deimachus vero e Philomele Actoris filia, alii denique alia matre natum perhibent.

12.

Σκύρος, urbs vel insula vel terra figlina. Scyrus enim in-

sula argillosa est ; et Lysimachus nomen ejus voce λατύπη, terra figlina, interpretatur.

13.

Proprium est Euripidis, quod Neoptolemo ex Andromache unum tantum filium fuisse dicit, dum reliqui tres filios perhibeant, Pyrrhum, Molossum, Æacidem. Lysimachus vero libro secundo Reversionum dicit Proxenum (Epirotam) et Nicomedem Acanthium in Rebus Lacedæmoniorum narrare Neoptolemo ex Andromache natos esse tres filios quos modo recensuimus, ex Leonasse autem, Cleodæi filia, Argum, Pergamum, Pandarum, Dorieum, Eraum, Danaen, Eurymachum et Troadem. Referunt Pyrrho patrem tradidisse regnum, Molosso autem hunc tribuisse honorem, ut regionem de ejus nomine Molossiam appellari jusserit ; Æacidem vero ab ipsa Andromache securitatis causa aliquo abductum esse, ne, si quid mali propter Hermionæ orbitatem et suam ipsius imbecillitatem filiis acciderit, omnes simul sub manus Hermiones venirent.

*Pyrrhus* (i. e. Neoptolemus) quum in templum *Dodonæi Iovis ad consulendum venisset, ibi Lanassam, neptem Herculis, rapuit : ex cujus matrimonio octo liberos sustulit. Ex his nonnullas virgines nuptum finitimis regibus tradidit, opesque affinitatum auxilio magnas paravit.* Fortasse illa Lanassa in regum Epirotarum stirpem ab ipso Proxeno demum Pyrrhi regis æquali illata est in honorem Lanassæ Siculæ, Agathoclis filiæ, quam Pyrrhus uxorem duxerat (v. Plutarch. Pyrrh. c. 10; Diodor. XXI, 4. XXII, 6, 2). Ceterum quoniam Justinus octo Neoptolemi liberos ponit, inter eosque duæ minimum filiæ fuisse debent, nostro autem loco septem tantum nomina, inter eaque unum tantum femininum, recensentur, facile hæc conciliari possunt, si verba καὶ Τρωάδα ex antecedentibus, ubi abundant, in seriem liberorum Lanassæ transponimus.

14.

Idem ibid. 33 : Ὁ μὲν Εὐριπίδης ἀπὸ Νεοπτολέμῳ φησὶν εἶναι τὴν Ἑρμιόνην, ὃ δὲ Λυσίμαχος ταύτην παραινείου, ὃς γράφει· « Γήμας... (Γήμαντι πρῶτον?) Ἑρμιόνην τὴν Μενέλεω καὶ Ἑλένης, μετὰ ταῦτα Λεώνασσαν τὴν Κλεοδαίου τοῦ [Ἡρακλέους], ἐξ ἐκείνης μὲν γενέσθαι Μολοσσὸν ὁμώνυμον τῇ χώρᾳ καὶ [ταύτην ἀπ' αὐτοῦ] κληθῆναι· ἐκ δὲ τῆς Λεωνάσσης... γενον, Δωριέα, Πέργαμον, ..... χωρον. » Ταῦτα μὲν Λυσίμαχος... δὲ δ τραγωδιοποιὸς... ὕστερον δὲ Διομήδει συνοικῆσαι... [Νεοπτο]λέμῳ Ἀγχίαλον γενέσθαι... δὲ ἐν μὲν Ἀνδρομάχῃ... δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος.....

« Minutissima codicis scriptura hic passim situ et madore deleta est. » COBET. — Initio fragmenti Cobetus scripsit παρὰ Νεοπτολέμῳ... παρ' Αἰνείᾳ. Verum hæc nihil pertinerent neque ad locum Euripidis neque ad ea quæ sequuntur in scholio, neque ex ipsa mythologia explicationem admitterent. Sensus aperte hic esse debet : Euripides ait Hermionen nullos Neptolemo liberos peperisse; contra Lysimachus (vel auctor quem Lysimachus pro more suo adducit) filium novit Hermiones, Molossum scilicet. At græcis corruptissimis mederi absque multo arbitrio non poteris. Verti quasi

14.

[Euripides dicit a Neoptolemo nullos Hermionæ liberos fuisse; Lysimachus vero dicit eam filium peperisse, secundum Cineam, qui scribat : ducta Hermione Menelai et Helenæ filia, et deinde Leonassa Cleodæi filia Herculisque nepte, ex illa Neoptolemo suscepisse Molossum regioni, ab ipso nomen adeptæ, cognominem, ex Leonassa autem... genum, Dorieum, Pergamum, ... chorum. » Hæc Lysimachus affert.

15.

Alii Samiorum populum multiliteratum dici putant, eo quod Athenienses Samios bello captos signo noctuæ no-

scholiasta hunc fere in modum scripsisset : Ὁ μὲν Εὐρ. ἄπαιδα ἀπὸ Νεοπτολέμου φησὶν εἶναι τὴν Ἑρμιόνην, ὃ δὲ Λυσίμαχος τεκεῖν αὐτὴν [φησὶ λέγεσθαι] παρὰ Κινέα, ὃς γράφει κτλ. Cineas (Κινέας, Κεινέας) Epirotica tractasse ex fragmentis (tom. II, p. 463) intelligitur. Lysimachum vero in congerendis antiquiorum scriptorum testimoniis operam posuisse præcipuam ex reliquiis satis liquet. — Λεώνασσαν] Κλεονάσσαν et mox Κλεονάσσης codex. Vid. not. ad fr. 13. Deinde supplevi inclusa cancellis. De nominibus liberorum Cineas vel quicumque demum sit, aliter statuit atque Proxenus et Nicomedes, siquidem recte se habent literæ superstites.

15.

Photius : Σαμίῳν ὃ δῆμὸς ἐστίν· ὡς πολυγράμματος]... Οἱ δὲ ὅτι Ἀθηναῖοι μὲν τοὺς ληφθέντας ἐν πολέμῳ Σαμίους ἔστιζον γλαυκί, Σάμιοι δὲ (sc. τοὺς ληφθέντας ἐν πολέμῳ Ἀθηναίους) σαμαίνῃ· ὃ ἐστὶ πλοῖον δίκροτον, ὑπὸ Πολυκράτους πρῶτον κατασκευασθέν τοῦ Σαμίῳν τυράννου, ὡς Λυσίμαχος ἐν δευτέρῳ Νόστων. Τὸ δὲ πλάσμα Δούριδος. Vide Duridis fragm. 59 not., tom. II, p. 483. — Quodsi Lysimachus, ad exemplum aliorum qui Νόστους scripserunt, etiam eas Reversiones, quæ temporibus historiæ luce claris factæ sunt, recensuit, ideoque etiam de Samiis insula sua pulsus ac postea in patriam reversis locutus est, ad eamque narrationem noster locus pertinet (id quod veri simillimum est) : consequitur illud ἐν β' Νόστων corruptum esse, reponendum vero vel ἐν ιβ' vel ἐν η'. Cf. not. ad Anticlid. fr. 8.

## E LIBRO TERTIO.

16.

Athenæus IV, p. 158, D : Οἶδα δὲ καὶ τὴν Ὀδυσσεύς... ἀδελφὴν Φακῆν καλουμένην, ἣν ἄλλοι τινὲς Καλλιστῶ ὀνομάζουσιν, ὡς ἱστορεῖν Μνασέαν τὸν Πατρέα ἐν τρίτῳ Εὐρωπιακῶν φησὶ Λυσίμαχος ἐν τρίτῳ Νόστων.

17.

Eustath. ad Od. p. 1796, 10 : Κατὰ δὲ Λυσίμαχον αὐτῶ (τῶ Ὀδυσσεῖ) ἐξ Εὐίππης Θεσπρωτίδος Λεον-

tarint, Samii vero captos Athenienses samaenæ. Est autem samaena navigium bireme a Polycrate Samiorum tyranno primum fabricatum, ut ait Lysimachus libro secundo Reversionum. Quod quidem Duridis est commentum.

16.

Novi etiam Ulyssis sororem Phacem nomine, quam alii quidam Callisto appellant, uti Mnaseam Patrensem narrare libro tertio De Europa tradit Lysimachus in Reversionum tertio.

17.

Secundum Lysimachum Ulyssi ex Euippe Thesprotia filius erat Leontophron, quem alii Doryclum vocant.

τόφρων, ὃν ἄλλοι Δόρυκλόν φασιν. Eadem Eudocia p. 74 et 394. Cf. Sophocl. fr. p. 300 ed. Paris.

17 a.

Servius ad Virgil. *Æn.* II, 211: *Hos dracones Lysimachus Curifin et Peribœam (Porcen et Charibœam?) dicit; filios vero Laocoontis Ethronem et Melanthurum Thessandrus (?) dicit.* Cf. Tzetz. ad Lyc. 347; schol. Pind. N. V, 85. Hæc e Nóstow opere fluxisse probabile, sicuti ea quæ in seqq. apponimus.

18.

Schol. Venet. et Vatican. in Eurip. *Androm.* 888: Ἦνπερ μόνην (sc. Ἐρμιόνην) γε Τυνδαρίς τίχτει κόρη Ἐλένη κατ' οἴκους πατρί (Μενελάω)] Λυσίμαχος καὶ ἄλλοι τινὲς ἱστοροῦσι γενέσθαι ἐξ Ἐλένης καὶ Νικόστρατον. Ὁ δὲ τὰς Κυπριακὰς ἱστορίας συντάξας (συνάψας schol. v. g.) Πλεισθένην φησὶ, μεθ' οὗ εἰς Κύπρον ἀφίχθαι τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα Ἀλεξάνδρῳ Ἀγανόν.

In postremis schol. vulg.: Μεθ' οὗ εἰς Κύπρον ἀφίχθαι τὸν Ἀλέξανδρον. De Nicostrato Helenes f. cf. Hesiod. (fr. 93 ed. Didot.) ap. schol. Soph. *Electr.* 539; Apollodor. III, 11, 1. Sec. Pausaniam (II, 18, 6; cf. III, 18, 13. 19, 9.) Nicostratus, sicuti Megapenthes, Menelai ex serva filius erat. Pro Ἀγανόν (sic cod. Venet., Ἀγανον cod. Vatican.) Cobetus scripsit Ἀγαυόν; sine causa. Aganum (Ἀγάνω) cum aliis tribus Helenæ et Alexandri filiis, Bunico, Corytho et Idæo, memorat Tzetzes *Homer.* 442 et *Natalis Com.* VI, 23. Plisthenes noster alibi non videtur occurrere. In seqq. non historicum De rebus Cypriis opus, sed carminis epici auctor, qui in iisdem scholl. ad *Hecub.* 41 ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήσας dicitur, intelligendus esse videtur (cf. *Cycli epici fragm.* 21, p. 595 ad calcem *Homeri* ed. Didot.). Κυπρίων mentio ex ipso Lysimacho fluxerit, sicut ex eodem Ἰλίου πέρσις in fr. 19 citatur.

19.

Schol. Vat. et Neapol. in Eurip. *Troad.* 31:

18.

Lysimachus et alii quidam Helenam Menelao peperisse præter Hermionen etiam Nicostratum narrant. Is vero, qui Cypria composuit, Plisthenem vocat, cum quo Aganus, Helenæ et Alexandri filius, in Cyprum venisset.

19.

*Captivarum Trojanarum alias Arcas, alias Thessalus populus sortito accepit et Thesidæ Atheniensium duces.* ] Nonnulli hoc in gratiam Atheniensium ab Euripide dictum esse censent; nam Acamantem et Demophontem ex præda Trojana nihil, sed solam accepisse Æthram, cujus repetendæ causa sub Menestheo duce Trojam venerant. Lysimachus tamen eum, qui Ilii Eversionem poema fecit, scribere ait hunc in modum:

Αἰχμαλωτίδων (Trojanarum)... τὰς μὲν Ἀρκὰς, τὰς δὲ Θεσσαλὸς λεῖψ ἐίληχ' Ἀθηναίων τε Θεσεῖδαι πρόμοι] Ἐνιοι ταῦτά φασι κατὰ (πρὸς in schol. ad v. 16, ubi eadem) χάριν εἰρήσθαι· μηδὲν γὰρ εἰληφέναι τοὺς περὶ Ἀκάμαντα καὶ Δημοφῶντα ἐκ τῶν λαφύρων, ἀλλὰ μόνην τὴν Αἶθραν, δι' ἣν καὶ ἀφίκοντο εἰς Ἴλιον Μενεσθέως ἡγουμένου. Λυσίμαχος δὲ τὸν τὴν Περσίδα (1. Πέρσις Ἰλίου; Cobet. scr. Περσίδα) πεποιηκότα φησὶ γράφειν οὕτως·

Θησεΐδαις δ' ἔπορεν δῶρα κρείων Ἀγαμέμνων  
ἠδὲ Μενεσθῆϊ μεγαλήτορι ποιμένι λαῶν.

20.

Schol. Eur. *Hecub.* 892: Λυσίμαχος δὲ φησὶ Δημοφῶντος Ἀθήνησι βασιλεύοντος ἔτους τετάρτου Θαργηλιῶνος [Ἰσταμένου] δωδεκάτῃ (sc. τὴν τῆς Τροίας ἄλωσιν συμβῆναι). Vocem Ἰσταμένου uncis inclusi, ut ex antecedentibus, ubi aliorum de eadem re sententiæ afferuntur, male repetitam. Ne scribamus Ἰσταμένου τῇ δεκάτῃ, obstant Hellanicus et Dionysius Argivus, qui eandem duodecimam diem exhibent. Cf. not. ad *Marm. Parium* p. 568. Ceterum num recte fragmentum ad Nostos referatur, admodum dubium est. Quodsi *Lysimachus* idem est, ut equidem putaverim, cum eo quem solenni confusione *Lysimachidem*, operis *De mensibus Atticis* auctorem, Harpocration dicit, ad hocce opus etiam nostra pertinebunt.

(ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΟΥ?)

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΘΗΝΗΣΙ ΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΕΟΡΤΩΝ.

21.

Harpocratio: Μεταγειτνιών... ὁ β' μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται· ἐν δὲ τούτῳ Ἀπόλλωνι Μεταγειτνίῳ θύουσιν, ὡς Λυσιμαχίδης ἐν τῷ Περὶ τῶν Ἀθήνησι μνηῶν. V. C. Hermann. *Gottesdienstl. Alterth.* § 55.

Thesidis vero præbuit dona rex Agamemno  
et Menestheo, magnanimo pastori virorum.

20.

Lysimachus dicit Trojam captam esse Demophontis Atheniensium regis anno quarto, Thargelionis mensis die duodecimo.

DE ATHENIENSIVM MENSIBUS  
FESTISQUE.

21.

Metagitnion secundus apud Athenienses mensis, quo Apollini Metagitnio, sacra faciunt, ut Lysimachides in libro *De mensibus Atheniensibus*.

22.

*Idem* : Μαιμακτηριῶν, ὃ ε' μὴν παρ' Ἀθηναίους... ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Διὸς μαιμάκτου· μαιμάκτης δ' ἐστὶν ὃ ἐνθουσιώδης καὶ ταρακτικὸς, ὡς φησὶ Λυσιμαχίδης (Λυσιμάχης cod. Venet.) ἐν τῷ Περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν· ἀρχὴν δὲ λαβόντος τοῦ χειμῶνος ἐν τούτῳ τῷ μηνὶ ὃ ἀὴρ ταραττεται καὶ μεταβολὴν ἔχει. Cf. Hermann. l. 1. § 57.

23.

*Harrocratio* : Σκίρα ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίους, ἀφ' ἧς καὶ ὃ μὴν Σκίροφοριῶν. Φασὶ δὲ οἱ γράψαντες Περὶ τε ἑορτῶν καὶ μηνῶν Ἀθήνησι, ὧν ἐστὶ καὶ Λυσιμαχίδης, ὡς τὸ σκίρον σκιάδιόν ἐστι μέγα, ὑφ' ὃ φερομένῳ ἐξ ἀκροπόλεως εἰς τινὰ τόπον καλούμενον Σκίρον πορεύονται ἢ τε τῆς Ἀθηναῖς ἱέρεια καὶ ὃ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερεὺς καὶ ὃ τοῦ Ἡλίου· κομίζουσι δὲ τοῦτο Ἐτεοβουτάδαι. Σύμβολον δὲ τοῦτο γίνεται τοῦ δεῖν οἰκοδομεῖν καὶ σκέπας ποιεῖν, ὡς τούτου τοῦ χρόνου ἀρίστου ἦντος πρὸς οἰκοδομίαν. Καὶ Ἀθηναῖν δὲ Σκισράδα τιμῶσιν Ἀθηναῖοι, ἦν Φιλόχορος μὲν ἐν β' Ἀτθίδος ἀπὸ Σκίρου τινὸς Ἐλευσινίου μάντεως κεκλήσθαι, Πραξίων δὲ ἐν β' Μεγαρικῶν ἀπὸ Σκίρωνος. Cf. schol. Aristoph. Eccles. 18; Pausanias I, 36, 3; Bekker. Anecd. p. 304. C. Hermann. l. 1. § 61, 14.

24.

Schol. Soph. OEd. C. 56 : Περὶ τοῦ τὸν Προμηθεῖα περὶ τὴν Ἀκαδημίαν καὶ τὸν Κολωνὸν ἰδρῦσθαι Ἀπολλόδωρος γράφει οὕτως· « Συντιμᾶται δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηναῖ, καθάπερ ὃ Ἡφαιστος. Καὶ ἐστὶν

22.

*Mæmacterion*, quintus apud Athenienses mensis, nomen habet a Jove Mæmacte. Mæmactes vero est furore corripiens et perturbans, ut Lysimachides libro De mensibus Atheniensibus ait. Scilicet quum hiems eo mense incipiat, aeris turbatio et commutatio fit.

23.

*Scira*, festum apud Athenienses, a quo Scirophorion mensis nominatur. Narrant vero qui de festis ac mensibus Atheniensium scripserunt, inter quos est Lysimachides, scirum esse magnam umbellam, sub quo ex arce in Scirum quendam locum proficiscantur Minervæ, Neptuni et Solis sacerdotes: gestari eam ab Eteobutadis; significari autem eo, jam ædificia et tegumenta facienda esse, quod illud anni tempus ad ædificandum sit accommodatissimum.

24.

De Promethei juxta Academiam et Colonom consecratione Apollodorus ita scribit: « Colitur Prometheus in Academia una cum Minerva, sicuti Vulcanus. Atque est ei vetus signum fanumque ad templum dei. » Monstratur etiam basis antiqua in aditu; in qua Promethei signum et Vulcani. Primum vero et antiquius, ut Lysimachides quoque dicit,

αὐτοῦ παλαιὸν Ἴδρυμα καὶ βωμὸς ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ. » Δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τὴν εἴσοδον, ἐν ἧ τῷ τε Προμηθεῖος ἐστὶ τύπος καὶ τοῦ Ἡφαιστού. Πεποιήται δὲ, ὡς καὶ Λυσιμαχίδης φησὶν, ὃ μὲν Προμηθεὺς πρῶτος καὶ πρεσβύτερος, ἐν δεξιᾷ σκῆπτρον ἔχων, ὃ δὲ Ἡφαιστος νέος καὶ δεύτερος. Καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινὸς ἐστὶν ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος.

Cf. Pausanias I, 30, 2 : Ἐν Ἀκαδημίᾳ δὲ ἐστὶ Προμηθεῖος βωμὸς· καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν, ἔχοντες καιομένας λαμπάδας. Harrocratio v. Λαμπάς : Τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδας, Παναθηναίους καὶ Ἡφαιστειοὺς καὶ Προμηθεῖους. Cf. Welcker. Trilog. p. 121; Hermann. l. 1. § 62, 25.

## ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡ' ΑΤΤΙΚΟΙΣ ΡΗΤΟΡΩΝ.

Πρὸς Καικίλιον.

25.

*Ammonius* : Θεωρὸς καὶ θεατῆς διαφέρει. Θεωρὸς μὲν γάρ ἐστιν ὃ εἰς θεοὺς πεμπόμενος, θεατῆς δὲ ὃ ἀγώνων καὶ θεάτρων. [Εὐριπίδης ἐν Ἰωνί.]

πότερον θεατῆς ἢ χάριν μαντευμάτων;

καὶ Αἰσχύλος·

βοᾶς τοιοῦδε πράγματος θεωρὸς ὢν.

Ἀμαρτάνουσιν οὖν οἱ λέγοντες θεωρῆσαί με δεῖ τὸν ἀγῶνα, δεόν εἰπεῖν θεάσασθαι. Διαστέλλει οὖν τοῦτο ἐπιμελῶς Λυσιμαχίδης ἐν τῷ πρὸς Καικίλιον περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων, καὶ πολλῶν παραθέσεις ποιεῖται. Καὶ ἐστὶ τὸ θεάσασθαι, ὡσπερ πρόκειται, παρὰ τὴν θεάν, τὸ δὲ θεωρεῖν, φησὶν, οὐκ ἄλλο τι ἢ τὸ τῶν θεῶν ὠρεῖν, τοῦτο δὲ τὸ φροντίζειν. Διὸ καὶ τοὺς τῶν

illud est Promethei dextra septum tenentis, secundum vero ac recentius Vulcani. Et ara est utriusque communis in basi efficta.

## DE ATTICIS RHETORIBUS.

Contra Cæcilium.

25.

Verba θεωρὸς et θεατῆς differunt. Θεωρὸς namque est qui ad deorum templa mittitur, θεατῆς vero spectator est certaminum ac ludorum scenicorum. (Euripides in Ione v. 301 :)

Num spectator venis an oraculorum causa?

et Æschylus (fr. 409) :

Vociferaris talis rei spectator.

Peccant igitur qui dicunt θεωρῆσαί με δεῖ τὸν ἀγῶνα, quum dicendum sit θεάσασθαι. Accurate hæc distinguendo definiuit Lysimachides in scripto contra Cæcilium De oratoribus Atticis et appositis multorum scriptorum locis rem confirmat: videlicet θεάσασθαι, uti diximus, de spectaculis dicitur, θεωρεῖν autem, ille ait, nihil aliud significat nisi τὸ τῶν θεῶν

θεαμάτων [μέν] ἔνεκα πεμπομένους σὺν θυσίαις δὲ καὶ εὐσεβείᾳ, πάντας ὀνόμαζόν θεωρούς. Καὶ τὸ τοῖς Ἀθηναίοις διδόμενον θεωρικόν, οὐχὶ διὰ τὰς θέας (ὡς Καϊκίλιος ὑπέλαβεν), ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβεῖν καὶ ἐπιθεῖν (ἐπιθύειν Valck.) καὶ εὐφραίνεσθαι.

Post vocem *θεαμάτων* inserui particulam μὲν, suadente re ipsa et quæ sequitur particula δὲ, pro quo Valckenar. scribi voluit : *θυσίαις τε καὶ εὐσ.* — Ceterum de titulo libri ita Valckenaerius disse- rit : « Ego certe nullus adsequor, qui in hujuscemodi argumenti libro hæc materia commode pertractari potuerit. Modo a Cæcili cogitatione animus sit liber, non dubitabis mecum reponere : *περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἑορτῶν.* Levissimam mutationem suadet Harpocraton, qui in v. Σκίρον testes citat τοὺς γράψαντας περὶ τε ἑορτῶν καὶ μηνῶν Ἀθήνησιν, ὧν ἔστι καὶ Λυσιμαχίδης.... Idem Lysimachides testis adducitur in schol. Soph. OEd. C. 56, quæque ibi de Prometheo et Vulcano Athenis uno in loco cultis sub ejus nomine producuntur, ex eodem libro videntur desumpta. Hæc quidem specie sua non carent; at *Cæcili* nomen conjecturæ mææ dubium obmovet, cui non sim solvendo. Cæcilium quendam sub Augusto inprimis clarum in oratoribus anti- quis illustrandis operam suam collocasse liquido constat, deque eo notant commentatores ad Longinum. Ea res Vossium et Joannem etiam Jonsium hominem eruditissimum in Hist. Ph. Scriptt. III, 1, 5 permovit, ut super recepta in Ammonio scriptura nulli dubitaverint. Suspicionem quam posui nondum tamen repudio, nec horum me auctoritas de priori sententia dimovit. De rhetoribus scripserat Cæcilius; idem de Lysimachide nemo tradidit. Ac propterea eo devenit Jonsius, ut hac ratione in Ammonio vertendum censuerit : *L. libro adversus*

*Cæcilium de iis quæ apud rhetores Athenienses occurrunt; quæ quam sint a Græcis aliena vel tyro viderit.* » Ceterum ex fragmentis similium operum satis abunde liquet non in eo scriptores acquievissent, ut vitam et studia rhetorum, poetarum, philosophorum enarrarent, sed in ipsa etiam opera commentarios scripsisse. Quam aptam vero rhetores (v. c. Demosthenes locis plurimis) de θεωροῖς disputandi materiam suppeditare potuerint, satis liquet.

### ΠΕΡΙ ΕΦΟΡΟΥ ΚΛΟΠΗΣ.

Porphyrius ap. Eusebium in Pr. Ev. p. 467, D : Λυσιμάχου μὲν ἔστι δύο (Βιβλία) Περὶ τῆς Ἐφόρου κλοπῆς.

[ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΩΝ.]

(26.)

### E LIBRO PRIMO.

Prolegg. ad Hes. Op. p. 30 ed. Gaisfd. : Ἐλικῶν τε καὶ Κιθαιρῶν ἀπὸ Ἐλικῶνος καὶ Κιθαιρῶνος τῶν ἀδελφῶν ἐκλήθησαν, οἵτινες πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμησαν, καθὼς ὁ Κυρηναῖος Λυσιμαχος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ποιητῶν ἱστορεῖ. Eadem ex Lysimacho narrat in Chil. VI, v. 917 sqq., ubi addit καὶ ἀλλήλους ἔκτειναν, ὡς οἱ Οἰδίπου παῖδες.

Vehemens est suspicio confundi Lysimachum cum *Lysania Cyrenæo*, Eratosthenis magistro (v. Suidas v. Ἐρατοσθένης), quem De poetis scripsisse constat ex Athenæo p. 304, B; 504, B; 620, D; schol. Venet. et Vatican. ad Eurip. Androm. 10. Cf. de Lysania grammatico Eustath. p. 1071, C; Etym. M. v. Ὑπερικταίνοντο. Alius fortasse est Lysanias ὁ Αἰσχρίωνος ap. Diog. L. VII, 23.

ἠρεῖν, eorum quæ ad deos pertinent curam agere. Quare etiam eos qui spectaculorum quidem causa, at tamen cum sacrificiis ac religiosa cum solennitate mittuntur, omnes theoros vocabant. Porro quod civibus Atheniensibus solvi-

tur θεωρικόν, non, ut Cæcilius putavit, propter spectacula sic nominatur, verum propterea quod festis in deos pii sacrificent, in eorumque honorem lætentur.

# NICOLAUS DAMASCENUS.

Suidas : Νικόλαος Δαμασκηνός, γνώριμος Ἡρώδου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως, καὶ Αὐγούστου Καίσαρος, φιλόσοφος Περιπατητικὸς ἢ [καὶ Coray.] Πλατωνικὸς, ἔγραψεν Ἱστορίαν καθολικὴν ἐν βιβλίοις ὀγδοήκοντα (1), καὶ τοῦ [βίου (2)] Καίσαρος ἀγωγὴν. Οὕτως δ' ἠσπάσατο αὐτὸν Καίσαρ, ὡς τοὺς ὑπ' ἐκείνου πεμπόμενους πλακοῦντας (3) Νικολάους αὐτὸν καλεῖν. Καὶ

(1) Ὀγδοήκοντα] Hoc falsum est. Vide infra. — (2) Vocem βίου tollendam, sive per interpretationem sive per librorum fraudem invecam, censet Bernhardus. Assentior. Scripsit sane Nicolaus non modo de institutione Cæsaris (ἀγωγῆ), sed etiam de rebus quas regno potitus Cæsar in toga ac sago gesserit (v. fr. 101 cap. XIX). Porro fragmento 101 subscribitur : Τέλος τοῦ βίου Καίσαρος. Hinc igitur colligi possit scripsisse Suidam : Καὶ τὸν βίον Καίσαρος καὶ τὴν ἀγωγὴν, sicuti paullo post scribit : Περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς. Sed longius hoc a traditis recedit. Imo Suidas titulum libri ponens Καίσαρος ἀγωγή, pro Καίσαρος βίος, commisit quod est sæpissime commissum; nempe primæ partis inscriptionem pro inscriptione totius operis attulit. Utramque inscriptionem conflata habes in altero titulo : Περὶ τοῦ ἰδίου βίου κτλ. — Post v. ἀγωγὴν Eudocia p. 308 : Φίλιππος Καίσαρι Αὐγούστῳ. — (3) Πλακοῦντας] vulgo adduntur : τῷ Καίσαρι, ἡγουν μελιττούτας. Glossema hoc deest in optimo codice A. Ceterum eadem habet Hesychius Miles. p. 40. Cf. Photius Bibl. cod. 189 : Ἐξ οὗ (Νικολάου) καὶ πλακουντίων τι εἶδος, ἃ διέπεμπε Καίσαρι, εἰς τιμὴν τοῦ δεξιουμένου Νικολάου ὁ Καίσαρ ἐκάλεσεν. Palladius in Vit. Abbatis Apollon. *Nicolaos panes maximos* vocat, citante Casaub. ad Athen. p. 652, A. Cf. Isidor. Orig. XVII, 7, 1 et Glossar. med. latin. s. v. *Panis Nicolaus*. Eustathius ad Od. σ, p. 1834, 40 : Καὶ τοὺς Νικολάους τὰ μηλίπηκτα ἐκ τινος ὁμωνύμου ἀνδρὸς εὐρόντος παρακαλοῦσι τινες ἀπὸ Ναυκρατίτου σοφιστοῦ ἔχοντες ἀφορμὴν. At de placentis Nicolais nihil est in Athenæo, qui Nicolai nomen non placentis, sed palmularum fructibus inditum dicit, XIV, p. 652, A : Περὶ δὲ τῶν Νικολάων καλουμένων φοινίκων τοσοῦτον ἡμῖν εἰπεῖν ἔχω, τῶν ἀπὸ τῆς Συρίας καταγομένων, ὅτι ταύτης τῆς προσηγορίας ἠξιώθησαν ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ αὐτοκράτορος σφόδρα χαίροντος τῷ βρώματι, Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἐταίρου ὄντος αὐτῷ, καὶ πέμποντος φοινίκας συνεχῶς. Τῶν ἀπὸ τοῦ περιπάτου δ' ὧν ὁ Νικόλαος καὶ Ἱστορίαν συνέγραψε πολλήν. Plutarchus Symp. VIII, 4 : Εἰ γὰρ, ὡς περ ἐν Συρίᾳ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ παρεῖχε (palma Græciæ) τὴν βάλανον ὅφει τε θεαμάτων καὶ γλυκύτητι τραγημάτων πάντων ἡδιστον, οὐκ ἂν ἦν ἕτερον αὐτῷ παραβάλλειν. Ὁ γοῦν βασιλεὺς, ὡς φασιν, ἀγαπήσας διαφερόντως τὸν Περιπατητικὸν φιλόσοφον Νικόλαον γλυκὺν ὄντα τῷ ἡθει, ῥαδινὸν δὲ τῷ μήκει τοῦ σώματος, διάπλεων δὲ τὸ πρόσωπον ἐπιφοινίσσοντος ἐρυθρήματος, τὰς μεγίστας καὶ καλλίστας τῶν φοινικοβαλάνων Νικολάους ὠνόμασε· καὶ μέχρι νῦν οὕτως ὀνομάζονται. Hæc per jocum. Plinius H. N. XIII, 14, 9 : *Sicciores in hoc genere Nicolai, sed amplitudine præcipue*. Plura v. ap. Meursium ad Hesych. l. l. et Exercitat. crit. II, 12; Spanhemium De usu numism. Dissert. IV; Fabricium B. Gr. III, p. 500 ed. Harl. Corayus in not. ad Nicol. p. 222, 4 ad Suidæ vocem πλακοῦντας annotat hæc : Ἔστι φάναι ὅτι παλάθαι φοινίκων ἦσαν τὰ πεμπόμενα σχῆμα ἔχουσαι πλακοῦντων, οἶαι καὶ παρ' ἡμῖν εἰσι νῦν αἱ τῶν Ἰσχυάδων παλάθαι, προσεμφορῶς τοῖς πλακοῦσιν ὑπὸ τῶν χωρικῶν κατασκευαζόμεναι,

διαμένει τοῦτο ἄχρι τῆς σήμερον. Ἐγραψε καὶ Περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς.

Quem Nicolaus De vita sua librum conscripsisse dicitur, ejus fragmenta satis ampla præbent Constantiniana Excerpta De virtutibus et De insidiis, quorum illa Valesius olim edidit, hæc nuperrime Firminus Didot e codice Escorialense describenda curavit. Quorum narrationem excerptorum paucis comprehendentes addemus reliqua, quæ aliunde de auctore nostro comperta habemus.

Nicolaus Damascenus, frater Ptolemæi, parentes habuit Stratonicen et Antipatrum, virum opibus et auctoritate inter cives insignem. Natus est circa an. 64 a. C. (\*). Nam quo tempore cum Archelao Herodis filio Romam profectus est (an. 4 a. C.), ἦν περὶ ζ' ἔτη (fr. 5 not. 22). Puer egregia indole præditus postquam grammaticam et poeticen didicerat, mox se convertit ad rhetoricam, musicam, disciplinas mathematicas, philosophiam. Hanc etsi universam complexus est, præ ceteris tamen Aristotelicæ se doctrinæ addixit. Quare apud Athenæum appellari solet ὁ περιπατητικὸς (fr. 77. 78. 79. 83) vel εἷς ἀπὸ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων (fr. 84. 89). Eruditionem variam ornarunt magna vis eloquentiæ, ingenium acmen, mores elegantes. Quæ quum accommodatissima sint ad consuetudinem potentium instrumenta, haud minimum contulisse videntur, ut Herodis regis (\*\*\*) et Augusti imperatoris favorem et amicitiam conciliaret sibi et ad mortem usque conservaret. Quando accesserit ad Herodem, cujus ἐπογραφεὺς fuisse a Constantino Porphy. (De them. I, 3; fr. 71) dicitur, non constat. Fortasse in amicitiam ejus jam illo venit tempore, quo Herodes, Galilææ præfectus, a Judæis accusatus, Damascus, suadente Hyrcano, confugerat (Joseph. A. J. XIV, 9, 5). Anno 20 a. C. versabatur Antiochiæ, ubi vidisse se ait Indorum legatos ad Augustum proficiscentes (fr. 91). Quadriennio post (16 a. C.), quum jam filios habebat Rhodi (studiorum causa, ut videtur) commorantes, Herodem regem, ad Agrippam in Pontum se conferentem, comitatus est. Quo in itinere de Iliensibus

καὶ οἶας τὸ πάλαι, καθά φησι Θεόφραστος (Περὶ φυτῶν, Δ, γ), κατεσκευάζον οἱ περὶ τὴν Θηβαίδα κατοικοῦντες, τὸν τῆς κοκκυμηλέας καρπὸν ξηραίνοντες καὶ τὸν πυρῆνα ἐξαιροῦντες.

(\*) Sevinus (*Recherches sur l'histoire de la vie et des ouvrages de Nicolas de Damas* in *Mém. de l'Acad.* VI, p. 486) Nicolaum an. 74 a. C. natum esse conjecit, haud ita longe a vero aberrans.

(\*\*) Josephus A. J. XVII, 5, 4 : Φίλος ὢν τοῦ βασιλέως καὶ τὰ πάντα συνδαιτιώμενος αὐτῷ. Idem XVI, 7, 1 : Ζῶν γὰρ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ συνῶν αὐτῷ (τῷ Ἡρώδῃ).

egregie meruit (fr. 3). Ex Ponto in Ioniam rediit Judæorum causam coram Agrippa defendit (fr. 92). Deinde cum Herode Romam ad Cæsarem profectus est. Paulo antea, rege hortante, historias scribendi ceperat consilium. Mox quum Herodes a Syllæo apud Cæsarem accusatus de rebus suis vehementer periclitaretur, Nicolaus, iterum Romam profectus, industria sua et prudentia effecit ut rex in amicitiam Augusti restitueretur (an. 8 a. C.; fr. 94). In Syriam reversus Herodem, de Alexandro et Aristobulo filiis, quos Antipater frater conjurationis insimulaverat, iudicium instituentem, admonuit ut moderate se gereret, caveretque ne in immedicabile malum incideret (fr. 5). Quod salutare consilium ira regis neglexit. Haud multo post, scelere Antipatri detecto, Nicolaus accusatoris partes sustinuit (fr. 5. 95). Defuncto Herode (4 a. C.), Archelaum, quem iterum iterumque mutato testamento moriens pater heredem regni instituerat, contra Antipam et Judæorum legatos apud Augustum defendit. Quæ deinceps fata ejus fuerint, haud liquet. In postrema Excerptorum parte (fr. 6) Nicolaus traditur, quamvis a ditissimis potentissimisque Romanis etiam atque etiam rogaretur ut domus eorum frequentaret, maluisse tamen plebeiorum hominum convictu uti, totosque dies philosophiæ studiis impendere. Unde collegeris Romæ senem ultimum vitæ tempus exegisse. Verum quum (fr. 101 init.) de Octavio studiorum causa Apolloniam profecto dicat: Ὁ νέος Καῖσαρ.. ἐν ταυθοῖ ἐπεδήμει, Apolloniæ potius degisse, certe Vitam Augusti scripsisse in hac urbe videtur, quæ literis tunc eximie florens a Romanis quam plurimis frequentabatur. Ceterum si Vitæ scriptorem audias, nullis noster non ornatus erat virtutibus. Quas recensere supersedeo (\*).

Scripsit Nicolaus et poetica et philosophica et historica. Tragoedias et comœdias non sine laude ab eo compositas esse discimus ex Vitæ fragm. 3. Quæ quidem juvenilia conamina fuisse videntur, quorum certior memoria interiit. Nam quod Eustathius (ad Dionys. Per. 976) dicit: Ἀρριανὸς διὰ τοῦ δ κλίνει Τίγριδος, καθὰ καὶ ὁ γράψας τὸ δράμα τῆς Σωσάννης, οἴμαι ὁ Δαμασκηνός, id ad nos vix pertinet. Quamquam *Nicolai* Damasceni tragœdiam notari putarunt Valesius, Vossius, Sevinus, Orellius, alii; rectius tamen procul dubio Holstenius et Bernhardus ad Dionys. l. l. *Johannem* Damascenum, hymnorum ecclesiasticorum auctorem, intelligi jusserunt. Ex comœdia Nicolai versus

(\*) Cf. etiam Julian. in Epist. ad Themist. p. 480: Νικόλαος δὲ πράξεων μὲν οὖν μεγαλῶν αὐτοῦργος ἦν· γνώριμος δ' ἐστὶ μᾶλλον διὰ τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν λόγους.

quadraginta quattuor affert Stobæus in Florilegio (XIV, 7), quos Nicolao Damasceno vindicarunt Fabricius, Orellius, Corayus, alii. Verum hanc quoque sententiam parum probabilem esse censet iudex harum rerum peritissimus, Meinekius in *Histor. crit. comicorum* p. 495. « Totius enim orationis, ait, et argumenti is color est, ut non dubitandum videatur, quin illius fragmenti auctor vel mediæ vel novæ comœdiæ poeta fuerit. Neque id fugisse videtur Valckenarium, qui quum Nicolaum comicum nusquam præterea memoratum vidisset, Nicostrati nomen substituit. Ac fateor me ipsum aliquando Nicolai nomen suspectum habuisse, ejusque in locum Nicomachum substituendum coniecisse; quam quidem opinionem non mediocriter mihi insignis quædam orationis similitudo, quæ illi apud Stobæum fragmento cum Nicomachi ecloga apud Athenæum VI, p. 290, E, servata intercedit, confirmare videbatur. Sed dubitationem iniecit Photius *Bibl. cod.* 167 p. 115, in recensu poetarum, quibus Stobæus in concinnando Florilegio usus est, diserte Nicolaum memorans. Itaque Nicolaus obtineat suum inter comicos poetas locum, donec gravioribus argumentis de possessione depellatur. »

Quod philosophica attinet, Nicolai *Περὶ τῶν ἐν τοῖς πρακτικοῖς καλῶν πραγματείαν* laudat Simplicius ad Epictet. c. 37, p. 194 ed. Didot. Libros *De philosophia Aristotelis, De diis, De philosophia prima, Paraphrasin in Aristotelis Metaphysica, in libros De cœlo et De anima* idem memorat Simplicius in *Aristot.* p. 6, 6<sup>b</sup>, 1<sup>b</sup>, 32, 97 etc. Inter eos qui Epicuri doctrinam impugnarint, Nicolaus recensetur apud Diogenem L. X, 4. Vid. Patricius *Discuss. Peripatet.* lib. X, p. 136; Fabricius *B. Gr.* IX, p. 683 Harl.; Buhl. ad *Aristot.* tom. I, p. 308; Rœper. *Nicolai Dam. de Aristotelis philosophia reliquiæ in Lectionibus Abulpharagianis (Danzig, 1844, 4)* p. 35-43. Quem librum inspicere non licebat. Præterea libros duos *De plantis*, qui sub Aristotelis nomine circumferuntur, Nicolao Damasceno vindicandos esse putavit, sub ejusque nomine edidit C. Meyerus (Lips. 1841).

Historica opera novimus quattuor:

1. Ἱστορίαι (Ἱστορία καθολική Suid.) βιβλ. ρμδ'.

2. Βίος Καίσαρος.

3. Περὶ τοῦ ἰδίου βίου.

4. Παραδόξων ἐθνῶν συναγωγή.

I. HISTORIÆ. In Vita Nicolai (fr. 4) Herodes dicitur post alia studia repente historiæ cognoscendæ amore correptum esse, ἐπαινέσαντος Νικόλαου τὸ πρᾶγμα καὶ πολιτικώτατον εἶναι λέγοντος, χρήσιμον δὲ καὶ βασιλεῖ. ὡς τὰ τῶν προτέρων ἔργα



καὶ πράξεις ἱστοροίη. Καὶ ἐπὶ τοῦτο ὀρμήσας προὔτρεψε καὶ Νικόλαον πραγματευθῆναι τὰ περὶ ἱστορίαν. Ὁ δὲ μείζονι ἐφέσει ὄρμησεν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα, πᾶσαν ἀθροίσας τὴν ἱστορίαν, μέγαν τε πόνον ὑποστὰς καὶ οἷον οὐκ ἄλλος· ἐν πολλῷ δὲ χρόνῳ φιλοπονήσας ἐξετέλεσεν αὐτὴν, ἔλεγέ τε ὡς τοῦτον τὸν ἄθλον Εὐρυσθεὺς εἰ προὔτεινεν Ἡρακλεῖ, σφόδρα ἂν αὐτὸν ἀπέτρουσεν. — Opus hoc Suidas ἱστορίαν καθολικὴν appellat, argumenti magis ratione (\*) quam inscriptionis habita. Nicolaus ex more veterum opus inscripserit Ἱστορίαι, quo titulo apud scriptores laudari solet. Libros complectebatur centum quadraginta quattuor, teste Athenæo (fr. 89). Citantur libri 2. 4. 5. 6. 7. (8.) 96. 103. 104. 107. 108. 110. 114. 123. 124. Suidas octoginta tantum afferens aperte erravit, sive quod litteras ΠΜΑ male exaratas vel exesas reperiens legerit ΟΓΑ (i. e. ὀγδοήκοντα), sive quod auctor Suidæ nonnisi octoginta libros noverat. Magnæ molis opera sæpenumero per partes circumferebantur. Excerptores Constantiniani nonnisi priores libros septem usurpasse videntur. Nam ultra librum septimum non progrediuntur. Porro Vir- tutum scriptor fragmento ultimo subscripsit : Τέλος λόγου ἐβδόμου... Ζήτει τὰ λείποντα περὶ Ἑλλη- νικῆς ἱστορίας. Quibus significatur, puto, reliquos operis libros desiderari. Nam titulum Constanti- nium Περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας exstitisse, ad quem lector relegetur, minime probabile, si reliquorum titulorum rationes reputes, esse videtur (\*\*). Deni- que hoc si voluisset auctor, dicendum certe erat : Ζήτει ἐν τῷ Περὶ Ἑλ. ἱστορ. Sane quidem ipse Con- stantinus Porphyr. De them. (fr. 71) in nostris libris laudat Nicolaum ἐν τῷ 17, sed ne dicam nume- rum illum haud dubie corruptum esse, pleraque quæ in Thematis ex antiquioribus auctoribus citan- tur, e Stephano Byzantino deprompta sunt.

Exorsus narrationem Nicolaus est a rebus Assy- riorum. De prima hac operis πολυβίβλου parte in- telligenda sunt verba Photii in Bibl. cod. 189, p. 145 ed. Bekk. : Οὗτος (Νικόλαος) καὶ Ἀσσυριακῆν

(\*) Argumenti ratione habita, opus Nicolai *Historia uni- versalis* majore etiam jure dici poterat quam Ephori et Polybii opera. Mirum videatur in prioribus libris septem nul- lum esse Ægyptiorum historiæ vestigium. Suspicio auctorem octavo demum libro, de Cambysi temporibus agentem, ad Ægyptiaca accessisse, ac tum superiora narratione succincta præmississe. Is enim mos est Nicolai. Ceterum miror Ulri- cium (*Characteristik d. alt. Hist.* p. 187), qui Nico- laum nonnisi Asiaticorum regnorum historias ex professo tractasse putat, adeo ut reliqua fragmenta, quæ ad eas referri non possunt, ad excursus principali argumento in- textos pertinere deberent.

(\*\*) Componendum potius illud Ζήτει τὰ λείποντα κτλ. cum ejusmodi notulis, cujusmodi est in Exc. De virt. ad Polyb. XIV, 12 : Ζήτει· ἐνέλειπε γὰρ φύλλα μὴ, ἐν οἷς περὶ τοῦ Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης.

ἱστορίαν ἐν πολυστίχῳ βιβλίῳ, ὅσον παλαιὰν μνήμην ἀναγνωσμάτων ἔχομεν, καταλέλοιπεν. Quæ ex libris 123 et 124 (fr. 92) afferuntur, pertinent ad annum 16 a. C. Relinquuntur libri viginti. Quousque his narratio deductio sit, accuratius dici nequit. Exposuisse Nicolaum quomodo Mariamnen uxorem atque Alexandrum et Aristobulum Herodes supplicio affecerit (a. 10 a. C.), ex fragmento 93 intelligitur. Minime vero probabile est adula- torem Herodis et præconem finem Historiarum facinus fecisse, quod apud plurimos summam regi contraxit invidiam. Imo quum scelus in filios com- missum Herodes paucis ante mortem diebus (4 a. C.) redemerit quodammodo justissima con- demnatione Antipatri, in qua ipsius Nicolai partes erant præcipuæ : dubitari vix potest quin hæc quoque auctor noster narraverit. Porro quoniam Nicolai maxime opera factum est ut post obitum Herodis Archelaus filius, superatis adversariis, regnum ab Augusto acciperet : minime hoc omit- tere in Historiarum monumentis Nicolaus voluerit. Sane quidem de iisdem rebus in Vita sua dixit, verum non exponit eas, sed leviter tangit, ut eo ipso ad ampliora volumina relegare nos videatur.

Quænam distributio totius operis fuerit nesci- mus. In prioribus libris septem, de quibus solis judicari potest, fragmenta hunc fere præbent ordi- nem narrationis :

LIBER I ET II. HISTORIA ASSYRIORUM ET MEDO- RUM, usque ad Astyagem [Eversio regni Medorum narratur libro septimo (\*)]. — Lib. I : Semiramis, fr. 7\* ; Sardanapallus, fr. 8 ; Arbacis et Belesyis de- cvertendo regno Assyriorum conspiratio, fr. 9\*. — Lib. II : Parsondas Medus sub Artæo rege, fr. 10 ; Stryangæus sub Astybare rege, fr. 12 ; Achæ- menidarum origo, fr. 13.

LIBER III. GRÆCIÆ HISTORIA MYTHICA USQUE AD TEMPORA TROJANA. (In hoc libro nonnisi celeberrimas fabulas tractasse auctor videtur. Reliquas in sequentibus libris attulit, ubi ab historicis tempo- ribus profectus subinde altius rem repetit.) Am- phion et Zethus, fr. 14\* ; Laius, OEdipus, fr. 15\* ; Bellerophon, fr. 16\* ; Pelops, OEnomaus, Hippo- damia, fr. 17\* ; Argonautæ, fr. 18\*, 19\* ; Hercu- les, fr. 20\* ; Troica, fr. 21.

LIBER IV. LYDORUM HISTORIA ANTIQUISSIMA (us- que ad reges Heraclidas), fr. 22-29. — DAMASCI HISTORIA PRISCA, fr. 30, 31. Hoc σύνταγμα ἐπιχώ- ριον Damascenus noster intexuisse videtur eo loco, ubi de Lydorum in Syriam expeditionibus, urbi- busque ibi conditis (cf. fr. 24-26) sermo erat. —

(\*) In seqq. asterisco distinximus fragmenta nova codicis Escorialensis.

RES PELOPONNESI (exceptis rebus Arcadiæ). REDITUS HERACLIDARUM. De priscis Peloponnesi nominibus, fr. 32. Amythaonidarum fama, fr. 33; Orestes, fr. 34\*. — *Reditus Heraclidarum*: *Lacedæmon*, fr. 36, 37. *Argos*, fr. 38\*. *Messene*, fr. 39\*, 40. *Corinthus*, fr. 41. Antequam de Corintho a Doriensibus occupata exponeret, antiquiorem civitatis historiam præmisit.

LIBER V. RES ARCADIÆ, quæ solæ motu Dorico inconcussæ manserant, inde ab Lycaone repetuntur, fr. 42-44. — INSULÆ MARIS ÆGÆI, quæ post Heraclidarum descensum novas incolas e Peloponneso accepisse videntur, aliarumque urbium origines ex iisdem causis repetendæ (fr. 45-48).

LIBER VI. HISTORIA LYDORUM. Reges Heraclidæ usque ad Candaulem, fr. 49\*. — ATHENIENSIVM HISTORIA, usque ad institutionem archontum annuorum, uti videtur. Initium auctor sumpserit vel inde a Troicis temporibus, vel etiam inde a Cecrope. Ex fragmentis quæ huc pertinent, alterum est de Demophonte rege ejusque successoribus (fr. 50\*), alterum de Hippomene archonte decennali (fr. 51). COLONIÆ: MINYARUM migratio in Theram insulam, deinde in Libyam, ubi *Cyrenæ* a Batto conduntur. Qua occasione reliquam omnem Battiadarum historiam auctor subjunxit. Hinc servatum fr. 52 de Arcesilao II. — IONUM migratio in Asiam. Minyæ Ionibus se adjunxerunt. *Cymarum* historia, fr. 53\*. *Mileti* historia usque ad finem Nelidarum, fr. 54. — RES THESSALORUM. Historiæ de Heraclidis aliisque regulis, qui tunc in Thessaliæ civitatibus regnabant, fabularem memoriam præmisit. Quo pertinent quæ sola servata sunt de Pelia, Iasone, Acasto, Peleo (fr. 55, 56). — RES PELOPONNESI, usque ad tempora belli Messeniaci I, uti suspicor. Superstes fragmentum de Lycurgo.

LIBER VII. CORINTHIORUM TYRANNI. Cypselus, Periander, Psammetichus, fr. 58\*, 59, 60\*. — SICYONIORUM TYRANNI. Myron, Isodemus, Clisthenes, fr. 61\*. — LYDORUM HISTORIA. Reges Mermaidæ: Gyges, Sadyattes, Alyattes, Cræsus, fr. 62-65. — MEDORUM REGNI EVERSIO, PERSARUM IMPERII INITIA. Cyrus, fr. 66\*, 67. Cræsus a Cyro victus, fr. 68. — ROMANORUM HISTORIA, quam a primis initiis exorsus auctor usque ad expulsos reges exposuerit. Supersunt fragm. 69 et 70, de Amulio, Numitore, Romulo et Remo.

Inde a libro octavo usque ad nonagesimum sextum præter quattuor minoris momenti fragmenta nihil tulit ætatem. Quæ e libris 96-124 citantur, fere omnia pertinent ad Mithridatica atque Syriæ historiam. Libro 110 narratur triumphus Luculli (an. 63 a. C.). Igitur libris centum et tribus

(8-110) historia continebatur annorum circiter quadringentorum quinquaginta. Reliqui libri triginta quattuor (111-144) sexaginta circiter annorum spatium complectebantur. Narratio eo prolixior erat, quo propius auctor ad sua ipsius tempora accedebat.

Fides Nicolai in majore operis parte pendet ex auctoribus quos duces sibi selegit. In rebus Assyriorum et Medorum Ctesiam sequitur. Lydorum historiam mutuatus est e Xantho vel potius e Dionysio Mytilenæo. In Græcis fabulis, ubi multa a vulgari narratione recedunt, quemnam fontem habuerit, minus liquet. Ego quidem Hellenicum agnoscere in iis mihi videor. Inde ab reditu Heraclidarum in Græcorum rebus Ephoro potissimum se addixit. In rebus Mithridaticis componitur cum Posidonio (fr. 79), ex quo plurima in hac historiæ parte desumpserit. Cæsaris De bello Gallico commentarios exscripsisse statuitur fr. 89. Quæ de Romuli historia affert (fr. 69, 70), ad verbum transcripsit ex Dionysio Halicarnassense. Quod indigne ferentes nonnulli statuerunt fragmenta illa librariorum culpa temere esse Nicolai reliquiis admixta. Id vero per se parum probabile est, nec quidquam video cur ad ejusmodi sententiam confugiamus. Nam quum Nicolaus sero demum ad historias scribendas se conferret, idque iis temporibus, quibus alia multa pro Herode negotia subiisse eum compertum habemus, consentaneum sane est, aulicum nostrum et πολυίστορα, πᾶσαν ἀθροίσαντα τὴν ἱστορίαν, satis habuisse de antiquioribus temporibus historicos, quos narrationis fide et elegantia præstare ceteris putaret, pressis sequi vestigiis (\*), sæpe etiam locos eorum ad verbum integros operi suo inserere. Neque est cur idcirco plagiarum notam Nicolao inuramus. Nihil enim impedit, quominus eum, si non ubique, iis certe locis, quibus ipsissima verba aliorum apposuit, nomina auctorum suorum prodidisse statuamus.

In posteriore operis parte, ubi suo Marte rem Nicolaus agebat, præ ceteris Herodis regis historiam omnium uberrime tractasse videtur. Hinc sua longe plurima hauserit Josephus (Ant. J. lib. XIV-XVI). Quamquam haud latebat eum, caute admodum Nicolai narratione utendum esse, quippe qui in majorem fautoris et amici gloriam scelera ejus vel diminuisset vel celasset, recte gesta laudem immodica prosecutus esset (v. fr. 93 et 85).

II. ΒΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. « Opus vere non historicum, sed declamatorium, quo cuncta in illum contulit,

(\*) Ejusmodi excerptorem vel inde agnoscis, quod in iis quæ e Ctesia hausit, ne formas quidem verborum ionicis ubique delevit.

quæ de recte formandis adolescentibus excogitari possint, quæque valent exprimere felicem indolem. Quo minus mirari convenit, si eorum quæ memorat (Nicolaus), apud Suetonium, tantæ diligentiae scriptorem, et alios nihil pæne aut minimum exstat. Ita tamen sibi temperavit, ut nihil diceret, quod rebus cognitis repugnaret, aut persona temporibusque discongrueret. » Hæc de Vales. Vitæ Excerptis Hugo Grotius (Epist. 264 ed. Amstel.). Eandem sententiam profitetur Eggerus (*Sur les historiens d'Auguste*), qui Nicolai opus cum Cyropædia Xenophontea componit. Contra Orellius (Nicol. D. præf. p. XI) : « Verum enimvero, ait, qui reputaverit scelera Augusti ex immodica ambitione fluentia, quum primum evectus fuerit ad populi Romani principatum, penitus fuisse abolita, immo locum dedisse contrariis virtutibus, mansuetudini et clementiæ eximiæ, adeo ut nomen honorificentissimum patris patriæ meruerit, is facile condonabit Nicolao bona fide Augustum laudanti, ut scilicet in illo veri honoris in virtute positi cupiditatem accenderet, eumque impediret, ne iterum ad vitæ antea scelera reverteretur. Neque etiam hoc obliviscendum est, extremam hujus opusculi partem, quæ famosissimi illius triumviratus historiam continuisse videtur, intercidisse. Quæ si superesset, tum demum judicare possemus, utrum Augusto adulatus fuerit Nicolaus crudelia ejus facinora vel reticendo vel excusando adeo laudandoque, an res ejus gestas vere sincereque, prouti fuerunt, commemoraverit. » At ex ungue leonem. Herodis adulator quo tandem pacto severum se Cæsaris triumviri judicem præstiterit! Ceterum tutius de his judicare jam licet ex Excerptis novis, quibus narratur tum Bruti Cassique conjuratio atque nex Cæsaris, tum vero Augusti historia inde a fine Cæsaris usque ad ea tempora, quibus contra Antonium legiones veteranorum in Campania convocavit. Unde patet omnia quibus labes aliqua memoriæ Cæsaris posset adspergi, Nicolaum aut tacuisse aut ita narrasse, ut criminatione dictator eximeretur. Simili modo Augustus ubique repræsentatur tamquam imperii, quo Cæsar sævierat, heres legitimus, idemque vir moderatus et modestus admodum, nusquam non sincere atque probe se gerens erga Antonium, qui nefandum crimen ei scelesto consilio affinxerit. Omnino in Nicolaum eadem cadunt, quibus accusari, quibus excusari inter Romanos scriptores solet æqualis Damasceni, Velleius Paterculus. Verum quantuncunque sint, quæ severior historia in Vita ista, grati erga Augustum animi monumento, reprehendere debeat, nihilominus reliquiæ ejus permagni in tanta meliorum scriptorum penuria faciendæ

sunt. Nam multa suppeditant quæ aliunde compta non habemus, quorumque fidem nihil est cur suspectemus; alia, quæ a Suetonio, Appiano, Plutarcho, Dione, Velleio paucis tanguntur, uberius narrant, alia alio exponunt ordine.

III. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΑΙΟΥ ΒΙΟΥ. Quemadmodum libris modo recensitis Herodis et Augusti præconem Nicolaus egit, sic hoc scripto suæ ipsius famæ prospiciendum ratus, non minore quam Theopompus olim jactantia virtutes suas effert. Nonnulli tamen nescio quod modestiæ exemplum in Nicolao intueri sibi visi sunt, ideoque librum, de quo agimus, auctori suo abjudicandum esse censuerunt (v. not. ad fr. 1). At color orationis idem prorsus est quem in Vita Augusti agnoscis. Quare nihil video cur præjudicata de moribus Nicolai opinione nitentes in dubium vocemus disertum antiquitatis testimonium.

IV. ΠΑΡΑΔΟΣΕΩΝ ΕΘΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ. De hoc opere apposuisse sufficit verba Photii (Bibl. cod. 189), qui postquam de Alexandro, Protagora, Sotione, rerum mirabilium scriptoribus, dixerat, subjicit hæc: Ἐν ταύτῳ δὲ (sc. in eodem volumine quod continebat Sotionis Περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν παραδόξολογούμενα) συνανηγνώσθη καὶ Νικολάου λόγος, Ἡρώδῃ τῶν Ἰουδαίων βασιλεῖ προσπεφωνημένος, ἐν ᾧ παραδόξων ἔθῶν ἔστι συναγωγή. Συμβαίνει μὲν εἰς ταῦτον ἐνίοις τῶν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου παραδόξων συνειλεγμένων, καὶ περὶ ὧν δὲ Κόνων συνέταξεν, οὐκ ὀλίγα προσέγραψε· πλὴν ἐν τισὶ παραλλάσσει ταῖς ἱστορίαις, ἑτεροτρόπως αὐτὰ διεξιὼν. Ἐν δὲ φράσει ἔστι μὲν καὶ αὐτὸς κεφαλαϊώδης, οὐ μὴν οὐδὲ τοῦ σαφοῦς ἀνακεχωρηκῶς, μετέχων δὲ πῶς καὶ τῶν προειρημένων μᾶλλον συστροφῆς τινος καὶ δεινότητος. Λέγει δ' ἔνια μὲν πολλοῖς, εἰ καὶ ξενίζοντα εἶη, ὅμως ὁμολογούμενα· τινὰ δ' ἀγνοούμενα μὲν, οὐ μὴν ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς πρὸς μάχην τῷ πιθανῷ καθιστάμενα· ἔθη γὰρ ἔθνων ἰδιότροπα τὰ πολλὰ περιαιγγέλλει· εὐρεῖν δ' ἔστιν ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ ἀπίθανον προΐσχύμενα. Ὁ ἐκ Δαμασκοῦ ἔστιν οὗτος, οἶμαι, Νικόλαος, ὃ ἐπὶ τῶν Αὐγούστου χρόνων ἀκμάσας, καὶ φίλος αὐτῷ χρηματίσας· ἐξ οὗ καὶ πλακούντων τι εἶδος, ἃ διέπεμπε Καίσαρι, εἰς τιμὴν τοῦ δεξιουμένου Νικολάου δὲ Καίσαρ ἐχάλεσεν. Οὗτος καὶ Ἀσσυριακὴν ἱστορίαν ἐν πολυστίχῳ βιβλίῳ, ὅσα παλαιὰν μνήμην ἀναγνωσμάτων ἔχομεν, καταλέλοιπεν.

In sequentibus, ubi sermo de Acestoridæ libris quattuor τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν, leguntur hæc : Πολλὰ μὲν οὖν ἔστιν ἐν τούτοις (Ἀcestorίδου) εὐρεῖν, ἃ τε συνείλεχται Κόνωνι, καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ αὐτοῦ εἶπε Βιβλιοθήκῃ, καὶ Ἀλέξανδρος ἠθροισε καὶ Νικόλαος προσεφώνησε καὶ Πρωταγόρας προδιέλαβεν. Fragmenta hujus libri unus servavit Stobæus in Florilegio.

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΒΙΟΥ.

## ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΑΥΤΟΥ ΑΓΩΓΗΣ (\*).

## I.

Suidas v. Ἀντίπατρος : Ἀντίπατρος ἦν Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ πατήρ τοῦ ἱστορικοῦ, ὃς ἔσχε Στρατονίχην γυναῖκα, τὴν μητέρα Νικολάου, οἱ διαφανεῖς ἦσαν ἐν Δαμασκῷ κατὰ τε σωφροσύνην καὶ ἄλλην λαμπρότητα· πλούτῳ τε γὰρ πολλῷ διαφέροντες, ἥμισθα ἐπ' αὐτῷ ἐμεγαλύνοντο, εὐδοξίας τε οὐ τὰ δευτέρα φερόμενοι, βραχὺ τοῦτο ἐλογίζοντο. Ὁ δὲ δὴ Ἀντίπατρος καὶ λόγου δεινότητι προὔχων ἔβλαψε μὲν οὐδοντινοῦν, ὤνησε δὲ μυρία τούτῳ, οὐ τὸ κοινόν (1) μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀστῶν συχνούς· δικαιοσύνην γὰρ ἀσκῶν, εἴπερ τις ἕτερος, πλεῖστα μὲν διήτησε νείκη τοῖς πολίταις πρὸς ἀλλήλους, πλεῖστα δὲ τῇ πατρίδι πρὸς τοὺς ἐν κύκλῳ δυνάστας, καὶ ἐτιμᾶτο ὑπὸ πάντων διὰ τοῦτο· πλεῖστας δὲ ἐπιστεύθη πρεσβείας καὶ ἐπιτροπὰς, ἀρχὰς τε πάσας διεξῆλθε τὰς ἐγχωρίους· τελευτῶν δὲ τὸν βίον οὐκ ἔστιν ὅτι (2) ἐπέσκηψε Νικολάῳ τῷ υἱεῖ καὶ Πτολεμαίῳ (3) τῷ τούτου ἀδελφῷ, ἢ τῷ Διὶ θυμιατήριον, ὃπερ ἔφθη αὐτὸς προὔπεσχημένος τῷ θεῷ, κατασκευάσαι ἐπειδὴν τελευτήσῃ, δηλῶν,

## DE VITA SUA.

## DE EDUCATIONE SUA.

## 1.

Antipater, Nicolai Damasceni historici pater, uxorem habuit Stratonicen, Nicolai matrem : qui tum ob modestiam tum propter alia honestamenta Damasci clari fuerunt ; nam quum magnis eminenter divitiis, minime ideo efferebantur ; quumque claritate nulli secundi essent, parvi id faciebant. Porro Antipater insigni etiam dicendi vi pollens, tantum abfuit ut ea læderet quempiam, ut non communem solum rempublicam sed singulorum etiam civium quamplurimos adjuvaret. Etenim quum justitiam coleret si quis alius, cives privatim inter se dissidentes conciliavit sæpissime, et patriæ cum finitimis regulis controversias composuit plurimas ; quam ob causam ab omnibus honorabatur. Permultas idem fidei ipsius commissas legationes et curationes obiit, atque magistratibus patriæ perfunctus est omnibus. Tandem moriturus Nicolao filio ejusque fratri Ptolemæo nihil aliud mandavit, quam ut thuribulum, quod Jovi ante voverat, se defuncto confici curarent : significans, puto, pietatem

(\*) De titulo Περὶ τοῦ ἰδίου βίου κτλ. ita VALERIUS p. 414 : « Hunc titulum cum tribus primis capitibus ex Suidæ Lexico ( v. Ἀντίπατρος et Νικόλαος ) supplevi, quum in nostro codice aliquot paginæ deessent. Ac titulum quidem ipsum, quem apposui, hic optime convenire, ex reliquiis, quæ in Ms. nostro saltem conservatæ sunt, satis apparet. Videtur autem Nicolaus hunc De vita sua librum Historiis suis præfixisse exemplo Hecatæi atque Herodoti ac Thucydidis, qui de se ipsis initio operis quamquam longe brevius atque modestius præfati sunt, quorum exemplum ceteri fere Græci historiæ scriptores secuti sunt. Ceterum hæc fragmenta tria ipsius Nicolai esse, phrasis ipsa satis per se indicat. » — Contra ORELLIUS : « Equidem nullo modo mihi possum persuadere, hanc De vita sua commentationem, ut nos illam habemus, ab ipso esse Nicolao profectam. Etenim quolus quisque vel arrogantissimus homo ac impudentissimus laudum suarum præco ita de se loqui fuisset ausurus, ut hic Nicolaus? Credo potius amicum quendam vel discipulum Nicolai Vitam hanc e commentariis, quos ipse forsitan Nicolaus de vita sua reliquit, concinnavisse, insertis amplissimis magistri laudibus. » Orellio assentitur CORAYUS p. 362 : Κακῶς ὑπέλαθεν ὁ πρῶτος ἐκδότης αὐτοῦ Νικολάου εἶναι ( sc. excerpta nostra De vita N. ), τούτῳ μόνῳ χρησάμενος τεκμηρίῳ τῷ ὑπὸ τοῦ Σουΐδα λεχθέντι, ὅτι Νικόλαος ἔγραψε καὶ περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς. Εἰκὸς γὰρ τὸν μὲν ὑπὸ Νικολάου γραφέντα βίον ἑαυτοῦ, χρόνου παρανάλωμα γεγονέναι, καθὰ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν Νικολάου· τὰ δὲ περὶ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ παρόντος σωζόμενα ταῦτα, ἢ περὶ ὁρθῶς ἐσημειώσατο ὁ πρὸ ἡμῶν ἐκδότης ( Orellius ), τῶν Νικολάου φίλων ἢ μαθητῶν τινι συγγραφῆναι. At per se parum probabile est Vitæ, quam ipse Nicolaus scripsit, substitutam ab Eclogariis nostris esse aliam, quam amicus vel discipulus composuerit. Ac omnino pondere caret sententia quæ unice nihilur præjudicata de moribus Nicolai opinione ; quasi is, quem Herodis et Augusti adulatorem fuisse constat, de se ipso non nisi modeste admodum loqui debuerit. — Ceterum libri titulum Suidianum, Περὶ τῆς ἰδίου βίου καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς, in titulum libri generalem, et in inscriptionem primæ libri parti præfixam distinxisimus.

I. 1. τὸ κοινόν] Portus ; τῶν κοινῶν libri. Possis statuere κοινούς dici consanguineos, sed hoc a vulgari loquendi usu remotius et ad sensum minus aptum. — 2. οὐκ ἔστιν ὅτι] οὐκ ἔστι ὅτι οὐκ codex A. et edit. Mediol. « Possis ὅτι οὐκ. » Bernhardt. — 3. Πτολεμαίῳ] Ptolemæi hujus mentio sit apud Josephum A. J. XVII, 9, 4 : Ἐπήγετο δὲ οὗτος ( sc. Antipas, Herodis f., Romam proficiscens, ut apud Cæsarem de regno contenderet cum Archelao fratre majori, quem Herodes moriens, immutato testamento, regni successorem constituerat ) τὴν τε μητέρα καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν Νικολάου Πτολεμαῖον, φίλων τε Ἡρώδη τιμωτάτον γεγεννημένον καὶ αὐτῷ προσκειμένον. Idem B. J. II, 2, 3 : Ἐπήγετο δὲ ( sc. Ἀντίπας ) τὴν μητέρα, καὶ τὸν ἀδελφὸν Νικολάου Πτολεμαῖον, ῥοπήν εἶναι δοκοῦντα διὰ τὴν παρ' Ἡρώδη πίστιν· ἐγεγόνει γὰρ δὴ τῶν φίλων τιμωτάτος ἐκείνῳ. Contra ab Archelai partibus tunc stetit, ejusque causam Romæ defendit Nicolaus. Nescio an hic sit Ptolemæus, quem ἐν α' Περὶ Ἡρώδου βασιλείας laudat Ammonius De diff. verb. : Ἰδουμαῖοι καὶ Ἰουδαῖοι διαφέρουσιν, ὡς φησι Πτολεμαῖος ἐν πρώτῳ Περὶ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως. Ἰουδαῖοι μὲν γάρ εἰσιν οἱ ἐξ ἀρχῆς φυσικοὶ· Ἰδουμαῖοι δὲ τὸ μὲν ἀρχῆθεν οὐκ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ Φοίνικες καὶ Σύροι, κρατηθέντες δὲ ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀναγκασθέντες περιτέμνεσθαι καὶ συντελεῖν εἰς τὸ ἔθος καὶ τὰ αὐτὰ νόμιμα ἡγεῖσθαι, ἐκλήθησαν Ἰουδαῖοι. Quamquam fieri etiam potest, ut intelligendus sit Ptolemæus regis Herodis procurator, de quo Josephus A. J. XVI, 7, 2. 8, 3. XVII, 8, 2. 9, 3 ; B. Jud. I, 24, 2. 33, 8. II, 2, 1.

οἶμαι, ὅτι τὸ πρὸς θεοὺς ὄσιον δεῖ καὶ τελευτῶντας φυλάττειν, καὶ μηδὲν ἔτι τοῦ βίου ἀπολαύσεσθαι μέλλοντας.

## 2.

Idem v. Νικόλαος : Οὗτος (1) ἐν τῇ ὄλῃ (2) παιδείᾳ διατετραμμένος, διὰ τὸ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ περὶ ταῦτα μάλιστα σπουδάσαι, ἐπειδὴ ἀπ' αὐτῆς αὐτῷ ὅ τε πλοῦτος καὶ ἡ δόξα ὑπεγένετο (3), ἔτι μᾶλλον ἠύξησε ταύτην, ἔρωτά τινα ἀδιήγητον αὐτῆς σχῶν, ἄλλως τε καὶ φύσεως οὐ φαύλης λαβόμενος· ὥστε πρὶν γενεῖαν εὐδόκιμος εἶναι ἐν τῇ πατρίδι, καὶ τῶν ἡλίκων διαφέρειν. Γραμματικῆς τε γὰρ οὐδενὸς χειρὸν ἐπεμεμέλητο, καὶ δι' αὐτὴν (4) ποιητικῆς πάσης· αὐτὸς τε τραγωδίας ἐποίει καὶ κωμωδίας εὐδοκίμους· ἔτι δὲ (5) μᾶλλον ὑστερον αὐξηθεὶς, ὥστε καὶ τὴν δύναμιν συναυξῆσαι, ῥητορικῆς τε καὶ μουσικῆς καὶ τῆς περὶ τὰ μαθήματα θεωρίας καὶ φιλοσοφίας πάσης (6) ἐπεμελεῖτο· ζηλωτῆς γὰρ Ἀριστοτέλους γενόμενος καὶ τὸ ποικίλον τῆς περὶ τὸν ἄνδρα παιδείας ἀγαπήσας, χάριν εἰδέναι πᾶσιν ἔλεγεν αἰεὶ τοῖς μαθήμασι, πολὺ μὲν ἔχουσι τὸ ἐλευθέριον, πολὺ δὲ τὸ χρήσιμον εἰς τὸν βίον, πάντων δὲ μάλιστα τὸ εὐδιάγωγον πρὸς τε νεότητα καὶ γῆρας. Ἐλεγε δὲ καὶ τὰς Μούσας διὰ τοῦτο ἄρα (7) πολλὰς ὑπὸ τῶν θεολόγων παραδεδῶσθαι, ὅτι πολὺ τὸ ποικίλον ἔχει τὰ παιδεύματα, καὶ πρὸς πᾶσαν βίου χρῆσιν οἰκεῖον, καὶ οὔτε τὴν ἐμπειρίαν αὐτῶν, οὔτε τὴν ἀπόλειψιν ὁμοίως (8) ὑπελάμβανεν εἶναι τῇ τῶν βαναύσων τεχνῶν, ἀλλὰ τούναντίον ἐπονείδιστον τοῖς μετρίως ζῶσι τὴν τε τούτων ἄγνοιαν καὶ τὴν τῶν βαναύσων ἐπιστήμην. Οὗτος μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὅτι τῶν παιδευμάτων πρὸς ἀργυρισμὸν ἐχρήσατο οὐδὲ ἐκαπήλευσεν.

\*Ἐφη δὲ Νικόλαος ὁμοίαν εἶναι τὴν ὄλην παιδείαν ἀποδημίᾳ. Ὡς γὰρ ἐν ταύτῃ προσσυμβαίνει (9) τοῖς ἀποδημοῦσι καὶ μακρὰν ὁδὸν διεξιούσιν, ὅπου μὲν ἐγκατάγεσθαι τε καὶ ἐναυλίζεσθαι μόνον, ὅπου δὲ ἐναριστᾶν, ὅπου δὲ πλείους ἐνδημεῖν ἡμέρας, ἐνίοις δὲ τόπους ἐκ παρόδου θεωρεῖν, ἐπανελθόντας μέντοι ταῖς ἑαυτῶν ἐνοικεῖν ἐστίασι· οὕτω καὶ διὰ τῆς ὄλης παιδείας διερχομένους δεῖν ἐν οἷς μὲν ἐπιτηδεύμασιν ἐπὶ πλεόν ἐνδιατρίβειν, ἐν οἷς δ' ἐπ' ἔλαττον, καὶ τὰ μὲν ὅλα, τὰ δὲ ἐκ μέρους, τὰ δὲ ἄχρι στοιχειώσεως παραλαμβάνειν, καὶ τὸ ἐκείνων χρήσιμον κατασχόντας ἐπὶ τὴν ὡς ἀληθῶς πατρίαν ἐστίαν ἀνελθόντας φιλοσοφεῖν.

## 3.

Exc. De virt. \*\*\* καὶ παρακαλέσας οἷα δὴ φιλόσοφον καὶ ἀμνησίκαχον ἐν πολὺ πλείονι ἤγε τιμῇ καὶ εὐνοίᾳ (2).

erga deos etiam a morientibus, quibus nulla spes vitæ supersit, servandam esse.

## 2.

Hic (Nicolaus) omnibus literis a puero innutritus, quod patrem habebat magnopere iis deditum, qui opes et famam doctrinæ causa fuerat adeptus, ipse paternam laudem augens incredibili quodam studio literis incubuit. Qui quum etiam ingenio non malo præditus esset, imberbis adhuc singularem in civitate sua laudem retulit, atque inter æquales excelsit. Grammaticæ enim atque hujus ope poeticæ omnis laud vulgarem notitiam sibi comparaverat, adeo ut tragædias comædiasque haudquaquam spernendas scriberet. Postea vero quum majorem progressum doctrinæ fecisset, ad rhetoricam ac musicam et mathematicas disciplinas atque universam philosophiam animum applicuit. Et quum Aristoteli maxime studeret et multiplicem ejus viri doctrinam miraretur, sæpenumero professus est omnibus se disciplinis maximam gratiam habere, quum propter honestatem liberalem, tum imprimis propter utilitates quas in hanc vitam conferant, et oblectationem quam juventuti æque ac senectæ præbeant. Idem aiebat fortasse hanc ob causam multas numero Musas a veteribus theologis introductas esse, quod in disciplinis mira varietas et ad omnes vitæ usus apta diversitas reperiretur. Earum vero peritiam vel imperitiam longe ab illiberalibus artibus differre existimabat: quippe homini idoneis opibus instructo imperitiam artium humaniorum atque illiberalium peritiam juxta turpem esse. Quo quum esset animo, nulla unquam disciplina ad quæstum captandum abusus est, neque lucro eam prostituit.

Idem Nicolaus dicere solebat omnem disciplinarum orbem similem esse peregrinationi. Nam quemadmodum iis, qui longam peregrinationem susceperunt, usu venit, ut quibusdam in locis divertant tantum et pernoctent, in aliis etiam prandant, in nonnullis quidem plusculos dies consistant, alios vero prætergredientes tantum inspiciant, tandem autem reversi in suis penatibus degant: ita etiam eos qui studia humanitatis universa percurrant, oportere aliis immorari diutius, aliis minus, alia tota, alia ex parte discere, quorundam solis elementis contentos esse, atque percepta singulorum utilitate ad philosophiam tamquam ad genuinam patriam et lares reverti.

## 3.

\*\* Hortatus eum (Nicolaum) ut philosophum et immemorem injuriarum majori posthac observantia atque amore prosecutus est.

2. Οὗτος] sic ex optimis libris Bernhardy. pro vulgata: οὗτος Νικόλαος Δαμασκηνός. — 2. ὄλη] vv. dd. pro vulg. ἄλλη. Mox μάλιστα omittit cod. A. — 3. ὑπεγένετο] A B V E; ἐπεγένετο ceteri. — 4. δι' αὐτὴν] BVE; δι' αὐτῆς cett. — 5. ἔτι δὲ] δὲ om. A V. — 6. πάσης] A V.: ἀπάσης cett. Vocem ἐπεμελεῖτο cum codd. B E omisit Bernhardy., nonnulla a Suida h. l. deformata esse statuens verisimiliter. — 7. διὰ τοῦτο ἄρα] Bernh. e cod. V. pro vulg. ἄρα διὰ τ. 8.— ὁμοίως... τεχνῶν] « Hæc quoque sapiunt breviantis manum. » Bernh. — 9. προσσυμβ.] A B E et edit. ; præpositionem delevit Küsterus; verbum notabile reposuit Bernhardy.

3. Codicis Turenensis fol. 224, 1 — 26 r. Aliquot folia codicis interciderunt. Ad verba "Ὅτι ἐπράχθη κτλ. in margine

Ὅτι ἐπράχθη τι φιλανθρωπίας πολλῆς ἐχόμενον Νικολάω. Ἰλιεῖς γὰρ (2), ἀφικνουμένης νύκτωρ ὡς αὐτοὺς Ἰουλίας τῆς Καίσαρος μὲν θυγατρὸς, γυναικὸς δὲ Ἀγρίππα, καὶ τοῦ Σκαμάνδρου μεγάλου ῥυέντος ὑπὸ χειμάρρων πολλῶν, κινδυνεύουσης περὶ τὴν διάβασιν ἀπολέσθαι σὺν τοῖς κομίζουσιν αὐτὴν οἰκέταις, οὐκ ἤσθοντο. Ἐφ' οἷς ἀγανακτήσας ὁ Ἀγρίππας, ὅτι οὐ παρεβοήθησαν οἱ Ἰλιεῖς, δέκα μυριάσιν αὐτοὺς ἐζημίωσεν ἀργυρίου. Οἱ δὲ ἀπόρως ἔχοντες, καὶ ἅμα οὐ προὔπειδόμενοι τὸν χειμῶνα, οὐδὲ ὅτι ἐξίοι ἢ παῖς (3), Ἀγρίππα μὲν οὐδοτιοῦν εἰπεῖν ἐτόλμησαν, ἤκοντα δὲ τὸν Νικόλαον \* δεόμενοι (4) παρασχεῖν αὐτοῖς Ἡρώδην βοηθὸν καὶ προστάτην. Καὶ ὃς μάλα προθύμως ὑπέστη διὰ τὴν τῆς πόλεως δόξαν, καὶ ἐδεήθη τοῦ βασιλέως, διηγῆσατό τε αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, ὡς οὐ δικαίως αὐτοῖς ὀργίζεται, οὔτε προειπὼν ὅτι πέμποι τὴν γυναῖκα ὡς αὐτοὺς, οὔθ' ὅλως ἐκείνων προησθημένων διὰ τὸ νυκτὸς ἵεναι. Τέλος δ' οὖν ἀναδεξάμενος ὁ ἀνὴρ τὴν προστασίαν εὐρίσκειται αὐτοῖς τὴν ἀφῆσιν τῆς ζημίας, καὶ τὴν ὑπὲρ ταύτης ἐπιστολὴν, ἅτε δὴ ἀπεληλυθότων ἤδη διὰ τὸ ἀπογνῶναι τὴν ἀπόλυσιν, Νικολάω δίδωσι πλέον τι ἐπὶ Χίου καὶ Ρόδου, ἔνθα ἦσαν αὐτῷ οἱ υἱεῖς· αὐτὸς γὰρ ἐπὶ Παφλαγονίας ἦει σὺν Ἀγρίππα. Νικόλαος δὲ ἐκ τῆς Ἀμισοῦ πλεύσας ἐπὶ Βυζάντιον, κάκειθεν εἰς τὴν Τρωάδα γῆν, ἀνέβη εἰς Ἴλιον, καὶ τὴν τῆς ἀπολύσεως τοῦ χρέους ἐπιστολὴν ἀποδοὺς, σφόδρα ὑπὸ τῶν Ἰλιέων (5) αὐτὸς τε καὶ ἔτι μᾶλλον ὁ βασιλεὺς ἐτιμήθη.

## 4.

Ibidem : Ὅτι Ἡρώδης πάλιν (1) διαμεθεῖς τὸν φιλοσοφίας ἔρωτα, ὃ φιλεῖ (2) τοῖς ἐν ὑπεροχῇ οὔσι συμβαίνειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐξαλλαττόντων αὐτοὺς ἀγαθῶν, ἐπεθύμησε πάλιν ῥητορικῆς, καὶ Νικόλαον ἠνάγκαζε συρρητορεύειν αὐτῷ, καὶ κοινῇ ἐρρητόρευον. Αὐθις

Fecit Nicolaus quod magnam viri prodit humanitatem. Nam quum Julia, Cæsaris Augusti filia, conjux M. Agrippæ, noctu Ilium peteret, forte accidit, ut, effusis torrentibus Scamandro supra modum aucto, Julia cum famulis, qui ad lecticam erant, in trajiciendo fluvio periclitata tantum non mortem oppeteret, Iliensibus adventus illius prorsus ignaris. Quamobrem indignatus Agrippa, quod Iliense nullam opem tulissent, drachmarum argenti millibus centum eos mulctavit. Qui quum magna in difficultate versarentur, neque tempestatem neque adventum Juliæ potuissent prospicere, Agrippæ quidem obloqui minime sunt ausi quidquam, Nicolaum vero adeuntes orarunt, ut Herodem regem sibi suffragatorem adiutoremque conciliaret. Quod quidem ille ob veterem civitatis gloriam libentissime suscepit, regique supplex exposuit, immerito Agrippam Iliensibus succensere, quod ipse eos non præmonuerit de adventu uxoris, illi vero ob nocturnum ejus adventum præsentire quidquam non potuerint. Tandem quum Herodes causam Iliensium suscepisset, veniam mulctæ impetravit, atque Agrippæ ea de re epistolam, jam reversis in patriam Iliensibus, eo quod de venia impetranda prorsus desperavissent, Nicolao tradit, qui Chium ac Rhodum, ubi ejus filii morabantur, petiturus erat; quippe ipse una cum M. Agrippa iter in Paphlagoniam parabat. Igitur Nicolaus Amisi solvens Byzantii portum tenuit, inde in Troadem navigans Ilium ascendit, literisque de mulctæ liberatione traditis, quum ipse tum maxime Herodes rex summos honores ab Iliensibus consecutus est.

## 4.

Herodes intermisso mox philosophiæ studio (quod usu venire solet hominibus in principatu positis ob affluentiam honorum, quæ mutant animos, neque sibi constare permittunt), artem rhetoricam adamare cœpit Nicolaumque declamare secum jussit. Sed quum aliquamdiu rhetoricæ

Ἐωθεν δὲ καθ' ἡσυχίαν μετεπέμπετο ἕκαστον τῶν φίλων καὶ τῶν ἐχθρῶν, ὡς τοῦ βασιλέως αὐτοὺς καλοῦντος, καὶ τοὺς μὲν ἀνῆρει οὐς ᾤετο ἐναντίους ἔσεσθαι, τοῖς δὲ δῶρα διδοὺς ἐπικούρους ἐποιεῖτο. Ἐπεὶ δὲ αὐτῶ πολλοὶ συνηλίσθησαν, ἐπιβατεύων τῆς ἀρχῆς πασσυδεῖ (60) ἐξοπλίζεται, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ συγκαλεῖ Λυδοὺς εἰς ἐκκλησίαν. Οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐταράχθησαν, δυσανασχετοῦντες τὸ ἔργον, καὶ ἐπὶ Γύγην ὠρμῶντο· πραῦνοντος δ' αὐτοὺς ἐκείνου καὶ λόγον αἰτουμένου, ὡς ἂν διδάξῃ τὸ πλῆθος περὶ ὧν ἠγνόει, μάλιστα τοῦ θορύβου ἔληξαν, τὰ μὲν ἀκούσαι τι σαφές ἐπιποθοῦντες, τὰ δὲ καὶ φοβούμενοι τοὺς δπλίτας, καὶ ἐσιώπησαν. Καὶ ἔπεμψαν εἰς Δελφοὺς πευσόμενοι εἰ Γύγην στήσαιντο ἑαυτῶν βασιλέα. Θεὸς δ' ἐκέλευσε τοσόνδε προειπῶν, ὅτι τοῖς Ἡρακλείδαις εἰς πέμπτην γενεάν ἤκοι τίσις παρὰ τῶν Μερμναδῶν (61). Τοῦντεῦθεν Γύγης ὁ Δασκύλου Λυδῶν βασιλεύει, καὶ γαμει τὴν Μυσὴν γυναῖκα, ἣντινα Σαδυάττης (62) ἠγάγετο, οὐ μὲν μνησικακήσας ὧν αὐτοῦ κατεῖπε πρὸς ἐκείνον. Λίξον δὲ προεῖπεν εἰς ὄψιν μὴ ἀφικνεῖσθαι ἐπομόσας, ἢ μὴν κατορύξειν αὐτὸν ἐν ᾧ ἂν ἴδοι χωρίῳ πρῶτον. Ὁ δ' ἐξετρέπετο τὸν πάντα χρόνον καθ' ἑτέρας ὁδοὺς φοιτῶν, εἰργόμενος τῶν βασιλείων. Συλλαβεῖν δ' οὖν αὐτὸν ἐπιθυμῶν Γύγης, ὅμως οὐκ ἐβούλετο παρὰ τὴν ῥήτραν. Καὶ τις αὐτῶ τῶν φίλων ὑπέθετο, εἰ κατὰ τὰ συγκεῖμενα λαβεῖν αὐτὸν ἐθέλοι, τρέπεσθαι κατὰ τὰς ὁδοὺς ἃς ἔθος ἦν ἐκείνῳ διεξιέναι· αὐτὸς δ' ἔφη ταύτας γινώσκειν. Ὁ δὲ Γύγης ἐκέλευε τὸν ἄνθρωπον ἠγεῖσθαι· καὶ αὐτὸς ἐκείνη τὸ ἄρμα κατήλαυνε (63). Καὶ πῶς αὐτῶ κατὰ δαίμονα συντυγχάνει Γύγης ἐν ἐπικάμψει τῆς ὁδοῦ. Στενῆς δ' οὔσης, οὐκ ἔχων ὄπη τράπηται ἐξ ὀφθαλμῶν τοῦ βασιλέως ὁ Λίξος, ὑποδύεται ὑπὸ τὸ ἄρμα καὶ κρύπτεται. Γύγης (64) δὲ προνοήσας ἐκσπᾶν

omnia ei statim nuntiavit. Itaque multa adhuc nocte ad amicos discurrens, sermonem cum iis communicat, rogatque ut sibi regem interfecturo auxiliarentur. In memoriam etiam diras iis revocat quibus Ardys Dascyli percussores devovisset. Igitur ex re praesente censens Sadyattem interficere potius quam ipsum ab eo interfici, quum amicorum fidelissimos sibi adjunxisset, gladio armatus in regiam irruit, et in cubiculum, cujus fores ancilla aperuit, ingressus, dormientem interficit Sadyattem, qui tribus tunc annis regno potitus erat.

Inde a diluculo amicos et inimicos multa cum tranquillitate arcessivit, quasi rege vocante, atque eos, quos adversarios sibi fore putabat, occidit, alios donorum largitione auxiliarios sibi conciliavit. Quorum postquam magnum numerum congregaverat, regnum sibi vindicaturus festinanter armis se instruit et in forum progressus Lydos in concionem convocat. Qui primum quidem facinus istud indignantes tumultuabantur et in Gygem irruituri erant. Illo vero demulcente et loquendi veniam petente, ut quae ignorarent ipsos edoceret, mox cessit tumultus, aliis disertius aliquid audire cupientibus, aliis etiam milites timentibus, factumque est silentium. — Deinde Delphos miserunt sciscitantes num Gygem sibi regem crearent. Jussit deus, addens simul hoc : ultionem Heraclidis venturam quinta generatione ab Mermnadis. Dehinc Gyges Dascyli filius Lydis imperavit, et Mysam mulierem, quam antea Sadyattes sibi junxerat, uxorem ducit, nihil memor eorum, quae contra ipsum illa Sadyattae dixerat. Lixos autem denuntiavit, ne in conspectum sibi veniret, juravitque se eum defossurum esse quo loco primum viderit. Ille igitur a regia prohibitus aliis semper viis incedebat, ut regis occursum devitaret. Gyges vero eum comprehendere quidem, neque tamen contra edictum, cupiebat. Quare ex amicis quidam suggestit, ut, si salvo pacto eum prehendere vellet, in eas vias se converteret, quas ille percurrere soleret, ipse bene notas haberet. Jussit itaque Gyges hominem istum ducem agere, ipse autem per monstratas vias curru vehebatur. Et forte fortuna Lixos in viae flexu obviam fit, ubi propter angustias quum devertendo subducere se oculis regis non posset, currum subit ibique se abscondit. Quod animadvertens Gyges protrahi eum jubet. Et quum fecissent hoc

λεν. — 57. ἀξιοῖ] ἐξιοῖ codex. Deinde ὄρμῶν κτείνειν. Quomodo Herodotus rem narraverit, omnibus notum est. Mitto etiam quae de Gyge ejusque annulo mirifico narrant Plato De Rep. II, 3 aliique. Propius ad nostra accedit Plutarchus qui bello Gygem contra Candaulem dimicasse refert in Qu. Gr. c. 45, ubi haec: Διὰ τί τοῦ Λαβραδέως Διὸς ἐν Καρίᾳ τὸ ἀγαλμα πέλεκυ ἠρμένον, οὐχὶ δὲ σκῆπτρον ἢ κεραυνὸν πεποιήται; Ὅτι Ἡρακλῆς Ἴππολύτην ἀποκτείνας, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ὄπλων αὐτῆς λαβὼν τὸν πέλεκυ, Ὀμφάλη δῶρον δέδωκεν, οἱ δὲ μετ' Ὀμφάλην Λυδῶν βασιλεῖς ἐφόρουσαν αὐτὸν, ὡς τι τῶν ἄλλων ἱερῶν ἐκ διαδοχῆς παραλαμβάνοντες· ἄχρι Κανδαύλης ἀπαξιώσας, ἐνὶ τῶν ἐταίρων φορεῖν ἔδωκεν. Ἐπεὶ δὲ Γύγης ἀποστάς ἐπολέμει πρὸς αὐτὸν, ἦλθεν Ἄρσηλις ἐκ Μυλῶν ἐπίκουρος τῷ Γύγῃ μετὰ δυνάμει, καὶ τὸν τε Κανδαύλην καὶ τὸν ἐταῖρον αὐτοῦ διαφθείρει· καὶ τὸν πέλεκυ εἰς Καρίαν ἐκόμισε μετὰ τῶν ἄλλων λαφύρων. κτλ. — 58. Σαδ.] sic cod. — 59. ἔτη γ'.] ἰζ' sec. Euseb. Comprehendi iis videntur anni Myrsi, quem omittit Euseb. — 60. πασσυδεῖ] πάσσυ δεῖ cod. — 61. μερμναδῶν cod. De his cum Xantho consentit Herodotus I, 13, ubi vide. Ceterum pro προειπῶν legi velim προσειπῶν. — 62. Σαδ.] sic cod. — 63. κατήλαυνε] καὶ ἤλαυνε codex. — 64. Γύγης] γήγης cod.

αὐτὸν ἐκέλευε, καὶ ἐπεὶ ἐξείλκυσαν οἱ θεράποντες καὶ ἐναντίον ἕστησαν τοῦ ἄρματος, εἶπεν ὁ Γύγης· « Ἐνταῦθα δὴ σε χρῆ, ὦ Λίξε, κατορύξαι· τοῦτο γὰρ ἡμῖν συγχείμενον. » Καὶ ὁ (65) οὐδὲν ὑποθωπεύσας· « Σὲ μὲν οὖν, ἔφη, ταῦτα παθεῖν δικαιοτέρον, ὅς ἐμὲ διώκων ἐκτρεπόμενον ὁδοῦς ἤλθες οὐ πρεπούσας βασιλεῖ. » Οἱ δὲ φίλοι τὸν Γύγην, ἐπὶ συννοίας γενόμενον πολλὸν χρόνον, ἔπεισαν ἀφείναι Λίξον (66) τοῦ θανάτου. Καὶ ὁ ἔφη ὁμωμοκένοι κατορύξαι αὐτὸν ἔνθα ἂν τύχοι πρῶτον· οἱ δ' ἔφασαν· « Ἐπειδὴν τελευτήσῃ, τοιγαροῦν ἐνταῦθα κατόρυξον, καὶ εὐορκά σοι ἔσται. » Ὁ δὲ ἐπίσθη τε καὶ διὰ ταῦτα ἀφῆκε Λίξον. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλεσε, χαμαὶ τε ἀνέκλινε καὶ τὰ ὄσπ' ἀπαρτίθει φαῦλά τε σιτία, πίνειν τε ὄξος ἐνέχει· καὶ πῶς δειπνοῦντα ἤρετο (67), πῶς γε δειπνοίῃ. Ὁ δ' εἶπεν· « Ὡς εἰκὸς παρὰ ἀνδρὶ ἐχθρῷ. » Ὁ δὲ γελάσας εὖ μάλα, τῶν αὐτῶ παρακειμένων ἐπεδαφιλεύετό τε (68) καὶ εὐμενέστερος ἐγένετο. Χρόνου δὲ προϊόντος, διαλλαγῆς φίλον ἐποίησατο καὶ οὐδὲν ἔτι εἶχεν ἐν γνώμῃ τῶν πάλαι.

50.

Exc. De ins. : Ὅτι ἐν Ἀθήναις Δημοφῶν ἐβασίλευσεν, ἐφ' οὗ Ὁρέστης μητροκτονήσας εἰς Ἀθήνας ἦκε (1), μετὰ δὲ τοῦτον Ὁξύντης, μετὰ δὲ ἐκεῖνον Θυμοίτης, ὁς, τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος, εἰδὼς τὴν βασιλείαν τῷ γνησίῳ ἀδελφῷ προσήκουσαν, δολοφονήσας αὐτὸν κατέσχε τὴν ἀρχὴν (2).

51.

Exc. De virt. : Ὅτι Ἴππομένης, ὁ Ἀθηναίων ἀρχων, ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς δι' αἰτίαν τοιάνδε. Ἦν αὐτῷ θυγάτηρ, ἥντινα τῶν ἀστῶν (1) τινος λάθρα αἰσχύναν-

ministri, et ante currum hominem collocassent, « Ibi, Gyges inquit, ego te, o Lixe, defodere debeo. Sic enim inter nos convenit. » Ille vero nihil subblandiens : « Te potius, ait, hoc pati par est, qui me adspectum tuum vitantem persequens vias regem haud decentes ingressus es. » Tum amici Gygi diu cogitabundo suadebant, ut Lixum supplicio liberaret ; et quum rex jurasse se diceret se defossurum eum quo loco primum conspexisset, responderunt : « Quando vita defunctus erit, tum hocce loco eum defodias, et salva erit fides jurisjurandi. » Quibus ille persuasus Lixum dimisit. Postea ad convivium vocavit, humique decumbere jubens ossa cibosque viles apponebat, et acetum bibendum ei infundebat. Ac forte cœnantem interrogavit, quo modo cœnare sibi videretur. Ad quod ille : « Uti par est apud virum inimicum » respondit. Risit de eo dicto Gyges vehementer, et jam clementior de cibis sibi apposis Lixo largiebatur. Progrediente deinde tempore in gratiam rediens in amicis eum habebat, pristinae inimicitiae prorsus oblitus.


50.

Athenis Demophon regnavit, sub quo Orestes matricida Athenas venit ; post Demophontem vero Oxyntes, post hunc Thymætes, qui quum regnum post patris obitum ad (Aphidam) fratrem, Oxyntæ filium legitimum, pertinere sciret, hunc per insidias occidit, atque sic imperio potitus est.

51.

Hippomenes Atheniensium princeps magistratu pulsus est ob hanc causam. Erat ei filia virgo, quam civis nescio quis vitiavisset ; iratus Hippomenes religatam cum equo in

— 65. καὶ ὁς ] καὶ ὡς cod. — 66. Λίξον ] λίξιν cod. — 67. ἤρετο ] εἶρετο codex. Deinde πῶς τε et εἰκὼς cod. De regis convivis cum Lixo nostro comparandis vide quæ Posidonius narrat fragm. 8. — 68. ἐπεδαφ. ] ἐπεδαφιλεύετότε codex. Pro τότε ad marginem cod. notatur πρὸς τε. Subjungo tabulam nominum quæ in hoc fragmento commemorantur :



50. Cod. Escor. fol. 82, 14-17 r. — 1. Cf. fr. 34 et Marm. Par. epoch. 25. — 2. De Thymæte Oxyntæ filio spurio Aphidæque fratre, vide Demon (fr. 1) ap. Athen. III, p. 96, D. Fratri Thymæte unum regni annum assignat Eusebius in Chron. p. 136 et 300 ed. Mai. Secundum Nicolai auctorem Aphidas omnino non pervenisse ad regnum videtur.

51. Cod. Tur. fol. 154, 29 r. — 154, 4 vso. Eadem Suidas v. Ἴππομένης et schol. Berolin. ad Liban. Ep. p. 125

τος (2), ὅπ' ὀργῆς (3) καθεῖρξεν εἰς οἶκημα δήσας σὺν ἵππῳ, καὶ τροφήν οὐδετέρῳ (4) εἰσέπεμπε. Πισθεὶς οὖν λιμῶ ὁ ἵππος, ἐφορμήσας τῇ παιδί, ἀναλώσας τε αὐτήν, καὶ αὐτὸς ὕστερον ἀπέθανε. Μετὰ ταῦτα ἐπισκαφείσης αὐτοῖς τῆς οἰκίσεως, ἀπ' ἐκείνου ὁ χῶρος ἐκαλεῖτο Ἴππου καὶ Κόρης.

52.

Exc. De insid. : Ὅτι Κυρηναίους (1) οἱ Βάττου παῖδες Ἀρκεσίλαος \*\* πρὸς ἀλλήλους στασιάσαντες μάχην ἠγειραν Λίβυας ἐπ' αὐτοὺς ἐνεγκόντες. Καὶ ἠτῶνται Κυρηναῖοι· ἐπτακισχίλιοι γὰρ ἀπέθανον ἐν τῷ πολέμῳ. Ἀρκεσίλαος δ' ἐπὶ τούτοις φάρμακον πίνει· δυσθνητοῦντα δ' αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς ἤγξε (2) Λέαρχος. Τὸν δὲ Λέαρχον ἡ τοῦ Ἀρκεσίλεω γυνὴ κτείνει Ἐρυξῶ (3). Τὴν δὲ ἀρχὴν ὁ τοῦ Ἀρκεσίλεω παῖς ἐκδέχεται Βάττος χωλὸς ὢν.

53.

Ibid. : Ὅτι Ἴωνες ἐν τῷ πρὸς Ὀρχομενίους πολέμῳ καταδραμόντες (1) αὐτῶν τὰς κώμας, γυναῖκας αἰχμαλώτους πολλὰς ἠγάγοντο· καταπαλλακεύοντες δ' αὐτάς, παῖδας ἐξεγέννησαν. Ὑποτραφείσης δὲ τῶν νόθων νεότητος οὐκ ὀλίγης, δείσαντες οἱ γνήσιοι ἐκ τῆς χώρας αὐτοὺς ἐξανέστησαν. Οἱ δ' εἰς Θορικὸν τῆς Ἀττικῆς ἀποχωρήσαντες, ἠγεμόνας αὐτῶν προστησάμενοι, ὁμοῦ τοῖς Ἴωσιν ἐξέπλευσαν (2). Συνήεσαν δὲ αὐτοῖς πολλοὶ Πελοποννήσιοι· σχόντες δὲ πρὸς τῷ Ἐρμῳ ταῖς ναυσὶ καὶ τινα νησιῖδα καταλαβόμενοι οὐχ ἕκασ τῆς ἠπείρου, πολλῶν αὐτοῖς βαρβάρων ἐπιόντων, ἀντεῖχον κρατοῦντες, καὶ ἐπὶ τινα λόφον τῆς ἠπείρου περάσαντες τὸ [δὲ] μεταξὺ πᾶν χωννύναι διανοοῦντο. Κάνταῦθα τειχοδομεῖν κωλύοντος αὐτοὺς Μέννεω τοῦ Κύμης τυράννου, ὃς τότε τῶν ταύτης χωρίων ἐκράτει, Οὐατίας, ἀδελφὸς αὐτοῦ, φιλίαν καὶ ἐπιγαμίαν συντίθεται πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ τῷ κείνον καταλῦσαι, καὶ αὐτοῖς χώραν δοῦναι

angusta cella conclusit, neutri alimentum subministrans. Proinde urgente fame equus, in puellam impetu facto, eam consumpsit, neque secius ipse postmodum fame periit. Deinde quum domus solo æquata fuisset, locus Equi ac Puellæ ex re appellatus est.

52.

Cyrenæis Batti II filii, Arcesilaus ejusque fratres, dissidentes inter se, pugnam excitarunt, Afris ab altera factione contra eos immissis. Ac clade afficiuntur Cyrenæi, quorum septem millia in eo bello interfecti sunt. Quo casu afflictus Arcesilaus potum venenatum hausit. Et quum prompta mors non afferretur, Learchus frater eum strangulavit. Learchum vero uxor Arcesilai Eryxo necavit. Regnum deinde suscepit filius Arcesilai, Battus III, qui pede claudus erat.

53.

Iones contra Orchomenios bellum gerentes, in vicis eorum incursione facta, multas mulieres captivas abduxerunt, quibus pro pellicibus utentes genuerunt liberos. Spuriorum hæc juvenus sat numerosa quum adolevisset, metuentes sibi genuini e regione eam expulerunt. Illi in Thoricum Atticæ pagum digressi, creatis sibi ducibus, una cum Ionibus in Asiam navigarunt. Admixti iis erant multi Peloponnesii. Appellentes ad Hermum fluvium insulam quandam haud procul a continente sitam occuparunt, ac propulsata barbarorum, qui hostili impetu ipsos aggrediebantur, multitudinem, in collem quendam continentis transgressi, spatium intermedium aggere jungere constituebant. Ibi quum murum ducere impedirentur a Menne Cumæorum tyranno, cujus in potestate hæc regio erat, Uatias, frater ejus, amicitiae fœdus et connubiorum jus iis proposuit, ea conditione ut Mennis imperium illorum opera everteret atque agrum iis daret sufficientem. Illi igitur cum

ed. Wolf. De re cf. not. ad Heraclid. Pol. 1. — 1. ἀστώων] Suidas, αὐτῶν cod. — 2. αἰσχ. λάθρα] λάθρα αἰσχ. Suidas. — 3. ὅπ' ὀργῆς] ὕπὸ γῆς schol. Liban. — 4. οὐδετέρῳ] Suid., οὐδετέρου codex.

52. Cod. Escor. fol. 82, 18-24 r. — 1. Κυρηναίους] κυρηναῖοι codex. Post vocem Ἀρκεσίλαος lacunam notavi. Exciderit: καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ; nisi forte scribendum est ἐπ' Ἀρκεσίλεω. De re constat ex Herodoto IV, 160 (coll. Plutarch. De mul. virt. p. 260, Polyæn. Strateg. VIII, 41). Arcelaus II ὁ χαλεπὸς Batti secundi τοῦ εὐδαίμονος filius, discordias exercebat cum fratribus. Hi (Perseus, Zacynthus, Aristomedon et Lycus sec. Steph. Byz. v Βάρκη), relictis Cyrenis, Barcen urbem condunt, Afrisque persuadent, ut a Cyrenæis deficiant. Contra rebelles Arcesilaus exercitum educit, prælioque ad Leuconem oppidum commisso, septem millia Cyrenæorum trucidantur. Μετὰ δὲ τῷ τῷ Ἀρκεσίλεω μὲν κάμνοντά τε καὶ φάρμακον πεπωκότα ὁ ἀδελφὸς Λέαρχος ἀποπνίγει, Λέαρχον δὲ ἡ γυνὴ ἡ Ἀρκεσίλεω δόλω κτείνει, τῇ οὐνομα ἦν Ἐρυξῶ. Διεδέξατο δὲ τὴν βασιλείην τοῦ Ἀρκεσίλεω ὁ παῖς Βάττος, χωλὸς ἔων καὶ οὐκ ἀρτίπους. Hæc Herodotus, quem Nicolaus h. l. consuluisse videtur. Arcesilaus II regnavit an. 550-540 sec. Reitz., 554-544 sec. Larcher. (v. Thrice De reb. Cyren. p. 173 not. 73). Quæ tempora quum non cadant in illud spatium, quod libro VII Nicolaus tractandum sibi sumsit, et quum in sequentibus demum Ionum migratio exponatur, sponte intelligitur, Nicolaum in antecedentibus narasse, quomodo post reditum Heraclidarum Minyæ eorumque socii primum in Theram, deinde in Libyam migraverint, eaque occasione omnem Battiadarum historiam subtexuisse. Similiter rem Diodorus instituit VIII, 29 et 30. Uterque in his secutus fuerit Ephorum. — 2. ἀδελφὸς ἤγξε] ἀδελφὸς ἤγξε codex. In antec. nota vocem δυσθνητοῦντα pro vulgari δυσθνατοῦντα. Pro Λέαρχος apud Plutarchum et Polyænum l. l. est Λάαρχος, idque genuina forma Cyrenaica fuerit, eaque etiam Herodoto reddenda, ubi libri plerique ἀλίαρχος, id quod ex ἄλαρχος, hoc vero ex λάαρχος depravatam esse cum Valckenario puto. Ceterum Plutarchus Learchum non fratrem Arcesilai, sed φίλον πονηρὸν dicit. — 3. Ἐρυξῶ] ἐρυξῶ codex.

53. Cod. Escor. fol. 82, 25 r. — 82, 15 verso. De re aliunde non constat. — 1. καταδραμόντες] καταδραμώντες cod. — 2. Orchomenios Ionibus admixtos fuisse Herodotus quoque testatur I, 146: Μινύαι δὲ Ὀρχομένιοι ἀναμειχῆται κτλ. Cf.

αὐτάρχη. Οἱ δὲ ὁμολόγησαν ἐκείνοις τε καὶ τῶν Κυμαίων ὄσους (3) ἐδύναντο [ ἐπηγάγοντο ] (3), καὶ ἐπεξῆλθον ἐπὶ τὸν Μέννην. Ταχὺ δὲ καὶ τοῦ δήμου προσθεμένου αὐτῷ, νικήσας μάχη παραδίδωσι τοῖς Κυμαίοις τὸν ἀδελφόν· οἱ δ' ἐκ χειρὸς βαλόντες αὐτὸν κατέλευσαν, καὶ τὸν Οὐατίαν ἐστήσαντο βασιλέα. Ὁ δ' εὐθέως τὰς πρὸς Φωκαέας (4) συνθήκας ἡξίου ἐμπεδοῦν, ἃς ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας συνέθετο· οἱ δ' ἐπέισθησαν καὶ τῆς γῆς ἔδοσαν.

54.

Ibid. : Ὅτι Λεωδάμας ἐβασίλευσε Μιλησίων, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα ἐπηνεῖτο, δίκαιός τε ὢν καὶ τῇ πόλει καταθύμιος, εἰς δ' φόνον αὐτῷ βουλευσας Ἀμφιτρῆς ἐν ἑορτῇ Ἀπόλλωνος ἄγοντα ἑκατόμβην τῷ θεῷ Λεωδάμαντα (1) κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπέκτεινεν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν αὐτοῦ στασιωτῶν τὴν πόλιν κατέλαβeto, καὶ τύραννος ἐγένετο, ἰσχυρῶς προὔχων Μιλησίων. Οἱ δὲ Λεωδάμαντος παῖδες καὶ φίλοι νυκτὸς ἀπεχώρησαν εἰς Ἀσσησὸν (2), ὑποδεχόμενοι αὐτοὺς προθύμως τοῦ ἐνότου ἀρχοντος, ὅντινα Λεωδάμας πρότερον κατέστησεν. Μετ' οὐ πολὺ δὲ Ἀμφιτρῆς ἐπ' αὐτοὺς σὺν στρατῷ ἦλθε, καὶ προσκαθίσας ἐπολιόρκει. Οἱ δὲ μέχρι μὲν τινος ταλαιπωρούμενοι ἀντεῖχον· μετὰ δὲ ταῦτα εἰς μαντεῖον πέμφσαντες ἐχρηστηριάζοντο περὶ τοῦ πολέμου. Θεὸς δ' ἔφη, ἐκ Φρυγίας αὐτοῖς (3) ἡξίειν βοηθοὺς, οἱ τίσιν τε κινδυνεύονται τοῦ Λεωδάμαντος φόνου, κακείνους τε καὶ Μιλησίους κακῶν ἀπαλλάξουσιν. Χρονιζομένης δὲ τῆς πολιορκίας, ἀφικνοῦνται νεανίσκοι, Τόττης καὶ Ὀννης, ἐκ Φρυγίας, ἱερὰ ἔχοντες Καβείρων ἐν κίστει κεκαλυμμένα· ἐχόμενοι δὲ τῆς κίστεως ἀμφοτέρω, ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δὲ ἐνθεν, νυκτὸς ἔτι οὐσης προῆλθον εἰς τὸ τεῖχος, καὶ ἐκέλευον σφᾶς δέχεσθαι. Βαρυνόμενοι δὲ ὑπὸ τῶν φυλάκων καὶ ἐρωτώμενοι τίνες εἶεν, ἔφασαν ὅτι κατὰ πρόσταξιν θεοῦ ἱερὰ ἐκ Φρυγίας κομίζοιεν ἐπὶ τῷ Μιλησίων τε καὶ Ἀσσησίων ἀγαθῷ. Οἱ δ' εἰς νοῦν βαλόμενοι τὸν χρησμὸν δέχονται τοὺς νεανίσκους. Ἐωθεν δ' εἰς ἐκκλησίαν συνῆλθον οἱ τε τοῦ Λεωδάμαντος παῖδες καὶ οἱ ἄλλοι ἅπαντες, καὶ τοὺς Φρύγας ἤροντο, οἵτινες τε εἶεν καὶ ἐφ' ὅτῳ ἤκοιεν. Οἱ δ' ἔφασαν, θεὸν (4) αὐτοῖς κελεῦσαι σὺν τοῖς ἱεροῖς εἰς Ἀσσησὸν ἐλθεῖν, τιμωροὺς ἐσομένους τοῦ Λεωδάμαντος φόνου, ὅστις αὐτοῖς εἶη ὁ Λεωδάμας· αὐτοὶ γὰρ οὐ γινώσκουσιν· καὶ κακῶν ῥύεσθαι Μιλησίους καὶ Ἀσσησίους. Δεῖν οὖν, ὅπως ἂν ταῦτα γένοιτο (5) ἐπιτελεῖν, θῦσαι τὰ νομιζόμενα αὐτοῖς. Οἱ δὲ ταῦτα ἀκούοντες ὁ πᾶς δῆμος ἐν χαρᾷ ἦσαν· τοῖς γὰρ λογίοις σύνδρομα ἐφαίνετο. Ὑπέσχοντό τε τὰ ἱερὰ ἰδρύσειν (6) παρὰ σφίσι καὶ τιμήσειν, εἰ ταῦτα

Uatiæ sociis pacta inierunt et Cumæorum quot poterant in suas partes adducentes contra Mennem egressi sunt. Mox quum etiam populus se Uatiæ adjungeret, proelio victor fratrem Cumæis tradidit, qui lapidibus e manu jactis eum obruerunt atque Uatiam sibi regem crearunt. Hic vero statim curavit ut rata essent quæ de Orchomeniorum libertate cum Phocæensibus pepigerat. Obtemperarunt Phocæenses iisque terræ partem dederunt.

54.

Leodamas Milesiis imperavit, et quum justus esset et gratus civibus, summopere honorabatur. Tandem vero cædem ei per insidias parans Amphitres Apollinis festo hecatombam deo ducentem Leodamantem in pompa interfecit, et cum factionis suæ sociis urbem occupavit roboreque Milesiis superior tyrannide potitus est. Filii vero et amici Leodamantis noctu abscesserunt Assesum, ubi urbis præfectus, quem Leodamas olim constituerat, prompto animo eos excepit. Non multo post Amphitres cum exercitu contra eos egressus obsidione urbem cinxit. Oppidani per aliquantum temporis multas perdurantes ærumnas resistebant, deinde vero miserunt qui de exitu belli oraculum consulerent. Respondit deus venturos ipsis ex Phrygia auxiliares, qui ultionem de cæde Leodamantis sumpturi, ipsosque et Milesios malis liberaturi essent. Interim quum duceretur obsidio, juvenes duo, Tottes et Onnes, ex Phrygia venerunt cum sacris Cabirorum in cista absconditis, quam ambo, alter hinc alter illinc, apprehensam ferentes, dum nox adhuc erat, ad murum accesserunt, petieruntque ut in urbem inmitterentur. Quos quum custodes duris verbis increpantes interrogarent quinam essent, responderunt dei jussu se ex Phrygia sacra afferre, quæ Assesiis Milesiisque forent salutis. Tum illi in animum revocantes oraculum, juvenes in urbem recipiunt. Orto diluculo in concionem congressi Leodamantis filii ceterique omnes ex juvenibus quærent quinam essent et cujus rei causa venissent. Illi deum dixerunt jussisse ipsos Assesum proficisci, ut cædem ulciscerentur Leodamantis (quicumque demum sit Leodamas, id enim se ignorare), simulque ut malis Milesios et Assesios liberarent. Ceterum ut perfici hoc posset, necessarium esse ut rite ex more ipsorum sacra facerent. Quibus auditis populus universus gaudio exsultabat; nam congruere hæc cum verbis oraculi apparebat; ac polliciti sunt sacra Cabirorum se in urbe consecratos et religiose culturos, si

Pausanias VII, 2, 3 : Ἴωσι δὲ τοῦ στόλου μετασχόντες... καὶ Ὀρχομένιοι Μινύαι συγγενεῖα τῶν Κόδρου παίδων. Teum ab Orchomeniis conditam esse idem memorat Pausanias III, 6, 3. V. Müller. *Min.* p. 399. — 3. ἐπηγάγοντο vel tale quid excidisse videtur; ὅσοις scribi nolim. 4. Φωκαέας] φοκέους cod. Quum in antec. Phocæensium mentio non facta sit, complura excerptor omiserit. Ad Phocæenses et Uatiam referenda erit vox ἐκείνοις in verbis οἱ δὲ ὁμολόγησαν ἐκείνοις.

54. *Cod. Escor. fol.* 82, 15 vsō — 83, 28 r. De rebus hoc fr. traditis aliunde non constat. — 1. Nomen Λεωδάμαντα ad marginem adscriptum; in contextu lacuna. — 2. Assesi oppidi in Milesiorum ditione siti mentionem faciunt Herodotus I, 19, 22; Stephan. Byz. s. v.; Parthenius Erot. 14; Polyæn. *VI* 47. — 3. αὐτοῖς] αὐτοὺς cod. — 4. θεὸν] θεοῦ cod. — 5. γένοιτο] γένοιτο cod. — 6. ἰδρύσειν] ἰδρῦσι cod.

γένοιτο. Ἐκ τούτου μετὰ τὰς ἱερουργίας ἐκέλευον αὐ-  
τοὺς οἱ Φρύγες ὀπλισμένους πανστρατιᾷ χωρεῖν ἐπὶ  
τοὺς πολεμίους, ἡγουμένων τῶν ἱερῶν πρὸ τῆς φάλαγ-  
γος. Καὶ ἐποίησαν ταῦτα. Οἱ δὲ περὶ Ἀμφιτρήν (7)  
ὑπαντιάσαντες, ὡς ἤδη πλησίον ἐγένοντο, εἰς φυγὴν  
ἐτρέποντο, δείματος θείου ἐμπεσόντος· οἱ δ' ἐπόμενοι  
τοὺς μὲν ἔσφαττον, τοὺς δ' ἐδίωκον (8), Ἀμφιτρήν  
δ' οἱ Λεωδάμαντος παῖδες κτείνουσι, καὶ ὁ πόλεμος  
καὶ ἡ τυραννὶς ἐπέπαυτο Μιλησίοις.

Ὅτι Ἐπιμένης μετὰ ταῦτα αἰσυμνήτης (9) ὑπὸ τοῦ  
δήμου χειροτονεῖται, λαβὼν ἐξουσίαν κτείνειν οὓς βούλε-  
ται· καὶ δὲ τῶν μὲν παίδων Ἀμφιτρήτος οὐδενὸς οἴος τ' ἦν  
ἐγκρατῆς γενέσθαι· ὑπεξῆλθον γὰρ παραχρῆμα δείσαν-  
τες· τὰ δὲ ὄντα αὐτοῖς ἐδήμεισε, καὶ ἀργύριον ἐκήρυ-  
ξεν, εἴ τις αὐτοὺς κτείνειεν· τῶν δὲ κοινῶν τοῦ φόνου  
τρεῖς ἀπέκτεινε, τοῖς δὲ ἄλλοις φυγὴν προσεῖπεν· οἱ δὲ  
ῥέοντο. Οἱ μὲν δὲ Νηλεῖδαι κατελύθησαν ὧδε.

55.

Ibid. : Ὅτι μετὰ τὸ ἀγαγεῖν τὸ νάκος τοὺς Ἀργο-  
ναύτας τῷ Πελῖα, Ἰάσων εὐθύς ἐλθὼν Πελῖα φόνον  
ἐβούλευε τῆς ἀρχῆς περὶ, Μήδεια δ' αὐτῷ ὑπέστη  
ἀνιδρωτὶ τοῦτο πράξειν. Ταχὺ δὲ ταῖς ἐκείνου θυγατρά-  
σιν ἐν ὀμίλῃ γενομένη ἐπειθεν, ὅτι αὐταῖς τὸν πατέρα  
γηραιὸν ὄντα ἀνηθῆσαι ποιήσειε διὰ φαρμάκων, εἴ μιν  
κατακόψασαι εἰς λέβητα ζέοντα ἐμβάλοιν· εἰς δὲ πίστιν  
τοῦ λόγου, ὡς φασί, παλαί' ἄττα κατακόψασα πρόβατα,  
νέα ἐκ παλαιῶν ἐποίει. Αἱ δὲ διὰ τοῦτο μάλιστα πει-  
σθεῖσαι τὸν πατέρα ἔκτειναν· καὶ ὡς οὐδὲν ἐγένετο ὧν  
προσεδόκων, ἐν πένθει μεγάλῃ ἦσαν. Οἱ δὲ Ἰωλκοὶ  
ἐπὶ τῷ ἔργῳ ἤχθησαν Μήδειαν τε καὶ Ἰάσωνα, καὶ  
τοὺς μὲν φυγῆ ἐζημίωσαν· οἱ δ' εἰς Κόρινθον ἀπεχώρη-  
σαν· ταῖς δὲ παισὶ συνέγνωσαν ὑπὸ ἀκακίας ἐξαπατη-  
θείσας· θανάτου γὰρ βυόμεναι τὸν πατέρα ἐκ γήρωσ,  
ἄκουσαι ἀπέκτειναν. Ἐπὶ δὲ τῷ Πελῖου τάφῳ ἄθλα  
ἐτέθη μέγιστα καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ ἡγάγοντο, ὡς  
ἂν καθαρὰς φόνου, οἱ ἀριστοί. Ἐκ Πελοπέας (2) δὲ Κύ-  
κνος ἐγένετο, ᾧ Ἡρακλῆς ἐμαχέσατο ἐν Ἰτόνῳ τῆς  
Ἀχαιῆς· Ἀκαστος δ' ὁ Πελῖου ἐν Ἰωλκῷ ἐβασίλευεν,  
τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος, Ἰάσωνος φυγόντος εἰς Κό-  
ρινθον σὺν Μήδειᾳ.

56.

Exc. De virt. : Ὅτι ἡ Ἀκάστου γυνὴ Πηλέως  
ἐρασθεῖσα, λόγους ὑπὲρ μίξεως εἰσφέρει· ἀναινομένῳ  
δὲ, δείσασα μὴ μιν κατεῖποι (1) πρὸς τὸν ἄνδρα, ὑπο-  
φθάσασα αὐτὸν προδιαβάλλει (2) πρὸς τὸν ἄνδρα, ὡς

ista fierent. Deinde peracto sacrificio Phryges eos jusserunt  
cum universo exercitu in hostem egredi, dum sacra ante  
phalangem præferrentur. Idque fecerunt. Contra excurrente  
Amphitrete, quum jam in propinquo erant copiae, divini-  
tus incusso correpti terrore in fugam se dederunt. Illi vero  
tergis eorum insistentes alios trucidarunt, alios longius per-  
secuti sunt. Amphitretem filii Leodamantis occiderunt. At-  
que sic bellum Milesiis compositum et tyrannis sublata est.

Post hæc Epimenes summus reipublicæ gubernator po-  
puli suffragiis creatus est, data occidendi potestate quoscun-  
que vellet. Is ex filiis quidem Amphitretis ne uno quidem po-  
tiri potuit; nam metuentes sibi fuga illico se subdixerant;  
verum bona eorum publicavit, et præconis voce præmiū  
promisit, si quis eos interfecerit. Cædis participes tres oc-  
cidit; reliquos in exilium egit. Hi igitur solum mutarunt.  
Atque sic Nelidarum imperium eversum est.

55.

Postquam Argonautæ vellus aureum Peliae attulerant,  
Iason statim post reditum cædem Peliae moliebatur, ut  
regno ejus potiretur. Medea vero absque labore hoc ei perfi-  
ciendum suscepit. Confestim igitur cum filiabus Peliae col-  
loquia jungens iis persuasit se patrem earum senem venefi-  
ciis juventuti restitutam esse, si ipsæ dissectum in lebetem  
fervente plenum aqua injicerent. Utque fidem verbis face-  
ret, oves nonnullas seniores dissecuit agnasque reddidit.  
His filiae quam maxime persuasæ patrem occiderunt. Et  
quum nihil fieret eorum quæ exspectaverant, magno ma-  
rore affectæ sunt. Iolci vero ob facinus istud odio perse-  
quentes Medeam et Iasonem exilio mulctarunt. Exules  
abierunt Corinthum. Filiabus autem venia data est, ut quæ  
præ animi simplicitate deceptæ ab omni malo abhorruis-  
sent; nam ut mortem ex senio imminente a patre arce-  
rent, invitæ eum necaverant. In Peliae vero sepulcro fune-  
bres ludos celebrantes præmia maxima posuerunt, atque  
filias ejus, utpote piaculo puras, duxerunt viri principes.  
Ex Pelopia Cycnus natus est, cum quo Hercules ad Itonum  
Achaiae Thessalicæ urbem pugnavit. Acastus autem Peliae  
filius regnum Iolci suscepit, quum pater defunctus esset,  
Iason vero exul Corinthum cum Medea abscessisset.

56.

(Atalante) Acasti uxor Pelei amore correpta, quum Peleum  
de stupro sollicitasset, nec persuadere ei potuisset, verita  
ne rem Peleus ad maritum deferret, præoccupare illum  
statuit. Itaque Peleum apud virum calumniatur, quasi stu-

— 7. Ἀμφιτρήν] ἀμφιτρήν cod. — 8. ἐδίωκον] ἐδιώκων cod. — 9. Hæc adde paucis illis quæ de æsymnetis com-  
perta habemus. V. Hermann. *Alterth.* § 63; Schœmann. *Hist. jur. publ.* l. p. 89 et qui ibi laudantur.

55. *Cod. Escor. fol.* 83, 29 r. — 83, 15 vso. De re cf. *Apollodor.* I, 9, 27 ibique interpretes. — 1. κατεῖποι, πα-  
λαί' ἄττα] φασιν, ἄλλα ἄττα codex. — 2. Πελοπέας] Πελοπίας cod.

56 *Cod. Tur. fol.* 154, 4-12 vso. Eadem *Suidas*: Ἀταλάντη, Ἀκάστου γυνή, ἣτις Πηλέως ἐρασθεῖσα κτλ. Cf. idem  
v. Ἀκαστος. Reliqui auctores uxorem Acasti non Atalanten dicunt sed *Astydamiam* (*Apollodor.* III, 13, 3; schol.  
*Arist. Nub.* 1059 etc.) vel *Hippolyten* (*Pindar. Nem.* IV, 92. V, 46). — 1. κατεῖποι] sic codex et *Suidas* in optimis  
codd. Ante *Orellium* in editf. legebatur κατεῖπει. — 2. προδιαβάλλει] προσδιαβάλλει cod. et vulgata ap. *Suidam*, ubi

εὐνηθηναί (3) οἱ θέλοντα. Ὁ δὲ λόγον ὑφείσας ἐπεβούλευσε Πηλεΐ. Καὶ ὅς αἰσθόμενος, εἰς πόλεμον κατέστη πρὸς αὐτὸν, ἐπικαλεσάμενος βοηθοὺς τοὺς τε Τυνδαρίδας καὶ Ἰάσονα, ἐχθρὸν ὄντα ἐκείνῳ (4), φίλος αὐτὸς ὢν διὰ τὸ σύμπλους ἐν τῇ Ἀργοῖ γεγονέναι· καὶ τὴν τε Ἰωλκὸν αἶρεϊ καὶ τὴν Ἀκάστου γυναῖκα σφάττει.

57.

Ibid. : Ὅτι Λυκούργῳ τοιαύδε ἡ τελευταῖα τοῦ βίου ἐγένετο. Βουλόμενος, ὡς φασί, τὸν (1) θεὸν ἐρέσθαι περὶ τινῶν ὑπολοίπων νόμων, ὄρκωσε Λακεδαιμονίους ἄχρις ἐπάνεισι μηδένα λῦσαι τῶν κειμένων. Ὅμοσάντων δ', ἐπεὶ χρηστηριαζόμενος ἤκουσε παρὰ τοῦ θεοῦ, ὡς εὐδαίμων ἡ πόλις ἔσοιτο, εἰ τοῖς ἐκείνου νόμοις ἐμμένοντες, ἔγνω μηκέτι ἐπανελθεῖν, τὸ βέβαιον τῆς φυλακῆς ἐκ τοῦ ὄρκου ποιησάμενος. Καταβάς δὲ εἰς Κρίσαν αὐτὸν διεργάζεται (2). Λακεδαιμόνιοι δὲ αἰσθόμενοι, διὰ τε τὴν προτέραν ἀρετὴν καὶ τὴν τότε κριθεῖσαν περὶ τὸν θάνατον, ναὸν τε αὐτῷ ἐτεμένισαν, καὶ βωμὸν ἰδρυσάμενοι θύουσιν ὡς ἥρωϊ ἀνὰ πᾶν ἔτος (3). Περιφανῶς γὰρ δὴ (4) Σπαρτιάταις αἴτιος μόνος ἐγένετο τῆς εἰς ἅπαν ἀρετῆς τε καὶ ἡγεμονίας, οὐδὲν ἄμεινον τῶν ἄλλων πάλαι διακειμένους· οὐ μόνον ὅτι αὐτοῖς νόμους ἔθετο ἀρίστους, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἄκοντας προὔτρεψατο χρῆσθαι αὐτοῖς τρόπῳ τοιῷδε. Δύο σκύλακας λαβὼν (5) ἀπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς ἔτρεφε, χωρὶς δὲ ἀλλήλων ἀνομοίοις ἦθεσι, τὸν μὲν κατ' οἶκον, ὅσα τε διδοὺς καὶ τὴν ἄλλην λιχνείαν, τὸν δὲ ἐν κυνηγεσίῳ θηρᾶν ἀναγκάζων καὶ στιθεύειν (6) ἐν ὄρεσιν. Ὡς δ' ἐκάτερος ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἐγένετο τῇ τροφῇ, Σπαρτιάταις ἐκκλησιάζουσι πρὸς τοὺς περιοίκους πολέμου πέρι, καὶ ἀμηνανούσι, παραγαγὼν ἀμφοτέρους εἰς μέσον, καὶ σὺν αὐτοῖς δόρκους τε καὶ ζωμοὺς (7) καὶ ὅσα ἐσκευασμένα, ἔλεξεν· « Ἄλλ' ὅτι μὲν, ὦ Σπαρτιάται, τοῦ εὖ τε καὶ κακῶς πράττειν οὐκ ἄλλο ἐστὶν αἴτιον πλὴν τὸ ἔθεσι χρῆσθαι φαύλοις ἢ σώφροσι, πάρεστιν ὑμῖν ὄραν. Οἶδε γέ τοι (8) (τοὺς σκύλακας δείξας) τῆς αὐτῆς μητρὸς ὄντες, ἐναντίως δὲ ἀλλήλοις τετραμμένοι, παρ' αὐτὸ τοῦτο ἀνόμοιοι ἐκβεβήκασιν. Ὁ μὲν γὰρ θηρᾶν μαθὼν, ὁ δὲ λιχνεύειν, οὐδὲν ἄν (9) ἀντὶ τοῦδε, εἰ παρείκοι, ποιήσεις. » Καὶ ἅμα προσέταξε τῷ κυνουλκῷ μεθεῖναι ἐπὶ ἀμφοτέρους τὰ ἡτοιμασμένα. Τῶν δ' ὁ μὲν κατοικί-

prum sibi offerre voluisset : qui, uxoris calumniis persuasus, insidias Peleo comparat. Sed Peleus, re intellecta, bellum Acasto infert, adscitis in auxilium suum Tyndaridis atque Iasone, qui Acasto infensus, Peleo autem ob expeditionis Argonauticæ societatem erat conjunctissimus. Horum auxilio Peleus expugnata Iolco Acasti conjugem necavit.

57.

Lycurgo ejusmodi vitæ exitus contigit. Quum Apollinem de quibusdam residuis legibus consultum ire vellet, Lacedæmonios jurejurando adegit, nullam ex constitutis legibus abrogaturos, antequam ipse rediisset. Quo juramento ab omnibus præstito, Delphos profectus responsum ab Apolline retulit, fortunatam Spartam fore, quamdiu leges illius servaret. Hoc Lycurgus responso accepto nunquam posthac in patriam reverti constituit, ut ad perpetuam legum observantiam jurejurando obstrictos retineret cives. Igitur Crisam digressus mortem sibi conscivit. Cujus rei fama Lacedæmonem allata, Spartani virtutis causa, quam et in anteacta omni vita ac tum moriens præ se tulerat, templum ei aramque posuerunt, ubi quotannis perinde ac heroi sacrificant. Quippe citra controversiam virtutis in omnibus rebus gestis conspicuæ atque imperii unus hic auctor Spartanis fuit, quum antea nulla re ceteris præstarent : idque non eo solum, quod leges optimas iis constituit, sed etiam quod, illis ut uterentur, eos impulit hujusmodi ratione. Catulos duos eadem matre natos seorsim ac diverso quemque modo instituit ; alterum in ædibus, obsoniis atque hujuscemodi catillamentis alens ; alterum venationibus assuefaciens, atque in montibus sub dio cubare cogens. Postquam uterque consentaneam educationi suæ indolem est sortitus, tum Lycurgus Spartanis, forte de bello adversus finitimos in conoione consultantibus atque magnopere anxiiis, ambos catulos in medium adduxit cum capreis ac jusculis et obsoniis apparatus, ac mox, « Enimvero, inquit, Spartani, animum ac fortunam uniuscujusque ex institutis, quibus usus sit, pendere, vel ex his catulis intelligi potest, qui quum sint eadem matre geniti, quia tamen diversa ratione instituti sunt, idcirco dissimiles ingenio exstiterunt. Hic enim venationi, ille catillamentis innutritus, si copiam feceris, nihil uterque aliud, quam quod didicit, factitaturus est. » Simul famulo, qui canes loro retinebat, imperat, utrumque ut di-

codex A προδιαβάλλει exhibere videtur. In seqq. præpositionem πρὸς om. Suidas. — 3. εὐνηθηναί ] sic codex et Suidas. Valesius e conj. dedit συνευνηθηναί. — 4. ἐκείνῳ ] Suidas. ἐχθρὸν ὄντα, κακείνῳ φίλος α. ὢν codex. De Peleo Argonauta v. Apollon. Rh. I, 91; Apollodor. I, 9, 16; Hygin. fab. 14; Orpheus Arg. 130. Sec. Apollodorum III, 13, 7 Pelcus non statim post detectas insidias, sed post Thetidis nuptias natumque Achillem Iolcum expugnat. Cum Nicolai narratione cf. schol. Apoll. Rh. I, 224; Pindar. Nem. III, 59. De interiore harum fabb. ratione v. Müller. *Min.* p. 256. Ceterum quum Iasonis historiam, eatenus certe quatenus ad Argonautarum expeditionem pertinet, Nicolaus libro tertio jam exposuerit, nostro loco de antiquissimis his Thessaliæ regibus denuo egisse putandus est, ut viam sibi muniret ad eorum regum historiam, qui post Heraclidarum reditum in Thessalia regnarunt.

57. *Cod. Tur. fol.* 154, 12 verso — 155, 23 r. Eadem Suidas v. Λυκούργος. — 1. τὸν ] artic. addidit Coray. — 2. Cf. Plutarch. *Lyc.* 31 : τελευταῖα δὲ τὸν Λυκούργον οἱ μὲν ἐν Κίρρα λέγουσιν. — 3. Cf. Ephorus (fr. 19) ap. Strabon. VII, p. 366; Herodot. I, 66; Aristot. ap. Plutarch. *Lyc.* 31; Pausan. III, 16, 6; Bœckh. *C. Insc.* I, no. 1256. 1362. — 4. δὴ ] e Suida accitum. Mox cod. αἰτιόμενος pro αἴτιος μόνος. — 5. Eandem historiam narrat Plutarch. De educat. c. 4, p. 3; *Instit. Lac.* p. 22; Arsenius p. 343. — 6. στιθεύειν ] Wesseling. ad Diodor. IV, 13. στιθεύων codex et Suidas. — 7. ζωμοὺς ] Suidas; ζώνας codex. — 8. οἶδε γέ τοι ] Suidas; οἱ δεῖ (non : δὴ) γε τοὺς κύλακας codex. — 9. ἄν ] ad-

διος ἐπὶ τοῦτον ὄρμησεν, ὃ δὲ θηράτωρ ἐπὶ τὸν δόρκον, καὶ καταλαβὼν (10) ἐσπάραττε. Καὶ Λυκούργος πάλιν, « Ταῦτα, ἔφη, νομίσατε, ὧ Σπαρτιάται, καὶ εἰς ὑμᾶς τείνειν καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους· ὁποίοις γὰρ ἂν ἔθεσι καὶ νόμοις χρῆσθε, τοιοῦτους ἀποβαίνειν ἀνάγκη πρὸς τε πόνους καὶ τρυφήν· πάντα γὰρ ἀνθρώποις μαθητὰ οἱ θεοὶ ἔδωσαν. Ἔπεται δὲ τῷ μὲν πονεῖν ἐθέλειν τὸ ἐλευθέρους εἶναι, καὶ τὸ εὔ (11) πράττειν καὶ κρατεῖν πάντων· τῷ δὲ ἠδύπαθεῖν τό τε δουλεύειν καὶ κακουργεῖν (12) καὶ μηδενὸς ἀξίους εἶναι. » Ὁ μὲν τοιαῦτα λέγων προὔτρέπετο τοὺς Σπαρτιάτας μεταβαλεῖν τε τὸν καθεστῶτα τρόπον τοῦ βίου, καὶ βελτίοσι νόμοις ἐθισθῆναι. Οἱ δὲ πεισθέντες οὐ τῶν περιοίκων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων Ἑλλήνων διαφανῶς ἀριστοὶ ἐγένοντο, ἡγεμόνες τε συνεχῶς, ἐξ ὅτου παρεδέξαντο τοὺς νόμους, ἐπὶ ἔτη πεντακόσια (13), καὶ οὐ πολλοῦ χρόνου ἐπὶ μέγα ἐχώρησαν δυνάμειος.

Τέλος τοῦ ἕκτου λόγου Νικολάου Δαμασκηνοῦ.

## [EK BIBA. Z'.]

58.

Exc. De ins. : Ὅτι Κύπελος Βακχιάδης καὶ αὐτὸς ὢν ἐκ κήδους γυναικείου (1), πρῶτος κτεῖνας τὸν τελευταῖον Ἴπποκλείδην (2) ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ τρόπῳ τοιῷδε. Λόγιον ἦν (3) τοῖς Βακχιάδαις ὑπὸ τοῦ Κυπέλου τοῦ Ἀετίωνος καταλυθεῖσιν (4) τὴν ἀρχὴν ἀφαιρεθῆναι. Γενόμενον οὖν αὐτὸν καὶ ἐν σπαργάνοις ἔτι ὄντα ὑποπέμφαντες τῶν ὑπασπιστῶν τινὰς ἐκέλευον κτεῖναι. Τῶν δὲ ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντων ἐπὶ τὴν οἰκίαν καὶ μελλόντων ἀναιρεῖν, ὀρέγον τὰς χεῖρας τὸ παιδάριον προσεμειδία τοῖς ἀνθρώποις· τοὺς δὲ οἶκτος εἰσῆλθε, καὶ ἔγνωσαν μηκέτι ἀναιρεῖν, ἀλλὰ φράσαντες τῷ πατρὶ τὰς ἀληθείας ἐκποδῶν ἀπιέναι. Δόξαν δὲ οἱ μὲν εἶπαν, ὃ δὲ Ἀετίων εἰς Ὀλυμπίαν αὐτὸ ὑπεκτίθεται καὶ ἔτρεφεν, ὡς ἂν ἰκέτην τοῦ θεοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα θαρσῆσας εἰς Κλεωνὰς ἤγαγε, μεираκίον ἔτι ὄντα καὶ πολλῶν διαφέροντα τὴν ἰδέαν καὶ τὴν ἀρετὴν. Ἀνὰ δὲ χρόνον ὁ Κύπελος βουλόμενος κατελθεῖν εἰς Κόρινθον, ἐχρηστη-

mittat. Ac domesticæ quidem recta ad obsonium ferri, venator vero capream persequi cœpit, eamque comprehensam profinus laniavit. Tum Lycurgus, « Idem, inquit, Spartani, de vobis ac de ceteris porro omnibus existimate : cujusmodi enim institutis ac legibus utimini, ejusmodi ut ingenio ad laborem ac delicias existatis necesse est. Quippe hominibus id a deo datum est, ut quidvis sibi comparare discendo possint. Porro laborem comitari solet libertas atque imperium in ceteros : delicias vero servitus malæque artes et contemptus sequuntur. » His sermonibus Lycurgus impulit Spartanos, ut, abjectis prioribus institutis, melioribus legibus adsuescerent. Qui Lycurgi consilium secuti non finitimos modo, sed omnes omnino Græcos virtute longe superaverunt, atque ab susceptis legibus continue per quingentos annos principatum Græciæ tenuerunt, ac brevi admodum temporis spatio maximam potentiam adepti sunt.

*Finis libri sexti Nicolai Damasceni.*

## E LIBRO VII.

58.

Cypselus, ipse quoque Bacchiada genere materno, primus fuit tyrannus qui interfecto Bacchiadarum postremo, Hippoclidae, in locum ejus succedens regno potitus est hunc in modum. Oraculo Bacchiadis responsum erat, fore ut a Cypselo Aetionis filio regno exuerentur. Igitur quum natus Cypselus in fasciis adhuc esset, submiserunt scutorum nonnullos, qui eum interficerent. His ad domum ejus profectis cædemque jam patraturis, manus porrigens infans arridebat. Unde miseratio eos incessit, nec jam occidere infantem, sed re quæ esset patri indicata, abscedere statuerunt. Ex decreto igitur hi rem indicarunt; Aetion autem in Olympiam clam expositum puerum ut dei supplicem educabat. Post hæc ad fiduciam erectus Cleonas filium abduxit, puerum adhuc, forma et virtute inter multos insignem. Aliquanto post Cypselus, Corinthum redire volens, Delphis oraculum consuluit, et quum conveniens accepis-

didit, monente Bremio. — 10. καταλαβὼν] καταβαλὼν Suidas. — 11. καὶ τὸ εὔ πρ.] Suidas; ἐλευθέρους εἶναι καὶ πράττειν... ἀξίους εἶναι codex. — 12. κακουργεῖν] κακοπραγμονεῖν Suidas. — 13. ἐπὶ ἔτη πεντακόσια] Cf. Plutarch. Lyc. c. 29 : Τοσοῦτον γὰρ ἐπρώτευσεν ἡ πόλις τῆς Ἑλλάδος εὐνομία καὶ δόξη, χρόνῳ ἐτῶν πεντακοσίων τοῖς Λυκούργου χρησαμένη νόμοις, οὓς δεκατεσσάρων βασιλέων μετ' ἐκείνων εἰς Ἄγιν τὸν Ἀρχιδάμου (399 a. C.) γενομένων οὐδεὶς ἐκίνησεν. Eosdem annos quingentos, termino ad quem non memorato, Plutarchus affert in Comp. Lyc. et Num c. 4 et Instit. Lac. p. 239, F. Contra in Apophthegm. p. 194, B, hosce annos quingentos numerat usque ad Epaminondam in Laoniam irrumpentem (369 a. C.). At præferenda procul dubio sunt quæ affert eo loco, quo ex professo de Lycurgo egit. Numerum 500 accuratius si definire auctor voluisset, ponendi fuissent anni 503, adeo ut Lycurgi epocha sit 399 + 503 = 902 a. C. sive 2X63 ante Olymp. 1. Qui quidem numerus optime quadrat cum iis quæ de Ephori calculis in Fragm. Chronolog. exposui. Ephorum vero ducem fuisse Nicolai sæpius jam indicavi.

58. Cod. Escor. fol. 83, 16 vso. — 84, 30 r. — 1. γυναικείου] γυναικίου cod. Amphion Bacchiada filiam pede claudam, Labda (*Lambda* Etym. M. p. 199, 25) nomine, habebat, quam quum nemo Bacchiadarum ducere vellet, in matrimonium accepit Aetion, Echecratis f., generis origine Lapitha et Cænides. Ita Herodotus V, 92, 4 in oratione Sossiclis Corinthii. — 2. Ἴπποκλείδην] infra pro Ἴπποκλείδης est Πατροκλείδης. Quod verum sit nomen nescio. Herodotus VI, 128 Hippoclidem Atheniensem, Agaristæ Sicyoniæ procum, majoribus suis cognatum fuisse Cypseli tyranni dicit. Verum hoc non ad maternos, sed ad paternos Cypseli majores pertinet. — 3. Vide Herodot. V, 92, 5, ubi historia de servato Cypselo fusius, sed diverso modo exponitur. — 4. καταλυθεῖσιν] καταλυθείσιν cod. Μοχ ὀρέγοντας cod. pro

ριάζετο (5) ἐν Δελφοῖς. Συμφέρουσαν δὲ δεξάμενος φήμην οὐδὲν μελλήσας ἤκεν εἰς Κόρινθον, καὶ ταχὺ τῶν ἀστῶν ἐν τοῖς μάλιστα ἀγαστὸς ἦν, ἀνδρείος τε καὶ σώφρων καὶ δημωφελὴς δοκῶν εἶναι παρὰ τοὺς ἄλλους Βακχιάδας ὑβριστὰς τε ὄντας καὶ βιαίους. Πολεμαρχήσας δ' ἔτι μᾶλλον ἐστέρχθη, τῶν πώποτε ταύτην ἀρξάντων τὴν ἀρχὴν μακροῦ ἀριστος γενόμενος· τᾶλλα τε γὰρ ὀρθῶς ἔπραξε καὶ τόδε νόμος καθεστήκει Κορινθίοις τοὺς ἐν δικαστηρίῳ ἀλισκομένους ἀπάγεσθαι πρὸς τὸν πολεμαρχόν, καὶ καθεῖργυσθαι τῶν ἐπιτιμιῶν ἕνεκα, ὧν καὶ αὐτῷ μέρος τι ἦν. Ὁ δὲ οὔτε καθεῖρξέ τινα πολίτην, οὔτε ἔδησεν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀπέλυε δεχόμενος (6) ἐγγυητὰς, τῶν δὲ καὶ αὐτὸς ἐγίνετο, πᾶσι δὲ ἠφίει τὸ αὐτοῦ μέρος· ἐξ ὧν μάλιστα ἐν τῷ πλήθει ἐστέργετο. Ὁρῶν δὲ τοὺς Κορινθίους ἐχθροδῶς πρὸς Βακχιάδας διακειμένους, προστάτην δ' οὐκ ἔχοντας, ᾧ χρησάμενοι καταλύσειαν αὐτοὺς, ἐπέδωκεν αὐτὸν, καὶ ἐδημαγωγῆσαι τὸ πλῆθος, τὸν τε χρησμὸν λέγων, ὅτι ὑπ' αὐτοῦ πέπρωται καταλυθῆναι αὐτοὺς, ἀνθ' οὗτου καὶ πάλαι γενόμενον αὐτὸν ὀρμήσειαν ἀνελεῖν, καὶ νῦν ἐπιβουλεύειν, ἀλλ' οὐ δεδυνῆσθαι παρατρέψαι [τὰ] μοιρίδια. Οἱ δ' ἀσμένως προσίεντο τοὺς λόγους, τοῖς μὲν δυσμενεῖς ὄντες, τῷ δὲ εὖνοι, καὶ τὸ βέβαιον τοῦ κατορθώσειν τὸ ἔργον ἐκ τῆς περὶ αὐτὸν ἀνδρείας ἔχοντες. Τέλος δὲ συστήσας ἐταιρικὸν κτείνει βασιλεύοντα Πατροκλείδην, παράνομον ὄντα καὶ ἐπαχθῆ. Ταχὺ δὲ ἀντ' ἐκείνου ὁ δῆμος αὐτὸν βασιλέα κατέστησεν. Ὁ δὲ τοὺς τε φυγάδας κατάγει, καὶ τοὺς ἀτίμους ὑπὸ τῶν Βακχιαδῶν γενομένους ἐπιτίμους πάλιν ἐποίησε· καὶ διὰ τοῦτο ἐχρήτη εἰς ὅτι βούλοιο αὐτοῖς· εἰς τε ἀποικίαν ἐξῆγε τοὺς μὴ φίλους, ὅπως ἂν ῥᾶον ἄρχοι τῶν λοιπῶν· ἐπεμψε δὲ εἰς τε Λευκάδα (7) καὶ Ἀνακτόριον, οἰκιστὰς αὐτῶν Πυλάδην καὶ Ἐχιάδην τάξας, παῖδας αὐτοῦ νόθους· τοὺς δὲ Βακχιάδας φυγαδεύσας ἐδήμευσε τὰς οὐσίας αὐτῶν. Οἱ δὲ εἰς Κέρκυραν ἀπεχώρησαν. Κύπελος δὲ Κόρινθου πρᾶως ἤρχεν, οὔτε δορυφόρους ἔχων, οὔτ' ἀποθύμιος ὧν (8) Κο-

set responsum, nulla mora interposita venit Corinthum; ubi mox inter cives quam maxime honorabatur, quum strenuus et moderatus esset, populique commodis consulere videretur in tanta reliquorum Bacchiadarum superbia et violentia. Ac magis adhuc civium amorem eo sibi conciliavit, quod Polemarchi munere ita fungebatur, ut qui unquam hunc magistratum gessissent, cunctos longe superaret. Etenim tum cetera optime egit tum vero hocce. Lex apud Corinthios obtinebat, ex qua iudicio condemnati ad polemarchum adducebantur, a quo includebantur usque dum irrogatam solvissent mulctam, cuius pars aliqua ad ipsum redibat polemarchum. Ille vero nunquam nec inclusit civem aliquem neque vinxit, sed alios dimisit praedes accipiens, pro aliis etiam ipse spondebat; omnibus autem suam mulctae partem remittebat. Unde maximo apud multitudinem favore pollebat. Ac videns Corinthios infestis esse in Bacchiadas animis, et duce destitutos cuius opera evertere regnum eorum possent, ipse sese obtulit, atque gratiam populi captabat, oraculum exponens, quo nuntiatum erat in fatis esse ab ipso Bacchiadarum imperium dissolvi; et quomodo illi propterea et olim recens natum occidere voluissent, et nunc sibi insidias pararent; at facti decreta non posse everti. Quos Corinthii sermones lubenter admittebant, Bacchiadas exosi, erga Cypselum benevoli, ex ejusque virtute spem firmam habentes prosperi successus. Tandem coacto sodalicio, Patroclidem (*Hippoclidem P.*), qui tunc regnabat legum violator virque molestus, interfecit; in cuius locum ipse statim rex a populo creatus est. Tum exules revocavit, honore a Bacchiadis imminutos in integrum restituit, eoque effecit ut ad quodvis iis uli posset. Adversantes in colonias deducendas ablegavit, quo facilius imperaret reliquis. Misit vero ad Leucadem et Anactorium condendas iisque Pyladem et Echiadem, filios spurios, praefecit. Bacchiadas in exilium eiecit ac bona eorum publicavit. Illi in Corcyram se receperunt. Cypselus vero Corinthiis imperavit clementer, nulloque se munens sa-

ὀρέγον τὰς. — 5. ἐχρηστιάζετο codex, et mox δημοφελὴς et βιβαίους. — 6. δεχόμενος] δεχόμενον codex; deinde Βακχιάδας. — 7. Λευκάδα] λευκά codex. Hasce Corinthiorum colonias Cypseli temporibus deductas esse constat e Strabone p. 452. Sec. Plutarch. De sera num. vind. c. 7, p. 552 Apollonia, Anactorium et Leucadiorum Chersonesus sub Periandro colonis frequentata sunt. Quod de novis colonis denuo missis intelligere solent viri docti. V. Raoul-Rochette *Etabl.* III, p. 352; Kruse *Hellas*, II, 2, p. 185. Cf. Müller. *Dor.* I, 117. II, 155. Bæckh. ad C. J. I, p. 58. W. Müller. De Corcyraeorum rep. p. 19 sqq. De Pylade et Echiade (num forte Echinade?) filiis altum silentium. His duobus coloniarum ductoribus addendus est tertius Cypseli filius e Strabone et Scymno Chio. Strabo X, p. 452: Κορινθιοὶ δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυπέλου καὶ Γαργάσου (γαργάσουσος 5 codd.; l. Γόργου), ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον· καὶ ἡ τε Ἀμβρακία συνώκισθη καὶ τὸ Ἀνακτόριον κτλ. Idem VII, p. 325: Αὕτη (sc. ἡ Νικόπολις)... Τόλγου (Τόργου v. l.; at Γόργου recte in Epitom.) τοῦ Κυπέλου κτίσμα. Scymnus. Ch. 453: Ἀμβρακία Κορινθίων Ἀποικὸς ἐστίν· ὤκισεν δ' ὁ Κυπέλου Λυτὴν πρότερον παῖς Γόργος. Gorgus hic item nothus Cypseli f. fuit, uti inde patet quod in fragmento nostro Cypselo quattuor filii, unus legitimus, Periander, et tres spurii fuisse dicuntur. Memoratur hic Gorgus paullo infra in fragm. 60, ubi codex pro ἦν γόργος praebet Καγόργος. Praeterea mentio ejus fit apud Aristot. Polit. V, 9, 22, ubi: Ψαμμητίχου ὁ Γορδίου τρία ἔτη ἐτυράννησεν. Hunc enim *Gordiam* non diversum esse a Gorgo Cypseli filio fratrequē Periandri docemur fragm. 60. Plutarchus in Conviv. Sap. VII, c. 17, p. 160, fratrem Periandri dicit Γοργίαν. Denique Antoninus Lib. c. 4 dicit: Τόλγον (sic mss., Γόργον correx. Westrm.) δὲ τὸν ἀδελφὸν (deb. υἱὸν) Κυπέλου κατὰ τοὺς αὐτοῦ (Κραγαλέως) χρησμούς λαὸν ἐποίκων ἀγαγεῖν εἰς Ἀμβρακίαν. Veram nominis formam esse Γόργος e duobus numis comprobatur. V. Raoul-Rochette *Annal. instit. arch.* I, p. 312. — 8. ὧν] ἦν codex. De re cf. Aristot. Pol. I. I.: Ὁ μὲν γὰρ Κύπελος δημαγωγὸς ἦν καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν διετέλεσεν ἀδορυφόρος. Alia de Cypselo declamat Sosicles ap. Herodot. I. I. De optimatum expulsionē cf. Polyæn. Strateg. V, 31, 1. Plutarch. Lys. c. 1; Dionys. Hal. A. R. III, 35; Liv. I, 32, a quibus Lacedæmonem et in Italiam abiisse dicuntur. Eo quod nostro loco traditur in Corcyram Bacchiadas profectos esse, optime explicatur bellum, quo postea Periander insulam expugnavit. V. W. Müller. De reb. Corcyr. p. 15.



ρινθίοις. Βασιλεύσας δὲ ἔτη λ' (9) ἐτελεύτησε τέσσα-  
ρας υἱοὺς καταλιπὼν, ὧν γνήσιος μὲν ἦν Περίανδρος,  
οἱ δὲ λοιποὶ νόθοι.

## 59.

Exc. De virt. : Ὅτι Περίανδρος ὁ Κυψέλου υἱὸς,  
τοῦ βασιλέως Κορινθίων, τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ πα-  
τρὸς κατὰ πρεσβείον παραλαμβάνει, καὶ ὑπὸ ὠμότητος  
καὶ βίας ἐξέτρεψεν αὐτὴν εἰς τυραννίδα, καὶ δορυφόρους  
εἶχε τριακοσίους. Ἐκώλυέ τε τοὺς πολίτας δούλους  
κτᾶσθαι, καὶ σχολὴν ἄγειν, αἰεὶ τινα αὐτοῖς ἔργα ἐξευ-  
ρίσκων. Εἰ δέ τις ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καθέζοιτο (1) ἐζημίου,  
δεδιῶς μὴ τι βουλευσίντο κατ' αὐτοῦ. Λέγεται καὶ  
ἄλλο αὐτὸν ἔργον ἄνομον ἐργάσασθαι, νεκρᾷ τῇ ἑαυ-  
τοῦ γυναικὶ μιγέντα ὑπ' ἔρωτος. Ἐστρατεύετο δὲ συν-  
εχῶς, καὶ ἦν πολεμικός· τριήρεις τε ναυπηγησάμενος  
ἀμφοτέραις ἐχρήτο ταῖς θαλάσσαις. Φασὶ δὲ τινες αὐ-  
τὸν καὶ τῶν ἐπτὰ σοφῶν γεγονέναι· τὸ δὲ οὐκ ἦν.

## 60.

Exc. De insid. : Ὅτι Περίανδρον τῷ τυράννῳ Κο-  
ρινθίων γηραιῷ ἤδη ὄντι πάντες οἱ υἱεῖς (1) ἐτελεύτη-  
σαν, ὧν Εὐαγόρας μὲν ἀποικίαν εἰς Ποτίδαιαν ἐξαγα-  
γὼν, Λυκόφρων δὲ τυραννίδα κατασκευαζόμενος παρὰ  
τοῖς περιοίκοις, Γόργος δὲ ἄρμα ἠνιοχῶν καὶ πεσῶν  
ἐπὶ τράχηλον, Νικόλαος δὲ, ὅσπερ ἐδόκει μετριώτατος  
εἶναι, ὑπὸ Κερκυραίων δολοφονηθεὶς τρόπῳ τοιῷδε.  
Περίανδρος βουλόμενος, τελευτήσαντος αὐτοῦ, μένειν τοῖς  
ἐκγόνοις τὴν ἀρχὴν καὶ λογιζόμενος ὅτι αὐτῷ μὲν ἐπι-  
θιοῖντο Κορίνθιοι (2), Νικόλαον δὲ βασιλεύοντα ἀνάσχοι-  
το διὰ τὴν ἐπιείκειαν, ἔγνω ἀποχωρήσας αὐτὸς εἰς Κέρ-  
κυραν Νικόλαῳ παραδοῦναι τὴν Κόρινθον. Αἰσθόμενοι  
δὲ (ταῦτα) Κερκυραίων τινὲς τὴν Περίανδρου γνώμην,  
καὶ ἐλευθεροῦν τὴν μητρόπολιν θέλοντες, τὸν τε Πε-  
ρίανδρον εἰ ἀφίκοιτο ὀρρωδοῦντες, συστάντες κτείνουσι  
τὸν Νικόλαον διατιώμενον παρὰ σφίσι. Ὁ δὲ Περίαν-  
δρος ἀθροίσας στρατεύμα, ἐνέβαλεν εἰς Κέρκυραν, καὶ  
τὴν πόλιν ἔλῶν ν' τοὺς αἰτίους τοῦ φόνου ἀπέκτει-  
νε, τοὺς δὲ τούτων (3) υἱέας πλείστους ὄντας ἐπεμψε

tellitio, minime Corinthiis invisus erat. Denique post re-  
gnum annorum triginta diem obiit, quattuor relictis filiis,  
ex quibus legitimus Periander, reliqui spurii erant.

## 59.

Periander Cypseli Corinthiorum regis filius ætatis privi-  
legio acceptum a patre regnum crudelitate ac violentia in  
tyrannidem vertit, quippe trecentos circa se satellites ha-  
bebat. Civibusque interdixerat, ne mancipia coemerent,  
neve in otio agerent, novitate operum quotidie eos vexabat.  
Quodsi quem forte sedentem in foro reperisset, statim mul-  
ctabat, metuens ne qua adversus se conspiratio iniretur. Aliud  
quoque nefarium facinus patrasse dicitur, amoris scilicet  
impotentia cum uxore jam mortua rem habuisse. Porro  
bellicosus erat Inprimis, crebrasque expeditiones suscipie-  
bat, ac triremibus ædificatis utrumque tenebat mare.  
Sunt qui hunc unum e septem sapientibus fuisse opinentur,  
falso tamen.

## 60.

Periandro Corinthiorum tyranno, quum jam senex es-  
set, omnes filii perierunt, Euagoras Potidæam coloniam  
deducens, Lycophron tyrannidem apud pericecos constitu-  
tus, Gorgus ex curru quem regebat decidens, frangensque  
cervicem, Nicolaus denique, qui omnium moderatissimus  
esse videbatur, a Corcyræis dolo necatus hunc in modum.  
Periander quum post obitum suum penes filios regnum ma-  
nere vellet, reputans ipsum hostiliter Corinthios aggressuros,  
Nicolauum vero regem ob moderationem facile toleraturos  
esse, ipse in Corcyram abire et Nicolao Corinthum tradere  
decrevit. Quod Periandri consilium perspicientes Corcyræi  
nonnulli, qui patriam in libertatem vindicaturi adventum  
tyranni formidabant, concursu facto, Nicolauum apud ipsos  
commorantem necarunt. Tum collecto exercitu, Periander  
in Corcyram irrupit, et capta urbe viros quinquaginta cæ-  
dis auctores obtruncavit, eorumque filios, permultos nu-

In universum de Cypselo v. Müller. *Dor.* I, p. 164 sq. — 9. Consentit Aristoteles l. I. Viginti octo annos citat  
Eusebius Chron. N. 1358.

59. *Cod. Turon.* fol. 155, 24 r. — 155, 2 vso. — Locum hunc exscripsit Suidas v. Περίανδρος. — 1. καθέζοιτο ]  
sic codex et Suid.; ἐκαθέζετο editt. De rebus cf. Ephorus (e quo sua Nicolaus hausisse putandus est) fr. 106; Aristot.  
l. I., Heraclides Polit. fr. 5; Herodot. V, 92 ibique Bæhr.; Diogen. in Vit. Periandri (I, 94 sqq.); Müller. *Dor.* I, 166  
sq. II, 73; Wagner. De Periandro. Darmstadt. 1831.

60. *Cod. Escor.* fol. 84, 1-30 vso. — 1. Quæ hoc fragmento de filiis Periandri traduntur, partim prorsus nova sunt,  
partim differunt ab iis, quæ narrat Herodotus (III, 50) et Diogenes Laertius (I, 94). Secundum hos Periander  
ex Melissa sive Lyside duos suscepit filios, Cypselum (cujus nomen unus Diogenes affert) et natu minorem Lycophronem.  
Hic propter matris cædem patri infensus e regia ejicitur; pulsus ab alia ad aliam domum confugit; deinde, vetante patre  
ne quis eum excipiat, volutatur sub porticibus. Tandem misertus pater in Corcyram juvenem ablegavit, unde postea  
senex Periander Corinthum ad regnum suscipiendum (cui alter filius, mente captus, impar erat) revocat. Sic Hero-  
dotus. Nicolai auctor de Lycophrone patri infenso ab eoque male habito similia narraverit, ita tamen ut pulsus ad pe-  
ricecos confugerit, ibique tyrannidem tyrannidi oppositurus occubuerit. Quæ reliqua Herodotus de Lycophrone exponit,  
ea Nicolaus Damascenus ad Nicolaum refert. — 2. Secundum Herodotum in Corcyram abiit Periander non propterea  
quod insidias Corinthiorum metuebat, sed quod Lycophron Corinthum proficisci volebat, nisi pater se Corcyram  
conferret. — 3. τούτων ] τούτου codex. Pueri Corcyræorum numero trecenti erant, secundum Herodot. III, 48, 2.

πρὸς Ἀλυάττην τὸν Λυδῶν βασιλέα ἐπ' ἕκτομῃ. Οἱ δὲ προσσχόντες (4) Σάμῳ ἰκέται τῆς Ἥρας ἐγένοντο, καὶ αὐτοὺς Σάμιοι αἰσθόμενοι τὸ σύμπαν ἐρρύσαντο (5). Περιάνδρος δὲ Ψαμμητίχῳ Κέρκυραν παραδούς, ὅστις ἦν Γόργου (6) μὲν υἱὸς, ἀδελφιδοῦς δὲ ἑαυτοῦ, ἐπανῆλθεν εἰς Κόρινθον.

ἽΟτι ἐκδέκτορα τῆς βασιλείας κατέλιπε (7) Περιάνδρος Κύψελον (8) τὸν Γόργου παῖδα, τοῦ σφετέρου ἀδελφοῦ, ὃς ἐκ Κερκύρας ἀφικόμενος ἐτυράννευσε Κορίνθου ἄχρι αὐτὸν συστάντες τινὲς τῶν Κορινθίων ἔκτειναν, βραχὺν χρόνον κατασχόντα τὴν τυραννίδα, καὶ τὴν πόλιν ἠλευθέρωσαν. Ὁ δὲ δῆμος τὰς τε οἰκίας τῶν τυράννων κατέσκαψε, καὶ τὰς οὐσίας ἐδήμευσεν, ἄταφόν τε ἐξώρισε τὸν Κύψελον, καὶ τῶν προγόνων τοὺς τάφους ἀνορύξας, τὰ ὅσῃ ἐξέριψεν· αὐτὸς δὲ παραχρῆμα κατεστήσατο (9) πολιτείαν τοιάνδε· μίαν μὲν ὀκτάδα (10) προβούλων ἐποίησεν, ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν βουλὴν κατέλεξε ἀνδρῶν θ'. Ζήτει ἐν τῷ Περι πολιτικῶν.

61.

Ibid. : ἽΟτι Μύρων ὁ Σικυωνίων βασιλεὺς, ἀπὸ Ὀρθαγόρου κατάγων τὸ γένος, ἦν περὶ τε τὰ ἄλλα καὶ περὶ τὰς γυναῖκας ἀκόλαστος· οὐ (1) λάθρα μόνον, ἀλλὰ καὶ φανερώς βιασάμενος ἤσχυεν· τελευτῶν δὲ καὶ τοῦ Ἰσοδήμου τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα ἐμοίχευσε. Ὁ δὲ ἡσθημένος, πρότερον μὲν ἡσύχαζεν, ἐλθόντι δὲ ἐκ Λιβύης (2) τῷ ἐτέρῳ ἀδελφῷ ἔφρασε ἀδημονῶν. Ἦν δ', ὡς φασιν, αὐτὸς μὲν ἀπλοῦς τὸ ἦθος καὶ ἄκακος, ὁ δὲ Κλεισθένης (3) δόλιος. Καί ποτε πυθθανομένου τί χρῆ ποιεῖν, αὐτὸς μὲν εἶπεν οὐδ' ἂν μίαν ἡμέραν ἀνασχέσθαι τοιαῦτα παθῶν, ἀλλὰ δι' αὐτοχειρίας αὐτὸν τὸν (4) δρᾶσαντα τιμωρήσασθαι. Ἐλεγε δὲ ταῦτα καὶ παρώξυνε τὸν Ἰσοδήμον ἐπὶ τὸν Μύρωνα, ἐπιβουλεύων τῇ

mero, ad Alyatten Lydorum regem misit, in cuius usus castrarentur. Ili vero in Samum appellentes Junonis supplices facti, et a Samiis, qui totam rem compererant, servati sunt. Periander, postquam Corcyram Psammelicho Gorgi fratris filio tradiderat, Corinthum est reversus.

Successorem regni Periander reliquit Cypselum Gorgi fratris filium, qui ex Corcyra Corinthum profectus tyrannidem per breve tempus obtinuit, donec Corinthiorum nonnulli in factionem coeuntes eum necarunt urbemque liberarunt. Populus vero domus tyrannorum solo æquavit, bona eorum publicavit, Cypselum insepultum extra fines projecit, et majorum ejus ossa e sepulcris effossa dissipavit. Ac ipse confestim rempublicam sibi constituit hunc in modum : unam octadem præsidum fecit, ex reliquis senatum elegit virorum (*quadragesima*) novem. *Quære in Exc. De rebus politicis.*

61.

Myron Sicyoniorum tyrannus, ab Orthagora genus ducens, tum in reliquis tum circa mulieres flagitiosus erat, quas non clanculum modo sed palam etiam stuprans dehonestavit. Postremo etiam Isodemi fratris uxorem adulteravit. Quod ille sentiens primum quidem quietem agebat, advenienti autem e Libya fratri alteri rem narravit ingenti affectus mœrore. Et ipse quidem, uti ferunt, simplex indole et innocuus, contra Clisthenes vir vafer erat. Quærenti quondam quid faciendum sit, Clisthenes dixit se certe ne per unum quidem diem tantam passurum contumeliam, sed sua ipsius manu ab auctore ejus pœnas fuisse repetiturum. Quibus verbis Isodemum in Myronem excitavit insidiose, tyrannide se potiturum sperans, si Myrone inter-

— 4. προσσχόντες] προσχόντες codex. Sic etiam codex Florentinus Herodoti I. I. : προσσχόντων (προσχόντων cett.) δὲ εἰς Σάμον τῶν ἀγόντων τοὺς παῖδας Κορινθίων. — 5. Præter Herodotum de his conferendi Dionysius Chalcidensis (fr. 13) et Antenor ἐν Κρητικῆς ap. Plutarch. De Her. mal. c. 22, p. 860, C. — 6. ἦν Γόργου] καγόργου codex. Cf. supra fr. 58, not. 7. — 7. κατέλιπε] κατέλειπε codex. — 8. Κύψελον] Aristoteles Pol. V, 9, 22 postremum Corinthi tyrannum diserte dicit Psammelichum Gordiæ filium. Num putemus Gorgum duos habuisse filios tum in Corcyra versantes, alterum Psammelichum, alterum Cypselum? Non credo. Nisi librarii sphalma est, Psammelichum, tyrannidem nactum, peregrinum istud nomen cum gentili familiæ permutasse putaverim. De Cypselo Periandri apud Diogenem filio, ex nostræ historiæ ratione cogitari nequit. — 9. κατεστήσατο] ἐστρατεύσατο codex. Posui verbum usitatum. Nicolaus fortasse scripsit ἐπραγματεύσατο, quod ad tradita propius accederet. — 10. ὀκτάδα] Numerus cohære videtur cum numero phylarum, quæ olim apud Corinthios obtinuerant, et sublata tyrannide, una cum aliis præcis institutis instauratæ fuerint. Suidas v. πάντα ὀκτώ : ... οἱ δὲ ὅτι Ἀλήτης κατὰ χρησμὸν τοὺς Κορινθίους συνοικίζων ὀκτὼ φυλὰς ἐποίησε τοὺς πολίτας, καὶ ὀκτὼ μέρη τὴν πόλιν. In seqq. numerus ἀνδρῶν θ' aperte corruptus est; fortasse fuit ο' vel μθ'. Ceterum quæ de Corinthiorum reip. ratione comperta habemus, vide ap. Müller. Dor. II, p. 151 sq. Verba Ζήτει.. πολιτικῶν in codice male (ex margine) transposita leguntur in fine paginæ post verba : ἀπὸ Ὀρθαγόρου κατάγων τὸ γένος.

61. Cod. Escor. fol. 94, 30 vso — 85, 4 vso. De iis quæ h. fr. traduntur aliunde non constat. Pauca illa, quæ de Orthagoridarum tyrannide nota sunt, vide apud Müller. Dor. I, p. 161-164. Herodotus VI, 126 stemma exhibet hoc : Andreas (qui filius Orthagoræ fuisse debet); hujus filius Myron; hujus f. Aristonymus; hujus f. Clisthenes. Quod cum nostris minime quadrat, adeo ut in his sicuti in Corinthiacis diversos plane fontes Nicolaus (sive Ephorus) et Herodotus adhibuisse debeant. Ceterum Clisthenem non successionis serie, sed vi tyrannidem obtinuisse, colligi etiam ex Aristotele potest, qui ita habet Polit. V, 10, 3 : Μεταβάλλει δὲ καὶ εἰς τυραννίδα τυραννίς, ὡσπερ ἡ Σικυῶνος ἢ τοῦ Μύρωνος εἰς τὴν Κλεισθένης. Ubi brevis temporis, quo tyrannis erat penes Isodemum, qui Clisthene suasore Myronem interfecit, rationem Aristoteles non habuit. — 1. Malim supplere : [ἄς] οὐ. — 2. Λιβύης] λυβύης cod. — 3. Κλεισθ.] Κλεισθένης cod. h. I. et infra; bis tamen recte scribitur Κλεισθένης. — 4. αὐτὸν τὸν] τὸν supplevi. —

τυραννίδι, τοῦ μὲν ἀποθανόντος, τοῦ δὲ θύειν τοῖς θεοῖς οὐκ ἂν (5) ἔτι δυναμένου διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ. Ὅπερ ἐδήλωσεν. Ὡς γὰρ ὁ Ἰσοδῆμος ἔκτεινε τὸν Μύρωνα ζ' ἔτη τυραννεύσαντα, εὐρών ἐπὶ τῇ γυναικί, καὶ πρὸς τὸν Κλεισθένη ἔφρασε μέγα στενάζας, ἐκείνος συνάχθεσθαι ἀμφοτέροις ἔφη, τῷ μὲν θανόντι, ὅτι ὑπὸ τῶ ἀδελφοῦ πάθοι ταῦτα, ἐκείνῳ δ' αὖ, ὅτι τὸν ἀδελφὸν κτείνας, οὐκ ἂν ἔτι δύναίτο (6) τοῖς θεοῖς θύειν, ἀλλὰ δεῖν ἕτερον τοῦτο ποιεῖν. Ὁ δ' ἵνα μὴ τῆς ἀρχῆς διὰ τοῦτ' ἐκπέσοι, πεισθεὶς ἀληθῆ λέγειν αὐτὸν, ἐνιαυτὸν διαλιπὼν προσεῖλετο κοινωνόν. Καὶ ὁ μὲν τοῦθ' ὅπερ ἐτέχναζεν κατειργάσατο διὰ τὴν εὐθύθειαν ἐκείνου, καὶ ἀμφοτέροις Σικυῶνος ἤρχον. Πολὺ μὲντοι μᾶλλον Κλεισθένει προσεῖχον οἱ ἄνθρωποι, ἅτε φοβερωὶ ὄντι καὶ δραστηρίῳ, καὶ οἱ ἐκείνου φίλοι τούτῳ προσεχώρουν. Τελευτῶν δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς τὸν Ἰσοδῆμον ἀπεστέρησε τοιόνδε τι τεχνάσας. Ἦν τις Χαϊρέδημος, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν Ἰσοδήμου φίλος. Οὗτος ὄρων τὸν Κλεισθένη ἐργασμιώτερον, προσίων περὶ φιλίας διελέγετο. Πολλὰ δὲ ὑπισχνουμένου, Κλεισθένης ἐκέλευσεν αὐτὸν εἰς πίστιν ὦν (7) ἔφη παρελθόντα Ἰσοδήμῳ παραινεῖν ἀπειναυτίσαι διὰ τὸν φόνον, ὅπερ ἔθος ἦν ποιεῖν, ὡς καὶ θύειν αὐτῷ (καὶ) τὰ ἱερὰ ἐξέσται κεκαθαρμένῳ (8), καὶ τοῖς ἐκείνου παισὶν ἄρχειν· εἰ δὲ μὴ, ἔνοχον ὄντα χαλεπῶς μὲν αὐτὸν ἐμμενεῖν τῇ τυραννίδι, χαλεπῶς δὲ ἐγγόνις λείπειν. Ταῦτα λέγοντα ὁ Χαϊρέδημος ἐδέξατο, καὶ τῷ Ἰσοδήμῳ συνεβούλευε, μεταστῆναι ἐπ' ἐνιαυτόν. Ὁ δὲ οἷα ἀνὴρ ἄκακος, πεισθεὶς ἐπ' εὐνοίᾳ λέγειν αὐτὸν, ἀπεχώρησεν εἰς Κόρινθον, παραδοὺς Κλεισθένει τὴν τυραννίδα. Ὁ δὲ παραχρῆμα ἐξελθόντος διέβαλλεν ὡς μετὰ τῶν Κυψελιδῶν οἱ ἐπιβουλεύοντα, ὅπως ἂν μόνος ἄρχοι. Καὶ διὰ τοῦτο στρατεύμα ὀπίστας ἐξεῖργε κατιόντα, καὶ αὐτὸς ἐτυράννει, βιαϊότατος ὦν τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ ὠμότατος, καὶ βοηθείας πολλοῖς ἐκπέμπων, ὡς ἂν ἔχοι συμμάχους. Κατασχὼν δὲ τὴν ἀρχὴν ἓν καὶ λ' ἔτη (9) ἐτελεύτησεν.

62.

Exc. De virt. : Ὅτι Μάγνης ἦν ἀνὴρ Σμυρναῖος, καλὸς τὴν ἰδέαν εἴ τις καὶ ἄλλος, ποιήσει τε καὶ μουσικῇ δόκιμος. Ἦσκητο δὲ καὶ τὸ σῶμα διαπρεπεῖ κόσμῳ, ἀλουργῆ (1) ἀμπεχόμενος, καὶ κόμην τρέφων χρυσοῦ στροφίῳ (2) κεκορυμβωμένην· περιήει τε τὰς πόλεις ἐπιδεικνύμενος τὴν ποίησιν. Τούτου δὲ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἤρων, Γύγης δὲ μᾶλλον τι ἐφλέγετο, καὶ αὐτὸν εἶχε παιδικά. Γυναϊκάς γε μὴν πάσας ἐξέμηνεν, ἔνθα ἐγένετο ὁ Μάγνης (3), μάλιστα δὲ τὰς Μαγνήτων, καὶ συνῆν αὐταῖς. Οἱ δὲ τούτων (4) συγγενεῖς, ἀχθόμενοι

fecto Isodemus fratris cæde pollutus sacra agere non posset. Idque mox manifestum fecit. Nam quum Isodemus Myronem, qui septem tunc annos regnaverat, in adulterio cum uxore deprehensum occidisset, eamque rem multo cum gemitu Clistheni narraret, ille utriusque vicem se dolere ait, interfecti, quod a fratre hæc passus esset, alterius, quod post fratricidium sacra offerre amplius non posset, sed alius pro eo hoc facere deberet. Isodemus igitur ne propterea regno excideret, vera fratrem dixisse persuasus, post anni spatium socium sibi assumpsit. Atque sic ille quod molitus erat, ob fratris stultitiam assecutus est; et ambo Sicyone regnarunt. Ceterum multo magis ad Clisthenem, utpote tremendum strenuumque, homines attendebant, ad eumque Isodemi amici transibant. Postremo etiam regno Isodemum spoliavit tale quid machinatus. Erat quidam Charidemus, e civibus unus, Isodemi familiaris. Is quum videret Clisthenem virum operosiorē esse, accedens ad eum de amicitia verba fecit. Multa illo pollicente, Clisthenes jussit eum ad fidem promissis conciliandam Isodemum hortari, ut propter cædem per anni tempus exularet, quo scilicet purgato deinceps sacra facere, filiisque in regno ipsi succedere liceret. Si minus, ipsum piaculo obnoxium tyrannidem haud facile sustinere, neque filiis facile regnum relinquere posse. Hæc proponentem Charidemus approbavit, et Isodemo suadebat ut per annum alio se conferret. Ille, utpote ab omni malitia alienus, benevolentiae esse consilium ratus, tradita Clistheni tyrannide Corinthum abiit. At vix profectum statim Clisthenes calumniari cœpit, quippe qui cum Cypselidis insidias sibi strueret, ut solus regnaret. Eoque prætextu exercitum instruens redeuntem arcebat solusque tyrannidem exercebat prædecessorum longe violentissimus et crudelissimus. Idem auxilia multis, quo socios sibi adjungeret, misit. Tandem post regnum annorum triginta et unius vita defunctus est.

62.

Magnes erat quidam Smyrnæus vir, et formæ decore et poesi ac musica conspicuus. Idem eleganti ornatu formam corporis augebat: quippe purpurea amictus veste, et coma, quam promissam alebat, aureo strophio in altum collecta urbes circuibat, carmina sua publice recitans. Hujus amore, quum alii multi, tum Gyges maxime ardebat, habebatque eum in deliciis. Sed et omnes, ubicumque erat, mulieres, ac præcipue Magnetum feminas in amorem sui rapiebat Magnes, earumque concubitu utebatur. At mulierum pro-

5. οὐκ ἂν] οὐδὲν cod. — 6. δύναίτο] δύναιντο cod. — 7. ὦν ἔφη] ὄν ἔφη cod. In proxime antecedentibus pro ἐργασμιώτερον scr. videtur ἐργαστικώτερον. — 8. κεκαθ.] αὐτῷ καὶ τὰ ἱερὰ ἐξέσται καὶ κεκαθ. cod.; deinde καὶ τοῖς μὲν ἐκείνου, sed expruneta voce μὲν. Mox ἐμμένειν codex. — 9. ἔτη] vocem supplevi.

62. Cod. Tur. fol. 155, 2-17 vsq. Eadem Suidas v. Μάγνης et ex parte v. στρόφιον. κόρυμβοι. ἀλουργίς. — 1. ἀλουργῆ] ἀλουργεῖ cod. — 2. στροφίῳ] στρόφῳ codex et Suidas. De corymbo v. Creuzer. ad Xanth. fragm. p. 235; Muller. Dor. II, p. 271. — 3. Μάγνης] Μάρις cod.; idem in sqq. Μάγνης. — 4. τούτων] Valesius. τούτου codex et Suidas.

ἐπὶ τῇ αἰσχύνη, πρόφασιν ποιησάμενοι, ὅτι ἐν τοῖς ἔπεσιν ἦσεν ὁ Μάγνης Λυδῶν ἀριστείαν ἐν ἵππομαχίᾳ πρὸς Ἀμαζόνας, αὐτῶν δὲ οὐδὲν ἐμνήσθη, ἐπαίξαντες περικατέρρηξάν τε τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὰς κόμας ἐξέχειραν, καὶ πᾶσαν λώβην προσέθεσαν. Ἐφ' οἷς ἤλγησε μάλιστα Γύγης, καὶ πολλάκις μὲν (5) εἰς τὴν Μαγνήτων γῆν ἐνέβαλε, τέλος δὲ καὶ (6) χειροῦται τὴν πόλιν (7), ἐπανελθὼν δὲ εἰς Σάρδεις, πανηγύρεις ἐποιήσατο μεγαλοπρεπεῖς.

63.

Ibid. : Ὅτι Σαδυάττης ὁ Λυδῶν βασιλεὺς, Ἀλυάττεω παῖς (1), ἦν μὲν τὰ πολέμια γενναῖος, ἄλλως δὲ ἀκόλαστος. Καὶ γὰρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν, γυναῖκα Μιλήτου, ἀνδρὸς δοκίμου, καλέσας ἐφ' ἱερὰ, βία ἤσχυνε, καὶ τὸ λοιπὸν αὐτὴν ἴσχει γυναῖκα. Ὁ δὲ Μίλητος ἦν Μέλανος τοῦ Γύγου γαμβροῦ ἀπόγονος. Δυσανασχετῶν δ' ἐπὶ τούτοις, φεύγων ὄχρητο εἰς Δασχύλιον. Σαδυάττης δὲ κάχεῖθεν αὐτὸν ἐξέωσεν. Ὁ δὲ ἀπεχώρησεν εἰς Προκόννησον (2). Σαδυάττης δὲ ὀλίγον ὕστερον ἔγημεν ἑτέρας δύο γυναῖκας ἀλλήλαις ἀδελφάς, καὶ ἴσχει παῖδας, ἐκ μὲν τῆς Ἀττάλην, ἐκ δὲ τῆς Ἀδραμυν νόθους (3), ἐκ δὲ τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς γνήσιον Ἀλυάττην.

64.

Ibid. : Ὅτι Ἀλυάττης ὁ Σαδυάττεω υἱὸς, βασιλεὺς Λυδῶν, ἕως μὲν νέος ἦν, ὑβριστὴς ἦν καὶ ἀκόλαστος.

pinqui, quum hujusmodi infamiam ægre ferrent, præcedentes, quod Magnes, qui in suis carminibus Lydorum fortitudinem in equestri adversus Amazonas prælio cecinisset, nullam Magnetum mentionem fecerat, impetu facto vestem ejus disciderunt, comam raserunt, omnique acerbitate eum commulcarunt. Quam ob rem indignatus Gyges in agrum Magnesiorum frequenter irrupit, tandemque urbem cepit. Reversus autem Sardes, ludos edidit magnifico apparatu.

63.

Sadyattes Alyattis filius, Lydorum rex, erat ille quidem in bello fortissimus, sed alioquin intemperans. Namque sororem suam, nuptam Mileto, viro clarissimo, per speciem sacrificii accitam constuprasset per vim dicitur, eamque deinceps uxoris loco habuisse. Erat autem Miletus Melanis nepos ejus, qui Gygis gener fuerat. Qui quum eam injuriam ferre non posset, fugit Dascylium; unde postea a Sadyatte expulsus, Proconnesum se recepit. At Sadyattes paullo post alias duas, et quidem sorores ambas matrimonio sibi sociavit, quarum ex altera Attalem, ex altera Adramyn nothos suscepit; ex sorore autem sua filium legitimum sustulit Alyattem.

64.

Alyattes Sadyattis filius, Lydorum rex, in adolescentia quidem petulans fuit ac libidinosus; sed in virilem ætatem

— 5. μὲν ] deest in editt.; habet codex et Suidas. — 6. καὶ ] addidi e Suida. — 7. Utrum Magnesia ad Sipylum, an Magnesia ad Mæandrum sita sit intelligenda, non satis liquet. De hac si cogitavit auctor, putari possit τὰ Μαγνήτων κακὰ, quorum Archilochus ap. Strabon. XIV, p. 647 meminit, ea esse quæ a Gyge capta urbs perpressa sit. Etenim Cæsar (De carmin. elegg. p. 59 sqq.) et cum eo Westermannus De Callisthen. p. 37 Magnesiam eversam esse a Tretribus statuunt ea expeditione Cimmericorum, in qua sec. Herodotum (I, 6. 15), postremis Ardyis regis temporibus (c. Ol. 36, 4 vel 37, 1), Sardes captæ sunt. Jam vero quæ de Archilochi temporibus comperta habemus, non admittunt ut Parus poeta illud casum anteriorem esse referenda. Ceterum omnia hæc incertissima sunt, neque admodum probabilia. Tempus quod Magnesiae eversioni assignant in mera positum conjectura. Deinde Archilochi verba: Κλαίω τὰ Θασίων οὐ τὰ Μαγνήτων κακὰ aptissime referuntur ad notum illud Magnetum infortunium, quod in proverbium abiit, et ante Archilochi ævum accidisse potest. Nec deest testimonium. Nam Plinius H. N. VII, 39: *Candaules rex, ait, Bularchi picturam Magnetum excidii haud mediocris spatii, pari pendit auro*. Hæc e Pseudoxantho fluxisse olim statui cum Creuzero et Welckero. Vix recte. Nam Xanthus Caudaulis loco ponit Sadyatten, ut ex Nicolao discimus. Sed quancumque faciendæ sint, quæ Plinius de pictura Bularchi tradit, nihil video, cur de Magnesia Caudaulis vel prioribus temporibus eversa dubitemus. Apud Xanthum Nicolai sub Caudaule et proxime antecedentibus regibus nulla fit belli mentio. Contra Ardyis Heraclida triginta millia equitum collegisse dicitur. Is igitur bellum gessisse aliquod videtur. Jam Orosius I, 21 ita habet: *Anno ante urbem conditam tricesimo (782 a. C.)... Amazonum gentis et Cimmericorum in Asiam repentinus incursus diu lateque vastationem stragemque edidit*. Annus vero 782 aperte incidit in annos 70, per quos Ardyis regnasse perhibetur. Facilis igitur conjectura est tunc Magnesiam esse eversam. Quod si statuas, nihil impedit quin Callini poetæ tempore (sub Gyge et Ardye rege), sive is Archilocho paullo junior vel paullo antiquior fuerit, vires jam recuperaverit Magnesia, adeo ut bellum contra Ephesios gerere posset (Strabo XIV, p. 647). *Amazones* apud Orosium intelligendi sunt de copiis Sacarum Scytharumve. Ac nescio an ista Lydorum contra Amazonas ἀριστεία, quam cecinit Smyrnæus rhapsodus neglecta Magnesiorum mentione, ad ipsum illud bellum quod contra Scythas Lydi sub Ardye rege gesserunt, sit referenda.

63. *Cod. Tur. fol. 155, 17-27*. Quæ fr. 63 et 64 leguntur brevius exhibet Suidas: Ἀλυάττης (deb. Σαδυάττης), Λυδῶν βασιλεὺς, ὅς ἦν μὲν τὰ πολέμια γενναῖος, ἄλλως δὲ ἀκόλαστος· καὶ γὰρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν ἤσχυνε. — 1. Ἀλυάττεω παῖς ] Sadyattes sec. Herodotum I, 16, Ardyis filius fuit; adeo ut excerptor noster errasse possit videri. Sororem Sadyattis *Lyden* vocat Xenophilus apud Anonym. De clar. mulierib. c. 8. — 2. Προκ. ] Προκόννησον cod. — 3. Ab his Sadyattis filiis Xanthus dixerit Attaliam et Adramyttium urbes conditas esse. Aliter Stephanus Byz.: Ἀδραμύτειον... κέκληται ἀπὸ Ἀδραμύτου κτιστοῦ, παιδὸς μὲν Ἀλυάττου, Κροίσου δὲ ἀδελφοῦ, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν Πολιτείαις καὶ ἄλλοι. Τινὲς δὲ ἀπὸ Ἐρμῶνος τοῦ Λυδῶν βασιλέως. Apud Xanthum Cræsus jam præfectus Adramyttii urbis fuisse dicitur (fr. 65).

64. *Cod. Tur. fol. 155, 27-31 vsq.* Suidas l. l.: Ἐγέννησε δὲ (sc. Sadyattes) Ἀλυάττην, ὅστις ἕως μὲν νέος ἦν ὑβριστὴς

ἐκβάς δὲ εἰς ἄνδρα (1), σωφρονέστατος καὶ δικαιοτάτος. Ἐπολέμησε δὲ Σμυρναίους, καὶ εἶλεν αὐτῶν τὸ ἄστυ.

65.

Ibid. : Ὅτι Ἀλυάττης ὁ Κροῖσου πατήρ, τοῦ Λυδῶν βασιλέως, ἐπὶ Καρίαν στρατεύων, περιήγγειλε (1) τοῖς ἑαυτοῦ στρατὸν ἄγειν εἰς Σάρδεις ἐν ἡμέρᾳ τακτῇ, ἐν οἷς καὶ Κροῖσω, ὅστις ἦν αὐτοῦ πρεσβύτατος τῶν παίδων, ἄρχων (2) ἀποδεδειγμένος Ἀδραμυττίου τε καὶ Θήβης πεδίου. Ὁ δὲ, ὡς φασιν, ὑπὸ ἀκολασίας οὐχ οἷός τε ἦν, καὶ πως διεβέβλητο πρὸς τὸν πατέρα. Βουλόμενος δὲ ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ ἀπολύσασθαι τὰς αἰτίας, καὶ ἀπορῶν ὁπόθεν μισθώσαιτο ἐπικούρους (μισθωτοῖς γὰρ ἐχρῶντο), ἦλθεν ἐπὶ Σαδυάττην τὸν ἔμπορον (3), πλουσιώτατον Λυδῶν ὄντα, δανείζεσθαι βουλόμενος. Ὁ δὲ αὐτὸν πρῶτον μὲν (4) ἀναμένειν ἐκέλευσε πρὸ τῶν θυρῶν, ἄχρι λούσεται· μετὰ δὲ, ἐντυγχάνοντι ἀποκρίνεται, ὅτι πολλοὶ παῖδες εἶεν Ἀλυάττη, οἷς πᾶσιν εἰ δεήσοι αὐτὸν ἀργύριον δίδόναι, οὐκ ἐξαρκέσει· οὐκ οὖν δοῦναι δεομένῳ. Κροῖσον δὲ, ἀποτυχόντα τάνθρώπου, εἰς Ἐφεσον ἀφικέσθαι κατὰ ζήτησιν ἀργυρίου. Καὶ τότε μὲν εὐξασθαι τῇ Ἀρτέμιδι, εἰ βασιλεύσει, τὸν οἶκον ἅπαντα καθιερῶσιν τοῦ ἔμπορου. Ἦν δὲ τις Κροῖσω φίλος, ἀνὴρ Ἴων, ὄνομα Παμφάης (5), υἱὸς Θεοχαρίδου εὖ μάλα εὐπόρου. Οὗτος ὄρων τὴν Κροῖσου σπουδὴν, ἐδεήθη τοῦ πατρὸς χιλίους στατῆρας δοῦναι οἱ πάσῃ μηχανῇ· τυχὼν δὲ παρ' αὐτοῦ, δίδωσι Κροῖσω. Ἄνθ' ὧν μέγαν τε αὐτὸν Κροῖσος ὑστερον ἐποίησε, βασιλεὺς γενόμενος, καὶ εἰς τὴν ἀκρόπολιν εἰσαγαγὼν ἄμαξαν αὐτῷ ἔδωκε μεστὴν χρυσοῦ· τὸν δὲ τοῦ ἔμπορου οἶκον Ἀρτέμιδι καθιέρωσε, καὶ αὐτὰ τὰ θεμέλια ἀποδόμενος διὰ τὴν εὐχὴν, ὡς μηδὲν λείποιτο. Ὁ δὲ Κροῖσος τοὺς χιλίους λαβὼν χρυσοῦς, στρατεύματά τε ἤγειρε, καὶ πρῶτος εἰς τὴν κυρίαν ἡμέραν ἄγων ἔδειξε τῷ πατρὶ, καὶ συνεισέβαλεν εἰς τὴν Καρίαν. Κρείττων δὲ (6) ἐξ ἐκείνου τοῦ ἔργου τῶν αὐτὸν διαβαλλόντων γίνεται.

66.

Περὶ Κύρου βασιλέως Περσῶν, καὶ περὶ μεταστάσεως τῆς τῶν Μήδων βασιλείας εἰς Πέρσας.

Ὅτι ἐν τῇ Ἀσίᾳ τελευτήσαντος τοῦ Μήδων βασιλέως, ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν Ἀστυάγης ὁ παῖς, ὄντινα

progressus summa cum modestia et æquitate vixit. Idem Smyrnæis bellum intulit, tandemque oppidum expugnavit.

65.

Quum Alyattes, Cræsi Lydorum regis pater, bellum Caribus inferre vellet, præfectis suis, inter quos et Cræso, natu maximo, qui Adramyttio ac Thebes campo præfectus erat, mandavit, ut singuli præstituta die copias adducerent Sardes. At Cræsus præ intemperantia segnis admodum et alioqui sinistra apud patrem fama erat. Sed quum eo in tempore liberare se infamia ac suspicione vellet, ceterum careret pecunia qua conducere milites posset (mercenario enim milite utebantur), Sadyattem mercatorem fœnerandi gratia adiit, virum totius Lydiæ opulentissimum. Qui primum quidem Cræsum pro foribus opperiri, donec lavisset, jussit; deinde postulanti responsum dedit: Alyatti plures liberos esse, quibus omnibus si mutuam pecuniam dare opus sit, haudquaquam se suffecturum. Ita Cræsus repulsam passus, Ephesum ad conquirendam pecuniam abscessit. Et tum quidem Dianæ vovisse dicitur, si quando regnum adeptus esset, cuncta se mercatoris bona ei consecraturum. Ceterum Pamphaes quidam erat Ephesi Theocharidæ filius, viri apud Iones ditissimi, qui quum Cræsi amicus esset, ejusque studium ac necessitatem intelligeret, omni ope a patre contendit, sibi ut mille aureos dare vellet. Quos quum impetrasset, statim Cræso tradidit. In cujus beneficii gratiam postmodum Cræsus regnum consecutus, magnopere eum auxit atque ornavit, et in arcem introducto plenum auro plastrum ei largitus est. Mercatoris autem illius bona Dianæ sacravit, prout voverat, ipso etiam ædium solo divendito, ne quid reliquum superesset. Interim Cræsus, acceptis mille aureis, copias conduxit, ac præfinita die primus ad patrem perduxit, cumque eo in Cariam est profectus. Cujus facinoris causa exinde calumniatoribus suis superior fuit.

66.

*De Cyro Persarum rege et de Medorum imperio ad Persas translato.*

In Asia Medorum rege (*Astibara*) defuncto, in regnum successit filius Astyages, qui post Arbacem omnium fortis-

ἦν καὶ ἀκόλαστος, ἐκβάς δὲ εἰς ἄνδρα σωφρονέστατος καὶ δικαιοτάτος. Ἐπολέμησε δὲ Σμυρναίους, καὶ εἶλε τὸ ἄστυ. Ex eodem Xantho sua hausert Xenophilus ap. Anon. De mul. c. 8, ubi vide. — 1. ἄνδρα] ex Suidæ cod. A; ἄνδρας codex.

65. Cod. Tur. fol. 155, 31 verso — 156, 26 r. — Suidas l. 1. : Οὗτος (Ἀλυάττης) δὲ γεννᾷ τὸν Κροῖσον. Στρατεύσας δὲ ἐπὶ Καρίαν περιήγγειλε τοῖς αὐτοῦ στρατὸν ἄγειν εἰς Σάρδεις, ἐν οἷς καὶ Κροῖσω, ὅστις ἦν αὐτοῦ πρεσβύτατος τῶν παίδων, ἄρχων ἀποδεδειγμένος Ἀδραμυττίου τε καὶ Θήβης πεδίου. \*\* Ἀλυάττου πολιορκουῦντος Πρίηνην φησίν. Postrema hæc mutila in nostris Excerptis non leguntur. Neque sunt apud Suidam v. Κροῖσος : Κροῖσος, Λυδῶν βασιλεὺς, ὃς τὸ πρότερον ἄρχειν ἔλαχεν Ἀδραμυττίου καὶ Θήβης πεδίου. Στρατεύσαντος δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐπὶ Καρίαν περιήγγειλε τοῖς ἑαυτοῦ κτλ. — 1. περιήγγειλε] παρήγγειλε Coray e vulgata apud Suidam lectione; verum Suidæ codd. A B recte præbent περιήγγ. — 2. ἄρχων] e Suida; ἀρχὴν cod. Ex eodem Suida addidi τε post Ἀδραμ. — 3. ἔμπορον] sic Suidas; ἔπαρχον l. 1. codex, sed infra ἔμπορον. Pro Σαδυάττην Suidas habet Ἀλυάττην. — 4. μὲν] codex et Suidas; deest in editt. — 5. Ἴων... υἱὸς] Suidas corrupte Ἰωνόνος υἱός. Cf. Ælian. V. H. IV, 27 : ὅτι Παμφάης ὁ Πριηνεὺς Κροῖσω τῷ Λυδῷ, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ περιόντος, τριάκοντα μνᾶς ἔδωκ' ἔδωκε. Παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν, μεστὴν ἄμαξαν ἀργυρίου ἀπέπεμψεν αὐτῷ. — 6. δὲ] τε codex.

66. Cod. Escor. fol. 85, 8 r. — 91, 8 r. De iis quæ in hoc fragmento leguntur, Photius in Excerptis Ctesisæ (fr. 29, 2)

μετὰ Ἀρβάκην λόγος ἔχει γενναιότατον γεγονέναι. Ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ἡ μεγάλη γίνεται μεταβολή, καθ' ἣν εἰς Πέρσας ἐκ Μήδων περιῆλθεν ἡ ἀρχή, δι' αἰτίαν τοιάνδε. Νόμος ἐγένετο ἐν Μήδοις, ὅστις πένης τροφῆς ἕνεκα προσίη (1) ἀνδρὶ εὐπόρῳ, ἑαυτὸν διδοὺς ὅπως τρέφοιτό τε καὶ ἀμπέχοιτο, ἴσα καὶ δοῦλον (2) νομίζεσθαι ἐκείνου· ἦν (3) δὲ μὴ παρέχοι ταῦτα ὁ λαβὼν, ἐξεῖναι παρ' ἄλλον ἀποχωρεῖν. Προσέρχεται δὴ τις μειρακίσκος, ὄνομα Κῦρος, Μάρδος γένος, θεράποντι βασιλείῳ, ὃς ἦν ἐπὶ τοῖς καλλύνουσι τὰ βασίλεια. Ἦν δὲ ὁ Κῦρος Τοσατραδάτου (4) παῖς, ὅστις ἐλήστευεν ὑπὸ πενίας. Ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ, Ἀργόστη (5) ὄνομα, ἡ Κύρου μήτηρ, αἰπολοῦσα ἔζη. Ἐκδίδωσιν οὖν αὐτὸν (6) ὁ Κῦρος ἐπὶ τὸ τρέφεσθαι τῷ ἀνδρὶ, καὶ ἐκάλλυνε τὰ βασίλεια (7), καὶ ἦν ἐπιμελής. Βελτίῳ οὖν αὐτῷ στολὴν ὁ ἐπιστάτης δίδωσι, καὶ ἐκ τῶν ἔξω εἰσήγαγεν εἰς τοὺς ἔσω καλλύνοντας παρὰ βασιλεῖ, καὶ τῷ τούτων ἐπιστάτῃ συνίστησι. Χαλεπὸς δ' ἦν οὗτος καὶ ἐμαστίγου πολλάκις Κῦρον· καὶ ὃς ἀφίσταται παρὰ τὸν λυchnοφόρον· κακείνος αὐτὸν ἀγαπᾷ (8), καὶ προσάγεται πλησίον βασιλέως, ἵν' ἐν τοῖς λυchnοφοροῦσιν αὐτῷ εἴη. Εὐδοκιμῶν δὲ καὶ ἐν τούτοις μετῆλθε παρὰ Ἀρτεμβάρην (9), ὅστις τῶν οἰνοχόων ἐπεστάτης, καὶ αὐτὸς βασιλεῖ ὄρεγε πιεῖν τὴν φιάλην. Ὁ δὲ αὐτὸν προθύμως δέχεται, καὶ οἰνοχοεῖν κελεύει τοῖς δημοτραπέζοις βασιλέως. Οὐ πολλοῦ δὲ χρόνου ἐπεὶ ἑώρα αὐτὸν Ἀρτεμβάρης (10) εὖ καὶ ἐπιστρεφῶς διακονοῦντα καὶ τὴν φιάλην εὐσχημόνως ἐπιδιδόντα, πυνθάνεται βασιλεὺς Ἀρτεμβάρου ὀπίθην εἶη ὁ νεανίσκος. « Ὡς καλῶς οἰνοχοεῖ. » Ὁ δ' εἶπεν· « Ὡς δέσποτα, σὸς δοῦλος, Πέρσης γένος, ἐκ τῶν Μάρδων, τροφῆς δὲ χάριν ἑαυτὸν δεδωκώς μοι. » Ἦν δὲ ὁ Ἀρτεμβάρης πρεσβύτης· καὶ ποτε δεῖται βασιλέως, ἐπεὶ ἐπύρεξε, μεθεῖναι αὐτὸν εἰς οἶκον ἔστ' ἂν ὑγιάνη. « Ἀντὶ δ' ἐμαυτοῦ, ἔφη, ὁ νεανίσκος ὅδε (Κῦρον λέγων), ὃν σὺ ἐπαινεῖς, οἰνοχοήσει· υἱὸν δ' αὐτὸν κάγω ποιήσομαι, εὐνοῦχος ὢν, εἴ σοι τῷ δεσπότη οἰνοχοῶν καταθύμιος γένοιτο. » Ταῦτα ἐπῆνει ὁ Ἀστυάγης· καὶ ὁ μὲν ἀπελύετο, πολλὰ ἐντειλάμενος Κῦρῳ, καὶ φιλοφρονησάμενος ὡς ἂν υἱῷ. Ὁ δὲ παρεστῶς βασιλεῖ τὴν τε φιάλην ἐδίδου καὶ ὠνοχόει νύκτα καὶ ἡμέραν, ὑπέφαινε τε πολλὴν σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν. Ὁ δ' Ἀρτεμβάρης ἐκ τῆς νόσου ταύτης θνήσκει υἱοποιησάμενος τὸν Κῦρον. Δίδωσιν οὖν αὐτῷ ὁ Ἀστυάγης, ὡς ἂν υἱεῖ (11), τὸν σύμπαντα βίον Ἀρτεμβάρει καὶ ἄλλα πολλὰ δῶρα· μέγας τε ἦν καὶ ὄνομα αὐτοῦ πάντῃ διεφέρετο.

simus fuisse traditur. Eo regnante magna ista accidit rerum conversio, qua a Medis ad Persas imperium devenit ob causam hujusmodi. Lex apud Medos obtinet, ex qua pauper qui victus causa ad virum divitem accedit eique se tradit, ut nutriatur et amiciatur, eodem quo servus loco habetur. Quodsi dominus hæc non præstat, licet illi ad alium se conferre. Ea igitur conditione puer quidam, Cyrus nomine, genere Mardus, ad ministrum regium accedit, qui mundantibus palatium erat præfectus. Cyrus filius erat Tosatradatæ (*Atradatæ*), qui ob paupertatem latrocinium exercebat. Uxor ejus Argoste, mater Cyri, capras pascendo vitam sustentabat. Cyrus itaque quum ad victum quærendum viro isti se elocasset, regiam mundabat, multamque ostendebat diligentiam. Splendidiorē igitur vestem ei præfectus dat, et ab iis qui extera palatii curabant, ad eos qui intus apud regem mundabant, introducitur, horumque præfecto subjungitur. Is vero severus erat ac sæpenumero Cyrum flagellabat. Quare hoc relicto Cyrus ad lampadariū transiit, qui amore eum prosequitur et ad regem propius adducit, iis qui lucernas præferunt accensens. Et quum inter hos quoque probaretur, deinde transiit ad Artembarem, qui pincernis erat præfectus atque ipse regi phialam ad bibendum porrigebat. Is libenter Cyrum admittit et sociis mensæ regiae infundere jubet. Nec multo post quum Astyages scite et dextre ministrantem phialamque decore admodum porrigentem videret, quærit ex Artembare rex, unde esset juvenis ille, qui tam egregie pincernæ munere fungeretur. Cui ille, « O domine, respondit, servus tuus est, Persa genere, Mardis oriundus, qui victus causa se mihi dedit. » Ceterum Artembares jam senex erat, et quondam, quum febris laboraret, e rege petivit, ut domum se dimitteret donec recuperasset valetudinem. « Interim, inquit, pincernam pro me agat juvenis hic (Cyrum dicebat), quem tu collaudas, quemque ego, qui eunuchus sim, pro filio adoptabo, si tibi, domino meo, id gratum fuerit. » Comprobavit hoc Astyages. Ille vero abscessit multa Cyro demandans comiter et benevole, quasi filio suo. Igitur lateri regis adstans Cyrus phialam porrigebat et vinum infundebat diu noctuque, ac multam modestiam ostendebat et virtutem. Artembares autem e morbo moritur, postquam Cyrum testamento filium sibi instituerat. Quare Astyages ei, utpote filio, facultatem Artembaræ universam tradidit aliaque dona plurima addidit. Jam celebris Cyrus erat et nomen ejus ubique divulgabatur.

nihil nisi hæc tradit : Φησὶν οὖν αὐτίκα περὶ τοῦ Ἀστυάγου, ὡς οὐδὲν αὐτοῦ πρὸς γένος ἐχρημάτιζεν. — 1. προσίη] προσή cod. — 2. δοῦλον] vel δοῦλος. δούλου cod. — 3. ἦν] ἦν cod. — 4. Τοσατραδάτου] Infra pater Cyri nominatur Ἀτραδάτης. Unde h. l. fortasse scr. τοῦ Ἀτραδάτου. Apud Herodotum nomen bubulci, apud quem Cyrus educatur, est Μιτραδάτης. — 5. Ἀργόστη] Ἀργόστη codex. Ἀρτόστης Persa memoratur ap. Ctesiam p. 55 a; Ἀργήστης ap. Æschyl. Pers. 300. — 6. αὐτὸν] αὐτὸν cod. Deinde malim : ἐπὶ τῷ — 7. ἐπιμελής] ἐπιμελητής codex. Quod si genuinum est, post vocem βασίλεια nonnulla exciderint; nam sententiarum junctio inconcinnior. — 8. ἀγαπᾷ] ἡγαπᾷ cod. — 9. Ἀρτεμβάρης] Nomen hoc etiam in Herodotea de Cyro narratione occurrit I, 114. 115. 116, ubi nobilis est Medi, cujus filium Cyrus puer ludens male tractaverat. — 10. Ἀρτεμβάρης] Dicendum erat Ἀστυάγης. Sed nolui corrigere excerptorem. — 11. υἱεῖ] sic h. l.; modo erat υἱῷ. Deinde Ἀρτεμβάρει cod.

Ἦν δὲ Ἀστυάγη θυγάτηρ πάνυ γε γενναία καὶ εὐειδής, ἦντινα Σπιτάμα (12) δίδωσι τῷ Μῆδω ἐπὶ προικὶ πάση Μηδία. Κῦρος δὲ μεταπέμπεται τὸν τε πατέρα Ἀτραδάτην καὶ Ἀργόστην τὴν μητέρα ἐκ Μάρδων. Οἱ δὲ ἦγον ἐπ' αὐτῷ μεγάλῳ ὄντι (13). Ἐξηγήσατο δ' αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ ὄνειρον, ὡς κύουσα αὐτὸν δόξαι κοιμηθεῖσα ἐν τῷ ἱερῷ, ἠνίκα ἐν Μάρδοις ἦν αἰπολοῦσα (14). — « Ἐδοξα γὰρ, ἔφη, οὐρῆσαι τοσοῦτον κύουσα, ὥς Κῦρε, σὲ, ὥστε ποταμοῦ μεγάλου ρεύματα ὅμοιον γενέσθαι τὸ πλῆθος τοῦ οὐρου, καὶ κατακλύσαι πᾶσαν τὴν Ἀσίαν· ῥυῆναι δὲ αὐτὸ ἄχρι θαλάττης. » Καὶ ὁ πατὴρ ἀκούσας κελεύει τοῖς ἐν Βαβυλῶνι Χαλδαίοις ὑπερθεῖναι. Κῦρος δὲ τὸν λογιώτατον αὐτῶν καλέσας ἐξηγήσατο· καὶ ὅς ἀποκρίνεται μέγα τε εἶναι τὸ προφαινόμενον ἀγαθὸν καὶ τὴν πρώτην αὐτῷ τιμὴν φέρον ἐν Ἀσίᾳ· δεῖν δὲ κρύπτειν, ὡς μὴ Ἀστυάγης ἀκούσῃ· « κάκιστα γὰρ σέ τε ἀποκτενεῖ, καὶ μὲν τὸν κριτήρα αὐτοῦ. » Ὡμοσαν δὲ ἀλλήλοις μηδενὶ κατερεῖν τὴν ὄψιν μεγάλην τε οὔσαν καὶ οὐρανὸν οὐκ ἄλλην. Ἐκ τούτου πολὺ μείζων (15) ὁ Κῦρος γενόμενος σατράπην τὸν αὐτοῦ πατέρα Περσῶν ἐποίησε, καὶ τὴν μητέρα πλούτῳ τε καὶ δυνάμει Περσίδων πρώτην.

Καδουσίοι δὲ τότε πολέμιοι ἦσαν βασιλεῖ, ἄρχοντα ἔχοντες Ὀναφέρην (16), ὅστις προδιδοὺς τὸ ἔθνος τὰ βασιλέως ἐφρόνει, καὶ πέμψας ἄγγελον παρὰ Ἀστυάγην ἠτεῖτο ἄνδρα πιστὸν, ὡς σὺν αὐτῷ βουλευσείε τὰ περὶ τῆς προδοσίας. Καὶ ὅς ἐκπέμπει Κῦρον, ὡς ἂν πάντα συμπράξειεν· ἡμέρα δὲ τεσσαρακοστῇ ὥρισεν αὐτῷ παρ' αὐτὸν εἰς Ἐκβάτανα ἀνελθεῖν. Καὶ ὁ τοῦ ὄνειρου κριτῆς παρεθάρρυνεν αὐτὸν εἰς Καδουσίους ἀπελθεῖν, καὶ φρονήματος ἐνεπίμπλα. Εἰσήει δὲ Κῦρον, ἅτε φύσει γενναῖον καὶ μεγαλόφρονα, ὡς χρῆ, θεοῦ συλλαμβανόμενου, Πέρσας ἀποστῆσαι, καὶ Ἀστυάγην πειρᾶσθαι τῆς ἀρχῆς παύειν, πιστεύειν τε τῷ Βαβυλωνίῳ τὰ θεῖα κάλλιστα ἐξεπισταμένῳ. Ἐθάρρυνον (17) δὲ ἀλλήλους· ὁ μὲν Βαβυλώνιος Κῦρον ὅτι εἰμαρμένον εἶη αὐτὸν καταλῦσαι Ἀστυάγην καὶ τὴν ἐκείνου βασιλείαν ἐλεῖν, καὶ τοῦτ' αὐτὸς ἀριστα γινώσκειν· ὁ δ' αὖ Κῦρος τὸν Βαβυλώνιον, ὅτι μεγάλων αὐτὸν καταξιώσει, γενομένων τούτων, ἔαν αὐτὸς βασιλεὺς γένηται. Ἐνεθυμείτο δὲ ὡς καὶ Ἀρβάκης παύσας Σαρδανάπαλλον πρότερον τὴν ἐκείνου τιμὴν ἀφέλοιτο. « Καίτοι οὔτε Μῆδοι κρείστους Περσῶν, οἷς ἐκεῖνος ἐπίστευσεν, οὔτε Ἀρβάκης φρονιμώτερος ἐμοῦ· τύχη δὲ καὶ μοῖρα καὶ μοῖρα προδείκνυσιν (18),

Erat Astyagæ filia valde nobilis et formosa, quam Spitamæ Medo despondet, dote addita Media universa. Tum Cyrus Atradatem patrem et Argosten matrem e Mardis arcessit. Venerunt illi fortuna filii gaudentes. Atque somnium ei mater exposuit, quomodo gravida sibi visa sit, in fano dormiens quo tempore capras apud Mardos pasceret. — « Visa mihi sum, inquit, quum in utero te, Cyre, gestabam, tantam emittere urinæ copiam, ut magni amnis fluentis æquiparanda esset, totamque Asiam inundans ad mare usque proflueret. » Quod audiens pater Chaldæis in Babylone vatibus ad interpretandum jubet proponi. Cyrus igitur vatem celeberrimum advocavit eique somnium narravit. Ille vero respondit bonum portendi permagnum et summum ei in Asia honorem afferens, verum celandum esse, ne audiat Astyages. « Nam ultimo supplicio et te et me interpretem afficeret. » Itaque jurejurando invicem promiserunt, nemini se somnium istud gravissimum et quale aliud nullum, dicturos esse. Deinde ad multo majorem Cyrus potentiam erectus, patrem suum Persarum satrapam constituit, matrem divitiis et dignitate primum inter Persicas mulieres locum tenere effecit.

Cadusii tunc hostili in regem animo erant. Præfectum habebant Onaphernem, qui prodens populum regis commodis prospiciebat; ac misso nuntio ab Astyage virum petebat, cum quo de prodicionis ratione iniret consilia. Misit rex Cyrum, quo ad omnia ille socio uteretur; diem autem quadragesimam definivit qua Ecbatana ad se reverti deberet. Somnii quoque interpretes hortabatur, ut ad Cadusios proficisceretur, et fiducia eum implebat. Cyro autem, utpote viro strenuo et magnanimo, cogitatio mentem subiit, debere se, deo opitulante, Persas ad defectionem adducere, et tentare ut Astyagis regnum everteret, fidemque habere Babylonio quid dii portenderent optime scienti. Atque invicem se exhortabantur, Babylonius Cyrum, fati aiens destinatum esse, ut everso Astyagis regno ipse potiretur, idque certissime se compertum habere; Cyrus vero Babylonium, magna ei præmia pollicens, si his ita evenientibus ipse rex esset. Præterea reputabat Arsacem quoque Sardapallum olim ejecisse sibique honorem ejus vindicasse. « Et tamen neque Medi, quibus fisus ille rem aggressus est, Persis fortiores erant, neque Arbaces me prudentior. Ac quemadmodum illi, sic mihi quoque fortuna fatumque fu-

12. Σπιτάμα.] Ἐπιστάμα codex. Spitamæ nupsisse Amytin Astyagis filiam, quam postea ipse Cyrus uxorem duxit, novimus e Ctesia p. 45 b et 46 a. Ceterum hujus filiae mentio tam abrupte introducit, ut nemo non agnoscat excerptorem. Ad nuptiarum illarum solennitatem Cyrus parentes suos advocasse videtur. In seqq. ἐπὶ πρ. πάση Μ. bene habent. — 13. ἐπ' αὐτῷ μεγάλῳ ὄντι.] Hæc mihi suspecta. Nisi excidit participium aliquod, fuisse puto: ἐπ' αὐτῷ μεγαλυνομένοι. — 14. ἦν αἰπολοῦσα.] ἠπολοῦσα codex. Oratio indirecta in media enuntiatione transit in directam. De re cf. Herodot. I, 107: Τὴν (Μανδάνην) ἐδόκεε Ἀστυάγης ἐν τῷ ὕπνῳ οὐρῆσαι τοσοῦτον, ὥστε πληῖσαι μὲν τὴν ἐσωτοῦ πόλιν, ἐπικατακλύσαι δὲ καὶ τὴν Ἀσίην πᾶσαν. Ὑπερθέμενος δὲ τῶν μάγων τοῖσι ὄνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον ἐφοβήθη. Aliter Justinus I, 4: *Hic (Astyages) per somnum vidit ex naturalibus filia, quam unicam habebat, vitem enatam, cujus palmite omnis Asia obumbraretur.* — 15. μείζων cod. In antec. nota v. κριτήρα pro κριτήν. — 16. Ὀναφέρην.] Ἰντρα τὸν ἀφέρην. Apud Herodot. I, 121sq. Cyrus in Persidem ad parentes dimissus, suasore Harpago Persas ad defectionem adducit. — 17. ἐθάρρυνον.] ὁ ἐθάρρυνον cod. — 18. προδείκνυσιν intransitive h. l. usurpatur, nisi scribi malis τύχην δὲ ἡ μοῖρα καὶ μοῖρα προδείκνυσιν.

ὥσπερ ἄρα κάκεινω. » Ταῦτα ἐνθυμουμένω ὑπήντησε μεμαστιγωμένος ἀνὴρ κόπρον ἐν κοφίνῳ ἐκφέρων, ἐπειδὴ ἐν τοῖς ὄροις γίνεται Καδουσίω· οἰωνισάμενος (19) καθυπερτίθεται τῷ Βαβυλωνίῳ. Ὁ δὲ ἐκέλευσε πυθέσθαι, τίς τε εἴη ὁ ἀνὴρ, καὶ ποδαπὸς γένος. Πυθομένω δὲ Κύρῳ ἀποκρίνεται ἐκεῖνος, ὅτι Πέρσης εἴη, Οἰβάρας (20) ὄνομα. Καὶ δὲ ἤσθη πάνυ· ὁ γὰρ Οἰβάρας δύναται Ἑλλάδι γλώσση ἀγαθάγγελος. Ἐφη δ' ὁ Βαβυλώνιος πρὸς Κύρον, καὶ τᾶλλα σύμβολα εἶναι ἄριστα, ὅτι τε Πέρσης ἐστὶ σοι πολίτης καὶ ὅτι κόπρον ἱππίαν φέρει, ἣτις πλοῦτον καὶ δύναμιν προσημαίνει, ὥσπερ καὶ τοῦνομα λέγει. Ταχὺ δὲ τὸν ἀνθρωπον ὁ Κύρος παραλαμβάνει, συνειναί τε ἐκέλευεν αὐτῷ· ὁ δὲ πείθεται.

Ἐκ τούτου παρὰ Ὀναφέρην (21) εἰς Καδουσίους ἦκε, καὶ πίστει λαμβάνει τε καὶ δίδωσι περὶ τῆς προδοσίας ἐπανήγει τε εἰς Μήδιαν· τὸν δὲ Οἰβάραν (22) ἵππῳ τε καὶ στολῇ Περσίδι καὶ θεραπείᾳ ἐτίμησεν, εἶχέ τε πέλας, τὴν γνώμην ὄρων ἀγαθὸν, καὶ ἅμα τοῦ Βαβυλωνίου κελεύοντος διαλέγεσθαι αὐτῷ. Ἐκ δὲ τοῦ κατ' ὀλίγον ἐταιριζόμενος ἐποιεῖτο καὶ σύμβουλον καὶ ποτ' εἰς λόγους ἦλθε τοιούτους, ὡς ἄχθος τὸ δρᾶν (23) Πέρσας ὑπὸ Μήδων κακουμένους, καὶ ταῦτα οὐδὲν χεῖρους ὄντας τὰς φύσεις. Καὶ ὁ Οἰβάρας εἶπεν· « ὦ Κύρε, οὐ γὰρ ἐστὶν ἀνὴρ τὰ νῦν μεγαλόφρων τε καὶ μεγαλογνώμων, δὲ παῦσαι Μήδους ἐθέλησει τῶν κρειττόνων ἄρχειν ἀξιούντας. » Καὶ Κύρος ἔφη· « Πῶς οὐκ ἐστὶν, ὦ Οἰβάρα; » — « Ἐστὶν μὲν ἴσως, ἀλλὰ πολλῇ καὶ κακῇ ἀτολμῇ χρῆται, δι' ἣν οὐδὲν δρᾶν δυνάμενος. » Καὶ ὁ Κύρος, ἐκπειρώμενος· « Εἰ δὲ φανεῖται τολμητῆς ἀνὴρ πῶς ἂν δύναίτο τοῦτο κατεργάζεσθαι; » Ὁ δὲ ἀποκρίνεται· « Πρῶτον μὲν Καδουσίους προσαγαγόμενος ἐθέλοντας· Πέρσας μὲν φιλοῦσι, Μήδους δὲ πάνυ μισοῦσι· ἐπειτα δὲ καὶ Πέρσας θαρρύνας τε καὶ ὀπλίσας περὶ μ' ὄντας μυριάδας, καὶ ἀσμένως ἂν ἐθέλησαντας δι' ἃ πάσχουσιν (25) ὑπὸ Μήδων· ἐπιτηδειοτάτη δ' αὐτοῖς πρὸς τοῦτο καὶ ἡ χώρα πετρώδης τε καὶ ὄρεινή (26) οὔσα, ἐφ' ἣν εἰ στρατεύειν Μῆδοι θέλοιν, κακῶς ἀπαλλάξουσιν. » Κύρος δὲ ἠρώτα· « Εἰ ἀνὴρ φανεῖται ταῦτα ὄρων, συνανακινδυνεύσεις αὐτῷ; » Καὶ ὅς· « Εἰ γὰρ, ὦ Ζεῦ, ἔφη, μάλιστα μὲν σὺ εἴης ὁ τοῖς (27) ἐγχειρῶν, ἐπειδὴ καὶ

turum portenditur. « Hæc apud animum reputanti, ubi ad fines Cadusiorum pervenerat, obiam fit vir, qui flagris cæsus erat, et simum tunc in cophino exportabat. Quod ominosum ratus Babylonio rem proponit. Is vero sciscitari jussit, quis et cujus vir esset. Sciscitanti ille respondit se Persam esse Cebarem nomine. Quibus Cyrus valde lætabatur. Nam Cebares græca lingua significat ἀγαθάγγελος, boni nuntius. Ac Babylonius Cyro dixit reliqua quoque signa faustissima esse : quod scilicet Persa ideoque civis tuus est, atque fumum effert equinum, quo divitiæ et potentia portenduntur, uti ipsum nomen indicat. Statim igitur hominem Cyrus assumit ac comitari se jubet; ille vero obtemperat.

Deinde in Cadusiorum terram ad Onaphernen venit, et postquam de prodicione fidem dedit et accepit, in Mediam revertitur. Cebarem vero equo et veste Persica ceteroque cultu honoravit et circa se habebat, quum optime affectum videret, hortante simul Babylonio, ut cum eo colloqueretur. Sic paulatim familiaritatem cum eo contrahens consiliorum socium fecit, et quondam in sermonem venit hujusmodi. « Quam grave est, inquit, Persas videre a Medis inique tractari, quum indole minime sint inferiores. » Ad quæ Cebares : « O Cyre, inquit, nullus nunc exstat vir generosus et magnanimus, qui impedire cupiat, ne diutius Medi fortioribus imperare velint. » — « Quidni exstaret talis, Cebare? » — « Fortasse exstat, sed multa et misella ignavia prohibetur ne quid, etsi possit, aggrediatur. » Tum Cyrus explorans : « Sed fac prodire virum audacem; quomodo possit rem perficere? » Respondet alter : « Primum Cadusios sibi adjungens, haud invites, quum Persas ament, Medos vehementer oderint : deinde etiam Persas exhortans et in arma vocans, numero quadraginta fere millia, qui ob ea quæ a Medis patiuntur ad defectionem paratissimi sunt. Accedit huc, quod maxime idonea ad hoc est regio eorum rupibus montibusque intercepta, in quam si exercitum ducere Medi voluerint, male iis res cesserit. » Dein Cyrus quærit : « Si appareret vir hoc suscepturus, num periculi tu ei socius fores? » « Proh Juppiter, ait, utinam tu maxime vir sis manus his admovens, quandoquidem et pater tuus Persarum

— 19. οἰωνισάμενος] οἰωνισαμ. codex. Malim οἰωνισόμενος. Nota deinde vocem καθυπερτίθεται. Ceterum nexus sententiarum excerptorem redolet. — 20. Οἰβάρας] In sqq. codex plerumque Οἰβάρας, raro Οἰβάρας præbet. Posteriora hujus viri fata novimus ex fragmentis Ctesiae p. 46 et Justinō, I, 7 : *Inilio regni Cyrus Scæbaren captorum socium, quem juxta nocturnum visum ergastulo liberaverat, comitemque in omnibus rebus habuerat, Persis præposuit, sororemque suam ei in matrimonium dedit.* Idem Justinus comparandus cum Nostris est I, 6 : *Lectis ille (Cyrus) epistolis (sc. Harpago ad defectionem exhortantis, uti apud Herodotum I, 123), eadem somnio adgredi jussus est, sed præmonitus, ut quem primum postera die obvium habuisset, socium captis assumeret. Igitur antelucano tempore ruri iter ingressus, obvium habuit servum de ergastulo cujusdam Medi, nomine Scæbaren. Hujus requisita regione, ut in Persis genitum audivit, demptis compedibus, assumptoque comite regreditur.* In universum Justinī de regno Medorum ejusque eversione narratio ita comparata est, ut partim ad Herodoteam, partim ad Ctesianam nostram proxime accedat, multa tamen etiam sibi propria habeat. Quare magna suspicio est Trojum Pompejum vestigia legisse Dinonis, cujus quanta apud Romanos auctoritas fuerit e Cornelii Nepotis testimonio (v. Dinon fr. 27, p. 94) colligitur. — 21. Ὀναφέρην] τὸν ἀφέρην cod. — 22. Οἰβάραν] Οἰβάραν cod. h. l. et in sqq. — 23. ὄρων] ὄρων cod. — 25. δι' ἃ πάσχουσιν cod. Ante θελήσαντες excidisse videtur ἀποστῆναι. — 26. ὄρεινή] θρανὴ cod. — 27. τοῖς pro τούτοις e fonte ionico. Nisi scrib. τῶσδ'.



ὁ σὸς πατήρ ἄρχει Περσῶν, καὶ σὺ ἐνασουλότατος (28) εἶ καὶ δυνατώτατος· εἰ δὲ μὴ, ὅστις οὖν ἂν εἴη (29). »

Ἐκ τούτου τὸ ὄλον βούλευμα ἐκκαλύπτει τε αὐτῷ ὁ Κύρος, καὶ συμβούλῳ χρῆται, ὄρων ἄνδρα φρόνιμον καὶ ἀνδρείον, καὶ ἐν αὐτῷ πάσας ἔχοντα τὰς ἐλπίδας. Καὶ ὅς συνεπήνει τε καὶ συνεζώτρυνε, γνώμας τε ἀγαθὰς ὑφηγεῖτο, καὶ ὡς χρῆ πέμψαντα παρὰ Ἀτραδάτην τὸν πατέρα κελεύειν ὀπλιζέειν Πέρσας, τῷ λόγῳ μὲν, ὡς ἔτοιμοι εἶεν βασιλεῖ ἐπὶ Καδουσίους, τῷ ἔργῳ δ' εἰς ἀπόστασιν· ἔπειτα ὡς χρῆ παρὰ Ἀστυάγου αἰτησάμενον ἡμέρας ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν Περσίδα, ὡς ἱερὰ εὐχταῖα θύσειεν ὑπὲρ βασιλείως καὶ τῆς ἐκείνου σωτηρίας, ἅμα δὲ καὶ τοῦ πατρὸς, ἐπειδὴ φαύλως ἔχει (30) ὑπὸ νόσου. « Εἰ δὲ ταῦτα πράξει, ἐγχειρητέον ἔσται τῷ σύμπαντι ἀνδρείως. Οὐ τοι (31) δεινὸν, ὦ Κύρε, καὶ ἀποκινδυνεύειν τῇ ψυχῇ μεγάλοις ἐγχειροῦντα ἔργοις, καὶ παθεῖν, εἰ δέοι, τοῦτο δ' καὶ μηδὲν δρῶντας ἀναμένει παθεῖν. » Ἦσθη τε οὖν ὁ Κύρος ἐπὶ τῇ γενναιότητι τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἅμα θαρρύνων αὐτὸν καὶ τὸν ὄνειρον ἐξηγήσατο τῆς μητρὸς καὶ τὴν τοῦ Βαβυλωνίου γνώμην, ἣν εἶπε περὶ αὐτοῦ. Καὶ ὁ Οἰβάρας ἄτε ἀγγίλους πολὺ μᾶλλον αὐτὸν ἐζώτρυνε, καὶ διεκελεύσατο (31\*) φυλάττειν τὸν Βαβυλώνιον, ὡς μὴ ἐξάγγελος εἴη βασιλεῖ τοῦ ὄνειρου, « εἰ ἄρα κτείνειν αὐτὸν οὐχ ὑπομένοις, ὅπερ ἦν ἄριστον. » Καὶ ὁ Κύρος· « Ἀποτρόπαιον [ἂν] εἴη τοῦτό γ', » εἶπεν. Συνεσιτοῦντο δὴ καὶ συνήσαν (\*) Κύρω τὸ ἀπὸ τοῦδε δ' τε Οἰβάρας καὶ ὁ Βαβυλώνιος. Ἐν δέοι δὲ ὧν ὁ Πέρσης, μὴ κατεῖποι πρὸς Ἀστυάγην ὁ Βαβυλώνιος περὶ τοῦ ὄνειρου, προσεποιήσατο ἱερὰ πάτρια νύκτωρ ἐπιτελεῖν τῇ σελήνῃ, καὶ τὸν Κύρον ἤτησε θύματά τε καὶ οἶνον καὶ οἰκέτας καὶ στρώματα καὶ ἄλλα ὧν ἔδει. Ἠξίου δὲ Κύρον προστάξαι τοῖς θεραπεύουσι πείθεσθαι αὐτῷ. Καὶ ὅς προσέταξέ τε καὶ τῆς θυσίας οὐ μετεῖχεν, Οἰβάρας τεχνήσαντος, [ὅς] παρασκευάζεται (32) τὰ τε ἄλλα νύκτα καὶ στιβάδας βαθείας, ἐφ' ὧν εὐωχῆσονται, καὶ βόθρον ὠρυξεν ἐν τῇ αὐτοῦ σκηνῇ (33) βαθύτατον. Ἐπεὶ δὲ πάντα ἔπραξε, καὶ εὐώχησε τὸν Βαβυλώνιον καὶ ἐμέθυσεν, ὑπὲρ τε τὸν βόθρον αὐτῷ κοίτην στορέσας, ὡς κατακλίνει ἐς ταύτην, ὧσεν αὐτὸν εἰς τὸν βόθρον κάτω. Συνενέβαλε δ' αὐτῷ καὶ τὸν οἰκέτην. Καὶ ἅμα ὄρθρω Κύρου ἀπάραντος συνωδοιπόρει. Οὐ πολὺ δὲ προελθόντα ἐπεζήτηε τὸν ἀνθρώπον ὁ Κύρος· ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἔφη καταλελοιπέναι αὐτὸν ἔτι καθεύδοντα ὑπὸ μέθης. Ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ Κύρου, τελευταῖον ἐξέφηνε τὰ ληθές, ὅτι αὐτὸν κτείνειεν, ἐπειδὴ μόνην σωτηρίαν ταύτην ἑώρα Κύρω τε καὶ τοῖς Κύρου παισὶν οὔσαν. Λυπηθεὶς δὲ πάνυ ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι καὶ ἔτι μᾶλλον ὀργισθεὶς, ὥστε μηκέτι προσίεσθαι τὸν Οἰβάραν, αὐθις μετέγνω καὶ προσίετο αὐτὸν, συμβούλῳ τε ἐχρῆτο περὶ τῶν αὐτῶν. Τῇ δὲ τοῦ Βαβυλωνίου γυναικὶ πυνθανομένη

præfectus est, et tu a violentia tutissimus es et potentissimus; sin minus tu, quicumque demum ille sit. »

Post hæc totum consilium ei Cyrus aperit, socioque utitur, virum prudentem et strennum esse videns, et qui in ipso omnem spem repositam haberet. Ille vero collaudabat et excitabat probaque consilia suggerebat. Suadebat vero ut, misso nuntio, Atradaten patrem Persas armare juberet, verbo tenus ut regi ad bellum contra Cadusios, reapse ut ad defectionem parati essent; deinde ut ab Astyage veniam peteret per dies aliquot in Persidem abeundi ad sacra votiva facienda pro rege ejusque salute, nec non pro patre ægro-tante. « Hæc si obtinueris, toti operi manus admovenda est strenue. Neque sane mirum est, o Cyre, etiam de vita periclitari virum res magnas molientem, et pati, si opus fuerit, id quod etiam nihil peragentes pati sustinent. » Gaudebat Cyrus hac viri fortitudine, simulque ut fiduciam ei adderet, somnium matris, et quomodo id Babylonius interpretatus esset, exposuit. Tum Cebares, vir perspicax, multo magis eum excitabat, atque cohortatus est, ut caveret Babylonium, ne is regi somnium nuntiaret, « si quidem occidere eum non sustineas, quod sane consultissimum foret. » Ad quod Cyrus: « Facinus hoc esset averruncandum. » Igitur ab hoc inde tempore conversari cum Cyro ejusque convictu uti solebant Cebares et Babylonius. Verum metuens Persa ne ad Astyagem Babylonius somnium deferret, simulavit se noctu sacra Lunæ ritu patrio facturum, ad eaque e Cyro petivit hostias, vinum, ministeria, stragula et cetera quibus opus erat. Præterea Cyrum rogavit ut famulos imperata ipsius exsequi juberet. Jussit ille et sacrificio non interfuit, adornante ita rem Cebare, qui tum reliqua noctu comparat, tum strata alta, in quibus epulentur, atque scrobem in tentorio suo effodit profundissimam. Quibus instructis, convivio Babylonium excepit et mero inebriavit, et, ubi in lectum supra scrobem ei stratum recumbit, in scrobem illam detrusit. Simul cum eo etiam famulum dejecit. Et orto diluculo cum Cyro proficiscens iter ingreditur. Nec longe progressum Cyrus de Babylonio quærens compellat. Ille primum quidem respondit se reliquisse eum e crapula adhuc dormientem. Irascente autem Cyro, postremum rem, quæ erat, fatetur, se occidisse eum dicens, quod hanc unam vidisset Cyro ejusque liberis fore salutem. Ob hæc mœrore Cyrus affectus et magis etiam iratus, adeo ut aditum Cebare amplius non permitteret, postea tamen, mutato animo, rursus admittebat eum, et consiliario, sicuti antea, utebatur. Uxori vero Babylo-

28. ἐνασ. ] ἐνασουλώτατος cod. Nota vocem. — 29. ὅστις οὖν ἂν εἴη ] ὅστις \*\* νεῖη codex, relicto quattuor fere literarum spatio. In margine notatum: « fort. οὐκ ἂν. » — 30. ἔχει ] Malim ἔχοι. — 31. οὐ τοι ] οὔτοι cod. Idem μοχ ἀναμένειν. — 31\*. διε κελεύσατο ] διεχλευάσατο codex. — \* συνῆσαν? — 32. ὅς παρασκευάζεται ] vel ὁ δὲ π. scripsi pro τεχνήσαντος παρασκευάζει. quod codex præbet. Deinde fort. leg. ἄλλα [εἰς τὴν] νύκτα. Μοχ οἰοχῆσονται cod. — 33. σκηνῇ ] σκῆ cod.

περὶ τοῦ ἀνδρὸς εἶπεν, ὅτι ὑπὸ ληστῶν ἀποθάνοι καὶ ταφείη (34) ὑπ' αὐτοῦ.

Μετὰ ταῦτα παρὰ βασιλέα Κῦρον ἀφικόμενον ὁ Οἰβάρας ἀνεδίδασκε καὶ ἐξώτρυνε τὰ βεβουλευμένα σφίσι δρᾶν καὶ πέμπειν τε εἰς Πέρσας καὶ ὀπλίξειν τοὺς ἐν ἡβῆ καὶ Ἀστυάγην αἰτεῖσθαι δοῦναί οἱ ἡμέρας ὡς τε τὰ ἱερά θύσειε καὶ τὸν πατέρα νοσηλεύσειε φαύλως ἔχοντα. Καὶ ὅς ἐπέισθη, τὰ τε ἄλλα ὄπλα ἤδη ἦν ἔτοιμα, καὶ ὁ Κῦρος ἠτήσατο βασιλέα τὴν εἰς Πέρσας πορείαν, ὡς ἂν θύσειεν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ ἅμα τὸν πατέρα ἴδοι κακῶς διαχειόμενον. Ὁ δ' οὐ δίδωσιν αὐτῷ, ὑπ' εὐνοίας συνεῖναι θέλων· καὶ ὁ Κῦρος ἐν ἀθυμῖα (35) ἦν Οἰβάρα δηλώσας ὡς ἀποτύχοι. Καὶ ὅς ἐθαρρύνετο αὐτὸν, καὶ αὐθις ἐκέλευε διαλιπόντα ἡμέρας δεῖσθαι αὐτοῦ περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ τεύξεσθαι· δεῖν δὲ αὐτὸν θεραπεύειν προθύμως ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον· καὶ ἐπειδὴν δέηται, δι' ἐτέρου τοῦτο ποιεῖν καὶ μὴ δι' αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν ὄχετο παρὰ βασιλέα, καὶ τοῦ πιστοτάτου τῶν εὐνούχων ἔχρηζεν, ὅταν ἦ καιρὸς, αἰτήσασθαι αὐτῷ τὴν ἀφοδὸν παρὰ βασιλέως. Ἐπεὶ οὖν ποτὲ ἑώρα βασιλέα ἐν πολλῇ ὄντα παιδιᾷ τε καὶ μέθῃ, νεύει τῷ εὐνούχῳ λέγειν βασιλεῖ, ὅτι Κῦρος ὁ σὸς δοῦλος αἰτεῖται δοῦναι αὐτῷ ἢ ποτε εὗξατο ἱερά ὑπὲρ σοῦ, ὅπως ἂν αὐτῷ εὐμενῆς εἴης, θύσαι, καὶ ἅμα τὸν αὐτοῦ πατέρα ἀσθενῶς ἔχοντα θεραπεῦσαι. Καὶ ὁ Ἀστυάγης καλέσας Κῦρον καὶ μειδιῶν (36) δίδωσιν αὐτῷ ε' μῆνας ὀρίσας, τῷ δὲ ἔκτω ὅπως ἐπάνοι διεκελεύσατο. Προσκυνήσας [δὲ] καθίστησιν ἀνθ' ἑαυτοῦ Τιριδάτην (37) οἰνοχόον βασιλεῖ, ἄχρι αὐτὸς ἐπάνοι. Καὶ ἐπὶ Οἰβάραν ἦλθε γεγηθῶς. Ὁ δ' αὐτὸν ἐκέλευσε παραχρῆμα τοὺς οἰκέτας συλλαβόντα ἀπαίρειν· καὶ, ἦν γὰρ αὐτὸς ἐπιμελητῆς, νύκτωρ πάντα εὐτρεπίζει, καὶ ἔωθεν (38) εἰς Πέρσας ὁδοιπόρουν.

Ἦ δὲ τοῦ Βαβυλωνίου γυνή, ὅς τὸν ὄνειρον ἔφρασε Κῦρω, προακηχοῦσα ἄρα παρὰ τοῦ ἑαυτῆς ἀνδρὸς, ἠνίκα ἔζη, τὴν (39) ὄψιν, ἦντινα ἔφρασεν αὐτῷ ὁ Κῦρος, τελευτήσαντος αὐτῆς τοῦ ἀνδρὸς, συνοικοῦσα τῷ ἐκείνου ἀδελφῷ, ἐκείνης τῆς νυκτὸς συναναπαυομένη ἤκουσε παρ' αὐτοῦ, ὅτι μέγας γενόμενος οἴχοιτο εἰς Πέρσας. Ἡ δὲ αὐτῷ διηγείτο τὸν ὄνειρον καὶ τὴν τούτου κρίσιν, ὡς περ ἤκουσε παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι βασιλεύσει Περσῶν. Ἐωθεν δὲ ὁ ἀνὴρ ἀτρέμας ἦκε παρὰ Ἀστυάγην, καὶ δι' εὐνούχου ἐρόμενος τὴν εἴσοδον, πάντα ἀπήγγειλεν, ὡς ἀκούσειε παρὰ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, ὅτι Κῦρω ἐφράσθη ὑπὸ τοῦ ἀποθανόντος ἀνδρὸς θεολόγου πρὸς τὴν γενομένην ὄψιν βασιλεῦσαι, καὶ τοῦδ' ἕνεκα (40) ἄρα οἴχοιτο νῦν εἰς Πέρσας· οὐ πάλαι δὲ καὶ αὐτὸς ταῦτα ἀκηχοῦναι παρὰ τῆς γυναικὸς· ἕκαστά τε σαφῶς διηγῆσατο τοῦ τε ὄνειρου καὶ τῆς κρίσεως (41). Ἐν πολλῇ δὲ συννοίᾳ γενόμενος Ἀστυάγης πυνθάνεται τοῦ Βαβυλωνίου, τί οὖν γρῆ ποιεῖν. Καὶ ὅς ἔφη· κτείνειν αὐτὸν

nii de marito sciscitanti dixit eum a latronibus interfectum et ab ipso esse sepultum.

Post hæc quum ad regem Cyrus venerat, Œbares quæ cepissent consilia in animum ei revocabat, exhortans ut ea exsequeretur, ut scilicet missis ad Persas nuntiis juventutem in arma vocaret, et ab Astyage dies aliquot sibi posceret, quo sacra faceret patremque morbo laborantem curaret. Quibus Cyrus obtemperans, ubi cetera jam parata erant, a rege in Persidem abeundi veniam petivit, ut sacra pro eo faceret simulque patrem viseret male habentem. At non permisit rex, pro sua in Cyrum benevolentia eum secum volens versari. Qua de repulsa Cyrus Œbarem certior faciens magnopere erat sollicitus. Ille vero animum ejus ad fiduciam erigebat, auctorque erat, ut, intermissis aliquot diebus, iterum peteret eadem; ac tum fore ait, ut voti compos fieret. Interim debere eum regi servire multo quam antea alacrius, et precibus si adire eum vellet, id non ipsum sed per alium facere. Cyrus igitur in regiam se contulit, et fidissimum eunuchorum rogavit, ut, ubi tempus foret, pro ipso veniam abeundi a rege peteret. Itaque quum regem quondam hilarem admodum et appotum cerneret, nutu significavit eunuchō, ut diceret ei: « Cyrus servus tuus precatur, ut permittas ei quæ vovit sacra pro te, quo benevolus ipsi sis, peragere, et simul curare patrem suum ægrotum. » Tum Astyages Cyrum advocat, et subridens ei quinque mensium spatium concedit, sexto autem redire jubet. Ille vero regem adorat et ipsius loco Tiridatem pincernam regi esse usque ad reditum suum constituit. Deinde lætus venit ad Œbarem, qui confestim, assumptis servis, jubet eum proficisci. Ipse curavit noctu omnia præparari; et primo mane in Persidem iter ingrediuntur.

Interea mulier Babylonii, qui somnium Cyro explicaverat, quum ipsa a marito, dum in vivis adhuc esset, visum hoc illi a Cyro narratum audisset, et post obitum mariti fratri ejus nupsisset, noctu illa cum eo conquiescens comperit Cyrum ad magnam provectorum potentiam in Persidem proficisci. Ipsa autem viro narravit somnium ejusque interpretationem, secundum quam Cyrus rex Persarum futurus esset, quemadmodum ex priore marito audiverat. Illucescente die vir intrepide ad Astyagen se contulit, et aditu per eunuchum petito, totam rem exposuit, quomodo ex uxore audisset maritum ejus defunctum, theologum, e somnii indicibus nuntiasse Cyrum regno potiturum esse; atque hoc eum consilio nunc in Persidem proficisci dixit; nuper demum ipsum hæc e muliere comperisse. Singulaque de somnio ejusque explicatione accurate enarravit. Astyages, vehementer de his sollicitus, e Babylonio quærit quid sit faciendum. Ille Cyrum, simulac redierit, interfici jussit; nam

34. ταφείη] τὰ φείη cod. — 35. ἐν ἀθυμῖα] ἐν θυμῖα cod. Possis et : ἐν ἐνθ. Ceterum malim : ἐν ἀθ. ὡν Οἰβάρα ἐδήλωσε. — 36. μειδιῶν] μηδιῶν cod. Mox codex : ἐπάνεισι. — 37. ἀνθ' ἐ. Τιριδάτην] ἀφ' ἐ. Τιριδά cod. — 38. ἔωθεν] ἔσωθεν cod. Mox pro ὅς τὸν codex ὡς τὸν. — 39. ἔζη τὴν] ἐζήτην cod. — 40. ἕνεκα] οὕνεκα cod. — 41. κρίσεως] χρηστύος cod.

Idem ib. XVI, 10, 8 : Τὰ γὰρ περὶ τὴν Νικολάου πρεσβείαν ἀπέβη τοῦτον τὸν τρόπον. Ὡς ἀνῆλθεν εἰς τὴν Ῥώμην καὶ περὶ τὴν αὐτὴν ἐγένετο, πρῶτον μὲν οὐκ ἐφ' οἷς ἐληλύθει μόνον, ἀλλὰ καὶ Συλλαίου κατηγορεῖν ἤξιον. Καὶ οἱ Ἄραβες δῆλοι πρὸ τῆς ἐντυχίας ἦσαν ἀλλήλους πολεμοῦντες, καὶ ὑπονοστήσαντες ἐξ αὐτοῦ καὶ τῷ Νικολάῳ προσελθόντες τὰς ἀδικίας ἀπάσας ἐμήνουον, καὶ τῶν Ὀβόδου ὡς διαφθαρέντων πλείστων ἐκφανῆ τεκμήρια παρέχοντες. Ἦσαν γὰρ καὶ τῶν γραμμάτων αὐτοῦ κατὰ τὴν ἀπόστασιν ὑψηροί, καὶ διὰ τούτων ἤλεγχον. Ὁ δὲ Νικόλαος ἐπιτυχίαν ταύτην δρῶν αὐτῷ προσγεγενημένην, δι' αὐτῆς ἐπραγματεύετο τὸ μέλλον, ἐπειγὼν ἔλθειν εἰς διαλλαγὰς Ἡρώδῃ ποιῆσαι Καίσαρα· σαφῶς γὰρ ἠπίστατο βουλομένῳ μὲν ἀπολογῆσασθαι περὶ ὧν ἔπραξεν οὐκ ἔσεσθαι παρρησίαν· ἐθέλοντι δὲ κατηγορεῖν Συλλαίου, γενήσεσθαι καιρὸν ὑπὲρ Ἡρώδου λέγειν. Συνεστῶτων οὖν ἐπ' ἀλλήλους καὶ δοθείσης ἡμέρας, Νικόλαος, παρόντων αὐτῷ τῶν Ἀρέτα πρέσβειων, τὰ τε ἄλλα κατηγορεῖ τοῦ Συλλαίου, τὴν τε τοῦ βασιλέως ἀπώλειαν λέγων καὶ πολλῶν Ἀράβων, χρήματά τε ὡς εἶη δεδανεισμένος ἐπ' οὐδὲν ὑγιᾶς, καὶ μοιχείας ἐξελέγχων οὐ τῶν ἐν Ἀραβίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ γυναικῶν· προσετίθει δὲ τὸ μέγιστον, ὡς ἐξαναστήσειε Καίσαρα, μηδὲν ἀληθὲς διδάξας ὑπὲρ τῶν Ἡρώδῃ πεπραγμένων. Ὡς δὲ ἤκεν ἐπὶ τοῦτον τὸν τόπον, ὁ μὲν Καῖσαρ ἐξεῖργεν αὐτὸν τοῦτο μόνον ἀξιῶν ὑπὲρ Ἡρώδου λέγειν, ὡς οὐ στρατιὰν ἤγαγεν εἰς Ἀραβίαν, μηδὲ δισχιλίους καὶ πεντακοσίους ἀποκτείνειεν τῶν ἐκεῖ, μηδὲ αἰχμαλώτους λάβοι τὴν χώραν διαρπάσας. Πρὸς ταῦτα ὁ Νικόλαος, « Ὑπὲρ τούτων, ἔφη, καὶ μάλιστα διδάξειν, ὅτι μηδὲν ἢ τὰ πλείστα γε αὐτῶν οὐ γέγονεν, ὡς σὺ ἀκήκοας, καὶ δίκαιον ἦν ἐπ' αὐτοῖς χαλεπῶς φέρειν. » Πρὸς δὲ τὸ παράδοξον Καίσαρος ἐνδόντος αὐτὸν ἀκροατὴν, τὸ δάνειον εἰπὼν τῶν πεντακοσίων ταλάντων καὶ τὴν συγγραφὴν, ἐν ἣ καὶ τοῦτο ἦν προσγεγραμμένον, ἐξεῖναι τῆς προθεσμίας παρελθούσης ῥύσια λαμβάνειν ἐξ ἀπάσης τῆς χώρας, τὴν μὲν στρατείαν οὐκ ἐπιστράτειαν ἔλεγεν, ἀλλὰ δικαίαν τῶν ἰδίων ἀπαίτησιν χρημάτων· καὶ μηδὲ ταχὺ ταύτην, μηδὲ ὡς ἐπέτρεπον αἱ συγγραφαὶ \*\* πολλὰκις μὲν ἐπὶ Σατουρνῖνον ἔλθόντα καὶ Οὐολόμνιον τοὺς τῆς Συρίας ἡγέμονας, « τελευταῖον δὲ ἐν Βηρυτῶ τούτων ἐναντίον Συλλαίου τὴν σὴν τύχην ἐπομόσαντος,

Quum nullum tot malorum finem reperiret Herodes, constituit iterum Romam mittere, si quid amicorum gratia et precibus apud Cæsarem impetrare æquius posset. Legationem suscepit Nicolaus Damascenus.

Nicolai legatio hunc in modum successit. Is postquam Romam et in aulam venerat, non ea tantum, quorum ergo missus, exsequi, sed ultro Syllæum accusare constituit. Nam Arabes, priusquam cum iis colloqueretur, aperte inter se dissentiebant, quorum nonnulli quum se a Syllæo subduxissent, ad Nicolaum se applicuere, facta omnia injusta ei indicantes, manifestisque indiciis ostendentes, eum multos ex Obodæ hominibus interfecisse : quum enim discessionem fecissent, subreptæ erant literæ, quibus ipsum redarguebant. Quam rem sibi valde opportunam videns Nicolaus, ea utebatur ad id quod sibi agendum erat, modis omnibus studens, ut Cæsarem cum Herode in gratiam redire faceret. Certo enim sciebat, si vellet Herodis facta defendere, non habiturum audientiam; sin Syllæum accusare constitueret, fore ut occasio sibi daretur Herodis causam melius agendi. Contestata igitur lite dictaque die, Nicolaus, adsistentibus sibi Aretæ legatis, et alia Syllæo objiciebat, et quod regi suo Arabumque multis perniciem attulisset, quodque ad perturbandum statum pecunias mutuo sumpsisset; eum etiam arguebat mulieres corrupisse tam Romæ quam in Arabia : et, quod maximum esset, adjiciebat, Cæsarem alienasse, quod ipsum nihil veri de gestis ab Herode docuerit. Ubi autem ad hunc locum ventum est, eum interpellabat Cæsar, jubens hoc unum diceret de Herode, annon exercitum in Arabiam duxisset et bis mille et quingentos homines illic occidisset, et direpto agro abduxisset captivos? Ad hæc Nicolaus, de his se vel maxime, ait, docere posse, hæc partim nihil habere veri, partim non ita facta ut tu accepisti, nec ut ob ea merito succensere Herodi debeas. His præter opinionem auditis, et Cæsare attentiores se præbente, quum narrasset de quingentis talentis mutuo datis, et de syngrapha, in qua cautum fuerat ut liceret Herodi, ubi dies præstituta cessisset, pignora capere ex universa Arabum terra, hanc expeditionem non expeditionem esse dixit, sed justis de causis pecuniæ sibi debitæ exactionem. Neque tamen huc festinanter decurrisse Herodem, sed post aditos aliquoties Syriæ duces Saturnium et Volumnium : « denique, postquam apud Berytum his coram Syllæus per tuam fortunam jurasset, omnino

94. Quæ sequuntur, etsi non laudatis Nicolai historiis afferuntur, apponenda tamen curavimus, quod ad Nicolai res gestas pertinent et probabiliter magnam partem ex Nicolai opere deprompta sunt. — 1. Loquitur de Herode qui ob irruptionem in Arabiam factam accusatus apud Cæsarem, quum legati ad causam defendendam Romam missi re infecta re-

ἢ μὴν ἐντὸς ἡμερῶν τριάκοντα παρέξειν τὰ χρήματα καὶ τοὺς ἐκ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἡρώδου πεφευγότας. Ὡν οὐδὲν ποιήσαντος Συλλαίου, πάλιν ἐπὶ τοὺς ἡγεμόνας ἐλθεῖν Ἡρώδη, κακείνων ἐφέντων αὐτῷ λαμβάνειν τὰ ῥύσια, μόλις οὕτως ἐξελθεῖν σὺν τοῖς περὶ αὐτόν. Ὁ μὲν δὲ πόλεμος, ὡς οὗτοι τραγωδοῦντες ἔλεγον, καὶ τὰ τῆς ἐπιστρατείας τοιαῦτα. Καίτοι πῶς ἂν εἴη πόλεμος, ἐπιτρεψάντων μὲν τῶν σῶν ἡγεμόνων, δεδωκυίας δὲ τῆς συνθήκης, ἡσεβημένου δὲ μετὰ τῶν ἄλλων θεῶν καὶ τοῦ σοῦ, Καῖσαρ, ὀνόματος; Τὰ δὲ περὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐξῆς ἤδη λεκτέον. Ληστὰι τῶν τὸν Τράχωνα κατοικούντων τεσσαράκοντα τὸ πρῶτον, εἶτα αὖθις πλείονες, τὰς Ἡρώδου κολάσεις διαφεύγοντες, ὄρητῆριον ἐποίησαντο τὴν Ἀραβίαν. Τούτους ὑπεδέξατο Συλλαῖος ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους τρέφων, καὶ χώραν ἔδωκε νέμεσθαι, καὶ τὰ κέρδη τῶν ληστῶν αὐτὸς ἐλάμβανεν. Ὁμολόγησε δὲ καὶ τούτους ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ἀποδώσειν κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ δανείου προθεσμίαν, καὶ δύναίτο ἂν οὐκ ἐπιδειξαι κατὰ τὸ παρὸν ἄλλον τινὰ τῆς Ἀράβων χώρας ἢ τούτους ἐξηρημένους, οὐδὲ πάντας, ἀλλ' ὅσοι μὴ λαθεῖν ἴσχυσαν. Οὕτως οὖν καὶ τοῦ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπιφθόνου συκοφαντήματος πεφηνότος, μέγιστον, ὃ Καῖσαρ, κατάμαθε πλάσμα καὶ ψεῦσμα πρὸς τὴν σὴν ὄργην αὐτῷ ποιηθέν. Φημὶ γὰρ, ἐπελθούσης ἡμῖν τῆς Ἀράβων δυνάμεως, καὶ τῶν περὶ Ἡρώδη πεσόντος ἐνὸς καὶ δευτέρου, τότε μόλις ἀμυνομένου, Νάκεβον τὸν στρατηγὸν αὐτῶν καὶ περὶ πέντε καὶ εἴκοσι συνέβη πεσεῖν τοὺς πάντας, ὧν ἕκαστον αὐτὸς εἰς ἑκατὸν ἀναφέρων διαχιλίους καὶ πεντακοσίους τοὺς ἀπολωλότας ἔλεγε. »

Ταῦτα μᾶλλον ἐκίνει τὸν Καῖσαρα, καὶ πρὸς τὸν Συλλαῖον ἐπιστραφεῖς, ὄργῃς μεστός, ἀνέκρινεν, ὅπόσοι τεθνήκασιν τῶν Ἀράβων. Ἀπορούμενου δὲ αὐτοῦ καὶ πεπλανῆσθαι λέγοντος, αἶ τε συνθῆκαι τῶν δανείων ἀνεγινώσκοντο, καὶ τὰ τῶν ἡγεμόνων γράμματα, πόλεις τε ὅσαι ληστήρια κατητιῶντο. Καὶ πέρας εἰς τοῦτο κατέστη Καῖσαρ, ὡς τοῦ μὲν Συλλαίου καταγνῶναι θάνατον, Ἡρώδη δὲ διαλλάττεσθαι, μετάνοιαν ἐφ' οἷς ἐκ διαβολῆς πικρότερον ἔγραψεν αὐτῷ πεπονθῶς, καὶ τι τοιοῦτον εἰπεῖν εἰς Συλλαῖον, ὡς ἀναγκάσειεν αὐτὸν ψευδεῖ λόγῳ πρὸς ἄνδρα φίλον ἀγνωμονῆσαι (2).

95.

Idem XVII, 5,4, postquam apposuit orationem Herodis, qua commissa scelera Antipatro filio exprobrat, perguit ita : Ταῦθ' ἅμα λέγων εἰς δάκρυα τρέπεται, λέγειν τε ἄπορος ἦν. Καὶ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς φίλος τε ὢν τοῦ βασιλέως, καὶ τὰ πάντα συνδαιτιώμενος ἐκείνῳ, καὶ τοῖς πράγμασι, ὃν πραχθεῖεν τρόπον, παρατετευχῶς, δεηθέντι τῷ βασιλεῖ τὰ λοιπὰ

intra trigesimum diem se et nomen exsolviturum, et dediturum qui ex ditione Herodis in Arabiam profugerant. Et quum horum nihil Syllæus præstitisset, iterum ab Herode appellatos duces; quumque hi ei permisissent pignora capere, vix tandem cum suis profectum in Arabiam. Equidem hoc, inquit, est, quod tragice exaggerantes bellum appellant, atque ejusmodi erat ista expeditio. At quomodo bellum dicatur hæc juris persecutio post impetratam a duobus tuis veniam, idque ex præscripto cautionis, post violatum et deorum aliorum numen et tui, Cæsar, nominis majestatem? Jam restat dicere, quæ ad captos homines pertinent. Quum Trachonitæ latrocinari cœpissent, quadraginta primum, mox etiam complures, ne ab Herode ad supplicium raperentur, in Arabiam profugerunt. Hos recepit Syllæus, et omnium hominum in damnum aluit, locumque ad habitandum dedit, imo et horum ex latrociniiis quæstus partem in se vertit. Eodem tamen juramento spondit, hos se dediturum illa ipsa die, quæ et pecuniæ solvendæ erat præstituta; nec potest ostendere in præsentem quendam alium præter hos ex Arabia abductum, ac ne hos quidem omnes, sed qui latebras reperire nequibant. Jam quum videris illud invidiæ plenum de hominibus captis nihil esse nisi calumniam, rogo aliud, Cæsar, cognoscas nequissimum figmentum et mendacium, quo usus hic est, ut te ad iram concitaret. Pro cognito enim affirmo, quum in nostras partes irrupisset Arabum exercitus, et eorum qui Herodi parebant unus atque alter periissent, tum demum, et non ante, sua tutante Herode, occubuisse Nacebum illorum ducem, et una homines non supra viginti quinque, e quorum iste singulis centenos faciens, bis mille et quingentos narrabat occisos. »

Cæsarem jam ante nutantem hæc maxime commoverunt; et ad Syllæum versus, jam manifestus iræ, quærit, quot Arabes interierint. Illo autem hærente et male se edoctum fatente, lecta est rei creditæ cautio, lectæ et ducum literæ et civitatum querelæ de latrociniiis. Tandem eo perductus est Cæsar, ut capitis Syllæum damnaret, Herodi vero conciliaretur, ut quem jam pœniteret eorum quæ calumniis inductus duriora ipsi scripserat; et Syllæo hoc quoque exprobraret, sese ejus falsis verbis adductum, ut in amicum veterem amicitiae officia exueret.

95.

Hæc (in filium Antipatrum) dicenti Herodi obortæ lacrimæ finem dicendi fecere. Atque Nicolaus Damascenus, qui et regi amicus erat et convictor prope quotidianus, et plerisque suis rebus, de quibus agebatur, interfuerat, quum

dissent, in summis versabatur angustiis. — 2. Proximum Josephi locum (XVI, 11, 3), qui est de Nicolao Herodem exhortante, ne quid acerbius in filios ab Antipatro accusatos statuatur, exscripsi ad fragm. 5, not. 11.

εἰπεῖν, ἔλεγεν ὀπόσα ἀποδείξεών τε καὶ ἐλέγχων ἐχόμενα ἦν....

β. Νικόλαος ἀρξάμενος οἷς τε ὁ βασιλεὺς κατήρξατο λόγοις παλιλλογεῖν μειζόνως ἐκδεινῶν, καὶ ὀπόσα ἐκ βασιάνων ἢ μαρτυριῶν συνῆγε \*\* τὴν ἀπόδειξιν τοῦ ἐγκλήματος· μάλιστα δὲ τὴν ἀρετὴν ἐπιπολὺ ἐξηγεῖτο τοῦ βασιλέως ἢ περ εἰς τε τροφὰς καὶ παιδεύματα χρῆσάμενος τῶν υἱέων, οὐδαμῶθεν εὕροιτο ὀνησιφόρον αὐτὴν, περιπταίων ἐτέροις ἀφ' ἐτέρων. Καίτοι γε οὐχ οὕτω θαυμάζειν τῶν προτέρων τὴν ἀβουλίαν· νεωτέρους γὰρ καὶ κακία συμβούλων διεφθαρμένους ἀπαλεῖψαι τὰ τῆς φύσεως δικαιώματα, ἀρχῆς θᾶσσον ἢ χρῆν μεταποιεῖσθαι σπουδάσαντας· Ἀντιπάτρου δ' ἂν δικαίως τὴν μιανίαν καταπλαγῆναι, μὴ μόνον ὑπὸ τοῦ πατρὸς εὐεργετηθέντα τὸν λογισμὸν, ὥσπερ τὰ ἰσοβλώτατα τῶν ἐρπετῶν μὴ μαλαχθέντος, καίτοι γε κακείνοις τινὸς ἐγγινομένης μαλακίας τοῦ ἀδικεῖν τοὺς εὐεργέτας, ἀλλὰ μὴδὲ τὰς τύχας τῶν ἀδελφῶν πρὸς τὸ οὐ μιμητὴν αὐτῶν καταστῆναι τῆς ὀμότητος ἐμποδῶν στήσαντος. «Καίτοι γε, ὦ Ἀντίπατρε, τῶν ἀδελφῶν μηνυτῆς τε ὧν τολμήσειαν αὐτὸς ἦς, καὶ ἐρευνητῆς τῶν ἐλέγχων καὶ κολαστῆς τῶν πεφωραμένων. Καὶ οὐ τοῦ ἐπ' ἐκείνοις ἐγκαλοῦμεν θυμῷ χρῆσθαι μὴ ἐλλείποντος, ἀλλὰ τοῦ μιμεῖσθαι τὴν ἀσέλγειαν αὐτῶν σπουδάσαντος ἐκπεπλήγημεθα, εὐρίσκοντες κακείνα οὐκ ἐπ' ἀσφαλείᾳ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν ἀδελφῶν πεπραγμένα, ὅπως μισοπονηρία τῇ κατ' αὐτῶν φιλοπάτωρ εἶναι πεπιστευμένος, ἀδεεστέραν ἐπ' αὐτῶν κακουργεῖν παραλάβοις δύναμιν· ὁ δὲ καὶ τοῖς ἔργοις παρέστησας. Ἀμα δὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἀνήρεις, ἐφ' οἷς ἤλεγχες πονηροὺς γεγονότας, καὶ τοὺς ὀμοπραγήσαντας αὐτοῖς οὐχ ὑπεδίδους, φανερόν τοῖς πᾶσι καθιστάς, ὥς καὶ συνθήκην πρὸς αὐτοὺς κατὰ τοῦ πατρὸς ποιησάμενος, ἐπανεῖλου κατηγορεῖν, βουλόμενος σοὶ τὴν ἐπιβουλήν τῆς πατροκτονίας κερδαίνεσθαι κατὰ μόνας, καὶ δυοῖν ἀγῶνοιν εὐφροσύνην καρπούμενος, τρόπου τοῦ σοῦ ἀξίαν, φανεροῦ μὲν τοῦ κατὰ τῶν ἀδελφῶν, ὅτι καὶ ἠγάλλου ὥς ἐπὶ τοῖς μεγίστοις, καὶ ἦν ἀξίον οὕτω φρονεῖν, εἰ δὲ μὴ γε, σὺ χείρων ἦς κρύπτειν ὀδόν κατὰ τοῦ πατρὸς συντιθεῖς, ἐκείνους μὲν οὐχ ὥς τῷ πατρὶ ἐπιβεβουλευκότας μισῶν (οὐ γὰρ ἂν ἐξώκειλας αὐτὸς ἐπὶ πρᾶξιν παραπλησίαν), ἀλλ' ὥς διαδόχους τῆς ἡγεμονίας σου δικαιοτέρων ἂν γενομένων· τὸν δὲ πατέρα ἐπισφάζειν τοῖς ἀδελφοῖς \*, ἵνα θᾶσσον ὥς ἐκείνων ἐπικαταψεύσαι μὴ ἐλεγχθῆς, καὶ ὧν αὐτὸς δίκας παρασχεῖν ἀξίος γένοιτο, ταύτην παρὰ τοῦ δυστυχοῦς εἰσπράξαι πατρὸς, ἐπινοῶν πατροκτονίαν οὐ κοινήν, ἀλλ' οἷαν μέχρι νῦν οὐχ ἰστόρησεν ὁ βίος· οὐχ υἱὸς γὰρ μόνον πατρὶ ἐπεβούλευες, ἀλλὰ καὶ φιλοῦντι καὶ εὐεργετηκότι, κοινωνὸς τῆς βασιλείας ὧν τοῖς ἔργοις καὶ διάδοχος προφανθεῖς, καὶ τὴν μὲν ἡδονὴν τῆς ἐξουσίας ἤδη προλαμβάνειν μὴ ἐπικεκωλυμένος, ἐλπίδα δὲ τὴν εἰσαῦθις γνώμη τοῦ πατρὸς καὶ γράμμασι προσηφαισμένος· ἀλλ' οὐκ ἄρα τῇ Ἡρώδου ἀρετῇ τὰ πράγματα, γνώμη δὲ καὶ πονηρία ἔκρινες τῇ ἑαυτοῦ, βουλόμενος

eum rogasset rex, ut reliqua adderet, quæ pertinerent ad criminum probationem, persequebatur....

5. Nicolaus accusationem a rege coeptam atrocius persequens, argumenta omnia ad eam firmandam, quæ ex quæstionibus aut testium fide haberi poterant, densavit. Inprimis vero regis virtutem prædicabat, et merita in bene educandis instituendisque liberis, quorum ille non modo fructum perciperet nullum, sed inde in alias ex aliis incideret calamitates. Neque tamen adeo se mirari priorum filiorum temeritatem: fuisse enim juvenes, et a malis consultoribus corruptos, ut majori quam oporteret fruendi imperii festinatione a naturæ legibus desciscerent. At Antipatri stupendum plane scelus, quem tot patris merita non flexerint, venenati in morem animantis, nisi quod hujus quoque generis aliquid creditur beneficiis emolliri; nec fratrum miseranda exempla absterruerint, quo minus eos imitaretur obfirmato in duritatem animo. Atqui tu ipse, inquit, Antipater, index fuisti facinoris fratrum, tu argumenta supeditasti, tu in convictos ut animadverteretur fecisti. Nec id culpamus, quod in illis iram satiasti: sed hoc miramur, te tam subito æmulatum ipsorum improbitatem: et hinc discimus, quæ fecisti antea, in iis propositam fuisse non salutem patris, sed fratrum perniciem, dum insectando scilicet ipsorum malitiam id consecutus, ut patris amans filius credereris, majores inde vires et audaciam ad scelus aggrediendum sumeres. Docet hoc res ipsa. Fratres sustulisti ob ea quæ admiserant: conscios atque adjuutores eorum non dedidisti, ut facile appareat, te tacito cum his fœdere invito accusationem aggressum, nimirum, ut solus parricidii compos fieres, et duplicem, sed utramque tuo dignam ingenio perciperes voluptatem: palam quidem confectis fratribus, quo nomine, tanquam rem præclare gessisses, nitro gloriaris, nec injuria; sin minus, tu illis pejores, qui clam patris vitæ insidiatus es, illos, non quod non patri moliti essent necem, odio habens (nam id si esset, non te obligasses eodem crimine), sed quod regni heredes essent justiores. Patrem autem interficere voluisti, scilicet fratribus superadditum, ut periculum effugeres, ne, quæ in eos calumniatus es, detegerentur, et quæ tu meritis eras supplicia, ea de infelici patre exigeres: repertor non vulgaris parricidii, sed quale hactenus ignorat hominum vita. Non enim tantum patri filius insidiatus es, sed et amanti te, beneficiis ab eo affectus, re ipsa jam particeps regni et successor designatus: ita ut voluptatem imperii re ipsa jam perciperes, et spem plenæ possessionis certissimam haberes, conscripta patris voluntate. At tu non Herodis bonitate, sed pravitate ingenii tui res metiebaris, hoc agens, ut patri indulgentissimo par-



τοῦ πάντων σοι ὑπακούσαντος πατρὸς καὶ τὸ μέρος ἀφαιρεῖσθαι· καὶ ὃν προσεποίου τοῖς λόγοις σώζειν, τοῖς ἔργοις τοῦτον ἀφανίσαι ζητῶν, καὶ μὴ μόνον αὐτὸς πονηρὸς καθιστάμενος, ἀλλὰ καὶ τὴν μητέρα ὧν ἐπενόεις τιμπλάς, καὶ στασιοποιῶν τὴν εὐνοίαν τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ τολμῶν θηρίον ἀποκαλεῖν τὸν πατέρα, παντὸς ἐρπετοῦ χαλεπωτέραν τὴν διάνοιαν κατεσκευασμένος, ἢ τὸν ἐκεῖνον ἰὸν ἐπὶ τοὺς συγγενεστάτους καὶ τοὺς ἐπὶ τοσοῦτοις εὐεργέτας παρεκάλεις ἐπὶ συμμαχίαις φυλάκων, καὶ τέχναις ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν φρασσόμενος κατὰ τοῦ γέροντος, ὡσπερ οὐκ ἀρχούσης τοῦ τῆς διανοίας μίσος τὸ ὑποικουροῦν παραστῆσαι. Καὶ νῦν ἐλήλυθας μετὰ βασάνους ἐλευθέρων, οἰκετῶν, ἀνδράσι καὶ γυναῖξι διὰ σὲ γεγυίας, μηνύσεις τῶν συνωμοτῶν, ἀντιλέγειν τῇ ἀληθείᾳ σπεύδων, καὶ οὐχὶ μόνον τὸν πατέρα ἀναιρεῖν μεμελετηκῶς ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου βίου, ἀλλ' ἤδη καὶ νόμον κατὰ σοῦ γεγραμμένον, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ Οὐάρου, καὶ τοῦ δικαίου τὴν φύσιν. Οὕτως ἄρα τῇ ἀναιδείᾳ πέποιθας, ὥστε καὶ βασανίζεσθαι ἀξιοῖς, καὶ ψευδεῖς λέγων τὰς βασάνους τῶν προβεβασανισμένων, ἵν' οἱ μὲν βυόμενοί σου τὸν πατέρα ἐκχρουσθῶσιν τοῦ ἡληθευκένοι, αἱ δὲ σοὶ βάσανοι δοκῶσι πισταί. Οὐ βύση, Οὐάρε, τὸν βασιλέα τῆς ἐπηρείας τῶν συγγενῶν; οὐδὲ ἀπολείς πονηρὸν θηρίον, ἐπ' ὀλέθρῳ μὲν τῶν ἀδελφῶν εὐνοίαν προσποιούμενον τοῦ πατρὸς, ἔνθα δὲ μέλλοι κατὰ μόνας ταχέως ἀποίσεσθαι τὴν βασιλείαν, πάντων αὐτῶ θανασιμώτατον ἀναφαινόμενον; γνοὺς ὅτι πατροκτονία κοινὸν ἐστὶν ἀδίκημα καὶ τῆς φύσεως καὶ τοῦ βίου, πεφηνυῖα οὐδὲν ἤσσω \*\* ὡς τοῦ βεβουλευμένου, καὶ ὃ μὴ κολάζων ἀδικεῖ τὴν φύσιν.»

6. Προσετίθει δὲ ἤδη τὰ τῆς μητρὸς Ἀντιπάτρου, ὅποσα πρὸς τινὰς ἦν κουφολογία γυναικείῳ εἰρημένα, μαντείας τε καὶ θυσίας ἐπὶ τῷ βασιλεῖ γεγυίας, καὶ ὅποσα μετὰ τῶν Φερώρα γυναικῶν Ἀντιπάλτρω ἠσέλγητο μετὰ οἴνου καὶ λύμης ἐρωτικῆς, τῶν τε βασάνων τὰς ἀνακρίσεις καὶ ὅποσα μαρτυριῶν ἐχόμενα· πολλὰ δὲ καὶ παντοῖα ἦν τὰ μὲν προητοιμασμένα, τὰ δὲ πρὸς τοῦ ὀξέως ἀπαγγέλλεσθαι τε καὶ βεβαιουῖσθαι ἐφηρημένα.

95 a.

Idem XVII, 9,6 : Καὶ Ἀντίπατρος μὲν τοιάδε εἰπὼν, καὶ μαρτύρων παραστάσει τὰ εἰρημένα κρατύνόμενος πολλοῖς τῶν συγγενῶν, παύεται τοῦ λέγειν. Ἀνίσταται δὲ Νικόλαος ὑπὲρ Ἀρχελάου καὶ ἔλεγεν, τὰ μὲν ἐν τῷ ἱερῷ γνώμη τῶν πεπονθότων ἀνατιθεῖς μᾶλλον ἢ ἐξουσία τοῦ Ἀρχελάου· τοὺς γὰρ ἐπὶ τοιοῖσδε ἄρχοντας, οὐ μόνον τῷ καθ' αὐτοὺς ὑβρίζοντι εἶναι πονηροὺς, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀναγκάζοντι εἰς τὴν ἄμυ-

tem quæ ei restabat de imperio auferres, et cujus conservator volueras dici, eum re ipsa conareris interficere : ac quasi non satis esset temet malum esse, matrem etiam tuis pessimis consiliis implevistī, et fratrum concordiam dissociasti. Atque patrem feram appellare ausus es, ipse pessimos serpentes exsuperans feritate animi, unde illud virus in proximos sanguine et tantorum tibi bonorum auctores in promptu esset, stipato satellitiis, armato astubus, nec virorum tantum sed etiam mulierum adversus senem, quasi tuus ille odio tam injusto insessus animus ad maleficia non sufficeret. Et nunc apparere hęc audes, ut post tortos homines, liberos, servos, viros, feminas, tuam unius ob causam, post tot judicia eorum qui tecum conspiraverant, veritatem oppugnes : quasi, quod patrem rebus humanis voluisti eximere, parum sit, nisi insuper evertas legem in te scriptam, et Vari æquitatem et ipsam vim justitiæ. Itane tuæ confidis audaciæ et confidentiæ, ut etiam tormentis temetipsum subjici velis, dum prius habitis quæstionibus fidem detrahis, ut illi scilicet, qui patrem tuum salvum voluerunt, mendaces habeantur, illis vero credatur quæstionibus, quas tu rexisti? Quando regem liberabis, Vare, a consanguineorum injuriis? quando exstingues portentum illud hominis, eum dico, qui in fratrum perniciem patris amorem simulavit, ac deinde, quum solus brevi regno esset potiturus, fata ejus maxime omnium præcipitare voluit? Scis quippe parricidium communem in humanum genus universum esse injuriam, et naturæ pariter ac vitæ hominum infestum, nec ideo minus \*\* ut tantum modo cogitatum; et qui non punit, naturæ ipsi facit injuriam.»

6. Addidit super hæc Nicolaus quædam a matre Antipatri muliebri garrulitate effusa, consultos vates et sacra facta, quibus rex devoveretur; et quæ in Pheroræ uxores Antipater in vino atque amoris æstu proterve fecerat. Tum vero repetiit, quæ tormentis et testimoniis comperta erant : multa autem et varia erant partim ex præmeditatione indicata, partim ex tempore et subinde confirmari reperta.

95 a.

Antipater talia locutus multisque e consanguineis ad ea quæ dixerat testimoniis suis firmanda adhibitis, finem dicendi fecit. Surrexit vero Nicolans, qui Archelai causam egit, dixitque, illa quidem, quæ in templo facta, obstinatis potius eorum animis, qui passi sint, imputans quam Archelai potestati. Nam talia cœptantes non eo tantum injustos esse, quod innocentes vexent, sed etiam quod pacis et æqui amantes in ultionem impellant. Hos autem

95 a. Interfecto Antipatro, mox defunctus est Herodes, qui secundo, quod paullo ante mortem scripserat, testamento successorem regni constituerat Archelaum filium. Is antequam Romam proficisceretur, ut Cæsar testamentum patris auctoritate sua confirmaret, Judæorum seditionem compescuit. Scilicet quum postulatis eorum non obtemperatum esset, festi tempore seditiosos in fano cœtus habebant, adeoque se gerebant insolenter, ut vim vi Archelaus repel-

ναν αὐτῶν εὐγνωμονεῖν προαιρουμένους. Ὡς δὲ πολέ-  
μια ἔδρων λόγῳ μὲν κατ' Ἀρχελάου, τὸ δὲ ἀληθές  
εἰς Καίσαρα, φανερόν εἶναι. Τοὺς γὰρ ὕβριοῦντας,  
κωλύτας παραγενομένους καὶ ὑπ' Ἀρχελάου πεπομφό-  
τας, κτεῖναι ἐπιτιθεμένους, οὔτε τοῦ Θεοῦ οὔτε τοῦ  
νόμου τῆς ἐορτῆς ἐν φροντίδι γενομένους, ὧν Ἀντίπατρον  
οὐκ αἰσχύνεσθαι ἐκδικητὴν καθιστάμενον ἐπὶ θεραπείᾳ  
ἔχθρας τῆς αὐτοῦ πρὸς Ἀρχελάον, ἣ μίσει τοῦ ἀρετῆ  
δικαίου. Οἱ παρελθόντες καὶ μὴ πρὸς διανοουμένους  
ἄρχοντες ἀδίκων ἔργων, οἷδε εἰσὶν οἱ βιαζόμενοι καὶ μὴ  
θέλοντας τοὺς ἀμυνομένους ἐφ' ὄπλα χωρεῖν. Ἀνετίθει  
δὲ καὶ τὰ λοιπὰ πᾶσι τοῖς ἐν βουλή τῶν κατηγορῶν·  
οὐδὲν γὰρ ὅ τι μὴ οὐ μετὰ γνώμης τῆς αὐτῶν γεγενη-  
μένον αἰτία τοῦ ἀδικεῖν ὑπάγεσθαι. Οὐ τῆ φύσει τοιού-  
τως αὐτὰ γεγονότα πονηρὰ εἶναι, ἀλλὰ τῷ βλάψειν ἂν  
δοκεῖν Ἀρχελάον. Τοσήνδε αὐτοῖς εἶναι βουλήν τοῦ  
ὑβριοῦντος εἰς ἄνδρα συγγενῆ, καὶ πατρός μὲν εὐεργέ-  
την, συνήθη δὲ αὐτοῖς καὶ διὰ παντός οἰκειῶς πεπολι-  
τευμένον. Τὰς γε μὴν διαθήκας ὑπὸ τε σωφρονοῦντος  
γεγράφθαι τοῦ βασιλέως, καὶ κυριωτέρας εἶναι τῶν γε-  
γραμμένων πρότερον, διὰ τὸ Καίσαρα δεσπότην τῶν ὅλων  
καταλελειφθαι πρὸς τὴν κρίσιν τῶν ἐν αὐταῖς γεγραμ-  
μένων· μιμήσεσθαι τε οὐδαμῶς Καίσαρα τὴν ὕβριν  
αὐτῶν, οἷ τῆς Ἡρώδου παντοίως ἀπολαύσαντες παρ'  
ὃν ἔζη καιρὸν δυνάμεως, τὰ πάντα ἐπὶ ὕβριν γνώμης  
ἐπέιγοντο αὐτοῦ, οὐδ' αὐτῶν περὶ τὸν συγγενῆ τοιού-  
των γεγονότων. Οὐχ οὐκ Καίσαρά τε ἄνδρὸς ὑπ' αὐτῷ  
πεποιημένου τὰ πάντα καὶ φίλου καὶ συμμάχου κατα-  
λύσειν τὰς διαθήκας, ἐπὶ πίστει τῆ αὐτοῦ γεγραμμέ-  
νας, οὐδὲ μιμήσεσθαι κακίαν τὴν ἐκείνων τὴν Καίσα-  
ρος ἀρετὴν καὶ πίστιν, πρὸς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην  
ἀνευδοίαστον γενομένην, καὶ μανίαν καὶ λογισμοῦ  
ἔκστασιν κατακρίνειν ἄνδρὸς βασιλέως, υἱεῖ μὲν ἀγαθῷ  
τὴν διαδοχὴν καταλελοιπότης, πίστει δὲ τῆ αὐτοῦ  
προσπεφυγότος· οὔτε ἁμαρτάνειν Ἡρώδην ποτὲ περὶ  
κρίσιν τοῦ διαδόχου, σωφροσύνη κεχρημένον ἐπὶ τῇ  
Καίσαρος γνώμῃ τὰ πάντα ποιεῖσθαι.

7. Καὶ Νικόλαος μὲν τοιάδε διελθὼν, καταπαύει  
τὸν λόγον. Καῖσαρ δὲ Ἀρχελάον προσπεσόντα αὐτῷ  
πρὸς τὰ γόνατα φιλοφρόνως ἀνίστη φάμενος ἀξιότατον  
εἶναι τῆς βασιλείας.

96.

Joseph. A. J. XVII, 11, 3 : Τοιαῦτα δὲ τῶν Ἰουδαίων  
εἰρηκότων, Νικόλαος τοὺς τε βασιλεῖς ἀπήλασσε τῶν  
ἐγκλημάτων, Ἡρώδην μὲν, διὰ τὸ παρ' ὃν ἔζη χρόνον

homines verbo quidem in Archelaum patrasse hostilia, re  
ipsa autem in Cæsarem, uti pateat. Constat enim (inquit),  
quos ad vim ac injuriam prohibendam Archelaus miserat,  
occisos ab illis neque Deum neque fas dierum sanctissimo-  
rum reverentibus. Etsi sunt, quorum non puduit Antipa-  
trum suscipere tutelam, sive ut odio in Archelaum suo  
morem gereret, sive quod jus et æquum omne aversetur.  
Certe qui adoriuntur alios, nihilque mali suspicantes inju-  
riis lacessunt, hi sunt, qui nolentes cogunt sui tuendi  
causa ad arma recurrere. Tum reliquorum omnium, quæ  
objecta fuerant, causam assignavit iis ipsis, qui consilio  
erant accusatoribus. Nihil enim esse quod non illorum  
instinctu factum jam in injuriæ *tanquam ab Archelao*  
*commissæ* accusationem producat: unde color quæretur  
injuriæ, quod non ipsis factum sit suavioribus. Neque ea per  
se esse improba, sed in odium Archelai ita referri, ut im-  
proba videantur. Tanto illos agi studio lædendi cognatum  
hominem de ipsorum parente bene meritum et ipsos omni-  
bus amicitiae officii prosecutum. Testamentum a patre  
factum bene mentis compote, et haud dubie posteriores  
tabulas potiores esse prioribus, eoque magis, quod Cæsari  
omnium, quæ in iis scripta sint, plenissimum arbitrium  
relinquatur. Non timendum, ne horum iniquitatem Cæsar  
imitetur, qui Herodis, ex cujus viventis potentia fructus  
plurimos ceperint, nunc mortui voluntatem oppugnent, id-  
que satis sibi conscii, ne utquam se de Herode ita meritos,  
ut Archelaus fuerit. Non eum esse Cæsarem, qui viri amici,  
bellorum socii, qui in omnibus ex Cæsare pendere semper  
voluerit, rescindat testamentum suæ commissum fidei.  
Multum ab horum malignitate abfuturam Cæsaris vir-  
tutem ac fidem toti humano generi testatissimas, neque id  
in eum cadere, ut non sanæ mentis pronuntiet regem, qui  
primum filio bono hereditatem reliquerit, deinde in hoc  
ipsius Cæsaris fidem imploraverit. Quando testamentum  
condens Herodes ita sapuerit, ut Cæsaris arbitratui cuncta  
submitteret, in herede quidem eligendo desipere non po-  
tuisse.

Hæc fere quum oratione percurrisset Nicolaus, finem di-  
cendi facit. Cæsar autem Archelaum, qui se ad pedes ejus  
abjecerat, comiter allevavit, regno dignissimum esse di-  
cens.

96.

Quum autem Judæi ejusmodi orationem habuissent, Ni-  
colaus reges de criminibus purgavit, Herodem quidem,  
quod nulla de re ab illis accusatus fuerit quamdiu viveret,

lens ter mille Judæos occideret. Post hæc Romam profectus præter alios etiam Nicolaum nostrum secum abduxit (Joseph. XVII, 9, 3). Eodem autem tempore Romam venit Antipas, alius Herodis filius, qui quum primo testamento hæres designatus esset, consiliis cedens amicorum (inter quos Ptolemæus frater Nicolai), successionem regni surripere Archelao moliebatur. Re ad Cæsarem delata, contra Archelaum verba facit Antipater, filius Salmones, quæ soror Herodis erat. Exprobrat autem adversario tum alia complura, tum illud maxime, quod in Judæos scelus commisisset, et quod antequam licuisset Cæsaris venia, arbitrato suo res administrasset. His expositis subjungit Josephus quæ nostro fragmento leguntur.

96. In antecedentibus Josephus narravit quomodo Judæorum legati apud Cæsarem de Herodis et Archelai sævitia conquesti petiverint ut suis sibi legibus vivendi sub Romanorum tutela detur potestas.

υχεῖν ἀκατηγόρητον, οὐ γὰρ δεῖν τοὺς ἐγκαλεῖν ἔχον-  
τας ἐπὶ μετρίοις καὶ παρὰ ζῶντος τιμωρίαν λαβεῖν  
δυναμένους ἐπὶ νεκρῷ κατηγορίαν συντιθέναι, τὰ δὲ  
ὑπ' Ἀρχελάου πραχθέντα ὕβρει τῆς ἐκείνων ἀντετίθει,  
οἱ ὀριγνώμενοι πραγμάτων παρὰ τοὺς νόμους, καὶ  
σφαγῆς ἄρξαντες τῶν κωλύειν ὑβρίζοντας προμηθουμέ-  
λων, ἀμύνης γενομένης ἐγκαλοῖεν. Ἐνεκάλει δὲ νεωτε-  
ροποιίας αὐτοῖς καὶ τοῦ στασιάζειν ἡδονὴν ἀπαιδευσίαν  
τε τοῦ ἔπεσθαι δίκῃ καὶ νόμοις, ὑπὸ τοῦ θέλειν τὰ πάντα  
νικᾶν. Ταῦτα μὲν οὖν Νικόλαος.

## ΕΚ ΒΙΒΛΙΩΝ ΑΔΗΛΩΝ.

97.

Josephus Ant. Jud. I, 3 : Ἡσίοδος τε καὶ Ἑκα-  
ταῖος καὶ Ἑλλάνικος καὶ Ἀκουσίλαος καὶ πρὸς τούτοις  
Ἐφορος καὶ Νικόλαος ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαν-  
τας ἔτη χίλια. Eadem Syncell. p. 43, A.

98.

Bekker. Anecd. Gr. p. 367, 24 : Ἀκολασία Θου-  
κυδίδης ἔφη, ἀκολαστία δὲ Ἀλεξίς, ἀκολαστότατα δὲ  
Ἀριστοτέλης, καὶ ἀκολαστότερα Νικόλαος.

## ΒΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ.

99.

## ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΓΩΓΗΣ.

Exc. De virt. : Ὅτι εἰς τιμῆς ἀξίωσιν οὕτω (1) προσ-  
εῖπον οἱ ἄνθρωποι, ναοῖς τε καὶ θυσίαις γεραίρουσιν,  
ἀνά τε νήσους καὶ ἠπειρούς διηρημένοι, καὶ κατὰ πό-  
λεις καὶ ἔθνη, τό τε μέγεθος αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς καὶ τὴν  
εἰς σφᾶς εὐεργεσίαν ἀμειβόμενοι. Δυνάμειος γὰρ καὶ  
φρονήσεως εἰς τὰ πρῶτα ἀνελθὼν οὗτος ὁ ἀνὴρ, πλεί-  
στων μὲν ἤρξεν ἀνθρώπων τῶν διὰ μνήμης, μακροτά-  
τους τε ὄρους ἐποίησατο τῆς Ῥωμαίων δυναστείας, εἰς  
τε τὸ βεβαιότατον οὐ τὰ φύλα μόνον καὶ Ἑλλήνων καὶ  
βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς τὰς διανοίας κατεπτήσατο,  
τὸ μὲν πρῶτον σὺν ὄπλοις, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ἄνευ  
ὄπλων, ἐθελουσίους τε προσαγόμενος διὰ τὸ (2) μᾶλλον  
ἔτι ἐνδηλος γίνεσθαι τῆς φιλανθρωπίας, ἔπεισεν ἑαυτοῦ  
ἀκροᾶσθαι, ὧν δὲ (3) πρότερον οὐδὲ ὀνόματα ἠπίσταντο  
οἱ ἄνθρωποι, οὐδέ τις ὑπήκοοι ἐγένοντο διὰ μνήμης,  
ἡμερωσάμενος (4), ὅποσοι ἐντὸς (5) Ῥήνου ποταμοῦ

neque fas esse ut qui apud æquos rerum iudices accusare  
et de vivente pœnam sumere potuerint, mortuo accusatio-  
nem conflarent; quæ vero ab Archelao acta essent, ad illo-  
rum improbitatem injuriasque referebat, qui quum res  
contra leges affectassent, et illorum cædes facere cœpissent,  
quibus curæ erat illos ab injuriis prohibere, nunc de inju-  
riis vindicatis quererentur. Iisque objecit rerum novarum  
studium, quodque seditionibus delectarentur, ut qui justiti-  
am colere legibusque parere nescirent, quod in omnibus  
vincere vellent. Et hæc quidem Nicolaus.

## E LIBRIS INCERTIS.

97.

Hesiodus, Hecataeus, Hellanicus, Acusilaus, nec non  
Ephorus ac Nicolaus veteres olim ad mille annos vitam  
produxisse aiunt.

98.

Ἀκολασία Thucydides dixit, ἀκολαστία vero Alexis,  
ἀκολαστότατα Aristoteles, et ἀκολαστότερα apud Nicolaum  
legitur.

## VITA CÆSARIS.

99.

## DE CÆSARIS INSTITUTIONE.

Huic viro cognomen *Augusti* in honoris testimonium  
imposuerunt, templisque eum et sacrificiis venerantur per  
insulas continentesque dispersi populi atque civitates, ut et  
virtutes ipsius maximas et collata in se beneficia rependant.  
Hic enim ille est, qui ad summum tam prudentiæ quam  
potentiæ culmen evectus, omnium quos memoria comple-  
ctitur hominum latissime regnavit et longissimis terminis  
Romanum sepsit imperium, ac firmissime Græcorum bar-  
barorumque non populos tantum sed animos etiam sibi ad-  
junxit, primum quidem armis, mox vero etiam nulla usus  
vi, sed volentes lubentesque ad se pelliciens, quum huma-  
nitate magis etiam quam viribus inclaruisset, vel iis obse-  
quium persuasit, quorum antea ne nomina quidem nove-  
ramus, quique nullius unquam per hominum memoriam  
imperio subditi fuerant: nam quot populi trans Rhenum

99. *Cod. Tur. fol.* 160, 1 r. — 162, 32 v. — I, 1. οὕτω] sc. Σεβαστόν. V. Sueton. Octav. 7; Dio Cass. LIII, 16. 18; Oros. VI, 20; Censorin. D. N. 21; Ovid. Fast. I, 587; Calend. Prænest. ap. Orell. Inscr. II, p. 346. 382; Feriale Cumanum in Museo Rhenan. tom. IV, p. 630; Monum. Ancyr. col. 18. — 2. διὰ τὸ μᾶλλον ἔτι] διὰ μᾶλλον τι codex. Articulum addidit Valesius; τι in ἔτι mutarunt Orellius et Corayus, qui ita dedit: προσαγόμενος: διὰ δὲ τὸ μᾶλλον ἔτι κτλ. Pro ἐνδηλος fortasse ἐκδηλος fuisse idem suspicatur Corayus. — 3. δὲ] Coray., δὲ codex. — 4. ἡμερωσάμενος]

κατοικοῦσιν, ὑπὲρ τε τὸν Ἰόνιον πόντον καὶ τὰ Ἰλλυριῶν γένη· Παννονίους αὐτοὺς καὶ Δάκας (6) καλοῦσιν. Ζήτει ἐν τῷ Περὶ ἀνδραγαθημάτων.

II. Περὶ δὲ τούτου τοῦ ἀνδρὸς φρονήσεώς τε καὶ ἀρετῆς ἰσχὺν δεῖξαι ὁπόσον δύναται, τὰ μὲν ἐκ τῆς πολιτείας ἦντινα ἐν τῇ πατρίδι ἐπολιτεύσατο, τὰ δὲ (1) κατὰ στρατηγίας μεγάλων πολέμων ἐγχωρίων τε καὶ ἀλλοεινῶν, ἀγώνισμα μὲν ἀνθρώποις πρόκειται λέγειν καὶ γράφειν, ὡς ἂν εὐδοκίμοιεν (2) ἐν καλοῖς ἔργοις. Καὺτὸς δ' ἀφηγήσομαι τὰ πεπραγμένα, ἐξ ὧν οἷόν τε γινῶναι σύμψασι τὴν ἀλήθειαν. Πρότερον δ' αὐτοῦ τό τε γένος διεξείμι καὶ τὴν φύσιν, τοὺς τε γεννητὰς, ἀφ' ὧν ἦν, τὴν τ' (3) ἐκ νηπίου τροφὴν τε καὶ παιδείου, ἧ χρησάμενος τοσόδε ἐγένετο. Πατὴρ μὲν οὖν ἦν αὐτῷ Γάιος Ὀκταούσιος, ἀνὴρ τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου. Οἱ δ' αὐτοῦ πρόγονοι, κατὰ τε πλοῦτον καὶ ἐπιείκειαν ὀνομαστότατοι γενόμενοι (4), ὀρφανῶ ὄντι ἐκείνῳ τὰ χρήματα ἐλίποντο· [οἱ] καταστάντες δ' ἐπίτροποι ταῦτα διεφόρησαν· ὁ δὲ τῶν πρὸς αὐτοὺς δικαίων ἀποστάς, τοῖς περιλειφθεῖσιν ἤρχετο.

III. Ὅτι Καῖσαρ περὶ ἑννέα ἔτη μάλιστα γεγονώς, θαυμά τε οὐ μικρὸν παρέσχε Ῥωμαίοις, φύσεως ἀρότητα ἐηλώσας ἐν τοιαύτῃ ηλικίᾳ, καὶ τοῖς ἀνδράσι πολλὸς ἐγγίνεται θόρυβος ἐν πολλῷ δμίλῳ δημηγοροῦντι (1). Ἀποθανούσης δ' αὐτῷ τῆς τηθῆς, παρὰ τῇ μητρὶ ἐτρέφετο Ἀντία, καὶ τῷ ταύτης ἀνδρὶ Φιλίππῳ Λευκίῳ, ὃς ἦν ἀπόγονος τῶν τὸν Μακεδόνα Φίλιππον χειρωμένων (2). Παρὰ δὲ τῷ Φιλίππῳ ὁ Καῖσαρ, ὡς παρὰ πατρί, τρεφόμενος πολλὴν ὑπέφαιεν ἐλπίδα, ἥδη τε (3) ἀξιώτιμος καὶ τοῖς ἡλίξις ἐφαίνετο τοῖς εὐγενεστάτοις παισὶ· καὶ συνήεσαν πρὸς αὐτὸν παμπληθεῖς, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν νεανίσκων, οἷς τὸ πράττειν δι' ἐλπίδος ἦν. Προῦπεμπον δὲ αὐτὸν πάμπολλοι ὀσημέρα καὶ μεираχίσκοι καὶ ἄνδρες καὶ ἡλικες παῖδες, εἴτε ἐφ'

habitant et supra mare Ionium, et Illyricæ originis gentes, quos Pannonios et Dacas vocant, omnes pacavit. *Quære in Excerptis de rebus fortiter gestis.*

II. Hic vir quantum præstiterit virtute et prudentia, quæ quum domi in administratione reipublicæ tum foris in difficillimis bellis et civilibus et externis eluxit, dictis scriptisque prosequi materia ingenii proposita est eorum, qui celebrando præclara facta ipsi gloriam sibi parare cupiant. Ego vero res ejus gestas ita enarrabo, ut verum omnibus pateat. Primum igitur de genere ejus atque indole dicam, qui ejus parentes ac quæ a prima ætate fuerit institutio, cujus beneficio tantus postmodum vir evasit. Pater ei Octavius senatorii fuit ordinis, cui quum majores et opibus et æquitate nobiles impuberi adhuc rem reliquissent, et eam tutores dissipassent, ipse jus suum illis remittens, residuis contentus vixit.

III. Annum ætatis circiter nonum agens Cæsar haud mediocri admirationi fuit Romanis, quippe qui in tantilla ætate egregiæ indolis specimina ederet, ita ut et ab adultæ ætatis viris orationem habens ad multitudinem maximo applausu acciperetur. Porro mortua avia (Julia) educatus est apud Atiam matrem et L. Philippum vitricum: qui quidem originem ab iis ducebat, qui Philippum Macedonem superaverant. Apud hunc velut alterum patrem educatus Cæsar maximam spem ostendebat, jamque tum ab æqualibus suis, pueris nobilissimis, colebatur. Adjungebant se ei plurimi, inter quos et adolescentes non pauci, quibus capessendæ propediem reipublicæ spes erat, ac quotidie maxima frequentia juvenum ac virorum et æqualium puerorum deducebatur, sive equitatum extra urbem prodiret,

In codice hæc vox legitur post ἀνθρωποι. Transposuerunt eam Valesius et Corayus. — 5. ἐν τὸς] Vales.; ἐν τοῖς codex. — 6. Δάκας] Meminit hujus loci Bernhardus ad Dionys. Perieg. 305, p. 593, de ratione disputans, qua Dacas a Getis Romani distinxerint.

II, 1. δὲ] omis. codex. — 2. εὐδοκίμοιεν] e conj. Corayi; εὐδοκίμειν codex. — 3. τ'] om. codex. — 4. Cf. Sueton. Octav. c. 3: C. Octavius a principio ætatis et re et existimatione magna fuit... Amplis innutritus opibus, honores et adeptus est facile et egregie administravit. Quæ de tutoribus ejus n. l. leguntur, aliunde non nota sunt. Articulum οἱ ante καταστάντες addidit Corayus.

III, 1. δημηγοροῦντι] « Intelligit sine dubio orationem funebrem, quam Augustus vixdum decennis habuit in rostris de laudibus aviæ Juliæ; de qua re sic Suetonius Octav. 8: *Quadrimum patrem amisit, duodecimum annum agens aviam Juliam defunctam pro concione laudavit.* Lege *decimum annum agens* ex Damasceno nostro. Sic Tiberius novem natus annos defunctum patrem pro rostris laudavit, teste Suetonio. » VALESIIUS. Ego Suetonii loco nihil mutandum esse censeo. Nam primum cum eo facit Quinctilianus XII, 6, 1: *Cæsar Augustus duodecim natus annos aviam pro rostris laudavit.* Deinde satis sibi constat Suetonius pergens hunc in modum: *Quadriennio post, toga virili sumpta* (an. 49 a. C.), *militaribus donis triumpho Cæsaris Africano* (an. 46 a. C.) *donatus est, quamquam expers belli propter ætatem* (cf. Nicol. c. 6). Anno vero 46 a. C. Octavius (natus die 23 Septembr. 63 a. C.) annos sedecim natus erat, adeo ut orationem habuisse debeat annos natus duodecim. Igitur si funebrem istam orationem Nicolaus quoque intellexit, quod addubitari vix potest, de anno quo defuncta sit Julia, aliter statuit aut adulandi causa sciens verum ignorare voluit, aut, quod malim, legendum: *περὶ ἑνδεκα*. — 2. « An potius Περσέα scribendum est? Etenim Q. Marcus L. F. Philippus bellum gessit cum Perseo Macedonum rege, et facilem victoriam Æmilio Paulo successoris tradidit. » VALESIIUS. At eundem Marcium Philippum jam Philippi regis temporibus in Macedoniam legatum esse constat ex Livio XXXIX, 48. XL, 2. 3. De nostro Philippo (L. Marcio L. f., Q. n., Philippo), qui Attiam viduam uxorem duxit, v. Dio XLV, 1; Vellejus II, 59, 3; Cicero Philipp. III, 6, 17; Appian. B. C. III, 10. 13; Plutarch. Cic. 44. Ovid. Fast. VI, 807. Pro *Atia* in Nicolai excerptis constanter scribitur Ἀντία, uno excepto loco, ubi: Ἀτία. — 3. τε] deest in cod.; addidit Valesius. Fort. fuit καὶ δὲ. — 4. προῆει] Coray.; ἀστεως προσῆει codex.

Ἰππασίαν ἔξω τοῦ ἄστεος πρυήει (4), εἴτε παρὰ συγγενεῖς ἢ ἄλλους τινάς. Ἦσκει γὰρ καὶ τὴν ψυχὴν τοῖς καλλίστοις ἐπιτηδεύμασι, καὶ τὸ σῶμα ταῖς γενναίαις καὶ πολεμικαῖς μελέταις, καὶ τῶν διδασκόντων θᾶττον αὐτὸς τὴν μάθησιν ἐπὶ τῶν ἔργων ἀπεδείκνυτο, ὥστε ἀπὸ τοῦδε καὶ ἐν τῇ πατρίδι πολὺν ζῆλον ἐνέγκασθαι. Ἐφεστήκει δὲ αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ, καὶ ὁ ταύτης ἀνὴρ Φίλιππος, ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν πυνθανόμενοι παρὰ τῶν διδασκάλων τε καὶ ἐπιμελητῶν, οὓς παρακατέστησαν τῷ παιδί, ὅτι πράξειε, καὶ ὅποι πορευθεῖη, ἢ ὅπως διημερεύσειε, τὰς τε διατριβὰς μεθ' ὧν ποιήσαιτο.

IV. Ἐν δὲ τῷ κατασχόντι ταραχῷ τὴν πόλιν ὑπεκπέμπει ἢ τε μήτηρ Ἀντία καὶ Φίλιππος Καίσαρα εἰς τι τῶν πατρῶν χωρίων. Κατέβαινε δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν περὶ ἔτη μάλιστα γεγονώς τεσσαρεσκαίδεκα, ὥστε ἀποθέσθαι μὲν αὐτὸν ἤδη τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα, ἀναλαβεῖν δὲ τὴν καθαρὰν, σύμβολον οὖσαν τῆς εἰς ἀνδρας ἐγγραφῆς (1). Περιβλεπόμενος δ' ὑπὸ παντὸς τοῦ δήμου διὰ τε εὐπρέπειαν (2) καὶ λαμπρότητα εὐγενείας, ἔθουε τοῖς θεοῖς, καὶ ἐνεγράφη εἰς τὴν ἱερωσύνην εἰς τὸν Λευκίου Δομιτίου τόπον τετελευτηχότος (3). Καὶ ὁ δῆμος μάλα προθύμως ἐχειροτόνησε. Καὶ ὁ μὲν ἄμα τῇ μεταλλαγῇ τῆς ἐσθῆτος καὶ τῇ καλλίστῃ τιμῇ κοσμηθεὶς ἔθουε. Καίπερ δὲ κατὰ νόμον εἰς ἀνδρας ἐγγεγραμμένον, διεκώλυεν ἡ μήτηρ ἔξω τῆς αὐλείου (4) θύρας χωρεῖν, πλὴν ὅπη καὶ πρότερον, ὅτε παῖς ἦν, ἐφοῖτα, δίαιτάν τε τὴν αὐτὴν ἔχειν ἐπηνάγκαζε, κοιτάζεσθαι τε ἔνθα καὶ πρότερον ἐν τῷ αὐτῷ δωματίῳ. Νόμῳ τε μόνον ἀνὴρ ἦν, τὰ δ' ἄλλα παιδικῶς ἐπεστατεῖτο. Τῆς δὲ ἐσθῆτος οὐδοτιοῦν ἐξήλλαξεν, ἀλλ' αἰεὶ τὴν πάτριον ἀμπεύχετο (5).

V. Ἐφοῖτα δὲ καὶ εἰς τὰ ἱερὰ ἐν ταῖς νομίμοις ἡμέραις νύκτωρ διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ὄραν, ἄτε δὴ καὶ (1) πολλὰς γυναῖκας ἐκμήνας εὐπρεπεῖα καὶ λαμπρότητι γένους. Ἐπιβουλεύόμενος δὲ παρ' αὐτῶν, οὐδαμῆ ἐφαίνετο ἄλωτος ὢν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἡ μήτηρ ἀπήρκεν αὐτοῦ φυλάττουσα καὶ οὐδαμῶσε μεθιεῖσα, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη ἔννοος ὢν, ἄτε εἰς τοῦμπροσθεν τῆς ἡλικίας προῖών (2). Ἐνστάσης δὲ τινος ἑορτῆς Λατίνης, ὁπότε καὶ τοὺς ὑπάτους εἰς Ἄλβαν (3) τὸ ὄρος ἀναβαίνειν ἔδει, πατρίου θυσίας ἕνεκα, τοὺς δ' ἱερεῖς διαδόχους αὐτῶν τῆς δικαιοδοσίας εἶναι, καθίζει ἐπὶ τὸ βῆμα Καῖ-

sive ad propinquos aut alios quos viseret. Nam animum quidem optimis artibus, corpus vero generosis ac militaribus exercitationibus instruebat; et quæ didicerat facilius quam docentes ipsi in rem conferebat; quod vel maxime civitati eum admirabilem fecit. Enimvero eum sollicite observabat mater Attia cum Philippo vitrico; quotidie a magistris et custodibus, quos puero apposuerant, inquirentes studiose, quid rei egisset, quo esset profectus, qua ratione diem transegisset, quibuscum denique esset versatus.

IV. Post hæc bello civili urbem turbante in villam paternam subductus est a parentibus. Inde annos circiter quattuordecim natus in forum descendit, posita prætexta togam puram indutus, quod virilis tirocinii argumentum est; omniumque civium oculis in eum defixis, ob oris speciem atque generis nobilissimi splendorem diis sacrificavit: et in collegium pontificum adscriptus est in locum L. Domitii (*Ahenobarbi*), qui e vivis abierat: quod quidem populus suis suffragiis libentissime jussit. Ita simul cum virili toga maximo sacerdotio ornatus, diis sacra faciebat. Ceterum tametsi inter tirones relatus esset ex more ac legibus Romanorum, nihilominus mater ex vestibulo eum progredi vetabat, nisi quo antea prætextatus ventitare consueverat, eodemque cultu illum habebat, et in eodem quo prius cubiculo cubare cogebat, prorsus legibus duntaxat tiro, cetera prætextati instar arctius habebatur. Vestitum porro nunquam mutavit, sed perpetuo patria veste amictus fuit.

V. Legitimis diebus templa deorum adibat sed noctu, quum formæ decore ac splendore generis plurimas mulieres in amorem sui raperet; sæpe vero ab iis tentatus nullis unquam artibus cessit; sed partim matris sollicitudo, quæ eum custodiebat, neque evagari sinebat longius, partim ipse semet sua prudentia muniebat, quippe qui ætate in dies progrediretur. Porro quum Latinæ feriæ adessent (quibus consules sacrificii patrii causa in montem Albanum egredi mos est, jurisdictione interim sacerdotibus mandata,) Cæsar medio in foro posita curuli sella consedit. Quem quidem

IV. 1. Togam virilem sumpsit Augustus die 18 Octobr. an. 706 a. u., 48 a. C. (teste Feriali Cumano lin. 5.) paullo post pugnam Pharsalicam. Igitur natus tum erat Octavius annos quindecim. — 2. εὐπρέπειαν] e conj. Corayi; διὰ τε εὐγενείαν καὶ λ. εὐγενείας codex. — 3. Intellige L. Domitium, C. f., Ahenobarbum, qui in pugna Pharsalica cecidit. V. Sueton. Nero 3; Cicero Phill. II, 11. 27. 29. V, 17; Vellejus II, 59, 3: *Pontificatusque sacerdotio puerum honoravit (Cæsar)*. Ad sequentia: ὁ δῆμος... ἐχειροτόνησε v. Sueton. l. l. de jure sacerdotum creandorum a collegis ad populum translato. — 4. αὐλαίου] αἰλίου cod.; mox παῖς ὢν et νέμων pro νόμῳ codex; correxit Valesius. — 5. τὴν πάτριον] « Percrebuerat hic mos ætate Ciceronis, ut nobiles adolescentes, atque etiam senatores in hortis ac suburbanis externo uterentur cultu, ac pallium cum crepidis et mitella sumerent. Verba Ciceronis sunt in oratione pro Rabirio Posthumo: *Deliciarum causa et voluptatis non modo cives Romanos, sed et nobiles adolescentes et quosdam etiam senatores summo loco natos, non in hortis et suburbanis suis, sed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitella sæpe videmus*, etc. Cf. Gellius N. A. XIII, 20. » VALESIIUS.

V. 1. ἄτε δὴ] e conj. Corayi. Codex: ὄραν ἀντηδὲ καὶ πολλ. γ. ἐκμείνασα εὐπρ. Vocem καὶ, quam ejecit Coray., retinui. Aliorum conatus, quos Orellius affert, lubens omitto. — 2. προῖών] sic codex, non προσιών, quod Valesius dedit. — 3. Ἄλβαν] Ἄλβανόν edidit. Valesius correcturus.

σαρ ἐν μέσῃ ἀγορᾷ. Προσῆσαν δ' ἄπλετοι ἄνθρωποι δικαιοδοσίας χάριν, πολλοὶ δὲ καὶ μηδενὸς πράγματος χάριν, θεωρίας ἕνεκα τοῦ παιδός· ἀξιοθέατος γὰρ πᾶσιν ἦν, καὶ μάλιστα ἐν τῷ τότε σεμνότητα καὶ ἀξίωμα προσειληφώς.

VI. Καίσαρος δὲ ἤδη χειρωμένου μὲν τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ πολέμους (1), νενικηχότος δὲ καὶ περὶ Μακεδονίαν Πομπήϊον, ἡρηκότος δ' Αἴγυπτον, ἐπαναπερῶντος δ' ἐκ τε Συρίας καὶ τοῦ Εὐξείνου πόντου, μέλλοντος δ' ἐπὶ Λιβύης χωρεῖν, ὡς τὰ λειπόμενα τοῦ ἐκεῖ μεταστάντος (2) πολέμου καθέλοι, βουλόμενος συστρατεύειν αὐτῷ ὁ νέος Καῖσαρ, ὡς καὶ πολεμικῶν (3) ἔργων ἔμπειρος εἶη, ἐπεὶ ἤσθετο ἐναντιουμένην Ἀντίαν τὴν μητέρα, οὐδὲν ἀντειπὼν ἡρέμα εἶχε. Δῆλος δ' ἦν καὶ ὁ πρεσβύτερος Καῖσαρ ὑπ' εὐνοίας οὐδέπω βουλόμενος αὐτὸν στρατεύεσθαι, ὡς μὴ, τὴν τε δίαιταν ἐν ἀσθενεῖ σώματι μεταβαλὼν καὶ ὄλην ἔξιν φαύλως διατεθείη. Διὰ μὲν δὴ ταῦτα τῆς στρατείας (4) παρελύετο.

VII. Ἐπεὶ δὲ κάχεϊνον τὸν πόλεμον κατεργασάμενος Καῖσαρ ἐπανῆλθεν εἰς Ῥώμην, σφόδρα ὀλίγοις τῶν ὑποπεσόντων αἰχμαλώτων συγγνοὺς, διὰ τὸ τοῖς πρότεροις αὐτοὺς μὴ σεσωφρονῆσθαι πολέμοις, συνηνέχθη τοιόνδε. Ἦν εἰς τὰ μάλιστα Καίσαρι τῷ νέῳ συνήθης καὶ φίλος Ἀγρίππας, ἐν ταῦτῳ τε παιδευθεὶς, καὶ τινα ἔχων ὑπερβολὴν ἑταιρείας. Τούτου ἀδελφὸς Κάτωνι συνῆν, κατὰ τε φιλίαν σπουδαζόμενος, καὶ τοῦ Λιβυκοῦ πολέμου κεκοινωνηκώς, τότε δ' αἰχμαλώτος ἡρημένος. Τοῦτον, οὐδὲν πω (1) πρότερον αἰτήσας Καίσαρα, ἐβούλετο μὲν ἐξαιτεῖσθαι, ὑπὸ δὲ αἰδοῦς ὤκνει, καὶ ἅμα δρῶν αὐτὸν, ὡς διέκειτο πρὸς τοὺς ἐν ἐκείνῳ τῷ πολέμῳ ἐαλωκότας. Θαρρήσας δ' οὖν ποτὲ, ἤτησε καὶ ἔτυχεν. Ἐφ' οἷς περιχαρῆς ἦν τῷ αὐτοῦ φίλῳ τὸν ἀδελφὸν ἀνασσεσώκως· ἐπηνεῖτο δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων, εἰς οὐδὲν πρότερον (2) καταθέμενος τὴν αὐτοῦ σπουδὴν καὶ ἔντευξιν ἢ εἰς φίλου σωτηρίαν.

VIII. Ἐκ τούτου τὰς θριαμβικὰς ἤγε πομπὰς Καῖσαρ τοῦ κατὰ Λιβύην πολέμου, τῶν τε ἄλλων, οὓς ἐπολέμησε. Καὶ τὸν νέον Καίσαρα, υἱὸν ἤδη πεποιημένος (1), ὄντα δὲ τρόπον τινὰ καὶ φύσει διὰ τὸ ἐγγυτάτῳ τοῦ γένους εἶναι, ἐκέλευσε τῷ ἑαυτοῦ ἄρματι ἔπεσθαι, κόσμοις αὐτὸν στρατηγικῶς ἀσκήσας, ὡς ἂν αὐτοῦ σύσκηνον ἐν πολέμῳ γεγονότα. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ταῖς θυσίαις, καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς προσόδοις ἐγγύτατα ἴστη, τοὺς τε ἄλλους εἶκειν προσέταττεν αὐτῷ. Καὶ ὁ μὲν ἤδη τὰς αυτοκρατορικὰς ἐφέρετο τιμὰς, αἱ δὲ μέγιστα κατὰ τὸν Ῥωμαίων νόμον ἦσαν, καὶ ζηλωτὸς ἐν τῇ πατρίδι ἦν. Συνὼν δὲ ὁ παῖς αὐτῷ καὶ ἐν

plurimi jurisdictionis causa adierunt, multi causa duntaxat spectandi adolescentis confluxere, quippe omnium in se oculos convertebat, maxime eo in tempore, quum majestatem ac dignitatem quandam sibi adscivisset.

VI. Ceterum quum C. Julius Cæsar Europæa bella jam confecisset, ac Pompeium in Macedonia superasset, Ægyptoque esset potitus, tandemque ex Syria et Euxino reversus ponto trajicere in Africam pararet, ut reliquum belli in eam partem translati conficeret: Octavius, qui avunculum in eo bello comitari cupiebat, quo usum rei militaris colligeret, postquam Attiam matrem ab eo consilio abhorere sensit, tum quidem quievit. Nam Cæsar quoque avunculus ut ejus amantissimus, nondum illum proficisci ad bellum velle videbatur, ne adolescens corpore infirmo, mutata repente ratione victus, morbum contraheret. His igitur causis expeditioni minime interfuit.

VII. Verum confecto hoc quoque bello quum Cæsar Romam rediisset atque ex captivis paucissimos venia prosequeretur, eo quod prioribus bellis minime admoniti fuissent, hujusmodi quid tum temporis evenit. Erat Agrippa singulari amicitia ac præcipua quadam sodalitate cum Octavio conjunctissimus, quippe qui a puero simul educatus fuisset. Hujus frater M. Catoni acceptissimus ac bello Africo comes, tunc inter captivos erat. Cui Octavius veniam quidem impetrare cupiebat, sed quum præ pudore (nondum enim ab avunculo quidquam petierat), tum etiam gnarus, quam infenso animo in cives eo bello captos esset Cæsar, identidem cunctabatur. Tandem vero, quum se ipse confirmasset, petiit et obtinuit; qua quidem re magnopere lætabatur, quod amico fratrem restituisset. Sed a ceteris quoque non mediocriter laudabatur, eo quod gratia atque ambitione sua primum ad salutem amici esset usus.

VIII. Exinde Cæsar ex bello Africo ac ceteris a se confectis bellis triumphum egit, et Octavium, quem sibi filium adoptaverat, quum ob cognationis vinculum pæne natura esset filius, currum suum prosequi jussit, ornatum donis militaribus, ac si in eo bello contubernalem habuisset. Pariterque in sacrificiis et quoties deorum templa adibat, juxta se proximum collocabat, utque ceteri ei concederent jubebat. Et jam C. Cæsar imperatoriis insignibus ornatus, qui honos Romæ maximus habetur, summo in honore apud cives erat. Ceterum Octavius, et in theatro et

VI, 1. πολέμους] fuisse videtur πολεμίους, monente Corayo et Brenio. — 2. μεταστάντος] sic codex, non καταστάντος ut editt. — 3. πολεμικῶν] editt., πολεμίων codex. — 4. στρατείας] Coray., στρατιᾶς codex.

VII, 1. οὐδὲν πω] Coray., οὐδέπω codex. — 2. Post πρότερον in codice vacuum duodecim-fere literarum spatium, at non lacunam, sed literas erasas indicans.

VIII, 1. Testamentum, quo Cæsar Octavium adoptavit, scriptum est die 13 Septembr. an. 709, teste Sueton. Cæs. 83. Tum vero jam peregerat Cæsar bellum Hispanicum, ad quod profectum esse Nicolaus decimo demum capite narrat. Aut igitur verba υἱὸν ἤδη πεποιημένος mutanda in υἱὸν ἤδη ποιησόμενος, aut excidit ἐν τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ vel tale quid. Hoc etiam suadent quæ infra cap. 13 leguntur, ubi de Cæsare ex Hispania reduce loquens Nicolaus ait: Ἐγὼ

τοῖς θεάτροις (2) καὶ ἐν πότοις, ὄρων τε φιλανθρώπως ἑαυτῷ διαλεγόμενον οἷα τέκνω, καὶ μικρὸν ὅσον ἤδη τεθαρρηκῶς, πολλῶν αὐτοῦ δεομένων καὶ φίλων καὶ πολιτῶν αἰτεῖσθαι σφίσι παρὰ Καίσαρος, ὧν ἕκαστοι ἐν χρεῖα ἦσαν, ἐπιτηρῶν εὐκαιρίας μετὰ πάσης αἰδοῦς ἠτεῖτό τε καὶ κατώρθου, πλείστου τε ἄξιος πολλοῖς τῶν ἀναγκαίων ἐγένετο, φυλαττόμενος τὸ μήτε ἀκαίρως παρακαλεῖν, μήτ' ἐκείνω προσάντως (3). Καὶ ὁ μὲν οὐκ ὀλίγα ζώπυρα καὶ φιλανθρωπίας ἅμα καὶ φρονήσεως φυσικῆς ἀπεδείκνυτο.

IX. Βουλόμενος δ' αὐτὸς ὁ Καῖσαρ καὶ ἔμπειρον τοῦ ἀγωνοθετεῖν (1) ἐν ταῖς τοιαύταις χορηγίαις εἶναι, δυοῖν ὄντοιν θεάτροιν, τοῦ μὲν Ῥωμαϊκοῦ, ἐν ᾧ αὐτὸς παρῶν τὴν φροντίδα εἶχε, θατέρου δὲ Ἑλληνικοῦ, τούτου ἐπέτρεψεν ἐκείνω (2) τὴν ἀγωνοθεσίαν. Καὶ ὁ μὲν σπουδάζων ἐπιμέλειάν τε καὶ φιλανθρωπίαν ἀποδείξασθαι ἐν καυματώδεσι καὶ μακροτάταις ἡμέραις, οὐδαμοῦ τε ἀπιῶν, ἄχρι λύσειε τὴν θέαν, εἰς νόσον πίπτει, οἷα νέος καὶ πόνων ἀπειράτος. Χαλεπῶς δὲ διακειμένου, πάντες μὲν ἐν φόβῳ ἦσαν, ἀγωνιῶντες εἴ τι πείσεται τοιαύτη φύσις, μάλιστα δὲ πάντων (3) Καῖσαρ. Διὸ πᾶσαν ἡμέραν ἢ αὐτὸς παρῶν αὐτῷ εὐθυμίαν παρεῖχεν, ἢ φίλους πέμπων, ἰατρούς τε (4) ἀποστατεῖν οὐκ ἔβω. Καί ποτε δειπνοῦντι ἠγγειλέ τις, ὡς ἔκλυτος εἶη καὶ χαλεπῶς ἔχοι· ὁ δὲ ἐκπηδήσας ἀνυπόδητος ἦκεν, ἔνθα ἐνοσηλεύετο, καὶ τῶν ἰατρῶν ἐδεῖτο ἐμπαθέστατα μεστὸς ὢν ἀγωνίας, καὶ αὐτὸς παρεκάθητο· ἀνακτησάμενος δ' αὐτὸν εὐθυμος ἐγένετο.

X. Ἐπεὶ δ' ἀνέσφηλεν ἐκ τῆς νόσου, διαπεφευγῶς μὲν τὸν κίνδυνον, ἀσθενῶς δ' ἔτι διακειμένος τὸ σῶμα, στρατεύειν μὲν ἔδει Καίσαρα, ἐνθα διανοεῖτο τὸ πρότερον ἐπάγεσθαι καὶ τὸν παῖδα· τότε δ' οὐχ οἷός τ' ἦν διὰ τὴν προσπεσοῦσαν νόσον. Καταλιπὼν δ' οὖν αὐτοῦ πολλοὺς ἐπιμελητάς, ὡς δι' ἀκριβοῦς διαίτης φυλάττοιο, καὶ ἐντολὰς δοῦς, εἰ ῥωσθείη, ἐπεσθαί οἱ, ᾗχετο ἐπὶ τὸν πόλεμον. Ὁ γὰρ Μάγνου Πομπηίου πρεσβύτατος παῖς, μέγα στρατεύμα ἀθροίσας ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ παρὰ τὴν πάντων ἐλπίδα, διανοεῖτο ἐπαμῦναι (1) τῷ πατρὶ, καὶ τὴν ἐκείνου ἦταν ἀναμαχέσασθαι, εἰ δύναίτο. Ὑπολειφθεὶς δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ Καῖσαρ, πρῶτον μὲν (2) τοῦ σώματος ἐγκρατέστατα ἐπεμελήθη, καὶ ταχὺ ἀνερρώσθη· ἐπειτα δὲ τὴν ἔξοδον ἐκ τῆς πατρίδος ἐποιεῖτο ἐπὶ τὴν στρατιάν κατὰ τὰς τοῦ θεοῦ ἐντολὰς· οὕτω γὰρ αὐτὸν ἐκάλει. Πολλῶν δ' αὐτῷ συνεχδημεῖν σπουδαζόντων, διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἐν αὐτῷ ἐλπίδος, πάντας παρῶσάμενος καὶ τὴν μητέρα αὐτὴν, τοὺς ὠκυτάτους τῶν οἰκετῶν καὶ ἐρρωμενεστάτους ἐκλεξάμενος, συνέτεινε τὴν πορείαν, καὶ ἀπίστῳ τάχει χρησάμενος διέδραμε

XX. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐγνώσθη· τότε δὲ [ἀλλαις] ἐπ' ἀλλαις (1) τιμαῖς αὐτῷ ψηφίζομέναις τῶν μὲν χαρίζεσθαι βουλομένων, ἐνίων δὲ μετὰ ἐνέδρας δεχομένων τὰς ὑπερβεβλημένας καὶ εἰς ἅπαντας ἐκφερόντων, ὡς ἂν φθόνος ἰσοῦ [καὶ] (2) ὑποψία ἐγγένοιτο ἐπαχθῆς, ὅδε ἄτε ἀπλοῦς ὢν τὸ ἦθος καὶ ἀπειρος πολιτικῆς τέχνης διὰ τὰς ἐκδήμους (3) στρατείας, ἡλίσκετο βραδίως τούτοις, ἐκ τοῦ εἰκότος οἰόμενος γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους θαυμάζόντων αὐτὸν μᾶλλον περ ἢ ἐπιβουλευόντων. Μάλιστα δὲ τῶν ἐψηφισμένων ἐλύπει τοὺς ἐν τέλει τὸ καὶ τῶν ἀρχῶν ἄκυρον γενέσθαι τῆς καταστάσεως τὸν δῆμον, ἐκείνῳ δ' αὐτὰς ἀποδίδεσθαι οἷς βούλοιο διδόναι, ὥσπερ τὸ δόγμα ἐκέλευεν οὐ πρὸ πολλοῦ κεκυρωμένον. Παντοδαπαῖ δὲ καὶ ἐν τῷ ὁμίλῳ λογοποιαὶ διεφέροντο, ἄλλων ἄλλα διεξιόντων. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασκον βασιλείον αὐτῷ ἐγνωκένα συμπάσης γῆς καὶ θαλάττης Αἴγυπτον ἀποδεικνύναι, ἐνθα βασιλίδα Κλεοπάτραν αὐτοῦ τεκεῖν

affecti essent; at nihilominus illud ipsum, quod beneficii loco accepissent, quibus victores summa cum commoditate frui potuissent, cogitationi inhærens contristabat. His porro jam diverso modo hostiliter affectis ii accedebant, qui expeditionum socii fuerant vel gregarii vel ducum munere fungentes, neque ad honores promovebantur, querentes illi, quod bello capti in veteres legiones cooptarentur et eadem mererentur stipendia. Graviter igitur amici ferebant, eodem se loco esse cum iis, quos ipsi in captivitatem rede-gissent, et a nonnullis eorum vel deturbari gradu honoris. Multos etiam accepta ab eo beneficia sive pecuniæ largitione sive munerum collatione mœrore afficiebant, quod solus ille hoc facere posset, ac reliqui omnes ut nullius momenti negligenterentur. Denique ipse Cæsar multis ac præclaris victoriis se efferens haud immerito et plus se quam mortalem jam esse existimans, apud multitudinem quidem cum admiratione suspiciebatur, optimatibus vero et imperia ambientibus molestus esse videbatur. Sic multiplex in eum coorta est turba virorum magnorum, parvorum, amicorum, inimicorum, militarium, civilium, qui suos quisque prætextus ad rem afferebant, et ob proprias criminationes etiam aliorum fidebant accusationibus. Singulique singulos convenientes exstimulabant, fidemque mutuam ex iis quæ privatim unicuique erant criminibus præbebant. Atque ita factum est, ut in tanto conjuratorum numero nemo rem deferre auderet. Quamquam nonnulli narrant paullo ante necem ei libellum insidiarum indicem a quodam traditum esse, quem manu tenens, antequam legisset, interfectus est, quemque deinde ad mortuum inter reliquos codicillos repperunt.

XX. Hæc igitur postea demum innotuerunt. Tum vero quum aliis super aliis honoribus ei decernendis alii gratificari vellent, nonnulli autem insidiosè insignes illos honores adeo admitterent, ut eos tamquam immodicos in vulgus efferrent, atque sic invidiam simul et suspicionem excitarent: Cæsar, utpote simplex indole et civilium machinationum ob expeditiones peregrinas parum peritus, facile iis circumventus est, ex æquo putans laudationes illas esse admirantium potius quam insidiantium. Omnium maxime vero inter decreta viros muneribus publicis fungentes illud offendit, quo etiam jus creandorum magistratum populo ademptum, atque Cæsari data potestas est magistratus constituendi quoscumque vellet, sicuti senatus consulto paullo ante sancito jubebatur. Præterea varii apud plebem sermones ficti circumferebantur, aliis alia persequentibus commenta. Sic nonnulli dicebant statuisset eum regiam terræ universæ marisque in Ægyptum transferre, ubi Cleopatra

— 13. τὰ δ' α ] τὰ θ' δ codex. — 14. πάλαι ἐν ἰδίῳ τῶν codex. — 15. συγκατελέλεκτο ] συγκατέτεκτο codex. — In seqq. pro συντάξεις codex συμπράξεις. — 16. ὑποτιμωμένων ] ὑπό τινας μένων codex. — 17. ἕκαστός τε ] ἕκαστότε codex. — 18. παρώξυνον ] παρωξύνων codex. — 19. αὐτὸν ] αὐτῶν codex. — 20. De eadem re cf. Appian. II, 116; Sueton. Cæs. c. 81; Dio Cass. 44, 18; Vellejus II, 57; Florus IV, 2, 94; Plutarch. Cæsar. 65, 1, p. 881 ed. Didot.

XX. 1. Supplevi v. ἀλλαις uncis inclusam. — 2. καὶ ] supplevi particulam sæpius a scriba nostro neglectam; nisi forte scribi malis φθόνος ἰσοῦ ὑποψία ἐγγένοιτο. — 3. ἐκδήμους στρατείας ] εὐδήμους στρατιᾶς cod.



παῖδα Κῦρον (4) φοιτήσασαν εἰς εὐνήν· ὅπερ αὐτὸς ἤλεγξεν ἐν ταῖς διαθήκαις ψευδὸς ὄν. Οἱ δ' ἐν Ἰλίῳ τοῦτο ἔφασαν αὐτὸν μέλλειν καθίστασθαι, διὰ τὴν παλαιάν πρὸς τὸ Δαρδανιδῶν γένος συγγένειαν. Γενόμενον δέ τι καὶ τόσον παρώξυνε τὰ μάλιστα τοὺς ἐπ' αὐτὸν συνεστῶτας. Ἦν αὐτῷ χρυσοῦς ἀνδριάς, ὡς περ ἐψήφιστο, ἐπὶ τῶν ἐμβόλων (5). Τοῦτου διάδημα ὤφθη περὶ τῆ κεφαλῆ κείμενον· ὑπόπτως δὲ πάνυ πρὸς αὐτὸν ἔχουσι Ῥωμαῖοι, δουλείας οἰόμενοι εἶναι σύμβολον· ἐπελθόντες δὲ τῶν δημάρχων Λεύκιος καὶ Γάιος ἐκέλευσαν τινι τῶν ὑπηρετῶν ἀναβάντι καθελεῖν (6) αὐτὸ καὶ ρῖψαι. Τοῦτο γενόμενον Καῖσαρ ὡς ἤσθετο, καλέσας τὴν σύγκλητον εἰς τὸ τῆς Ὀμονοίας ἱερὸν κατηγόρησε τῶν δημάρχων, φάσκων αὐτοὺς εἶναι τοὺς περιθέντας κρύφα τὸ διάδημα, ὅπως ἂν ἐν φανερωῦ αὐτὸν ὑβρίσειαν καὶ δοκοῖεν ἀνδραγαθίζεσθαι ἐπὶ τῆ ἐκείνου ἀτιμία, ὡς οὐκέτι (7) βουλῆς οὐτ' αὐτοῦ ἐπιστρεφόμενοι· μείζονός τε γνώμης καὶ ἐπιβουλῆς εἶναι αὐτοῖς τὸ δρασθὲν, εἴ πως δύναιντο εἰς τὸ πλῆθος αὐτὸν διαβαλόντες ὡς ἂν δυναστείας παρανόμου ἐρῶντα (8) καὶ αὐτοὶ ἐξάρχοντες νεωτεροποιίας ἀποκτεῖναι. Ταῦτα εἰπὼν, συνδόξαν τῆ συγκλήτῳ, ἤλασεν (9) αὐτοὺς φυγάδας. Καὶ οἱ μὲν ὄχοντο φεύγοντες, ἕτεροι δ' ἀντ' αὐτῶν δῆμαρχοι ἐγένοντο· ὁ δὲ δῆμος ἐβόα βασιλέα τε αὐτὸν εἶναι καὶ ἀναδεῖσθαι μηδὲν ἔτι μέλλοντα, ἐπεὶ καὶ ἡ Τύχη αὐτὸν ἀνέδησεν (10). Ὁ δὲ πᾶν ἂν ἔφη χαρισάμενος τῷ δήμῳ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν εὐνοίαν τοῦτο [δ'] οὐποτε δώσειν, καὶ συγγνώμην ἠτεῖτο εἰ ἀντιλέγει σώζων τὰ πάτρια· βούλεσθαι γὰρ τὴν ὑπατον ἀρχὴν ἔχειν νομίμως ἢ βασιλείαν παρανόμως.

XXI. Τοιαῦτα (1) μὲν δὴ τότε ἐλέγετο· μετὰ δὲ ταῦτα ἑορτὴ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐγένετο χειμῶνος, Λουπερκάλια (2) καλεῖται, ἐν ἧ γηραιοὶ τε ἡμοῦ πομπεύουσι καὶ νέοι, γυμνοὶ, ἀθλητιμμένοι (3) τε καὶ διεζωσμένοι, τοὺς τε ὑπαντῶντας κατακερτομοῦντες καὶ τύπτοντες αἰγείαις (4) δοραῖς. Τότε δὲ ἐνστάσης, ἡγεμῶν ἡρέθη Μάρκος Ἀντώνιος· καὶ προῆει διὰ τῆς ἀγορᾶς, ὡς περ ἔθος ἦν, συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλος ὄχλος. Καθημένῳ δὲ Καῖσαρι ἐπὶ τῶν ἐμβόλων λεγομένων ἐπὶ χρυσοῦ ὀρόνου, καὶ ἱμάτιον ἀλουργές ἀμπεχομένῳ, πρῶτον Λικίνιος δάφνινον ἔχων στέφανον, ἐντὸς δὲ διάδημα περιφαινόμενον (5), προσέρχεται (ἦν γὰρ ὑψηλὸς ὁ τόπος ἐπ' οὗ Καῖσαρ ἐδημηγόρει, βασταχθεὶς ὑπὸ τῶν συναρ-

regina Cyrum filium Cæsari peperisset. Quod ipse testamento suo tamquam mendacium redarguit. Alii in Ilio sedem regni constitutum ferebant propter cognationem inde ab antiquo cum Dardanidis sibi intercedentem. Præterea hocce adversarios exasperabat quammaxime Erat ei statua aurea ex populi decreto in rostris dedicata. Huic quondam diadema impositum conspexerunt; idque Romani vehementer suspectabant, servitutis esse signum censentes. Et advenientes tribuni Lucius Cæsetius Flavius et Caius Epidius Marullus, unum ex ministris jubent adscendere deductumque diadema projicere. Quod quum comperisset Cæsar, convocato in Concordiæ templum senatu, tribunos accusavit, ab ipsis dicens diadema impositum esse, quo palam se contumelia afficerent et viros strenuos se ostenderent, nihil amplius neque senatus neque suam ipsius auctoritatem curantes. Altioris consilii et insidiarum huic facto subesse indicium, si quando possent se populi in invidiam ductum, utpote illegitimæ dominationis appetentem, ipsi rerum novarum auctores interficere. Quibus dictis senatu suffragante, exilio eos mulctavit. Illis igitur solum vertentibus alii tribuni substituti sunt. Populus vero acclamans jubebat Cæsarem regem esse, et diademate caput cingere nihil morari, quandoquidem ipsa Fortuna statuum ejus redimivisset. Ille autem declaravit omnia se populo gratificantem ob ejus in ipsum benevolentiam, hoc tamen nunquam concessurum esse; atque veniam petivit, si obloqueretur mores servaturus patrios; nam malle se consulare munus habere ex legum præscripto, quam regium imperium legum adeptum contemptu.

XXI. Ac tunc quidem talia dicebantur. Post hæc festum Romæ celebrabatur hiemis tempestate, Lupercalia vocant, in quo pompam ducunt seniores simul et juniores, nudi, uncti et præcincti, obviosque jocos lacessentes ac pellibus verberantes caprinis. Hoc igitur instante festo, dux pompæ creatus erat Marcus Antonius. Procedebat ille per forum, uti mos erat, multa comitante plebe. Tum ad Cæsarem sedentem pro rostris in sella aurea et amictum toga purpurea, primum Licinius lauream tenens coronam, cui insertum diadema conspiciebatur, adscendit (erat enim editior locus, in quo Cæsar concionari solebat, a collegis elatus).

— 4. Κῦρον] Corruptum nomen videtur ex Καισαρίωνα, ut apud reliquos scriptores Cleopatrarum e Cæsare filius appellatur. Dio Cass. 47, 31: "Ἡ τε Κλεοπάτρα... τὸν υἱὸν, ὃν Πτολεμαῖον μὲν ὠνόμαζεν, ἐπλάττετο δὲ ἐκ τοῦ Καίσαρος τετοκέναι, καὶ διὰ τοῦτο Καισαρίωνα προσήγορεύεε κτλ. Cf. Sueton. Cæsar. 52; Plutarch. Cæsar. 49; Anton. 54, 71; Dio 51, 6. De reliquis cf. Sueton. Cæs. 79: *Quin etiam valida fama percrebuit migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaque Italia delectibus et procuratione urbis amicis permissa.* — 5. De hac historia ab aliis paullo aliter narrata v. Appian. II, 108; Plutarch. Cæsar. 61, 3; Dio Cass. 44, 4 et 9; Livius Epit. 116; Sueton. 79; Vellej. II, 68; Zonaras X, 11. — 6. καθελεῖν] καθαιεῖν codex. — 7. ὡς οὐκέτι βουλῆς] ὥστε οὐτ' ἐκ βουλῆς codex. — 8. ἐρῶντα] Dübnerus; εὐρόντα codex. — 9. ἤλασεν] ἤλασαν codex. — 10. ἀνέδησεν] ἐνέδωκεν codex. Deinde codex ὁ δὲ πᾶν ἀνέφηγε χαρ. ... τοῦτο οὐποτε.

XXI. 1. τοιαῦτα] τὰ αὐτὰ codex. — 2. Λουπερκάλια] λουπερκία codex. Ea quæ in seqq. narrantur, brevius et paullo aliter relata habes ap. Appian. II, 109; Plutarch. Cæsar. 61, Antonio 12; Dion. 44, 11; Sueton. 79; cf. Cicero Philipp. III, 5; V, 14; II, 34. — 3. ἀθλητιμμένοι] ἀθλητιμένοι codex. — 4. αἰγείαις] αἰγίαις cod.; λασίαις σκύττοις Plutarch. II. II. — 5. ἐντὸς.. περιφαινόμενον] στεφάνῳ δάφνης περιπεπλεγμένον Plutarch. Cæs. 61, 2. διάδημα δάφνης

χόντων) καὶ (6) κατέθηκεν αὐτοῦ πρὸ τῶν ποδῶν τὸ διάδημα. Βοῶντος δὲ τοῦ δήμου, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τίθεται· καὶ ἐπὶ τοῦτον Λέπιδον καλοῦντος τὸν ἑπάρχην, ὁ μὲν ὤκνει· ἐν τούτῳ δὲ Κάσσιος Λογγίνος, εἷς τῶν ἐπιβουλεύοντων, ὡς δῆθεν εὖνους ὢν, ἵνα καὶ λανθάνειν μᾶλλον δύναίτο, ὑποφθὰς ἀνείλετο τὸ διάδημα καὶ ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ ἔθηκε. Συνῆν δὲ καὶ Πόπλιος Κάσκα (7). Καίσαρος δὲ διωθουμένου καὶ τοῦ δήμου βοῶντος, ταχὺ προσδραμὼν Ἀντώνιος γυμνὸς ἀθλητιμῆνος (8), ὡσπερ ἐπόμπευεν, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιτίθησι. Καίσαρ δὲ ἀνελόμενος αὐτὸ εἰς τὸν ὄχλον ἔρριψε. Καὶ οἱ μὲν τελευταῖοι ἐκρότησαν ἐπὶ τούτῳ, οἱ δὲ πλησίον ἐβόων δέχεσθαι καὶ μὴ διωθεῖσθαι τὴν τοῦ δήμου χάριν. Ἄλλοι γὰρ ἄλλην γνώμην περὶ τῶν δρωμένων εἶχον· οἱ μὲν γὰρ ἐδυσχέραινον, ἅτε δυναστείας δῆλωσιν (9) μείζονος ἢ κατὰ δημοκρατίαν· οἱ δὲ χαρίζεσθαι ὀπίσθιοι συνέπραττον· οἱ δὲ οὐκ ἔξω τῆς γνώμης αὐτοῦ διεθρόουν τοῦτο Ἀντώνιον (10) πεποιηκένοι· πολλοῖς δ' ἦν καὶ βουλομένοις βασιλέα αὐτὸν ἀναμφιλόγως γενέσθαι. Παντοδαπαὶ μὲν φῆμαι ἐν τῷ ὁμίλῳ ἦσαν. Τὸ δ' οὖν δεύτερον Ἀντωνίου ἐπιτιθέντος, ὁ δῆμος ἐβόησε « Χαῖρε βασιλεῦ » τῆς ἑαυτοῦ γλώττης. Ὁ δὲ οὐ δεχόμενος (11) ἐκέλευσεν εἰς τὸ τοῦ Καπιτωλίου Διὸς ἱερόν ἀποφέρειν αὐτό· ἐκείνῳ γὰρ μᾶλλον ἀρμόττειν. Καὶ πάλιν ἐκρότησαν οἱ αὐτοὶ, ὡσπερ καὶ πάλαι. Λέγεται δὲ καὶ ἕτερος λόγος, ὡς ταῦτα ἔπραττεν Ἀντώνιος ἐκείνῳ μὲν, ὡς γε ὤφειτο, χαρίζεσθαι βουλόμενος, αὐτῷ δὲ ἐλπίδα μνῶμενος εἰ γένοιτο ποιητὸς υἱός. Τελευταῖον δὲ ἀσπασάμενος Καίσαρα δίδωσι τῶν παρεστώτων τισὶν ἐπιθεῖναι αὐτὸ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ πλησίον ἀνδριάντος Καίσαρος· οἱ δὲ ἐπέθεσαν. Ἐν δ' οὖν τοῖς τότε (12) οὐδενὸς ἦν καὶ τότε πραχθὲν ἤγειρε θάττον τοὺς ἐπιβουλεύοντας, πίστιν ἐν ὀφθαλμοῖς μείζω παρασχὼν τῶνδ' ἃ (13) δι' ὑποψίας εἶχον.

XXII. Κίννας δὲ μετ' οὐ πολὺ στρατηγῶν Καίσαρα παραιτησάμενος δόγμα ἐκύρωσεν κατιέναι τοὺς ἀπελαθέντας δημάρχους καὶ, ὡσπερ βούλεται ὁ δῆμος, πεπαυμένους τῆς ἀρχῆς ἰδιώτας εἶναι τῶν κοινῶν μὴ ἐργομένους (τῆς ἀρχῆς) (1). Καίσαρ δὲ οὐ διεκώλυε τὴν κάθοδον· καὶ οἱ μὲν κατήεσαν (2). Ἀρχαιρεσίαι δ' ἦσαν ἐνιαύσιοι, ὑπὸ Καίσαρος ἀγόμεναι· αὐτὸς γὰρ εἶχε τὴν τούτων ἐξουσίαν, ὡσπερ ἐκέλευσε τὸ δόγμα· καὶ δὴ ἀποδείκνυσι εἰς τὸ ἐπίδον ὑπάτους Οὐίβιον Πάνσαν (3), καὶ Αὔλον Ἰρτιον· εἰς δὲ τρίτον ἔτος Δέκμον (4) Βροῦτον, ἕνα τῶν ἐπιβούλων, καὶ Μουνάτιον Πλάγκον (5). Κατόπιν δὲ τούτου καὶ ἕτερον ἐπράχθη, ὃ

et ante pedes ejus diadema deposuit; dein clamante populo, in caput ponit. Contra hunc Cæsar Lepidum advocat magistrum equitum. Is vero moras nectebat. Interea Cassius Longinus, conjuratorum unus, bene se affectum simulans, quo lateret tanto facilius, detraxit diadema et in genua reposuit. Una cum eo erat etiam Publius Casca. Cæsare autem rejiciente diadema, populoque plaudente, confestim accurrens Antonius nudus unctus, sicuti erat in pompa, rursus imponit capiti. Tum detractum Cæsar in populum projecit. Ac postremi quidem ob id plausum ediderunt, sed propius adstantes clamabant, ut acciperet neque rejiceret donum populi. Etenim alii aliter de his sentiebant. Pars ægre id ferebant, ut imperii signum majoris quam popularis status admitteret; pars gratificari volentes rem comprobabant. Alii haud absque ipsius Cæsaris sententia Antonium hoc fecisse dictitabant. Multis etiam haud invitum erat Cæsarem sine controversia regium tenere imperium. Tam varii inter multitudinem rumores spargebantur. Porro quum iterum Antonius diadema capiti Cæsaris admoveret, clamare populus: *Salve rex*. Ille vero recusans diadema Jovi in Capitolium mitti jussit, huic magis id convenire dicens. Ad quæ denuo iidem plaudebant, sicuti antea. Ceterum alius quoque de his sermo fertur, ex quo Antonius illa fecit Cæsari quidem, uti sperabat, gratificaturus, sibi autem spem fovens, si forte pro filio ab eo adoptaretur. Postremo Cæsarem amplexus adstantibus quibusdam diadema tradidit, qui statuæ Cæsaris proximæ imponerent. Idque illos fecisse aiunt. Inter ea igitur quæ tunc evenerunt, etiam hoc imprimis conjuratos ad maturanda destinata consilia incitavit, quum majorem fidem eorum quæ suspicabantur ob oculos poneret.

XXII. Haud multo post prætor *L. Cornelius Cinna*, Cæsare precibus placato, decretum scribi curavit, quo pulsus tribunis permissum est, ut in patriam redirent, et ex populi voluntate, adempta potestate tribunicia, privati essent, sed a republica capessenda non arcerentur. Itaque, non refragante Cæsare, Romam tribuni redierunt. Mox Cæsar comitia annua magistratibus creandis habet (nam horum quoque ex decreto penes ipsum potestas erat), et in annum sequentem consules designat *C. Vibium Pansam* et *A. Hirtium*, in tertium annum *Decimum Brutum*, e conjuratis unum, et *Munatium Plancum*. Post hæc aliud accidit, quod vehementer conjuratos excitavit. Etenim fo-

στεφάνῳ περιελίξας Ἀντώνιος Plut. Anton. 12, 1. — 6. καὶ] particulam de meo addidi. — 7. Κάσκα] κασικὰς codex h. l. et infra. — 8. ἀθλητιμῆμος] ἀθλητιμῆμος, codex. — 9. δῆλωσιν] δήλωσι codex. — 10. Ἀντωνίον] ἀντωνίου codex. — 11. οὐ δεχόμενος] οὐδ' ἐχόμενος cod. — 12. τοῖς τότε] supplēvi τοῖς. — 13. παρασχὼν τῶνδ' ἃ] παρασχόντων ὁ codex.

XXII 1. τῆς ἀρχῆς] inclusi, ut abundantia, et probabiliter ex antecedentibus male repetita. — 2. κατήεσαν] Aliiter Appian. II, 122, ubi Cassius et Brutus post mortem Cæsaris tribunos illos ex exilio revocandos esse censent. Sucton. c. 80: *Post remotos Cæsarium et Marullum tribunos, reperta sunt proximis comitiis complura suffragia consules eos declarantium...* Quod item de absentibus intelligendum esse videtur. — 3. Οὐίβιον Πάνσαν] ὄρβιον πᾶνα codex — 4 Δέκμον] δέγκμον codex. — 5. Πλάγκον] πλάγκτον codex.

σφόδρα ἤγειρε τοὺς συνεστῶτας. Ἀγορὰν κατεσκεύαζε μεγάλην καὶ ἀξιοπρεπῆ ἐν Ῥώμῃ, καὶ τοὺς τεχνίτας ἀθροίσας τὰ ἔργα εἰς τὴν κατασκευὴν διεπίπρασκεν. Ἐν τούτῳ δὲ αὐτῷ προσῆλθον (κ) οἱ Ῥωμαῖοι ἄριστοι τιμὰς φέροντες, ἄστυνας τότε ἐψηφίσαντο ἐν κοινῷ. Τούτων δ' ἠγεῖτο μὲν ὁ ὑπάτος, συνάρχων τότε αὐτῷ ὢν, κομίζων τὰ ἐψηφισμένα· ῥαβδοφόροι τε προήεσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὸν ὄχλον ἀνείργοντες· συνήεσαν δὲ τῷ ὑπάτῳ οἱ τε στρατηγοὶ καὶ δῆμαρχοὶ καὶ ταμίαι καὶ ἄλλαι πᾶσαι ἀρχαί· μετὰ δὲ ἡ σύγκλητος ἐν κόσμῳ εἶπετο καὶ ὁ λαὸς (γ) ἄπειρος τὸ πλῆθος καὶ ὅσος οὐκ ἄλλος· πολλή δὲ ἦ τε ἐκπληξίς ἦν καὶ τὸ ἀξίωμα τῶν πρώτων, εἰς οὓς τὰ συμπάντων ἀνήρτητο κράτη, θαυμάζόντων ἄλλον κρείττω. Ὁ δὲ προσιόντων ἐκάθητο καὶ διὰ τὸ τοῖς ἐκ πλαγίου ὁμιλεῖν οὐτ' ἐπιστρέψας πρὸς αὐτοὺς τὸ πρόσωπον οὐτε προσέχων, ἀλλ' ὁμοίως διοικῶν δ' ἐν χερσὶν εἶχεν, εἰς δ' τῶν πλησίον φίλων τις (δ) εἶπεν, Ὅρα τοὺς ἐξ ἐναντίας προσιόντας· καὶ τότε ἀποθέμενος τὰ γραμματίδια ἐπεστράφη (ε), καὶ περὶ ὧν ἤλθον ἤκουε. Συνόντες οὖν αὐτοῖς οἱ ἐπιβουλευόντες τὸ γεγονός (στ) καὶ τοὺς ἄλλους τῆς πρὸς αὐτὸν δυσμενείας ἀνέπλησαν καὶ αὐτοὺς ἤδη ἀχθομένους· ὄργων τότε καὶ οἱ ἐπὶ δλέθρῳ τῶν συμπάντων, μή τί γε ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐπιχειρεῖν τῷ ἀνδρὶ [βουλόμενοι] (ζ), καὶ προσεδόκων χειρώσασθαι αὐτὸν ἀνίκητον παντάπασι δοκοῦντα εἶναι· δυσὶ γὰρ καὶ τριακοσίαις μάχαις ἐδόκει συμβαλὼν εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν τε Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ (η) οὐποθ' ἠττήσθαι. Μόνος δὲ πολλάκις ἐξῶν καὶ φαινόμενος αὐτοῖς ἐλπίδα ἐνεδίδου τοῦ ἐπιβουλή ἀλώσιμος εἶναι· ἐμηχανῶντό τε, εἴ πως παραλύσειαν αὐτοῦ τὴν ἀμφὶ τὸ (θ) σῶμα φυλακὴν, λόγῳ τε κηλοῦντες ὡς χρεῶν εἶη ἱερὸν αὐτὸν πρὸς πάντων νομίζεσθαι πατέρα τε καλεῖσθαι τῆς πόλεως, καὶ ψηφίσματα περὶ τούτων γράφοντες, εἴ πως ἐκεῖνος τούτοις παραχθεὶς τῷ ὄντι πιστεύσειεν ὑπ' αὐτῶν στέργεσθαι, καὶ τοὺς δορυφόρους ἀπολύσειεν, οἴομενος τῇ πάντων εὐνοίᾳ φυλάττεσθαι. Ὅπερ γενόμενον πολλὴν αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον ῥαστώνην παρέσχε.

XXIII. Συνήεσαν δ' ἐν φανερωῷ μὲν οὐποτε βουλευσόμενοι, λάθρα δὲ κατ' ὀλίγους εἰς τὰς ἀλλήλων οἰκίας· καὶ πολλὰ μὲν, ὡσπερ εἰκὸς ἦν, ἐλέχθη τε αὐτοῖς καὶ ἐκινήθη, σκοπούμενοις τοσόνδε ἔργον ὅπως τε ἐπιθήσονται καὶ ὅποι. Τινὲς μὲν οὖν εἰσέφερον διὰ τῆς ἱερᾶς καλουμένης ὁδοῦ ἰόντι ἐγχειρεῖν· ἐφοῖτα γὰρ πολλάκις ἐκεῖνη· ἄλλοι δ' ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις, ἐν αἷς αὐτὸν ἔδει καθιστάντα ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως πεδίῳ τὰς ἀρχὰς διέναι τινὰ γέφυραν, διακληρωσάμενοι τὸ ἔργον ὅπως

rum amplum splendidumque Romæ ædificans Cæsar opifices convocaverat, iisque opera facienda elocabat. Dum his occupatur, accedunt principes Romanorum, decreta afferentes honorum, quos tunc communi consensu in senatu ei detulerant. Agmen ducebat Antonius consul, Cæsaris collega, manu tenens decreta; præibant lictores hinc inde plebem arcentes; consulem comitabantur prætores et tribuni et quæstores et reliqui omnes magistratus; sequebatur senatus decore incedens, et deinceps immensa numero multitudo et quanta nulla usquam alia. Stupendus erat splendor dignitasque primorum, qui quum summam totius imperii tenerent ipsi alium admirabantur præstantiorem. Accedentibus illis, Cæsar sedebat, et cum iis qui obliqui adstabant colloquens ideoque faciem ab advenientibus aversam habens, quæ in manu erant negotia tractare pergebat, usque dum ex amicis quidam diceret: « Specta ex adverso accedentes. » Tum positus libellis ad illos se convertit, et de iis quorum causa venerant dedit aditum. Quibus quum interessent conjurati, ob casum illum etiam reliquos suo in Cæsarem odio implebant vel ipsos jam male affectos. Animis tunc ardebant vel ii, qui ad perniciem reipublicæ, non ad recuperandam libertatem manum viro injicere moliebantur, opportunitatemque exspectabant, qua domare possent eum qui insuperabilis esse omnibus videbatur: nam trecentis ac duobus præliis, quæ ad illud temporis in Asia et Europa commiserat, nunquam cladem tulisse putabatur. Jam quum solus sæpe exiret et conspiciendum se ipsis præberet, spes erat fore, ut insidiis circumveniretur. Nihilominus machinabantur si qua ratione corporis custodiam amovere possent, verbis eum demulcentes, quasi sacrosanctus ab omnibus censeri et pater patriæ appellari deberet, atque decreta in hanc sententiam scribentes, num forte his seductus et revera se ab ipsis amari confidens omniumque benevolentia satis se custoditum putans satellites dimitteret. Quo demum facto, multa iis exsequendi consilia præbebatur facilitas.

XXIII. Ad deliberandum palam coitabant nunquam, sed clanculum bini vel terni in suas invicem domus. Ubi multa, ut consentaneum, dicta motaque sunt circumspicientibus tantam rem qua ratione et quo loco aggredierentur. Nonnulli igitur proponebant, ut invaderent per viam sacram euntem; sæpius enim illic transibat. Aliis placuit ut in comitiis magistratuum creandorum causa habendis, ubi Cæsari in campo ante urbem sito magistratus constituturo pons trans-eundus esset, ita rem peragerent, ut, divisus partibus,

— 6. Eandem historiam paullo aliter narrant Appian. II, 107; Sueton. Cæs. 78; Liv. Epit. 116.; Plut. Cæs. 60, 2; Dio Cass. 44, 8. — 7. λαὸς] πᾶς cod. Mox πολλοὶ cod. — 8. τις] C. Trebatius sec. Sueton. c. 68. — 9. Minus facete excusare Cæsarem student illi qui dicunt eum non assurrexisse ὅτι τῆς κοιλίας ἀκρατῆς ὑπὸ διαρροίας ἐγεγόνει, Dio Cass. 44, 8. Aliam excusationem affert Plutarch. Cæsar. 60, 2. — 10. Verti quasi scriptum esset διὰ τὸ γεγονός. A verbo ἐπιβουλευόντες accusativus τὸ γεγονός pendere nequit; suspicari autem licet verba συνόντες οὖν αὐτοῖς corrupta esse, scriptoremque dixisse: διασύροντες οὖν αὐτοὶ οἱ ἐπιβ. τὸ γεγονός vel συκοφαντοῦντες δ' οἱ ἐπιβ. κτλ. vel ejusmodi quid. Mox codex ὄργουν. — 11. βουλόμενοι] inserui; si nolis, scribe ἐπιχειροῦντες. — 12. Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ] Ἀσίαν Εὐρώπην codex. — 13. τὸ τοῦ codex.

οἱ μὲν ὄσειαν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γεφύρας, οἱ δὲ ἐπιδραμόντες κτείνειαν (1). ἄλλοι δὲ ὅταν θεαὶ μονομάχων ἄγωνται· ὑπόγουσι δ' ἦσαν· ἐνθα καὶ ὄπλα δρᾶσθαι παρεσκευασμένα ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἀνύποπτον ἦν διὰ τὸν ἀγῶνα. Οἱ πλεῖστοι δὲ παρήνουν ἐν τῇ βουλῇ συνεδρεύοντα κτείνειν, ἡνίκα μόνος αὐτὸς ἔμελλεν ἔσεσθαι· οὐ γὰρ συνεισίσαισι οἱ μὴ μετέχοντες αὐτῆς, πολλοὶ δ' οἱ ἐπιβουλεύοντες ὑπὸ τοῖς ἱματίοις ἔχοντες ἐγχειρίδια. Καὶ ἐκράτει ἡδε ἡ γνώμη. Συνέλαβε δὲ καὶ τύχη τις εἰς τοῦτο, ποιήσασα ἡμέραν ῥητὴν αὐτὸν δρῆσαι εἰς ἣν (2) συνίαισι οἱ ἐκ τοῦ συνεδρίου βουλευσόμενοι περὶ ὧν αὐτὸς ἔμελλεν εἰσοίσειν. Ἐπεὶ δὲ ἐνέστη ἡ κυρία ἡμέρα, συνήεσαν παρεσκευασμένοι τοῖς πᾶσιν. Ἐγένετο δὲ αὐτοῖς ἡ σύνοδος εἰς τὴν Πομπηίου στοᾶν, ἐνθα ἐκάστοτε (3) συνελέγοντο. Τῷ δ' ἄρα ὁ δαίμων διεδείκνυε τὰ ἐνθάδε (4) ὁποῖα εἶη, ὡς πάντα ἀστάθμητα καὶ τῆς τύχης ἦττω, εἰς τὸ τοῦ ἐχθροῦ αὐτὸν ὑπάγων χωρίον, ἐν ᾧ ἔμελλε πρὸ τοῦ ἐκείνου ἀνδριάντος νεκρὸς κείσεσθαι, καὶ οὗ ζῶντος περιεγένετο, τούτου τεθνεῶτος πρὸς τῷ εἰδύλῳ ἀποσφάττεσθαι. Ἰσχυρότερον δὲ τι καὶ ἡ μοῖρα, εἰ δὴ τις ἐπέστη τούτοις. Οἱ τε (5) γὰρ φίλοι ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐκώλυον, διὰ τινὰς φήμας οἰωνιζόμενοι, πορεύεσθαι εἰς τὸ βουλευτήριον· ἰατροὶ τε διὰ νόσον σκοτώδη (6) ἐκάστοτε συμβαίνουσιν αὐτῷ καὶ τότε προσπεσοῦσαν· ἡ τε γυνὴ πάντων μάλιστα, Καλπουρνια ὄνομα, διὰ τινὰς ὄψεις ἐνυπνίων δειματοθεῖσα (7), ἐνέφυ τε αὐτῷ καὶ οὐκ ἔφη ἑάσειν ἐκείνης ἐξιέναι τῆς ἡμέρας. Παραστάς δὲ Βροῦτος, εἷς τῶν ἐπιβουλευόντων, ἐν δὲ τοῖς μάλιστα φίλοις τότε νομιζόμενος, « Τί σὺ λέγεις, εἶπεν, ὦ Καῖσαρ; Καὶ σὺ ὁ τηλικόσδε, γυναικὸς ἐνυπνίου καὶ ἀνδρῶν ματαίων κληδόσι (8) προσσχῶν, ὑβρίσεις (9) τὴν σε τιμήσασαν σύγκλητον, ἣν αὐτὸς συνεχάλεσας, οὐκ ἐξιῶν; Ἄλλ' οὐκ, ἦν γέ μοι πείθη, ἀλλὰ ρίψας τὰ τούτων ὄνειροπολήματα πορεύσῃ· κάθηται γὰρ ἐξ ἑωθινοῦ σὲ περιμένουσα. » Καὶ ὡς ἐπέισθη τε καὶ ἐξῆλθεν.

XXIV. Ἐν τούτῳ οἱ μὲν σφαγεῖς ἡτρεπίζοντο, τάττοντες αὐτοὺς οἱ μὲν εἰς πλησίον αὐτοῦ καθέδρας, οἱ δὲ ἐξ ἐναντίας, οἱ δὲ κατόπισθεν. Οἱ δὲ ἱερεῖς θύματα προσέφερον πρὸ τῆς εἰς τὸ βουλευτήριον εἰσόδου θυσομένων τὴν ὑστάτην θυσίαν ἐκείνην. Καὶ δῆλον ὡς οὐκ ἐκαλλιέρει. Δυσθυτοῦντες δ' οἱ μάντις ἕτερα ἐφ' ἑτέροις θύματα ὑπήλλαττον, εἰ τι αὐτοῖς ἀμεινον ὧν (1) ἐσημαίνετο φανεῖν· τελευτῶντες δὲ χαλεπῶς τὰ θεῶν δρᾶν ἔφασαν,

alii de ponte eum detruderent, alii incurrentes jacentem confoderent. Nonnulli tempus quo ludi gladiatorum celebrarentur destinabant. Qui quidem tunc erant proximi, in iisque armorum apparatus conspici suspicione carebat. Plurimi autem suadebant, ut in senatu trucidarent, quando solus futurus esset: nam in curiam nonnisi senatores admitti, quorum multi forent conjurationis socii pugiones sub veste gestantes. Atque hæc sententia prævaluit. Ceterum etiam fortuna quædam adjuvavit, quæ effecit, ut ipse Cæsar diem definitam indiceret, qua senatores de rebus ab ipso proponendis deliberaturi essent. Ubi aderat dies indicata, omnibus rebus instructi conveniunt in Pompeii porticum, in quam interdum convocabantur. Unde numen testatum fecit quænam rerum humanarum sit indoles et natura, quam instabilia sint omnia et fortunæ arbitrio obnoxia: siquidem Cæsarem in inimici domum induxit, uti mox ad statuam ejus jaceret cadaver, et quo vivo superior fuerat, ejus mortui ad simulacrum jugularetur. At potentius quiddam sane fatum est, quandoquidem vis fati cujusdam in his debet agnosci. Nam et amici eum prohibebant, ex ominibus quibusdam male augurantes, quominus illa die in curiam se conferret; et medici propter vertigines, quibus, quum sæpius laboraret, etiam tunc correptus est; et ipsa denique Calpurnia uxor, quæ visis nocturnis territa, omnium maxime inhæsit ei amplexa, neque admissuram sese dixit, ut foras illa die prodiret. Tum vero adstans Brutus, ex conjuratis unus, Cæsarique ex intimis, uti putabant, amicis, « Quid tu dicis, inquit, Cæsar? Num tu vir tantus, mulieris ad somnia futiliumque hominum vaticinia attendens, senatum, qui honoribus te ornavit quemque ipse tu convocasti, contumelia eo, quod domi manes, afficies? Minime vero, mihi siquidem auscultes; inio, missis nugis istis somniorum, in curiam proficisceris, ubi a mane inde exspectans te senatus considet. » His ille persuasus exiit.

XXIV. Interim percussores ita se disposuerunt, ut alii juxta sellam Cæsaris considerent, alii ex adverso, alii a tergo. Aruspices vero victimas attulerunt pro introitu in curiam sacra hæc facturo ultima. Ac manifestum erat eum non litare. Infausta reperientes exta vates cum aliis alias hostias permutabant, si forte meliora iis, quæ prioribus portendebantur, apparerent. Postremo infesta esse signa deorum declararunt; vindicem quendam aientes occulta-

XXIII. 1. Cf. Suelon. Cæs. 80: *Qui primum cunctati, utrum illum in campo, per comitia tribus ad suffragia vocantem, partibus divisim e ponte dejicerent atque exceptum trucidarent; an in sacra via vel in aditu theatri adorirentur, postquam aditus Idibus Martiis in Pompeii curiam editus est, facile tempus et locum prætulerrunt.* — 2. ἣν] τὴν codex. — 3. ἐκάστοτε] ἐκάστοτε pro *interdum* etiam infra occurrit. Quamquam l. l. omissum esse aliquod putari possit, quibus illud ἐκάστοτε definiebatur. Appian. B. C. II, 115: *Θεαὶ δ' ἦσαν ἐν τῷ Πομπηίου θεάτρῳ, καὶ βουλευτήριον ἔμελλε τῶν τις περὶ αὐτὸ οἶκος ἔσεσθαι, εἰωθὸς ἐπὶ ταῖς θεαῖς ὧδε γίγνεσθαι.* De loco cf. etiam codex Med. in Dion. Cass. 44, 17: *ἐκεῖ γὰρ που (ad theatrum Pompeii) ἐν οἰκῆματι τινι τοῦ περιστώου συνεδρεύειν ἔμελλον, ad quem locum Gronovius: « Videtur locus ita ædificatus fuisse, ut ex area columnis circumseptæ ad aliquod quadrati latus discedentes in curiam Pompeiam intrarent. »* — 4. τὰ ἐνθάδε] Dübner.; τὰ ἐθῆ codex. — 5. οἱ τε] οὔτε codex. — 6. νόσον σκοτώδη] *Hujus morbi meminif Plutarch. Cæsar. 60, 2, ubi eo excusare studet Cæsarem senatui decreta afferenti non surgentem.* — 7. δειματοθεῖσα] *δειγματοθεῖσα* codex. — 8. κληδόσι codex. — 9. ὑβρίσεις] *ὑβρίσεις* codex.

XXIV. 1. ὧν] ὄν codex. In anteced. nota vocem *δυσθυτέω*, et in sqq. v. *δίοπτον*.

καί τινα ἀλάστορα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐγκεκρυμμένον δίοπτρον εἶναι. Ὁ δὲ ἀλθεσθεὶς ἀπεστράφη πρὸς δύόμενον τὸν ἥλιον· καὶ οἱ μάντιες πολὺ μᾶλλον τοῦτο οἰωνίσαντο. Παρόντες δὲ οἱ φρονεῖς (2) ἤσθησαν ἐπὶ τούτοις. Ὁ δὲ Καῖσαρ, πολὺ μάλιστα τῶν φίλων δεομένων ἀναβαλέσθαι τὸν σύλλογον ἐκείνης τῆς ἡμέρας διὰ τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶν μάντεων, ἐκέλευσε (3) καὶ δὴ τοῦτο δρᾶν. Ταχὺ δ' οἱ ἐπηρεῖται αὐτῷ ἐπέστησαν καλοῦντες καὶ λέγοντες ὅτι πλήρης ἡ βουλή εἶη. Καὶ ὁ μὲν εἰς τοὺς φίλους διέβλεψεν. Ὁ δὲ Βροῦτος αὐτῷ πάλιν παραστάς, « Ἴθι, ὦ ἀγαθὲ, ἔφη, τοῖς λήροις τούτων χαίρειν φράσας, καὶ ἂν Καίσαρί τε καὶ τῇ τσοαύτῃ ἀρχῇ διοικεῖν πρέπει, μὴ ἀναβάλλου, αἴσιον οἰωνὸν τὴν σεαυτοῦ ἀρετὴν ποιούμενος. » Καὶ ὁ μὲν ταῦτα παραπίθων, δημοῦ τῆς δεξιᾶς λαβόμενος (ἐγγὺς δ' ἦν καὶ τὸ συνέδριον) ἤγεν αὐτόν. Ὁ δὲ εἶπετο σιωπῇ. Εἰσιόντα δὲ αὐτόν ὡς εἶδεν ἡ σύγκλητος, ὑπανέστη εἰς τιμῆς ἀξίωσιν. Οἱ δὲ μέλλοντες ἐγγειρήσειν περὶ αὐτὸν ἦσαν. Πρῶτος δὲ πάντων ἐπ' αὐτόν καθίετο (4) Τύλλιος Κίμβρος (5), ὃν ἔφευγεν ἀδελφὸς ἐληλαμένος ὑπὸ Καίσαρος. Ἐν προσχῆματι δὴ τοῦ ἀντιβολεῖν αὐτόν λιπαρῶς ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ προσελθὼν ἤπτετο τῆς ἀναβολῆς, καὶ τι θρασύτερον εἰσωτὰς χεῖρας ἔχοντας ἐδόκει δρᾶν, ἐκώλυέ τε, εἰ βούλοιτο ἀνίστασθαι καὶ ταῖς χερσὶ χρῆσθαι· ὀργιζομένου δ' ἐπιστρεφῶς ἐκείνου, ἔργου εἶχοντο οἱ ἄνδρες, ταχὺ δὲ πάντες γυμνώσαντες τὰ ἐγχειρίδια, ἐπ' αὐτόν ὤρμησαν. Καὶ πρῶτος μὲν Σερουίλιος Κάσκα (6) κατὰ τὸν ἀριστερὸν ὤμων ὀρθῶ τῷ ξίφει παῖει μικρὸν ὑπὲρ τὴν κλεῖν, εὐθύνων ἐπ' αὐτήν, ταραττόμενος δὲ οὐκ ἠδυνήθη (7). Καῖσαρ δ' ἀνέστη (8) ὡς ἀμυνόμενος ἐπ' αὐτόν· καὶ ὄς τὸν ἀδελφὸν βοᾷ Ἑλλάδι γλώττῃ ὑπὸ θορύβου. Ὁ δ' ὑπακούσας ἐρείδει τὸ ξίφος κατὰ τῆς πλευρᾶς. Μικρὸν δὲ Κάσσιος ὑποφθὰς εἰς τὸ πρόσωπον ἐγκαρσίαν αὐτῷ πληγὴν δίδωσι· Δέκμος δὲ Βροῦτος ὑπὸ ταῖς λαγύσι διαμπερὲς παῖει. Κάσσιος δὲ Λογγῖνος ἐτέραν ἐπεκδοῦναι πληγὴν σπεύδων, τοῦ μὲν ἀμαρτάνει, τυγχάνει δὲ τῆς Μάρκου Βρούτου χειρός. Μινούκιος (9) δὲ καὶ αὐτὸς τύπτων Καίσαρα, παῖει Ρούβριον εἰς τὸν μηρόν. Ἐώκεσάν τε μαχομένοις ἐπ' αὐτῷ. Πίπτει δὲ ὑπὸ πλήθους τραυμάτων πρὸ τοῦ Πομπηίου ἀνδριάντος. Καὶ οὐδεὶς ἔτι λοιπὸν ἦν ὃς οὐχὶ νεκρὸν κείμενον ἔπαιεν, ὅπως ἂν καὶ αὐτὸς (10) δοκοῖη τοῦ ἔργου συνῆφθαι, εἰς δ' ε' καὶ λ' (11) λαβὼν τραύματα ἀπέπνευσεν.

XXV. Κραυγὴ δὲ μυρία ἐφέρετο, τῶν μὲν ἐκ τοῦ συνεδρίου φυγόντων μετ' ἐκπλήξεως, ὅσοι μὴ μετεῖχον τοῦ βουλευματος, καὶ οἰομένων αὐτίκα καὶ ἐπὶ σφᾶς τὸ δεινὸν ἤξειν, τῶν δ' ἔξω Καίσαρι συνόντων (1) πάσης οἰο-

tum in extis victimarum esse perspicuum. Quod avertens Cæsar quum ad occidentem se solem averteret, hoc ipsum multo magis ominosum esse vates augurabantur. Percussores præsentibus his lætabantur. Cæsar, enixe rogantibus amicis ut conventum in aliam diem differret, tandem etiam facere hoc volebat. Sed eodem tempore accedentes apparitores in curiam, quæ plena jam esset, invocant. Hæsitabundus Cæsar oculos in amicos defigit. At iterum adstans Brutus, « Age, inquit, o bone, nugas istas valere jubeas; quæ Cæsarem tantumque decent imperium, ea tractare ne differas; faustum augurium tuam tibi habe virtutem. » Idque persuadens, dextra ejus apprehensa, in curiam, quæ in propinquo erat, abduxit. Ille sequebatur faciturnus. Ingredientem ubi conspexit senatus, in honorem ejus assurrexit. Jam manum illaturi undique circumstabant. Primus ad eum prodiit Tullius Cimber, cujus fratrem Cæsar exilio multaverat. Is igitur quasi pro fratre obtestatur instanter, propius accedit, togamque apprehendens audacius aliquid quam pro viro intra vestem manus continente facere videbatur, atque sic impediabat Cæsarem, quominus, si vellet, de sede assurgeret et manibus uti posset. Illo autem severiorem in modum irascente, aggredientes rem conjurati illico omnes in eum strictis gladiolis irruerunt. Primus Servilius Casca recto ferro humerum sinistrum ferit paullo supra jugulum, in quod direxerat ictum, sed præ perturbatione aberrans non tetigit. Surrexit Cæsar defensurus se; Casca vero fratrem vocat lingua græca clamans ob tumultum. Audiens ille ferrum infigit lateri. Paullulum antevertens eum Cassius in faciem infligit ictum transversum. Decimus Brutus inguen perfodit penitus. Cassius Longinus alterum addere ictum properans aberrat, manumque tangit Marci Bruti. Minutius Basilus item Cæsarem petens Rubrium Rufum in femore sauciat. Certantium de eo præbebant spectaculum. Tandem vulnere multitudinis concidit ad statuam Pompeii; nec jam quisquam relinquebatur, quin exanimi jacentique ictum ingereret, ut ipse quoque particeps facinoris fuisse videretur, usque dum ille triginta quinque confectus vulneribus animam efflasset.

XXV. Clamor edebatur ingens partim ab iis qui conspirationis non conscii terrore perculsi e curia se proripiebant, et jamjam in ipsos quoque tempestatem istam irruituram opinabantur, partim ab iis qui Cæsarem comitati foras

— 2. φρονεῖς ] φρονεῖς cod. — 3. ἐκέλευσε ] fuisse videtur ἐθέλησε. — 4. καθίετο ] καθεῖθε codex. Fortasse præstat κατήει. — 5. Κίμβρος ] κίμαρος codex. Τύλλιος Κίμβρος Plutarch. Cæsar. 66, 2. Τύλλιος Κίμβρος Appian. II, 117. Alii aliter, quos vide ap. Sturz. ad Dio Cass. 44, not. 98. — 6. μὲν Σερουίλιος Κάσκα ] μὲν χιλων κασικὰς codex. — 7. Cf. Appian. II, 117 : Κάσκα δ' ἐφεστῶς ὑπὲρ κεφαλῆς, ἐπὶ τὴν σφαγὴν ἤρρισε πρῶτος· παρολισθὼν δὲ ἐνέτεψε τὸ στήθος. Plutarch. 66, 2 : πρῶτος δὲ Κάσκα ξίφει παῖει παρὰ τὸν ἀνὴρα πληγὴν οὐ θανατηφόρον οὐδὲ βαρεῖαν, ἀλλ', ὡς εἰκὸς, ἐν ἀρχῇ τοῦ μαχόμενου μεγάλου ταραχθεῖς. — 8. ἀνέστη ] ἀνέστη cod. — 9. Μινούκιος ] μαννίκιος codex. — 10. αὐτὸς ] οὗτος cod. — 11. ε' καὶ λ' ] reliqui scriptores 23 vulnera memorant.

XXV. 1. Appian. II, 118 : Αἱ πλείονες ἀρχαὶ καὶ πολὺς ὄμιλος ἄλλος ἀστῶν καὶ ξένων καὶ πολὺς θεράπων καὶ ἐξελεύθερος

μένων εἶναι τῆς βουλῆς τὸ ἔργον καὶ στρατεύμα μέγα (2) εἶναι τὸ ἐπὶ τοῦτο ἔλληλυθός, τῶν δ' ἄλλων ὑπ' ἀγνοίας τοῦ γεγονότος πρὸς τὸ ἕξαπιναῖον τοῦ θορύβου καὶ τὰ ἐν ὄψει δρώμενα (ταχὺ γὰρ οἱ σφαγεῖς τὰ ἐγχειρίδια ἡμαγμένα ἔχοντες \* (3)) δειματομένων τε καὶ δρόμῳ φερομένων. Πάντα δ' ἦν φευγόντων πλέα μετὰ κραυγῆς. Ἐξανέστη δὲ καὶ ὁ δῆμος οὐδενὶ σὺν κόσμῳ φεύγων ἐκ τοῦ θεάτρου (ἐτύγχανε γὰρ θεώμενος μονομαχίας), τὸ μὲν πραχθὲν βεβαίως οὐκ εἰδώς, ὑπὸ δὲ τῆς πάντοθεν βοῆς ταραττόμενος. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν τὴν σύγκλητον ὑπὸ τῶν μονομάχων σφάττεσθαι, οἱ δὲ Καίσαρος ἀποσφαγέντος τὴν στρατιὰν ἐφ' ἀρπαγὴν τῆς πόλεως τετράφθαι, ἄλλοι δὲ ἄλλα ὑπελάμβανον. Ἀκοῦσαι δ' οὐδὲν ἦν σαφές· ἄκριτος γὰρ τις ἐπέιχε τάραχος εἰς δ' τοὺς σφαγείας εἶδον, καὶ Μάρκον Βροῦτον παύοντα τὸν θόρυβον καὶ θαρρεῖν παρακελευόμενον, ὡς οὐδενὸς κακοῦ γεγονότος· ἡ δὲ σύμπασα διάνοια ἦν, καὶ τὰ λόγῳ κομπαζόμενα τοῖς σφαγεῦσιν (4), ὡς τύραννον κτείνειαν. Ἐγένοντο δ' ἐν αὐτοῖς λόγοι, ὡς χρῆ καὶ ἄλλους ἀναιρεῖν, οἱ ἔμελλον σφίσι ἐναντίως ἔσεσθαι καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς αὐθις ἀγωνιεῖσθαι· οὗς ἐπισχεῖν φασὶ Μάρκον Βροῦτον, οὐ δίκαιον λέγοντα εἶναι, πρὸς οὗς ἐμφανῆ μὴ ὑπέστη (5) ἐγκλήματα, τούτους δὲ ὑποψίας ἀποφανοῦς ἀποσφάττειν. Καὶ ἐνίκα ταῦτα. Ἐξαΐξαντες δὲ τοῦντεῦθεν οἱ σφαγεῖς ἔφευγον θέοντες διὰ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὸ Καπιτώλιον, γυμνὰ ἔχοντες τὰ ξίφη, ὑπὲρ κοινῆς ἐλευθερίας ταῦτα βοῶντες εἰργάσθαι. Εἶπετο δ' αὐτοῖς πολὺς μονομάχων καὶ οἰκετῶν ὄχλος, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο εὐτρεπῆς. Διαδρομαὶ δ' εὐρεῖαι ἦσαν ἐν τε ταῖς ὁδοῖς καὶ κατ' ἀγορὰν, διεξελθόντος ἤδη τοῦ λόγου εἰς τὸ πλῆθος, ὅτι σφαγεῖν Καίσαρ· ἐρχεῖ τε ἡ πόλις ἀλισκομένη. Ἀναβάντες δὲ εἰς τὸ Καπιτώλιον καὶ διανειμάμενοι τὸ χωρίον ἐν κύκλῳ ἐφρούρουσαν, δεδοικότες, μὴ τὸ Καίσαρος στρατιωτικὸν αὐτοῖς ἐπίοι.

XXVI. Ὁ δὲ νεκρὸς ἐκεῖ (1) ἔκειτο ἐνθα ἔπεσεν ἀτίμως πεφυρμένος αἵματι, ἀνδρὸς ἐλάσαντος μὲν πρὸς ἐσπέραν ἄχρι Βρεττανῶν τε καὶ Ὠκεανοῦ, διανοουμένου δ' ἐλαύνειν πρὸς ἕω ἐπὶ τὰ Πάρθων ἀρχεῖα καὶ Ἰνδῶν, ὡς ἂν, κάκεινων ὑπηκόων γενομένων, εἰς μίαν ἀρχὴν κεφαλαιωθεῖν γῆς πάσης καὶ θαλάττης τὰ κράτη· τότε δ' οὖν ἔκειτο, μηδενὸς τολμῶντος ὑπομένειν (2) καὶ τὸν νεκρὸν ἀναιρεῖσθαι. Οἱ μὲν γὰρ παρόντες ἐπεφεύγεσαν, οἱ δ' ἔξω ὄντες τῶν φίλων ἐκρύπτοντο ἐν ταῖς οἰκίαις· οἱ δ' ἐξήεσαν μεταμφεννύμενοι εἰς τε τοὺς ἀγρούς καὶ τὰ σύνεγγυς χωρία. Παρέστη δ' αὐτῶ τῶν φίλων οὐδεὶς, πολλῶν ὄντων, οὔτε σφαττομένῳ οὔτε μετὰ ταῦτα, ὅτι μὴ Σαβῖνος Καλουῖσιος καὶ Κηνσωρίνος. Οὗτοι δὲ ἐπιφερομένων τῶν περὶ Βροῦτον καὶ

erant, et commune totius senatus facinus esse magnumque exercitum ad hoc convenisse putabant; partim a reliquis rei ignaris et ob repentinum tumultum atque propter ea quæ suis oculis conspiciabant (nam statim percussores cruentos pugiones manu tenentes *in publicum prodierunt*) metu attonitis et huc illuc discurrentibus. Omnia repleta erant fuga ac vociferatione. Exsurrexit etiam populus tumultuanter e theatro prorumpens (nam ludos gladiatorum tum spectabat), de re acta nondum certior factus, sed auditis undique clamoribus perterrefactus: alii dicebant senatum a gladiatoribus trucidari, alii exercitum, occiso Cæsare, ad urbem diripiendam se convertisse; alii alia credebant. Accuratius quid comperire non licebat. Anceps obtinebat terror donec percussores conspiciunt et Marcum Brutum sedantem tumultus, bonoque animo esse jubentem: nihil enim accidisse funestum. Summa mens vero eorum quæ ille dicebat et reliqui percussores orationibus gloriabantur, hæc erat, tyrannum ab ipsis interfectum esse. Ceterum sermones inter eos facti sunt de reliquis quoque interficiendis qui adversaturi ipsis et de imperio rursus certaturi essent. Quod suadentes M. Brutus inhibuisse fertur, haud justum esse dicens in quos manifestæ criminationes non suppetent, eos obscuræ suspitionis causa occidere. Eaque sententia pervicit. Deinde e curia prosilientes percussores cursim fugerunt per forum in Capitolium, nudos tenentes pugiones, pro communi omnium libertate clamantes hæc se perpetrasse. Sequebatur eos multa gladiatorum servorumque turba ad hoc ipsum instructa. Discursatio ingens in viis et foro erat, percrebescente jam in vulgus sermone de Cæsare trucidato. Ab hoste captam urbem fuisse diceres. Isti vero in Capitolium egressi, partibus divisim, circumcirca locum custodiebant, metuentes ne milites Cæsaris se adorirentur.

XXVI. Interea corpus occisi jacebat ubi ceciderat, scæde inquinatum cruore, viri illius qui occidentem versus ad Britannos usque et Oceanum penetraverat, qui orientem versus ad Parthorum et Indorum regias expeditionem destinaverat, ut his quoque subactis in unum caput terræ universæ marisque imperia conjungerentur. Tunc vero jacebat, nullo manere apud eum audente et tollere mortuum. Nam qui cum eo fuerant in curia, fuga se proripuerant; quos foris habebat amicos, ii in domibus occultabant se, vel mutata veste urbem relinquentes in agros et propinquos locos sese subducebant. Ex tot amicis nemo ei adstabat neque dum jugulabatur neque postea, præter Sabinum Calvisium et Censorinum; sed hi quoque postquam irruentibus Bruti Cas-

αὐτὸν ἐπὶ τὸ βουλευτήριον ἐκ τῆς οἰκίας παρεπεπόμφευσαν. — 2. μέγα] μέγαν cod. — 3. ἔχοντες] Lacunam notavi. Plutarchi. Cæs. 67, 2: Οἱ δὲ περὶ Βροῦτον, ὡσπερ ἦσαν ἐτι θερμοὶ τῷ φόνῳ, γυμνὰ τὰ ξίφη δεικνύοντες ἅμα πάντες ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου ἐχώρου εἰς τὸ Καπιτώλιον κτλ. Appian. II, 119: Οἱ δὲ σφαγεῖς... τὰ ἱμάτια ταῖς λαιαῖς ὡσπερ ἀσπίδας περιπλεξάμενοι, καὶ τὰ ξίφη μετὰ τοῦ αἵματος ἔχοντες, ἐβοηδρόμου βασιλέα καὶ τύραννον ἀνελεῖν. Cf. infra. — 4. τοῖς σφαγεῦσιν] τοῖς φαγεῦσιν cod. — 5. ὑπέστη] ὑπέστην cod.

XXVI. 1. ἐκεῖ] ἐπεὶ cod. — 2. ὑπομένειν] ὑπομείνειν cod.

Κάσιον μικρὸν ἀντιστάντες ἔφυγον διὰ τὸ ἐκείνων πλῆθος· οἱ δὲ ἄλλοι τὸ κατὰ σφᾶς περιέβλεπον· τοῖς δὲ καὶ βουλομένοις ἦν τὰ γιγνόμενα. Φασὶ γέ τοι τινα αὐτῶν εἰπεῖν ἐπὶ τεθνηῶτι· « Ἄλις τυράννου θεραπείας. » Οἰκέται δὲ δὴ τρεῖς (3), ὅπερ ἦσαν πλησίον, ὀλίγον ὕστερον ἐνθήμενοι τὸν νεκρὸν εἰς φορεῖον οἴκαδε ἐκόμιζον διὰ τῆς ἀγορᾶς ὁρώμενον, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀνεσταλμένων τῶν παρακαλυμμάτων, αἰωρουμένας (4) τὰς χεῖρας καὶ τὰς ἐπὶ τοῦ προσώπου πληγὰς. Ἐνθα οὐδεὶς ἄδακρυς ἦν, ὁρῶν τὸν πάλαι ἴσα καὶ θεὸν τιμώμενον· οἰμωγὴ τε πολλὴ καὶ στενὴ (5) συμπαρεπέμπετο ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὀλοφυρομένων ἀπὸ τε τῶν τεγῶν καθ' οὓς ἂν γένοιτο καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ προθύροις. Καὶ ἐπειδὴ πλησίον τῆς οἰκίας ἐγένετο, πολὺ δὴ μείζων ὑπήντα κωκυτός· ἐξεπεπηδήκει (6) γὰρ ἡ γυνὴ μετὰ πολλοῦ ὄχλου γυναικῶν τε καὶ οἰκετῶν, ἀνακαλουμένη τὸν ἄνδρα, καὶ ἑαυτὴν ὀδυρομένη, ὅτι μάτην προὔλεγε μὴ ἐξίεναι τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Τῷ δ' ἤδη μοῖρα ἐφειστήκει πολὺ κρείττων ἢ κατὰ τὴν αὐτῆς ἐλπίδα.

XXVI. Καὶ οἱ μὲν αὐτῷ τάφον ἠὲ τρέπιζον, οἱ δ' αὐτόχειρες, πολλοὺς πρὸ τοῦ ἔργου ἐτοιμασάμενοι μονομάχους, ἠνίκα μὲν ἔμελλον ἐγχειρήσειν, ἴδρυσαν αὐτοὺς ἐν ὄπλοις μεταξὺ τοῦ τε βουλευτηρίου καὶ τοῦ θεάτρου ἐν τῷ Πομπηίου περιπάτῳ. Ἦν δ' ὁ τούτους εὐτρεπίζων Δέκμος Βροῦτος (1), προφάσει μὲν ὡς ἐπ' ἄλλο, συναρπάσαι δὴ τινα βουλόμενος, ὡς ἔφη, τῶν εἰς τὸ θεᾶτρον συνιόντων μονομάχων, ὃς αὐτὸν ἐκείνῳ προαπεμίσθωσεν (ἀγῶνες γὰρ τότε ἦσαν· οὓς δὴ (2) καὶ αὐτὸς δώσειν μέλλων προσεποιεῖτο φιλοτίμως ἔχειν πρὸς τὸν τότε ἀγωνοθέτην). τῷ δ' ἔργῳ ἡ παρασκευὴ ἐγένετο ἐπὶ τὸν φόνον, ἵν' εἴ τι ἀντικρούσεται τῶν Καίσαρι ἀμυνομένων, παρείη αὐτοῖς ἡ βοήθεια. Τούτους οὖν ἔχοντες κατέβαινον ἐκ τοῦ Καπιτωλίου καὶ ἄλλο οἰκετῶν πλῆθος. Συγκαλέσαντες δὲ τὸν δῆμον διάπειραν ἔγνωσαν αὐτοῦ καὶ τῶν ἐν τέλει ποιήσασθαι, πῶς ἔχουσι γνώμης πρὸς αὐτοὺς, πότερον ὡς τυραννίδα παύσαντας ἀποδέχοιντο ἢ ὡς φονέας \*\* μείζω (3) κακὰ ἀπ' αὐτῶν ἐκραγήσεσθαι· οὐ γὰρ ἀπὸ μικρᾶς διανοίας καὶ παρασκευῆς γεγονέναι ταῦτα, οὔτε ὑφ' ὧν ἐπράχθη, οὔτε ἐπὶ οὓς ἠβουλήθη· μεγάλα γὰρ δὴ στρατόπεδα εἶναι τὰ Καίσαρος ἐπικουρικά, καὶ μεγάλους ἡγεμόνας τοὺς διαδόχους αὐτοῦ τῆς διανοίας ἀπολελειμμένους. Σιγὴ δὲ τότε παρὰ τὸ ἄηθες ἐν θορόβῳ τῆς γνώμης πολλὴ ἦν (4), караδοκούντων πάντων, ὅτι πρῶτον ὡς ἐν τῷ τοῦδε τολμηθείη, καὶ ἄρξειε τῆς νεωτεροποιίας. Ἐν τούτῳ δὲ Μάρκος Βροῦτος, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν τοῦ δήμου τὸ μέλλον προσδεχομένου, σωφροσύνη τε βίου διὰ παντὸς τιμώμενος κατὰ τε εὐκλειαν προγόνων, καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἐπιείκειαν εἶναι

siique sociis aliquantisper restiterant, propter multitudinem adversariorum in fugam se dederunt. Reliqui autem omnes nonnisi suæ prospexerunt salutis; nonnullis etiam laud invitis res accidit. Certe unus eorum ad mortuum dixisse fertur: « Satis est præstiti tyranno obsequii. » Tandem servi tres, qui prope aderant, paullo post cadaver in lecticam impositum domum reportarunt per forum, ita ut, elevatis utroque latere aulæis, manus dependentes vulnereque faciei conspicerentur. Tum virum videns pariter ac deum modo honoratum, nemo non lacrimabat; ingens eum lamentatio et gemitus utrinque prosequabatur plorantium in tectis, in viis, in vestibulis, ubicumque corpus transferbatur. Ubi demum ad ædes Cæsaris appropinquabat, tum vero multo major occurrebat ejulatus. Nam prosiluerat uxor cum mulierum servorumque multitudine, invocans nomen mariti, cum fletu se ipsam accusans, quod frustra eum præmonuisset ne domo die ista prodiret. At illi tum fatum jam instabat multo illud quam pro uxoris expectatione potentius.

XXVI. Ac hi quidem funus adornabant; percussores vero multos antea gladiatores collegerant, quos, ubi Cæsari manus illaturi erant, armatos inter curiam et theatrum in Pompeii deambulacro collocaverant. Instruxerat eos Decimus Brutus, verbo tenus ut gladiatorem ex iis qui eo die prodituri in theatrum conveniebant quendam, qui ipsi prius se accepta mercede elocasset, corripere (scilicet ludi gladiatorii tunc erant, quos quum ipse quoque edere vellet, simulabat se æmulatione ductum cum eo qui tunc edebat, contendere); re vera autem apparatus ille ad cædem pertinebat, ut, si quid adversi ex defendentibus Cæsarem accideret, præsto adesset auxilium. His igitur gladiatoribus aliaque servorum caterva stipati e Capitolio descenderunt. Ac convocato populo, periculum ejus et magistratum facere voluerunt, quomodo essent affecti, utrum se ut liberatores et tyrannicidas excepturi essent, an ut sicarios. \*\* mox majora etiam mala in rempublicam irruptura esse; nam haud parvo consilio et apparatu hæc facta esse neque eorum qui peregissent, neque eorum contra quos structa essent; magnos esse Cæsaris exercitus auxiliares, ac magnos duces relictos, qui consilia ejus cœptaque persequerentur. Tunc igitur propter rei novitatem altum in magna animorum perturbatione erat silentium, cunctis præstolantibus quidnam primum in tanto discrimine ausuri essent, quodnam rerum novarum foret initium. In hac populi futura expectantis tranquillitate M. Brutus, honoratus ille ob moderationem per totam ejus vitam conspicuam simulque ob gloriam majorum et quam ipsi tribuebant

3. Cf. Appian. II, 118 extr. Sueton. 82. — 4. αἰωρουμένας] αἰωρουμένων cod. Sueton. I. I. : *Exanimis, diffugientibus cunctis, aliquamdiu jacuit, donec lecticæ impositum, dependente brachio, tres servuli domum retulerunt.* — 5. στενω] στένω codex; si genuina vox, addenda lexicis. In antec. ἴσα καὶ θεοῦ. — 6. ἐξεπεπηδήκει] ἐξεπηδήκει codex.

XXVI. 1. Attingit hæc Appian. II, 122. — 2. δὴ] δὲ cod. — 3. Locus turbatus. Supplere possis Ὁ δὲ δῆμος ὑπελάμβανε vel simile quid. — 4. πολλὴ ἦν] πολλὴν codex.

δοκοῦσαν, ἔλεξε τοιάδε. Ζήτει ἐν τῷ Περὶ δημηγοριῶν.

XXVII. Μετὰ δὲ τὴν δημηγορίαν ἀναχωρήσαντες πάλιν εἰς τὸ Καπιτώλιον ἐβουλεύοντο περὶ τῶν παρόντων ὁ χρῆ ποιεῖν. Ἐδοξε δ' οὖν αὐτοῖς πέμψαι πρέσβεις πρὸς τε Λέπιδον καὶ Ἀντώνιον, ὅπως ἂν πείσειαν ἔλθειν τε πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ ἱερὸν καὶ ἐν κοινῷ βουλεύεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος συνοίσειν τῇ πόλει, ὑπισχνεῖσθαι τε αὐτοῖς, πάνθ' ὅσα ἔχουσι παρὰ Καίσαρος, ἐν δωρεᾷς μέρει χύρια ποιήσειν, ὥστε τούτων γ' οὐνεκα μὴ διαφείρεσθαι. Τοῖς δ' ἤκουσιν ἐκείνοις ἔφασαν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀπόκρισιν δώσειν. Γενομένων δὲ τούτων περὶ δειλὴν ὀψίαν πολὺ μείζων κατέσχε τὴν πόλιν θόρυβος. Ἐκαστός τε τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐφυλάττετο τοῦ κοινοῦ ἤδη ἀφεστηκώς, φοβούμενος τὰς ἐξαπίνης ἐπιβουλάς καὶ ἐπιχειρήσεις (1), τῶν πρώτων ἐν ὅπλοις ὄντων καὶ ἀλλήλοις ἀντικαθημένων, σφίσι δὲ ἔτι ἀδήλου ὄντος τοῦ βεβαίως προστησομένου. Καὶ τότε μὲν ἐπεὶ νύξ ἦν, διελύθησαν ἀπ' ἀλλήλων· τῇ δὲ ὑστεραία ἦν μὲν ἐν ὅπλοις Ἀντώνιος ὑπατος ὢν· Λέπιδος δὲ ἀθροίσας οὐκ ὀλίγην στρατιάν ἐπικούρων, διὰ μέσης ἀγορᾶς διεξήει ἀμύνειν ἐγνωκώς Καίσαρι. Ὡς δὲ τοῦτο γεγονός εἶδον οἱ πρότερον ἐνδοιάζοντες, συνέρρεον πρὸς αὐτοὺς μεθ' ὅπλων κατὰ ἰδίας ἐταιρείας, καὶ μέγα (2) στρατεύμα ἐγένετο. Ἦσαν δὲ οἱ τοῦτο δέει ἔδρων οὐ βουλόμενοι φανεροὶ εἶναι χαίροντες ἐπὶ τῇ Καίσαρος τελευτῇ, ἀλλὰ τῷ συνίστασθαι μετὰ τούτων θεραπεύοντες τὴν ἔπειτα ἐλπίδα. Πολλὰ δὲ ἐπέμπετο καὶ εἰς τοὺς ὑπὸ Καίσαρος εὖ πεπονθότας ἢ πόλεων κατοικησίαις (3) ἢ γῆς κληρουχίαις ἢ χρημάτων νομαῖς, ὡς μέλλοι πάντα κινεῖσθαι, εἰ μὴ τι φανείη καὶ ἀπ' αὐτῶν καρτερόν. Πολλὰ δὲ καὶ ὀλοφύρσεις καὶ ἰκετεῖαι πρὸς τοὺς ἐκείνου φίλους ἐγίνοντο, καὶ μάλιστα τοὺς συνεστρατευμένους πρότερον μνημονεύειν παρακελευόμεναι, οἷος ὢν οἷα πάθοιεν ἐρημία φίλων. Συνέρρεον (4) δὲ ἤδη πολλοὶ κατὰ τε οἶκτον καὶ φιλότητα, καὶ κέρδη ἴδια δὲ καὶ νεωτερισμοῦ εὐρόντες, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ μαλακώτερα τὰ ἐκ τῶν ἐναντίων ἐφαίνετο, καὶ οὐχ ὅποια τὸ πρότερον προσεδοκῆθη κατὰ ὑπόνοιαν ἰσχύος μείζονος. Ἐλέγετο δ' ἤδη ἐκ τοῦ φανεροῦ, ὅτι χρῆ ἀμύνειν αὐτῷ μηδὲ ἄλλως ποιεῖν μηδὲ περιορᾶν ἀτιμώρητον τὸν φόνον (5). Ἄλλοι δὲ ἄλλα κατὰ συστάσεις ἀθροιζόμενοι ἔλεγον, οἱ μὲν πρὸς τῶνδε, οἱ δὲ πρὸς τῶνδε. Ὅσοι δὲ πολιτείας τι μετεποιοῦντο ἠδόμενοι ἐπὶ τῇ συμπάσῃ (6) μεταβολῇ, ἐκάκιζον τοὺς Καίσαρος σφαγέας, ὅτι οὐχὶ πλείους ἀνέλοιεν τῶν τότε ὑπόπτων, καὶ βέβαιον ἀποδοῖεν σφίσι τὴν ἐλευθερίαν· πράγματα γὰρ αὐτοῖς τοὺς λειπομένους οὐκ ὀλίγα παρέξειν· ἦσαν δ' οἱ προμηθεῖα πλέονι δοκοῦντες καὶ πείρα τῶν ἐπὶ Σύλλα πρότερόν ποτε συμπεσόντων εἰδότες παρακελεύεσθαι ἐκ μέσου συστῆναι

æquitatem, dixit hunc in modum. *Quære in Exc. de concionibus.*

XXVII. Post concionem in Capitolium regressi deliberarunt in præsentī rerum statu quid faciendum sit. Placuit legatos mittere ad Lepidum et Antonium, quibus suaderent, ut ad ipsos venirent in templum, ibique in communi deliberarent quæ forent e republica; ac simul promittere se omnia quæ a Cæsare illi accepta tenerent, pro donis rata habituros esse, adeo ut ab hac saltem parte nihil dissiderent. Illi vero legatis dixerunt postridie se responsuros esse. Hæc quum sera vespera fierent, multo magis aucta est in urbe animorum perturbatio. Suis unusquisque rebus consulebat, deserta jam republica, metuens repentinās insidias et aggressiones; nam duces in armis erant castra castris opponentes; necdum liquebat quinam firmo imperio rebus præfutura esset. Et tunc quidem, ubi nox venerat, digressi sunt. Postridie vero Antonius consul in armis erat; Lepidus haud mediocri collecta manu auxiliari, per medium forum prodiit cædem Cæsaris ulturus. Quod ubi viderunt qui dubii hucusque fuerant, sumptis armis cum suo quisque sodalitiō ad eum confluebant, adeo ut magnus coiret exercitus. Ceterum erant qui metu hoc facerent, nolentes manifestum fieri suum de nece Cæsaris gaudium, atque eo, quod illis se adjungebant, spei futuri inservientes. Multum etiam missis nuntiis eos sollicitabant, quos beneficiis Cæsar, sive urbibus ad habitandum concessis sive agrorum distributione sive pecuniarum largitione, affecerat, omnia dicentes fore ut statu suo moverentur, nisi ab ipsis quoque fortius aliquid ederetur. Denique multis precibus et lamentationibus amicos Cæsaris adibant, eos maxime qui in expeditionibus ejus socii fuerant, meminisse jubentes, quantus vir qualia passus esset quod amicis fuisset destitutus. Sic frequentes jam confluebant, partim miseratione et amicitia ducti, partim vero sua sibi lucra etiam ex rebus novis fore putantes, præsertim quum remissius ab adversariis agi viderent nec uti antea majoris roboris suspicione exspectaverant. Jam palam profitebantur Cæsarem ulciscendum, neque aliter faciendum, neque committendum esse, ut cædem ejus impunem sinerent. Alia alii in cœtus ab his, ab illis congregati dictitabant. Qui vero liberam rempublicam asserere volebant, facta rerum conversione gaudentes reprehendebant Cæsaris percussores, quod non plures eorum, qui suspecti essent, occidissent eoque libertatem stabilivissent: nam relictos haud parum negotii ipsis facturos esse. Nonnulli porro prudentia præstantes et peritia eorum quæ Sullæ temporibus olim acciderant edocti hortabantur,

XXVII. 1. ἐπιχειρήσεις] χειρήσεις cod. — 2. μέγα] μέγαν cod. Idem paullo post φανερόν εἶναι. — 3. κατοικησίαις] κατοικησίας cod. Formam κατοικησία non nisi ex Etym. M. novimus. V. Steph. Thes. v. κατοικεσία. — 4. συνέρρεον] συνέρρεων cod. Mox fort. scrib. ἐκ νεωτερ. — 5. τὸν φόνον] addidi articulum. — 6. συμπάσῃ] malim συμβάσῃ.



Ibid. : Λακεδαιμονίαις τέχνας μανθάνειν ἄλλας ἢ τὰς εἰς πόλεμον εὐθέτους αἰσχρὸν ἔστιν. (2) Ἔστινται δὲ πάντες ἐν κοινῷ. (3) Τοὺς δὲ γέροντας αἰσχύνονται οὐδὲν ἤττον ἢ τοὺς ἰδίους πατέρας. (4) Γυμνάσια δ' ὡσπερ ἀνδρῶν ἔστι, οὕτω καὶ παρθένων. (5) Ξένοις δ' ἐμβιοῦν οὐκ ἔξεστιν ἐν Σπάρτῃ οὔτε Σπαρτιάταις ξενιτεύειν. (6) Ταῖς δὲ αὐτῶν γυναῖξιν παρακελεύονται ἐκ τῶν εὐειδεστάτων κύεσθαι καὶ ἀστῶν καὶ ξένων. (7) Χρηματίζεσθαι δ' αἰσχρὸν Σπαρτιάταις. (8) Νομίσματι δὲ χρῶνται σκυτίνῳ· ἐὰν δὲ παρά τινι εὐρεθῇ χρυσὸς ἢ ἄργυρος, θανάτῳ ζημιούται. (9) Σεμνύονται δὲ πάντες ἐπὶ τῷ ταπεινῷ αὐτοῦ παρέχειν καὶ κατηκόους ταῖς ἀρχαῖς. (10) Μακαρίζονται δὲ μᾶλλον παρ' αὐτοῖς οἱ γενναίως ἀποθνήσκοντες ἢ οἱ εὐτυχῶς ζῶντες. (11) Οἱ δὲ παῖδες νομίμως περὶ τινα βωμὸν περιόντες μαστιγοῦνται, ἕως ἂν ὀλίγοι λειφθέντες στεφανωθῶσιν. (12) Αἰσχρὸν δὲ ἔστι δειλῶν σύσκηνον ἢ συγγυμναστήν ἢ φίλον γενέσθαι. (13) Κρίσις δὲ τῆς γεροντίας ἐπὶ τῷ τέρματι τοῦ βίου προτίθεται τοῖς τε εὖ ἢ κακῶς (καὶ καλῶς Or.) ζήσασιν. (14) Ὅταν δὲ στρατεύονται ἔξω χώρας, πῦρ ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἀγήτορος Διὸς ἐναυσάμενος πυρφόρος λεγόμενος σύνεστι τῷ βασιλεῖ ἄσβεστον αὐτὸ

## 110. DARDANI.

Dardani, gens Illyrica, ter tantummodo in vita lavantur, quum in lucem recens editi sunt, quum nuptias contrahunt, quum fato sunt functi.

## 111. LIBYRNII.

Libyrii uxores habent communes et liberos communiter alunt usque ad annum ætatis quintum. Anno autem sexto in unum convocant omnes pueros, atque tum ex similitudine ad quemlibet virorum conjecturam facientes, cuilibet similem patri filium assignant. Quem ita a matre infantem quisque accipit, cum filium suum esse putat.

## 112. AUTARIATÆ.

Autariatæ (*Illyrica gens*) milites per viam ægros imbecillesque factos in vivis nunquam relinquunt.

## 113. BOEOTI.

Quidam Bœotorum eos, qui non sunt solvendo, in forum adducunt et considerare jussis cophinum superinjiciunt; ac qui hac cophini pœna affectus fuerit, inde infamis fit. Quam pœnam irrogatam etiam Euripidis patri, qui ex Bœotis oriundus erat, sunt qui existiment.

## 114. LACEDÆMONII.

Lacedæmonii inhonestum ducunt aliis operam navare artibus quam ad res bellicas pertinentibus. (2) Cibum omnes viri una capiunt. (3) Senes reverentur non secus ac parentes suos. (4) Ut viris, ita etiam virginibus sua sunt gymnasia. (5) Peregrinis Spartæ degere fas non est, nec Spartanum peregre proficisci. (6) Uxoribus suis potestatem faciunt prolem suscipiendi ex pulcherrimis tum civium tum peregrinorum. (7) Quæstum facere Spartano indecorum. (8) Numis utuntur ex corio; quodsi contingat aurum domi alicujus vel argentum deprehendi, morte pœnam luit. (9) Maxima omnibus gloria, si se humiles et obediens magistratibus suis præbeant. (10) Beatiores apud eos judicantur, qui præclaram mortem oppetunt, quam qui in magna prosperitate vivunt. (11) Pueri ex lege quadam aram (*Dianæ Orthicæ*) circummeuntes flagellantur, donec pauci ex iis reliqui perdurantes sub flagris coronas præmium auferunt. (12) Turpe est timidum aliquem contubernalem vel gymnasii socium vel amicum sibi jungere. (13) De iis qui probe et honeste vixerunt ad terminum vitæ (*post exactum vitæ annum sexagesimum*) judicium habetur, num senatorum consilio adscribendi sint. (14) Quum exercitus educitur extra limites regionis, sacerdos, qui ignifer dicitur, ab ara Jovis Ductoris, ignem incendit quem a rege non procul

110. Idem narrat Ælianus V. H. IV, 1. Cf. Strabo VIII, p. 310.

111. Cf. quæ similia de Libybus Tritonidis accolis leguntur apud Herodotum IV, 180.

113. Cf. Müller. *Min.* p. 408. Quod de Euripidis patre Nicolaus affert, aliunde non novimus, fictaque criminatio esse videtur. Moschopolus in Vit. Eurip. : Εὐριπίδης, Μνησάρχου καὶ Κλειτοῦς, οἱ φεύγοντες ἐς Βοιωτῶν μετόκησαν.

114. 8. σκυτίνῳ] Hæc ficta esse videntur Müllerero *Dor.* II, p. 205. σιδηρῶ ser. Fischer.

τηρῶν. (15) Συνεκπέμπονται δὲ τῶ βασιλεῖ μάντις καὶ ἰατροὶ καὶ ἀυλιχαὶ, οἷς ἐν ταῖς μάχαις ἀντὶ σαλπύγγων ἀεὶ χρωῶνται. Μάχονται δὲ ἐστεφανωμένοι. (16) Ὑπανίστανται δὲ τῶ βασιλεῖ πάντες πλὴν τῶν ἐφόρων. Ὀμνύει τε πρὸ τῆς ἀρχῆς ὁ βασιλεὺς κατὰ τοὺς τῆς πόλεως νόμους βασιλεύσειν.

## 115. ΚΡΗΤΕΣ.

Ibid. : Κρήτες πρῶτοι Ἑλλήνων νόμους ἔσχον τοῦ Μίνως θεμένου, ὃς καὶ πρῶτος ἐθαλασσοκράτησεν. Προσεποιεῖτο δὲ ὁ Μίνως παρὰ τοῦ Διὸς αὐτοῦ μεμαθηκέναι δι' ἐννέα ἐτῶν εἰς τι ὄρος φοιτῶν, ἐν ᾧ Διὸς ἀντρον ἐλέγετο, κακείθεν ἀεὶ τινὰς νόμους φέρων τοῖς Κρησί. Μέννηται δὲ τούτου καὶ Ὅμηρος, ἐν οἷς λέγει·

Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς μεγάλη πόλις, ἐνθα γέ Μίνως  
ἐννέωρος βασιλεὺς, Διὸς μεγάλου ὁριστῆς.

(2) Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ μετ' ἀλλήλων σκληραγωγούμενοι, καὶ θήρας καὶ δρόμους τε ἀνάντεις ἀνυπόδητοι κατανούοντες, καὶ τὴν ἐνόπλιον πυρρίχην ἐκπονοῦντες, ἥντινα πρῶτος εὔρε Πύρριχος Κυδωνιάτης Κρής τὸ γένος. (3) Συσσιτοῦσι δ' ἐν κοινῷ οἱ ἄνδρες τὴν αὐτὴν δίαιταν ἔχοντες ἐξ ἴσου πάντες. Δῶρα δὲ αὐτοῖς ἐστὶν ὄπλα τιμιώτατα.

## 116. ΤΕΛΧΙΝΕΣ.

XXXVIII, 56 : Τελχίνες ἀνθρωποὶ ὀνομαζόμενοι τὸ ἀνέκαθεν Κρήτες, οἰκήσαντές [τε] καὶ ἐν Κύπρῳ, μεταναστάντες δ' εἰς Ῥόδον καὶ πρῶτοι τὴν νῆσον κατασχόντες, βάσκανοί τε σφόδρα ἦσαν καὶ φθονεροί· τεχνῖται δὲ ὄντες καὶ τὰ τῶν προτέρων ἔργα μιμησάμενοι Ἀθηναῖς Τελχινίας ἀγάλμα πρῶτοι ἰδρύσαντο, ὥσπερ εἴ τις λέγοι Ἀθηναῖς βασκάνου.

## 117. ΚΙΟΙ.

CXXIII, 12 : Κίοι τοὺς ἀποθανόντας κατακαύσαντες καὶ ὀστολογήσαντες ἐν ὄλμῳ τὰ ὀστᾶ καταπτίσουσιν, εἶτα ἐνθέντες εἰς πλοῖον καὶ κόσκινον λαβόντες ἀναπλεύουσιν εἰς πέλαγος καὶ πρὸς τὸν ἀνεμὸν ἐξοδιάζουσιν, ἄχρις ἂν πάντα ἐκφυσηθῇ καὶ ἀφανῆ γένηται.

## 118. ΤΡΙΒΑΛΛΟΙ.

LIV, 40 : Τριβαλλοὶ τέτταρας φάλαγγας ἐν ταῖς μάχαις ποιοῦνται, τὴν πρώτην τῶν ἀσθενῶν, τὴν ἐχόμενὴν τῶν κρατίστων, τὴν τρίτην τῶν ἱππέων, τελευταίαν τὴν τῶν γυναικῶν, αἱ αὐτοὺς εἰς φυγὴν τρεπομένους κωλύουσι βλασφημοῦσαι.

remotus præfert, inextinctum servans. (15) Adjunguntur autem regi in bellum eunti vates, medici, tibiçines : nam tibiis in bellis vice tubarum utuntur. Pugnantes autem coronis ornantur. (16) Regi assurgunt omnes præterquam ephori. Jurat rex, antequam regnum adeat, imperaturum se juxta leges reipublicæ.

## 115. CRETENSES.

Cretenses primi inter Græcos leges habuerunt a Minoe rege conditas, qui et primus maris imperio potitus est. Fingebat autem Minos se ab ipso Jove didicisse, quod per annos novem ad montem quendam commearat, ubi antrum Jovi sacrum erat, a quo reversus semper leges aliquas Cretensibus attulit. Cujus Homerus quoque meminit hisce versibus (Od. 19, 178) :

Inter illas est Gnosus, urbs magna, ubi Minos  
Novem annis imperavit, qui Jovis magni confabulator erat.

(2) Cretensium pueri in greges distributi communi duræque educationi adstringuntur; scilicet venationibus operam dant, per acclivia nudis pedibus discurrent, et armati ad saltationem pyrrhicham dictam magno labore assuesunt, cujus inventor fuit Pyrrhichus Cydoniates, genere Cretensis. (3) Viri autem simul in publico cibum capiunt, eademque victus ratione æqualiter omnes utuntur. Dona apud ipsos plurimi æstimata sunt arma.

## 116. TELCHINES.

Homines illi, qui Telchines dicuntur, antiquitus Cretenses, postea Cyprum inhabitaverunt; hinc vero in Rhodum migrantes, primi eam insulam occupaverunt, maligni admodum et invidi erant. Quumque artes mechanicas exercerent majorumque opera imitarentur, Minervæ Telchinias (*Lindiam intellige*) statuam primi erexerunt, quod nomen sonat, ac si dicas : Minervæ præstigiatrix.

## 117. CII.

Cii (*Ciani*) mortuos quum cremarunt, ossa eorum colligunt, quæ in mortario contundunt. Tum in navigium imponentes in altum navigant, ubi per cribrum ea ad ventos dispergunt, donec omnia difflantur et evanescent.

## 118. TRIBALLI.

Triballi quattuor ordines in acie instruunt : primum faciunt imbecillum, alterum ab eo fortissimorum quorumque, tertium equitum, ultimum mulierum, quæ in fugam versos conviciis sistant.

116. Cf Strabo XIV, p. 653; Welcker. *Tril.* p. 184 sq.

117. Κίοι] Corayus aut Κεῖοι (Cei ins. incolæ) aut Κιανοὶ (Cii urbis incolæ) scribendum esse putat. Quamquam Κία apud seriores etiam Ceos ins. (*Zia* hodie) nominata esse videtur. Certe Κία est in mappa insularum maris Ægei medio ævo delineata, quam ex codice Paris. Ptolemæi affert Brændstedius *Itiner. Gr. tab. XXIX*, p. 92. Eademque forma usus esse videtur Ptolemæus V, 15; denique Philo II p. 540 ed. Mangey. Ceum ins. dicit Κίανον, quod item Κίαν potius fuerit quam Κέω, notante Schneidewino ad Heraclid. Pol. p. XXXVIII et 69. De Ceorum circa defunctos cura nonnulla habes in Heraclid. fr. 9. Etiam quæ n. l. narrantur a moribus eorum non abhorre putat Schneidewinus. Westermannus de Cii urbis incolis cogitasse videtur. Ego quoque Ponti accolas intelligo Ciosque pro Cianiis dici puto.

## 119. ΤΡΑΥΣΙΑΝΟΙ.

CXX, 24 : Καυσιανοὶ (Τραυσιανοὶ) τοὺς μὲν γεννωμένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσιν.

## 120. ΤΑΥΡΟΙ.

CXXIII, 12 : Ταῦροι, Σκυθικὸν ἔθνος, τοῖς βασιλεῦσι τοὺς εὐνουστάτους τῶν φίλων συγκαταθάπτουσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποθανόντος φίλου ἢ μέρος ἢ τὸ ὅλον ἀποτέμνει ὡτίον, πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ τελευτήσαντος.

## 121. ΣΙΝΔΟΙ.

Ibid. : Σίνδοι τοσοῦτους ἰχθῦς ἐπὶ τοὺς τάφους ἐπιβάλλουσιν, ὅσους πολεμίους ὁ θαπτόμενος ἀπεκτονὺς ἦ.

## 122. ΣΑΥΡΟΜΑΤΑΙ.

XLIV, 41 : Σαυρομάται διὰ τριῶν ἡμερῶν σιτοῦνται εἰς πλήρωσιν. (2) Ταῖς δὲ γυναῖξί πάντα πείθονται ὡς δεσποίναις. (3) Παρθένον δὲ οὐ πρότερον συνοικίζουσι πρὸς γάμον πρὶν ἂν πολέμιον ἄνδρα κτείνῃ.

## 123. ΓΑΛΑΚΤΟΦΑΓΟΙ.

V, 73 : Γαλακτοφάγοι, Σκυθικὸν ἔθνος, ἀοικοὶ εἰσιν, ὥσπερ καὶ οἱ πλείστοι Σκυθῶν, τροφήν δ' ἔχουσι γάλα μόνον ἵππειον, ἐξ οὗ τυροποιούντες ἐσθίουσι καὶ πίνουσι, καὶ εἰσι διὰ τοῦτο δυσμαχώτατοι, σὺν αὐτοῖς πάντη τὴν τροφήν ἔχοντες. (2) Οὗτοι καὶ Δαρεῖον ἐτρέψαντο. (3) Εἰσὶ δὲ καὶ δικαιοτάτοι, κοινὰ ἔχοντες τὰ τε κτήματα καὶ τὰς γυναῖκας, ὥστε τοὺς μὲν πρεσβυτέρους αὐτῶν πατέρας ὀνομάζουσιν, τοὺς δὲ νεωτέρους παῖδας, τοὺς δ' ἡλικίας ἀδελφούς. (4) Ὄν ἦν καὶ Ἀνάχαρσις, εἷς τῶν ἐπτὰ σοφῶν νομισθεῖς, ὃς ἦλθεν εἰς τὴν Ἰλλάδα, ἵνα ἱστορήσῃ τὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα. (5) Τούτων καὶ Ὀμηρὸς μέμνηται ἐν οἷς φησιν·

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἰππημολγῶν,  
Γαλακτοφάγων ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Ἀβίους δ' αὐτοὺς λέγει ἢ διὰ τὸ γῆν μὴ γεωργεῖν ἢ διὰ τὸ ἀοίκους εἶναι ἢ διὰ τὸ χρῆσθαι τούτους μόνους τόξοις· βίον γὰρ λέγει τὸ τόξον. (6) Παρὰ τούτοις οὐδὲ εἷς οὔτε φθονῶν, ὡς φασιν, οὔτε μισῶν οὔτε φοβούμενος ἱστορήθη διὰ τὴν τοῦ βίου κοινότητα καὶ δικαιοσύνην. (7) Μάχιμοι δ' οὐχ ἦττον αὐτῶν αἱ γυναῖκες ἢ οἱ ἄνδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς ὅταν δέῃ, καὶ διὰ τοῦτο Ἀμαζόννας γενναιοτάτας εἶναι, ὥστε ποτὲ ἐλάσαι μέχρις Ἀθηνῶν καὶ Κιλικίας, ὅτι τούτων παρῶκουσιν ἐγγὺς τῆς Μαιώτιδος λίμνης.

## 119. TRAUSIANI.

Causiani (*Trausiani*) eos, qui in lucem eduntur, deplorant; qui autem e vita excedunt, eos beatos judicant.

## 120. TAURI.

Tauri, gens Scythica, una cum regibus mortuis gratissimos quosque eorum amicos humare solent. Rex vero quum amicum aliquem morte amittit, aut partem auriculæ aut totam eam abscindit, prout dignitas amici mortui merebatur.

## 121. SINDI.

Sindi quum quenquam sepeliunt, tum quot hostes in vita occiderit, totidem pisces ejus sepulcro injiciunt.

## 122. SAUROMATÆ.

Sauromatæ (*Sarmatæ*) per tres dies cibo se ita ingurgitant, ut repleantur. (2) Uxoribus in omnibus obtemperant tanquam dominabus. (3) Virgini non prius nuptias concedunt, quam hostem aliquem interfecerit.

## 123. GALACTOPHAGI.

Galactophagi, gens Scythica, in ædibus non degunt, ut et plerique alii Scytharum. Victus eis solo equarum lacte constat, unde caseos conficiunt, atque eo tum potu tum cibo utuntur; itaque non facile bello superantur, quod commeatus ubique ipsis præsto sit. (2) Hi etiam Darium in fugam verterunt. (3) Sunt autem justissimi, et facultates et uxores communes habent: unde inter se seniores quosvis patres suos appellant, juniores filios, et æquales fratres. (4) Ex his oriundus Anacharsis in septem sapientium numero habitus, qui in Græciam venit, ut leges et instituta Græcorum disceret. (5) Meminit eorum etiam Homerus, ubi inquit (*Il.* 13, 5):

Mysorum cominus pugnantium et illustrium Hippomolgorum  
Et Galactophagorum parco utentium victu, justissimorum hominum.

Ἀβίους autem vocat eos, sive quod terram non colerent, sive quod sine domibus degerent, sive etiam, quod hi soli arcus in bellis usurparent: arcus enim poetæ βίος dicitur. (6) Apud hos nemo invidia laborare aut odio flagrare aut metu percelli fertur, propter vitæ istam communionem et justitiam. (7) Bellicosæ autem ipsorum non minus mulieres sunt quam viri, quæ, ubi usus fert, una in prælium eunt; propterea etiam Amazonas fortissimas esse, adeo ut Athenas et in Ciliciam usque progressæ sint quod videlicet (Galactophagorum) horum vicinæ habitarent juxta Mæotidem paludem.

119. Rem Herodotus V, 4 narrat de Trausis, Thraciæ gente. Quare apud Nicolaum Τραυσιανοὶ pro Καυσιανοὶ scribendum esse proponit Corayus. Cf. Zenob. V, 25; Valer. Max. II, 6, 12; Porphyr. De abstin. IV, 18.

121. Pro ἰχθῦς Clavier., probante Corayo, improbante Orellio, legi voluit λίθους. Sindi, gens Scythica.

122. Cf. Herodot. IV, 117.

123. Cf. Hippocrat. tom. I, p. 84 ed. Coray., Herodot. IV, 59—76, Strabo VII, p. 296 ibique interpr. — « Verba ἀβίους δ' αὐτοὺς... τὸ τόξον in margine habet codex Parisinus, omisit Trinc.; scholion redolent Gaisfordio. Cf. Steph. Byz. v. Ἀβιοί. » WESTERMANN.

## 124. ΚΟΛΧΟΙ.

CXXIII, 12 : Κολχοὶ τοὺς τελευτήσαντας οὐ θάπτουσιν, ἀλλὰ κρεμῶσιν ἀπὸ δένδρων.

## 125. ΚΕΡΚΕΤΑΙ.

XLIV, 41 : Κερκέται τοὺς ἀδικήσαντας ὁτιοῦν τῶν ἱερῶν ἀπείργουσιν. Ἐὰν δέ τις κυβερνῶν σκάφος διαμάρτη, προσιόντες ἐφεξῆς ἕκαστοι ἐμπτύουσιν αὐτῷ.

## 126. ΜΟΣΥΝΟΙ.

Ibid. : Μόσυνοι τὸν ἑαυτῶν βασιλέα τρέφουσιν ἐν πύργῳ κατάκλειστον. Ἐὰν δέ τις δόξῃ κακῶς ποτε βεβουλευῆσθαι, τῷ λιμῷ αὐτὸν ἀποκτείνουσι. Τὸν δὲ τρεφόμενον σῖτον ἐξ ἴσου διαιροῦσι, μέρος κοινῇ ἐξελόντες τοῖς ἀφικνουμένοις ξένοις.

## 127. ΘΥΝΟΙ.

XXXVIII, 38 : Θύνοι τοὺς ναυαγοὺς φιλανθρώπως δεχόμενοι φίλους ποιοῦνται, τῶν δὲ ξένων τοὺς μὲν ἀκουσίως ἔλθόντας σφόδρα τιμῶσι, τοὺς δ' ἐκουσίως κολάζουσιν.

## 128. ΦΡΥΓΕΣ.

XLIV, 41 : Φρύγες ὄρκοις οὐ χρῶνται οὔτ' ὀμνύντες οὔτ' ἄλλους ἐξορκοῦντες. (2) Ἐὰν δέ τις παρ' αὐτοῖς γεωργικὸν βούν ἀποκτείνῃ ἢ σκεῦος τῶν περὶ γεωργίαν κλέψῃ, θανάτῳ ζημιούσι.

CXXIII, 12 : Φρύγες οὐ κατορύττουσι τοὺς ἱερεῖς τελευτήσαντας, ἀλλ' ἐπὶ λίθους δεκαπήχεας τιθέασιν ὀρθούς.

## 129. ΛΥΚΙΟΙ.

XLIV, 41 : Λύκιοι τὰς γυναῖκας μᾶλλον ἢ τοὺς ἀνδρας τιμῶσι καὶ καλοῦνται μητρόθεν, τὰς τε κληρονομίας ταῖς θυγατράσι λείπουσιν, οὐ τοῖς υἱοῖς. (2) Ὃς δ' ἂν ἐλεύθερος ἀλῶ κλέπτων, δοῦλος γίνεται. (3) Τὰς δὲ μαρτυρίας ἐν ταῖς δίκαις οὐκ εὐθὺ παρέχονται, ἀλλὰ μετὰ μῆνα.

## 130. ΠΙΣΙΔΑΙ.

Ibid. : Πισίδαί δειπνοῦντες ἀπάρχονται τοῖς γονεῦ-

## 124. COLCHI.

Colchi vita functos non humi sepeliunt, sed ab arboribus suspendunt.

## 125. CERCETÆ.

Cercetæ (*gens Colchica*) reos cujuscumque admissi criminis sacris interdiciunt. Si quis scapham gubernans impigerit, accedentes ordine singuli illum inspuunt.

## 126. MOSYNI.

Mosyni (*aliis Mosynæci*) regem suum educant turri inclusum. Si quis judicatus sit minus bene in publicum consuluisse, cum fame enecant. Frumentum, quod ipsis ex agris provenit, æqualiter distribuunt, partem inde aliquam in commune conferentes pro peregrinis advenientibus.

## 127. THYNI.

Thyni (*Thracice populus*) naufragos homines humaniter excipiunt, et amicitia sibi devinciunt, et ex peregrinis eos, qui inviti ad eos deferuntur, eximie honorant; qui vero sponte accedunt, eos puniunt.

## 128. PHRYGES.

Phryges omni abstinent jurejurando, ita ut nec ipsi jurent, nec alios ad jurandum adigant. (2) Si quis apud eos bovem aratorem interfecerit, aut agriculturæ instrumentum surripuerit, morte mulctatur.

Phryges non defodiunt in terram sacerdotes mortuos, sed super columnas lapideas decem cubitorum erectos statuunt.

## 129. LYCII.

Lycii plus honoris mulieribus quam viris deferunt, nominaque eis a matribus induntur. Itemque honorum hæredes filias, non filios relinquunt. (2) Si quis liber condemnatus fuerit furti, poena servitutis ei irrogatur. (3) Testimonia in causis non protinus ferunt, sed post mensem demum.

## 130. PISIDÆ.

Pisidæ convivantes parentibus epularum primitias libant

124. Cf. *Ælian. V. H. IV, 1*; *Apollon. Rhod. III, 802* ibiq. schol.

126. Cf. *Mela I, 19*. *Nymphodorus ap. schol. Apoll. II, 1015* sqq. *Xenophon Anab. V, 4*; *Diodor. XIV, 30*; *Strabo XII, p. 549*. — τὸν δὲ τρεφόμενον κτλ.] « Videntur hæc verba loco posita alieno ad fragmentum (128) de Phrygibus pertinere, quum plane abhorreant a moribus Mosynorum, populi scilicet omnium, qui montes Moschicos inhabitabant, immanissimi hospitibusque infestissimi, quippe qui, ut auctor est Strabo XII, p. 549, ἐπέθεντο καὶ ταῖς ὁδοιποροῦσι, καταπηδήσαντες ἀπὸ τῶν ἱερῶν. » CORAY ET ORELLIUS.

127. Ἀκουσίως... ἐκουσίως] libri ἐκουσίως... ἀκουσίως, quod mutavimus, Corayo et Orellio proponentibus. De Thynis cf. *Strabo XII, p. 541*, *Eustath. ad Dionys. 795*, *Heraclid. Pont. Polit. fr. 18*.

128. Cf. *Socrates Hist. Eccl. IV, 28*: Φαίνεται δὲ τὰ Φρυγῶν ἔθνη σωφρονέστερα εἶναι τῶν ἄλλων ἔθνων· καὶ γὰρ δὴ καὶ σπανιάκις Φρύγες ὀμνοῦσιν· ἐπικρατεῖ γὰρ τὸ μὲν θυμικὸν παρὰ Σκύθαις καὶ Θραξί, τῷ δὲ ἐπιθυμητικῷ οἱ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τὴν οἴκησιν ἔχοντες πλέον δουλεύουσι· τὰ δὲ Παφλαγόνων καὶ Φρυγῶν ἔθνη πρὸς οὐδέτερον τούτων ἐπιρρεπῶς ἔχει· οὐδὲ γὰρ ἵπποδρομίας οὐδὲ θεάτρα σπουδάζονται νῦν παρ' αὐτοῖς.

129. Ad § 1 cf. *Herodot. 1, 173*; *Nymphis fr. 13*; ad § 3 *Heraclid. Polit. fr. 15*; *Welcker. Trilog. p. 587*.

σιν, ὡς ἡμεῖς θεοῖς παρασπονδίοις (περισπονδίοις Orelli). (2) Ἡ δὲ μεγίστη κρίσις ἐστὶ παρακαταθήκης τὸν δὲ ἀποστερήσαντα θανατοῦσιν. (3) Ἐὰν δὲ μοιχὸς ἀλῶ, περιάγεται τὴν πόλιν ἐπὶ ὄνου μετὰ γυναῖκος ἐπὶ ἡμέρας τακτάς.

## 131. ΑΣΣΥΡΙΟΙ.

Ibid. : Ἀσσύριοι τὰς παρθένους ἐν ἀγορᾷ πωλοῦσι τοῖς θέλουσι συνοικεῖν, πρώτας μὲν τὰς εὐγενεστάτας καὶ καλλίστας, εἶτα τὰς λοιπὰς ἐφεξῆς· ὅταν δ' ἔλθωσιν ἐπὶ τὰς φαυλοτάτας, κηρύττουσι, πόσον τις θέλει προσλαβὼν ταύταις συνοικεῖν, καὶ τὸ συναχθὲν ἐκ τῆς τῶν εὐπρεπῶν τιμῆς ταύταις προστίθενται. (2) Ἀσκοῦσι δὲ μάλιστα εὐθύτητα καὶ ἀοργησίαν.

## 132. ΠΕΡΣΑΙ.

Ibid. : Πέρσαι δὲ μὴ ποιεῖν ἔξεστιν οὐδὲ λέγουσιν. (2) Ἐὰν δὲ τις πατέρα κτείνῃ, ὑποβλητὸν αὐτὸν οἶονται. (3) Ἐὰν δὲ τινα προστάξῃ ὁ βασιλεὺς μαστιγῶσαι, εὐχαριστεῖ, ὡς ἀγαθοῦ τυχὼν ὅτι αὐτοῦ ἐμνήσθη ὁ βασιλεὺς. (4) Ἄθλα δὲ λαμβάνουσι παρὰ τοῦ βασιλέως πολυτεχνίας. (5) Οἱ δὲ παῖδες παρ' αὐτοῖς ὥσπερ μᾶθημά τι τὸ ἀλθθεύειν διδάσκονται.

## 133. ΒΥΑΟΙ.

Ibid. : Ἐν Βυαοῖς Λίβυσι ἀνὴρ μὲν ἀνδρῶν βασιλεύει, γυνή δὲ γυναικῶν.

## 134. ΜΑΣΟΥΛΙΕΙΣ.

Ibid. : Μασουλιεῖς Λίβυες ὅταν πολεμῶσι, τὰς μὲν νύκτας μάχονται, τὰς δ' ἡμέρας εἰρήνην ἄγουσι.

## 135. ΔΑΨΟΛΙΒΥΕΣ.

Ibid. : Δαψολίβυες ὅταν συναχθῶσι, πάντες ἅμα γαμοῦσιν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μετὰ δύσιν πλειάδος, καὶ μετὰ τὴν ἐστίασιν χωρὶς τῶν γυναικῶν κατακειμένων κατασβέσαντες τὸν λύχνον εἰσέρχονται, καὶ ὁ τυχὼν ἦν ἀντύχη λαμβάνει.

## 136. ΜΑΧΛΥΕΙΣ.

Ibid. : Μαχλυεῖς Λίβυες ὅταν πολλοὶ μνηστεύων-

perinde ut nos diis foederum amicitiaeque praesidibus. (2) Gravissimum apud eos iudicium depositi agitur, quod qui fraude invertere convictus fuerit, morte afficitur. (3) Si quis in adulterio comprehensus fuerit, is cum adultera asino insidens per urbem circumducitur, idque ad constitutum aliquot dierum spatium.

## 131. ASSYRII.

Assyrii virgines in foro vendunt quibuslibet eas sibi jungi desiderantibus. Primo veneunt nobilissimae et venustissimae, deinceps reliquae. Quum ventum tandem fuerit ad maxime deformes, per praekonem divulgant, quantum quisque pecuniae accipiat, ut eam ducat. Atque ita pretium ex formosarum venditione redactum in elocandas deformes impendunt. (2) Exercent in moribus potissimum aequitatem et mansuetudinem.

## 132. PERSÆ.

Apud Persas quod factum turpe existimatur, id nec dictu honestum censent. (2) Si quis patrem necaverit, eum subdititium, filium existimant. (3) Si quem jusserit rex flagris caedi, is tanquam beneficio affectus gratias agit, quod ejus rex meminisset. (4) Quibus soboles numerosa est, ii praemium eo nomine a rege ferunt. (5) Pueri apud ipsos vera dicere non secus atque disciplinam aliquam discunt.

## 133. BUAI.

Apud Buaos, Libyae gentem, vir inter viros dominatum gerit, mulier inter mulieres.

## 134. MASULIENSES.

Masulienses, Libyae gens, quum bellum gerunt, noctu quidem proelium committunt, interdium vero pacem servant.

## 135. DAPSOLIBYES.

Dapsolibyes ubi in unum convenere, universi simul nuptias contrahunt eodem die, post occasum Pleiadum. Etenim post convivium, ad mulieres seorsim accumbentes extinctis luminibus adeunt, quamque earum forte quispiam nactus fuerit, eam uxorem ducit.

## 136. MACHLYENSES.

Machlyenses, gens Libyca, quum multi simul eandem

131. Cf. Herodot. I, 196; Ælian. V. II. IV, 1 ibiq. Perizon. — εὐθύτητα] sic optimi codd.; reliqui βαθύτητα, ejus loco Corayus scribi voluit πραύτητα; gravitatem (βαρύτητα) vertunt Gesnerus et Cragius.

132. Cf. Herodot. I, 136; Strabo XV, p. 733.

133. Βυαοῖς] Ὑάλιοι codd. Paris.; Βύκοις Damasc. — « Quinam fuerint Βύκοι nescire se fatetur Coray. Fortassis legendum Βάγαιοι vel Βόαιοι a Βάγαῖ vel Βόαῖ, Βαγαῖ, oppido Numidiæ haud longe ab Abiga flumine, qui ex Auraso monte defluit. Vide Wesseling. ad Aug. Itinerar. p. 37; vel etiam Βακάκαι, quos in Marmarica Ptolemæus habet. » ORELLI. Fortasse leg. Ἀβύλλοις. V. Steph. Byz. s. v.

134. Codices Βασουλιεῖς; correxit Valesius. Eisdem Μασουλιεῖς dicit Polybius VII, 19, 1. V. Steph. Byz. s. v. ibique interpr.

135. « Sine dubio legendum est Θαψολίβυες a Thapso, urbe Africae maritima inter Rhuspina et Rhuspas, non procul a Syrti minore et Lepti parva, ejus nomen sæpissime a librariis corrumpi in *Tasus*, *Dapsus*, observat Ruperti in Varr. lect. ad Silium Ital. III, 261. » ORELLI. Δαψιλόβιοι. Damasc.

136. Vulgatam Ἰαλχλευεῖς correxit J. Voss. ad Melam I, 7, 37 ex Herodoto IV, 178.

ται γυναῖκα, παρὰ τῷ κηδεστῇ δειπνοῦσι παρούσης καὶ τῆς γυναικός, πολλὰ δὲ σκωπτόντων ἐφ' ᾧ ἂν ἡ γυνὴ γελάσῃ, τούτῳ συνοικεῖ.

## 137. ΣΑΡΔΟΛΙΒΥΕΣ.

Ibid. : Σαρδολίβυες οὐδὲν κέκτηνται σκεῦος ἔξω κύλικος καὶ μαχαίρας.

## 138. ΑΛΙΤΕΜΝΙΟΙ.

Ibid. : Ἀλιτέμνιοι Λίβυες τοὺς ταχυτάτους αὐτῶν αἰροῦνται βασιλεῖς, τῶν δ' ἄλλων τιμῶσι τὸν δικαιοτάτον.

## 139. ΝΟΜΑΔΕΣ.

Ibid. : Οἱ Νομάδες τῶν Λιβύων οὐ ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ ταῖς νυξίν αὐτῶν ἀριθμοῦσι τὸν χρόνον.

## 140. ΑΤΑΡΑΝΤΕΣ.

Ibid. : Ἀτάραντες Λίβυες ὀνόματα οὐκ ἔχουσιν. (2) Ἡλίῳ δὲ ἀνίσχοντι λοιδοροῦνται ὡς πολλὰ κακὰ φήναντι. (3) Τῶν δὲ θυγατέρων ἀρίστας κρίνουσι τὰς πλεῖστον χρόνον μεμενηκυίας παρθένους.

## 141. ΠΑΝΗΒΟΙ.

CXXIII, 12 : Πάνηβοι Λίβυες, ὅταν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς ἀποθάνῃ, τὸ μὲν σῶμα κατορύττουσι, τὴν δὲ κεφαλὴν ἀποκόψαντες καὶ χρυσώσαντες ἀνατιθέασιν ἐν ἱερῷ.

## 142. ΑΙΘΙΟΠΕΣ.

LXIV, 41 : Αἰθίοπες τὰς ἀδελφὰς μάλιστα τιμῶσι, καὶ τὰς διαδοχὰς μάλιστα καταλείπουσιν οἱ βασιλεῖς οὐ τοῖς ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἀδελφῶν υἱοῖς. Ὅταν δ' ὁ διαδεξόμενος μὴ ᾔῃ, τὸν κάλλιστον ἐκ πάντων καὶ μαχιμώτατον αἰροῦνται βασιλέα. (2) Ἀσχοῦσι δὲ εὐσέβειαν καὶ δικαιοσύνην. Ἄθυροι δ' αὐτῶν αἱ οἰκίαι, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς κειμένων πολλῶν οὐδὲ εἷς κλέπτει.

## 143. ΙΝΔΟΙ.

CXXIII, 12 : Ἴνδοι συγκατακαίουσιν ὅταν τελευτήσωσι τῶν γυναικῶν τὴν προσφιλεστάτην. Αὐτῶν δὲ ἐκείνων ἀγῶν μέγιστος γίγνεται, σπουδαζόντων νικῆσαι ἐκάστην τῶν φίλων. [Τὸ αὐτὸ καὶ Ἡρόδοτος ἐν

sponsam ambient, apud sponsæ petitæ patrem cœnant, præsentē etiā puella. Dum verò multa dicteria fundunt, cui eorum puella arriserit, is eam ducit.

## 137. SARDOLIBYES.

Sardolibyes nullam supellectilem sibi parant præter calicem et gladium.

## 138. ALITEMNII.

Alitemnii Libyes perniciosissimos eligunt reges : ex reliquis prout quisque maxime justus est, ita et dignitate eminent.

## 139. NOMADES.

Nomades, Libyū gens, in temporum dinumeratione non diebus, sed noctibus utuntur.

## 140. ATARANTES.

Atarantes Libyes nominibus propriis carent. (2) Soli orienti convicium faciunt, ut qui multa mala in lucem proferat et ostendat. (3) Ex filiabus optimas eas censent, quæ tempore quam longissimo virgines manent.

## 141. PANEBI.

Panebi Libyes mortuo rege corpus reliquum terra condunt, caput autem trunco amputatum inaurantes in sacris statuunt.

## 142. ÆTHIOPEΣ.

Æthiopes sororibus potissimum honorem exhibent, et successionem tradunt reges, non suis, sed sororum filiis. Quodsi ex iis nullus supersit, cui succedere jus sit, tum pulcherrimum omnium et bellicosissimum regem deligunt. (2) Exercent ii præcipue pietatem et justitiam. Ædibus ipsorum nullæ sunt januæ, quumque in viis publicis multæ posita sint, nemo eorum aliquid furatur.

## 143. INDI.

Indis mortuis jungitur in rogam uxore ex omnibus dilectissima una cremanda. Inter ipsas autem acerrimum certamen oritur, adjuvantibus quamlibet suis amicis, uti vincat. [Idem Herodotus libro quinto (c. 6) Historia-

137. Σαρδολίβυες codd. Parisin.; vulgo Σαρδολίβυες; Damasc. Παρδοὶ Λίβυες. De colonia quam Sardus, Maceridis f., ex Libya in Sardiniam duxit, v. Pausanias X, 17, 2. Coray. fortasse legendum esse putavit Σαρδολίβυες a *Saldis* (Σαλδαί), urbe maritima Mauritaniae Cæsareensis, hodie *Tedles* vocata et finitima hodiernæ *Algeriæ*.

138. Ἀλιτέμνιοι] sic cod. Paris. alter et Damascius : Ἀλιτέμιοι reliqui. Populus aliunde, ut videtur, non notus.

140. Vulgatam Ἄφα... ex Herodoto IV, 184 correxit Salmasius ad Solin. p. 292. Cf. Voss. ad Melam I, 8. λοιδοροῦνται] Cf. Herodot. I. I.; Diodor. III, 8; Strabo XVII, p. 822.

141. Panebi aliunde non noti. De re cf. quæ de Issedonibus narrat Herodot. IV, 26 et quos ibi laudat Bæhr.

142. Cf. Herodot. III, 20; Strabo XVII, p. 822.

143. Ad § 1 cf. Strabo XV, p. 699, 714; Ælian. V. H. VIII, 18. Ad § 2 cf. Strabo XV, p. 709; Ælian. V. H. IV, 1; Bohlen. *Indien* II, p. 9.

πέμπτη Ἱστοριῶν παρὰ Σκυθῶν τῶν ὑπερθεν Κρηστωναίων γίνεσθαι λέγει.]

XLIV, 41 : Παρ' Ἰνδοῖς ἐάν τις ἀποστερηθῆ δανείου ἢ παρακαταθήκης, οὐκ ἔστι κρίσις, ἀλλ' αὐτὸν αἰτιᾶται ὁ πιστεύσας. (2) Ὁ δὲ τεχνίτου πηρώσας χεῖρα ἢ ὀφθαλμὸν θανάτῳ ζημιοῦται. Τὸν δὲ μέγιστα ἀδικήσαντα ὁ βασιλεὺς κελεύει κείρασθαι, ὡς ἐσχάτης οὔσης ταύτης ἀτιμίας.

#### 144. APITONOI.

V, 50 : Ἀρίτονοι τῶν ἐμψύχων οὐδὲν ἀποκτείνουσι. Γὰρ δὲ κεράμεια τῶν χρηστηρίων ἐν χρυσοῖς ἐλύτροις φυλάττουσι.

#### 145. ΠΑΔΑΙΟΙ.

IX, 52 : Ἐν Παδαίοις, Ἰνδικῷ ἔθνει, οὐχ ὁ θύων, ἀλλ' ὁ συνετώτατος τῶν παρόντων κατάρχεται τῶν ἱερῶν. Αἰτεῖται δ' αἰεὶ παρὰ τῶν θεῶν οὐδὲν ἄλλο πλὴν δικαιοσύνης.

#### 146. ΠΡΑΥΣΙΟΙ.

XXXVII, 38. Πραύσιοι τοὺς ἀστυγείτονας, ἐὰν κμῶ πιεσθῶσι, τρέφουσι.

#### 147.

#### ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΥ ΡΟΔΙΟΥ.

Ἄνδρὶ μὲν Ἰππαίμων ὄνομ' ἦν ἵππῳ δὲ Πόδαργος  
καὶ κυνὶ Θήραργος, καὶ θεράποντι Βάβης.  
Θεσσαλὸς, ἐκ Κρήτης, Μάγνης γένος, Αἴμονος υἱός·  
ᾧλετο δ' ἐν προμάχοις ὄξυν Ἄρη συνάγων.

Τούτου τοῦ ἐπιγράμματος μέμνηται Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς ὡς ἀρίστου.

rum apud Scythas, qui supra Crestonæos habitant, fieri tradit.]

Apud Indos si quis fraudatur mutuo aut deposito, actionem non habet, sed sibi culpam imputare debet, quod credit. (2) Si quis artificem manu vel oculo privaverit, morte pœnam luit. Qui gravissimo obnoxius delicto est, jubente rege tondetur, tanquam hoc extremæ sit ignominiae.

#### 144. ARITONI.

Aritoni nullum animal mactant. Vasa figulina ad quotidianos usus parata in aureis involucribus custodiunt.

#### 145. PADÆI.

Apud Padaeos, gentem Indicam, non is qui sacrificat, sed prudentissimus omnium, qui præsto sunt, sacra auspicatur. Petitur autem a diis nihil aliud quam justitia.

#### 146. PRAYSII.

Praysii vel Prasii vicinos fame afflictos alimento sustent.

#### 147.

#### PISANDRI RHODII.

Hippæmon vir dictus erat, sonipesque Podargus,  
Therargusque caris, mancipiumque Babes :  
Thessalus, e Creta, Magnes genus, Hæmone natus,  
occidit, in primo dum movet arma loco.

Hujus epigrammatis meminit Nicolaus Damascenus l. vii. quam optimi.

144. Pro Ἀρίτονοι cod. Paris. A. præbet Ἀρίστονοι, Damascius Κρίτονοι. Nomen in reliq. græcis auctoribus haud obvium. Ἀρρητῖνοι conj. Coray. At verum haud dubie vidit Censor Lipsiensis libri Orelliani, qui Ἀρίτονοι nomen esse statuit populi Indici, cujus meminit Herodotus III, 100 : Ἐτέρων δὲ ἔστι Ἰνδῶν ὅδε ἄλλος τις τρόπος· οὔτε κτείνουσι οὐδὲν ἐμψυχον οὐδέ τι σπείρουσι, οὔτε οἰκίας νομίζουσι ἐκτῆσθαι κτλ. Bohlen ( *D. alle Indien*, tom. I, p. 319 ) Ἀριτόνιοι vocem indice esse *Arhatas*, i. e. *venerabiles*, quo nomine sæpius signentur *Buddistæ*.

145. Παδαίοις ] Vulgatam Παιδαλίοις correxit Valckenaer. ex Herodot. III, 99.

146. Πραύσιοι Straboni XIV, p. 702 sunt Πράσιοι. Cf. Arrian. Ind. c. 10.

147. Epigramma hoc cum lemmate adscripto exhibet codex Vaticanus Antholog. Palat. VII, 304. Quonam in libro Nicolaus hujus epigrammatis mentionem fecerit, nescio. Ceterum v. Jacobs. ad h. l. et Dübnerum in *Fragm. Pisandri* p. 12.



# JUBA MAURITANUS.

Pompeianis proelio ad Thapsum (46 a. C.) in Africa debellatis, Juba, Numidiæ rex, Scipionis socius, desperata salute, ut vitaret, quæ in victos committi solent, ipse sibi mortem conscivit (Hirtius De bello Afric. c. 94; Appian. B. C. II, 100; Dio Cass. XLIII, 8). Filius ejus, Juba (1), historicus noster, puerulus adhuc, Cæsaris ornavit triumphum. Appian. B. C. II, 101: "Ἐνθα καὶ Ἰόβα παῖς, Ἰόβας δὲ συγγραφεὺς, βρέφος ὢν ἔτι, παρήγετο. Plutarch. Cæsar. c. 55: Τότε καὶ υἱὸς ὢν ἐκείνου, κομιδῇ νήπιος, ἐν τῷ θριάμβῳ παρήχθη, μακαριωτάτην ἀλοὺς ἄλωσιν, ἐκ βαρβάρου καὶ νομάδος Ἑλλήνων τοῖς πολυμαθεστάτοις ἐνάριθμος γίνεσθαι συγγραφεῦσι (2). De institutione pueri, qua sub Octaviani auspiciis usus esse videtur egregia, traditum nihil accepimus. Juvenis Octavianum in bellum contra æmulum secutus, post mortem Antonii (30 a. C.), Cleopatram Selenen, Cleopatraræ reginæ ex Antonio triumviro filiam, a victore uxorem accepit, inque regnum paternum restitutus est (29 a. C.). Dio Cass. LI, 15: "Ἡ δὲ Κλεοπάτρα Ἰόβα τῷ τοῦ Ἰόβου παιδὶ συνώκησε. Τούτῳ γὰρ ὁ Καῖσαρ τραφέντι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ συστρατευσαμένῳ οἱ, ταύτην τε καὶ τὴν βασιλείαν τὴν πατρῴαν ἔδωκε. Plutarch. Anton. c. 87: Ἀντωνίου δὲ γενεὰν ἀπολιπόντος ἐκ τριῶν γυναικῶν ἑπτὰ παιδᾶς, ὁ πρεσβύτατος, Ἀντυλλος, ὑπὸ Καίσαρος ἀνηρέθη μόνος· τοὺς δὲ λοιποὺς Ὀκταβία παραλαβοῦσα μετὰ τῶν ἐξ

ἐαυτῆς ἔθρεψε· καὶ Κλεοπάτραν μὲν τὴν ἐξ Κλεοπάτρας Ἰόβα, τῷ χαριεστάτῳ βασιλέων, συνώκησεν. Cf. Strabo XVII, p. 828. Sueton. Calig. c. 26. — Quattuor annis post Augustus, finito contra Astures et Cantabros bello, Jubæ assignavit regna quæ Bocchus et Boguas ante tenuerant (Mauritaniam Tingitanam et Cæsariensem), ac præterea partem Gætuliæ. Dio Cass. LIII, 26: Πausαμένου δὲ τοῦ πολέμου τούτου... τῷ μὲν Ἰόβα τῆς τε Γαιτουλίας τινὰ ἀντὶ τῆς πατρῴας ἀρχῆς, ἐπέπερ ἐς τὸν τῶν Ῥωμαίων κόσμον οἱ πλείους ἐσεγεγράφατο, καὶ τὰ τοῦ Βόχου τοῦ τε Βογούου ἔδωκε (25 a. C.). Strabo XVII, p. 828: Μικρὸν μὲν οὖν πρὸ ἡμῶν οἱ περὶ Βόγον βασιλεῖς καὶ Βόχον κατεῖχον αὐτὴν (Mauritaniam), φίλοι Ῥωμαίων ὄντες· ἐκλιπόντων δὲ τούτων, Ἰούβας παρέλαβε τὴν ἀρχὴν, δόντος τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν ἀρχὴν πρὸς τῇ πατρῴᾳ. Idem VI, p. 288: Νυνὶ δ' εἰς Ἰούβαν περιέστηκεν ἡ τε Μαυρουσία καὶ πολλὰ μέρη τῆς ἄλλης Λιβύης διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους εὐνοίαν τε καὶ φιλίαν. Regiam Juba constituit Jol urbem, quam magnopere auctam in honorem patroni Cæsaream (hodie Cherchel (\*)) denominavit. Strabo XVII, p. 831: Ἦν δὲ, ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ πόλις Ἰὼλ ὄνομα, ἣν ἐπικτίσας Ἰούβας ὁ τοῦ Πτολεμαίου πατὴρ, μετωνόμασε Καισάρειαν, ἔχουσαν καὶ λιμένα, καὶ πρὸ τοῦ λιμένος νησίον. Μεταξὺ δὲ τῆς Καισαρείας καὶ τοῦ Τρητοῦ μέγας ἐστὶ λιμὴν, ὃν Σάλδαν καλοῦσι· τοῦτο δ' ἐστὶν ὄριον τῆς ὑπὸ τῷ Ἰούβα καὶ τῆς ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις. Plinius V, 1, 1: Promontorium Apollinis, oppidumque ibi celeberrimum Cæsarea, ante vocitatum Jol, Jubæ regia, a Divo Claudio coloniæ jure donata. — Anno 6 p. Chr. Gætulorum contra Jubam exarsit seditio, quam compescuit Cornelius Cossus. Dio Cass. LV, c. 28: Γαιτοῦλοι, τῷ τε Ἰούβα τῷ βασιλεῖ ἀχθόμενοι, καὶ ἅμα ἀπαξιοῦντες μὴ οὐ καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἄρχεσθαι, ἐπανέστησαν αὐτῷ· καὶ τὴν πρόσχωρον ἐπόρθησαν, καὶ συχνοὺς καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐπιστρατεύσαντας σφίσι ἀπέχτειναν. Τὸ δὲ σύμπαν ἐπὶ τοσοῦτον ἐπηυξήθησαν, ὥστε Κορνήλιον Κόσσον, τὸν κατεργασάμενον σφᾶς, τιμᾶς τε ἐπινικίους καὶ ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτοῦ λαβεῖν. Cf. Florus IV, 12, 40. Vellej. II, 116. Quo tem-

(\*). Alii aliter. Vid. quos laudat Forbiger. *Alt. Geogr.* tom. II, p. 873. n. 91. Ch. Lenormant in *Journal des débats*, 23 Jan. 1844: « Un buste de marbre est découvert récemment à Cherchel, dans l'Algérie... c'est le portrait d'un homme dans tout l'éclat de la virilité, dont le front est orné du bandeau royal. Il offre une évidente ressemblance avec celui qu'on voit sur les monnaies du fils de Juba II, Ptolémée, second et dernier roi de la Mauritanie Tingitane. Cherchel est l'ancienne Césarée. »

(1) De majoribus Jubæ dicere ad nos nihil attinet. De suspectæ fidei inscriptione (in qua regum series: Juba, Juba, Hiempsal, Gulussa, Masinissa) v. Sylloge epistol. Burmanni tom. II, p. 145 sq. Saxius in *Onom.* I, p. 178. Cf. infra. Jubæ sententiam ex qua familiæ suæ genus ab Hercule derivat, v. in fragm. 19. Ceterum vid. Sevin, *Recherches sur la vie et les ouvrages de Juba le jeune*, in *Mém. de l'Acad. d. Inscr.* tom. IV, p. 457 sqq.

(2) Ex alio fonte, cui fidem merito denegarunt, sua hausit Suidas: Ἰόβας, Λιβύης καὶ Μαυρουσίας βασιλεὺς, ὃν λαβόντες καὶ μαστιγώσαντες ἐπόμπευον οἱ Ῥωμαῖοι, οὐ μὴν ἀνεῖλον, διὰ τὴν παιδείαν. Ἦν δὲ ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος, καὶ τὴν Κλεοπάτρας θυγατέρα Σελήνην, ἣν ἐκ τοῦ Καίσαρος Γαίου (deb. ἐξ Ἀντωνίου) γενομένην ἐπεποίητο, γυναῖκα εἰλήφει. Συνήμαζε δὲ αὐτῷ Δίδυμος ὁ χαλκέντερος, ὁ καὶ πολλὰ γράφας κατ' αὐτοῦ. Ἐγράψε πολλὰ πάνυ. Ad vocem μαστιγώσαντες Welserus ap. Jungerm. ad Polluc. V, 88: « Puer admodum ductus fuit, et quæ tum flagrorum causa? neque ob eruditionem profecto puer servatus. Satis indicat Plutarchus, captivitatem demum eruditioni occasionem dedisse. Imaginem inter illustres Ursini reperies loco LXXVIII. Sed cave commentario fidem habere, qui quæ filii sunt, patri tribuit. » — Bernhardus annotat: « Neque vero temere Suidas talia fingit. Mihi videtur quod de vindicta libertatis traditum invenisset, paullo pinguius ille accepisse. » Mihi declamationem rhetoris cujusdam redolere videntur.

pore hæc acciderunt, Cleopatra, ex qua Ptolemæum filium Juba susceperat, jam erat defuncta. Alteram uxorem rex duxerat Glaphyram, Archelai Cappadociæ regis filiam, quam mox repudiasset videtur. Scilicet apud Josephum (Ant. Jud. XVII, 13, 4) leguntur hæc : Παραπλήσια δὲ καὶ Γλαφύρα τῇ γυναικὶ αὐτοῦ (Archelai Judæorum regis) τυγχάνει, βασιλέως Ἀρχελάου θυγατρὶ οὖσα, ἣ συνώκει, παρθένον λαβὼν, Ἀλέξανδρος Ἡρώδου μὲν υἱὸς, Ἀρχελάου δὲ ἀδελφός· ἐπεὶ δὲ συμβαίνει τὸν Ἀλέξανδρον ὑπὸ πατρὸς τελευτῆσαι, Ἰόβα τῷ Λιβύων βασιλεῖ γαμεῖται· μεταστάντος (ῥ) δὲ τοῦ Λίβου, χηρεύουσαν ἐν Καππαδοκίᾳ παρὰ τῷ πατρὶ Ἀρχέλαος ἄγεται, τὴν συνοικοῦσαν αὐτῷ Μαριάμνην ἐκβαλὼν. Quorum postrema : μεταστάντος δὲ κτλ., falsa esse recte Sevinus et Wernsdorfius monuerunt. Nam Glaphyra, ipso testante Josepho, defuncta est an. 7 p. C., dum Jubam longe ultra vitam deduxisse constat. Fortasse res ita expedienda est. Jubam suspicor non modo opus De expeditione Arabica Caio Cæsari dedicasse, sed ipsum etiam comitem se Caio adjunxisse, atque, quum in Syria cum eo commorabatur, duxisse Glaphyram, deinde vero, postquam Caius in Asia obierat (an. 4 p. C.), in Africam reversum esse, Glaphyram autem repudiatam et in Asia relictam. Jam fieri facile potuit, ut verbum μεταστῆναι in fonte Josephi de profectioe regis positum esset, a Josepho autem minus attento de obitu ejus acciperetur. — Quousque vixerit Juba, accurate definiri nequit. In numis notantur anni XXXVI. XL. XLII. XLV. Quorum postremus incidere in an. 16 p. C. Porro apud Strabonem lib. VI, p. 288 leguntur hæc : Νυνὶ δ' εἰς Ἰούβαν περιέστηκεν ἡ Μαυριτανία. Igitur in vivis adhuc fuit Juba anno 18 p. C. : nam Strabonis librum quartum anno 18, librum sextum vero ante annum 19 (ante mortem Germanici) scriptum esse liquet ex lib. IV, p. 206 et lib. VI, p. 288. Idem Strabo lib. XVII, p. 828 ita habet : Ἰούβας μὲν οὖν νεώστ' ἐτελεύτα τὸν βίον· διαδέδεκται δὲ τὴν ἀρχὴν υἱὸς Πτολεμαῖος, γεγονὼς ἐξ Ἀντωνίου θυγατρὸς καὶ Κλεοπάτρας. Idem p. 840 : ... Λιβύην οὖσα ὑπὸ Ῥωμαίοις, ἔξω τῆς ὑπὸ Ἰούβα μὲν πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαίῳ τῷ ἐκείνου παιδί. At quonam anno librum decimum septimum scripserit Strabo, num anno 19 vel 20 vel etiam 21, non liquet. Proxime tamen a vero nos abesse puto si anno 19 vel 20 regem obiisse statuamus. Anno 24 jam regnasse Ptolemæum ex Tacito intelligitur, qui in Ann. IV, 23 : Jamque tres, inquit, laureatæ in urbe statuæ, et adhuc raptabat Africam Tacfarinas auctus Maurorum auxiliis, qui Ptolemæo, Jubæ filio juventa incurioso, libertos regios et servilia ministeria bello mutaverant. Idem Tacitus in Annal. IV, 5 (ad an. 23) dicit : Mauros

rex Juba acceperat donum populi Romani. Unde Wernsdorfius colligit Jubam anno 23 adhuc vixisse. At ex verbis Taciti minime id consequitur; nihilque obstat quin an. 23 Ptolemæus jam successerit in regno, quod quinquaginta ante annis Juba pater donum a Romanis acceperat.

Ceterum quanta Jubæ regis fama et auctoritas fuerit, ex honoribus in eum collatis licet augurari. Minus huc pertinet quod Mauri Jubam post obitum pro deo coluisse dicuntur (Minucius Felix p. 214 : *Et Juba Mauris volentibus deus est*; Lactant. De fals. rel. I, 11; Isidor. VIII, 11); nam eundem honorem etiam ceteris regibus, sive bonis sive malis, mores Mauritaniæ decernebant (\*). Avienus vero laudem Jubæ canit in Ora marit., v. 270 sqq., ubi de Gadibus :

.... Multa (inquit) et opulens civitas  
ævo vetusto, nunc egena, nunc brevis,  
nunc destituta, nunc ruinarum agger est.  
Nos hoc locorum præter Herculaneam  
solennitatem vidimus miri nihil.

At vis in illis tanta vel tantum decus  
ætate prisca sub fide rerum fuit,  
rex ut superbus omniumque præpotens  
quos gens habebat forte tum Maurusia,  
Octaviano princeps acceptissimus  
et literarum semper in studio Juba,  
interfluoque separatus æquore,  
illustriorem semet urbis istius  
duumviratu crederet.

Quo de loco adscribam quæ docte disputat Wernsdorfius (Poet. Minor. vol. V, p. 502 ed. Lemaire) : « Jam de *Duumviratu* reipublicæ Gaditanæ, quem a Juba rege gestum perhibet Avienus. Id quidem non alio veteris scriptoris testimonio constat; potest tamen convenientibus quibusdam aliis monumentis illustrari. An verum usquequaque sit, Jubam *illustriorem se* urbis illius *Duumviratu credidisse*, equidem non pertenderim, id saltem pro certo habeam, pro magno Gaditanorum suoque ipsius in Cæsarem Augustum studio, atque ad tuendam hujus in populis Hispaniæ potestatem, oblatum duumviratus honorem non Gadium modo sed et plurium civitatum Hispaniæ suscepisse libenter gratumque habuisse. Erat enim urbs Gaditana inprimis addicta Cæsari, quod a Julio Cæsare, pa-

(\*) Cyprianus De idol. vanit. c. 2 : *Mauri vero manifesto reges suos colunt, nec ullo velamento hoc nomen prætexunt*. Tertullianus Apolog. c. 24 : *Unicuique provinciæ et civitati suus deus est... ut Africæ Cœlestis, ut Mauritanicæ reguli sui*. Errat Sevinus p. 462, qui Cyprianum et Tertullianum hæc excogitasse putavit ex iis quæ de Juba referuntur. Vide quæ de Libyis in defunctos reges religiositate leguntur ap. Nicolaum Dam. fr. 115. Cf. etiam Spartian. in Severo c. 13 : *Horum igitur tantorum interfecto (Severus) ab Afris ut deus habetur*.

cata Hispania, civitatem Romanam acceperat, teste Dione Cassio lib. XLI, et propterea *Augusta urbs Julia Gaditana* appellata (Plinius IV, 22), propter opes autem insigni præsidio rei Romanæ esse poterat. Mos erat, ut gentes et civitates exteræ viros a Romanis illustres, qui eas primum rei Romanæ adjecissent, aut civitate Romana donassent, patronos sibi adoptarent. Eam ob causam Gaditani generum Cæsaris Augusti M. Agrippam patronum suum nuncuparunt, quod plurimi Gaditanorum nummi testantur, in quibus Agrippa *patronus* vel *parens* municipii Gadit. vocatur. Agrippa demortuo forte Gaditani, ut in eadem domus Cæsareæ tutela manerent, Jubam regem substituerunt: neque mihi dubium est, quum ei duumviratus honorem detulissent, simul patronum coloniæ suæ designasse. Certe utrumque ei contigisse in alia urbe Hispaniæ maritima, Carthagine nova, demonstrat lapis antiquus ea in urbe repertus, cujus inscriptionem ex Reinesii Syntagm. p. 329, hic integram transcribam:

REGI JUBÆ REGIS  
JUBÆ FILIO REGIS  
HIEMPSALIS N. REG. GAV.  
PRONEPOTI REGIS MASI  
NISSÆ ABNEPOTI N. E. P. D. I.  
II VIR QUINQ. PATRONO  
COLONIÆ  
COLONI ET INCOLÆ  
LIBERTINI.

Singularias literas, quæ versu quinto occurrunt, Reinesius in indice interpretari tentat: *Nomini Ejus Ponendum Dicandumque Jusserunt*; Sponius: *Numini Ejus Plurimum Devoti Jusserunt*. Sed hæ formulæ minus videntur convenire verbis sequentibus, quibus tituli Jubæ continuantur. Itaque malo: *Nunc Etiam Publico Decurionum Jussu*. Quidquid id est, lapis hic dicatur *Jubæ Regi Duumviro Quinquennali, Patrono Colonice*. Quod ipsum confirmat, qui plane idem præfert, nummus antiquus a Gesnero, Reg. min. gent. Tab. III, fig. 18, et a Liebio in Goth. num. p. 41 propositus, et Carthagini Novæ haud temere adscriptus, qui in adversa parte florem loti exhibet cum inscript. : JUBA REX JUBÆ, F. II V. Q., *duumvir quinquennalis*; in aversa: CN. ATELLIUS PONTI. II V. Q. *pontifex, duumvir quinquennalis*, cum instrumentis pontificalibus quattuor. Ex quo intelligimus, Jubæ regis in duumviratu Carthaginis collegam fuisse Cn. Atellium, eumque pontificem. Qui monumentum superius ei posuerunt, dicuntur *coloni et incolæ libertini*. Frequens libertinorum nomen per colonias Hispanicæ est. Ortum eorum et primam coloniam

trahit Livius lib. XLIII, 3, qui memorat homines super quattuor millia, qui se ex militibus Romanis et ex Hispanis mulieribus, cum quibus connubium non esset, natos profiterentur, ex Hispania per legatos senatum rogasse, ut sibi oppidum, in quo habitarent, daretur. Senatum decrevisse, ut ex iis qui manumissi essent, Carteiam ad Oceanum deducerentur. Hanc coloniam libertinorum, quæ Carteiæ subcrevit, haud dubie aliæ deinceps secutæ sunt, quæ maritimas Hispaniæ urbes insederunt, fortasse etiam a colonis ex Africa missis et pari conditione natis, subinde auctæ sunt. *Libertinos municipii Suelitani* in Hispania Bætica nominat inscriptio ap. Reines. p. 131, et Spon. sect. V, p. 189, et Reinesius in Comment. ad hanc inscript. p. 136, item in Epist. XXXI ad Hosm. monet, in alia inscriptione Antiquariæ Hisp. reperta, p. CCCXCV, n. 7, et p. CCCXXVI, n. 8, pariter Libertinorum mentionem fieri. Fortasse Gaditana colonia æque ac Carthaginensis multos ejusmodi libertinos habuit, eosque e Mauritania Numidiaque traductos, unde ratio aliqua potuit esse, cur Jubam regem sibi Duumvirum et Patronum optarent. Gaditano Jubæ honori addere possumus alium, a peregrina gente ei exhibitum. Quippe Pausanias (I, 17, 2) memorat Athenis in gymnasio, quod Ptolemæum vocatur, *Jubæ Libyco* statuum fuisse positam. — Dictum regis servavit Quinctilianus (VI, 3, 90): *Juba... quærenti, quod ab equo suo esset adpersus, Quid tu, inquit, me Hippocentaurum putas?*

Hactenus de rege *χαριστάτω*; jam de scriptore videamus. Nam *studiorum claritate memorabilior etiam quam regno* fuit (Plinius V, 1. fr. 27); *ἀνὴρ πολυμαθέστατος* dicitur Athenæo (III, p. 83, B. fr. 25); Plutarcho est *ὁ πλεονίστων ἱστορικώτατος βασιλέων* (Sertor. c. 9. fr. 19). *ἠσκησεν πολλὰ πάνυ*, uti Suidas ait. Commemorantur:

1. Ῥωμαϊκὴ ἱστορία, libris min. II. Fr. 1-20.
2. Ἀσσυριακά, libris II. Fr. 21-22.
3. Λιβυκά, libris min. III. Fr. 23-38.
4. *De Arabia sive De expeditione Arabica*. Fr. 39-67.
5. *Physiologa*. Fr. 68-69.
6. *De Euphorbia herba*. Fr. 27.
7. Περὶ ὀποῦ. Not. ad fr. 27.
8. Περὶ γραφικῆς (Περὶ ζωγράφων), libris min. VIII. Fr. 70-72.
9. Θεατρικὴ ἱστορία, libris min. XVII. Fr. 73-83.
10. Ὀμοιότητες, libris min. XV, Fr. 85-86.
11. Περὶ φθορᾶς λέξεως, libris min. II. Fr. 87.
12. Ἐπίγραμμα. Fr. 84.

*Romanam Historiam* ab antiquissimis tempori-

bus ad suam ætatem deduxisse videtur. Certe de Sullæ rebus sermo est fr. 18. Quod de Sertorio narratur fr. 19, incertum est utrum ad Λιβυκὰ an ad Ῥωμαϊκὰ sit referendum. Ἀρχαιολογίαν Ῥωμαϊκὴν nominat Stephanus Byzantius (fr. 15). Quod etsi per se minime probat ad antiquitates maxime Romanas Jubam attendisse, reliquiæ tamen, ut ita statuamus, persuadent. Magni ambitus historia non fuerit, nam libro secundo jam sermo erat de Numantia. Græce opus scriptum esse testatur Plutarchus in Comp. Pelop. c. Marc. (fr. 17) ubi: Ἡμεῖς, ait, Λιβίῳ, Καίσαρι καὶ Νέπωτι, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τῶ βασιλεῖ Ἰόβᾳ πιστεύομεν. Idem in Cæsar. c. 55 Jubam dicit ἐξ βαρβάρου καὶ νομάδος Ἑλλήνων τοῖς πολυμαθεστάτοις ἐνάριθμον γενέσθαι συγγραφεῦσι. Quæ scribens Plutarchus quum vix de una Romanorum historia cogitaverit, atque ipse ex aliis Jubæ libris deprompta afferat, etiam reliqua regis opera græce exarata fuisse statuendum erit, nisi peculiare rationes adsint, cur unum vel alterum latino sermone scriptum malueris.

De *Assyriorum historia*, in qua Berosum auctor secutus est, non habeo quod dicam.

In *Libyæ descriptione* Jubam Punicos auctores (v. c. Hiempsalem, de quo v. Sallust. B. Jug. c. 17) adhibuisse, quum per se probabile est, tum diserte testatur Amm. Marcellinus (fr. 29). Præterea ipsum regem suæ ditionis regiones et proximas diligenter excussisse ex fragmentis colligitur. Hujus igitur operis jactura præ ceteris dolenda.

De *Arabia* terrisque adjacentibus volumina scripsit ad Caium Cæsarem, Augusti filium, qui expeditionem Parthicam et Arabicam molens (an. 1 a. C.), fama ejus terræ ardebat (v. fr. 51. 44. 46). Eandem ob causam Augustus ad commentanda omnia in Orientem præmiserat Dionysium Characenum (fr. 44). Juba num ipse illas regiones lustraverit, haud liquet, etsi veri non absimile esse videtur. Confidentius contendere licet eum multo studio congressisse quæcunque priores scriptores inde ab Alexandri ætate de plagis istis prodiderant. Fragmenta uni debemus Plinio, qui lib. VI, 27, 31 (fr. 44) in descriptione Arabiæ secutum se dicit Jubam regem et arma Romana. Quare non ea tantum, ubi expressa est Jubæ mentio, sed alia etiam plurima ex Nostro fluxisse putanda sunt. Latine opus scriptum fuisse Dodwellus (v. not. ad fr. 39) suspicatur propterea maxime, quod in iis quæ apud Plinium de paraplo Nearchi et Onesicriti ex Juba afferuntur, spatia Græcorum ad Romanorum milliaria sint revocata. Quod quidem argumentum caret pondere. Nam quum Plinius terrarum mensuras locorumque distantias e Græcis scriptoribus depromptas ubique fere ad passus

Romanos redegerit, quidni idem in Jubæ libris excerptis fecisse censeatur?

Quantopere Noster rerum, quæ ad naturalem historiam pertinent, studiosus fuerit Arabica docent luculentissime. Iisdem peculiare opus dedicaverat, Φυσιόλογα, uti videtur, inscriptum. Etiam de re rustica nescio an aliqua composuerit (v. fr. 69). Ad artem medicam spectant libelli De opio et de euphorbia, miræ virtutis herba, quàm in Atlante rex vel potius medicus regis Euphorbus indagaverat.

De *arte pictoria*, De *pictoribus eorumque operibus* multis exposuerat voluminibus, ex quibus nihil nisi duo de Parrhasio et Polygnoto fragmenta perdurarunt. Fortasse descriptio picturarum, quibus Polygnotus alique monumenta Athenarum ornaverant, in causa fuit, cur amicam Augusti civitate donandum statuque honorandum putarent Athenienses. Eorundem urbem altero Juba illustravit opere, ἱστορία θεατρική inscripto. Reliquiæ ejus fere omnes sunt de instrumentis musicis deque generibus saltationum. Verum de ipsis quoque poetis et de ratione qua argumenta sua tractaverint auctorem disseruisse colligas ex fragm. 83.

Libris, quibus Ὁμοιότητες titulus erat, similitudines, quæ inter diversorum populorum instituta moresque intercesserint, demonstrasse videtur.

In grammatico argumento versabatur opus Περὶ φθορᾶς λέξεως, sive De corruptione sermonis, scilicet græci. Commemoratur denique Juba artigraphus de rebus nonnullis quæ ad grammaticam latinam pertinent. Qui quum latine scripserit, a Vossio et Sevino diversus esse a Nostro videtur. Fortasse erraverunt viri doctissimi.

Hactenus de πολυμαθείᾳ Varronis Africani. Fidem ejus et auctoritatem in multis impugnavit Didymus ille χαλκέντερος, ὁ πολλὰ γράψας κατ' αὐτοῦ. Parum hoc me moveret, nisi fatendum esset nihil me in reliquiis deprehendisse, quod virum prodat cum multiplicis eruditionis copia jungentem etiam acumen judicii et severitatem; contra nimis et anilis fere credulitatis vestigia sat frequentia deprehendes. Quæ quum ita se habeant, nescio quanam re nisi regii nominis præstigio Juba inter ævi sui polyhistores eminuerit.

## ΡΩΜΑΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ.

## E LIBRO PRIMO.

1.

Steph. Byz. : Ἀβοριγίνες, ἔθνος Ἰταλικόν, ὡς Ἰόβας ἐν Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας πρώτῃ· « Μέχρι μὲν οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου τὴν ἀρχαίαν Ἀβοριγίνην (1. Ἀβοριγίνων ὀνομασίαν) διέσωζον, Λατίνου δὲ βασιλεύσαντος οὕτω προσηγορεύθησαν. » Τὰ αὐτὰ καὶ Χάραξ. Aut Jubam cum Dionysio confundit Stephani Epitomator, aut Juba exscripsit Dionysium Hal. in Ant. Rom. I, ubi : μέχρι μὲν οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου τὴν ἀρχαίαν τῶν Ἀβοριγίνων ὀνομασίαν διέσωζον, κτλ.

2.

Idem : Λαβίνιον, πόλις Ἰταλίας, Αἰνείου κτίσμα· Ἰόβας ἐν πρώτῳ· ἀπὸ τοῦ τῆς βασιλέως θυγατρὸς Λαβινίας.

3.

Idem : Ὠστία, πόλις Ἰταλίας. Ἰόβας ἐν πρώτῳ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας· « Ἀπὸ μὲν τῶν βορείων μερῶν ὁ Τίβερις· Ὠστία πόλις πλησίον. »

4.

Plutarchus Romul. c. 14, 13, de raptis Sabinis : Ἀρπασθῆναι δὲ φασιν, οἱ μὲν, τριάκοντα μόνας, ἀφ' ὧν καὶ τὰς φρατρίας ὀνομασθῆναι· Οὐαλέριος δὲ Ἀντίας ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ πεντακοσίας· Ἰόβας δὲ τρεῖς καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑξακοσίας παρθένους.

5.

Idem ib. c. 15, 7 : Τὸν Ταλάσιον..., ὥσπερ Ἕλληνας τὸν Ὑμέναιον, ἀπάδουσι Ῥωμαῖοι τοῖς γάμοις. Quem morem nonnulli ab iis, quæ in raptu Sabinarum contigisse narrantur, derivari putant. Οἱ δὲ πλείστοι νομίζουσιν, ὧν καὶ ὁ Ἰόβας ἐστὶ, παράκλησιν εἶναι καὶ παρακλέουσιν εἰς φιλεργίαν καὶ ταλασίαν, οὕτω τότε τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι τῶν Ἰταλικῶν ἐπικεχυμένων. Cf. id. Qu. Rom. c. 31 : « Διὰ τί ὁ πολυθρύλλητος ἄδεται Ταλάσιος ἐν τοῖς γάμοις; » Πότερον ἀπὸ τῆς ταλασίας; Καὶ γὰρ τὸν τάλαρον τάλαντον ὀνομάζουσι· καὶ τὴν νύμφην εἰσάγοντες, νάχος ὑποστρωννύουσιν· αὐτὴ δ' εἰσφέρει μὲν ἡλακάτην καὶ τὴν ἄτρακτον, ἐρίω δὲ τὴν θύραν περιστέφει τοῦ ἀνδρός. Ceterum hæc, sicuti alia nonnulla quæ de antiquitatibus Romanis traduntur, legi etiam poterant in libro Ὁμοιότητες inscripto, quo Græca cum Romanis Juba comparavit.

6.

Idem Rom. c. 17, 10 : Ἐάλω δὲ καὶ Ταρπήιος προδοσίας ὑπὸ Ῥωμαίων διωγθεὶς, ὡς Ἰόβας φησὶ Γάλβαν Σουλπίκιον ἱστορεῖν.

7.

Plutarch. Numa c. 7, 6 : Δεύτερον (Νουμᾶς) δὲ τοῖς οὖσιν ἱερεῦσι Διὸς καὶ Ἄρεος τρίτον Ῥωμύλου προσκατέστησεν, ὃν Φλαμίνα Κυρινάλιον ὠνόμασεν. Ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προγενεστέρους Φλαμίνας ἀπὸ τῶν περικρανίων πύλων, οὓς περὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι, πιλαμένας τινὰς ὄντας, ὡς ἱστοροῦσι, τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων. Καὶ γὰρ ἂς ἐφόρουσιν οἱ βασιλεῖς λαίνας ὁ Ἰόβας χλαίνας φησὶν εἶναι καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα λέγεσθαι Κάμιλλον, ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν οὕτως ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Κάμιλλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον.

8.

Idem ib. c. 13, 6 : Αὐτὰς δὲ τὰς πέλτας (τῶν Σα-

## HISTORIA ROMANA.

1.

Aborigines, populus Italicus, ut Juba libro primo Historiæ Romanæ : « Usque ad tempora belli Trojani vetus Aboriginum nomen servarunt; imperante autem Latino, de hoc denominati sunt. »

2.

Lavinium, urbs Italiæ ab Ænea condita. Juba primo Historiæ Romanæ. Nomen habet a regis filia Lavinia.

3.

Ostia, urbs Italiæ. Juba primo Historiæ Romanæ : « A septentrionali parte Tiberis; Ostia urbs prope abest. »

4.

Raptas Sabinas aiunt hi triginta tantum, et ab iis nominatas curias; Valerius Antias quingentas viginti septem; Juba octoginta tres supra sexcentas virgines.

5.

Talassium Romani accinunt nuptiis; ut Hymenæum Græci... Plerique, inter quos etiam Juba, hunc Talassium

adhortationem esse ad laboris sedulitatem et lanificium, quod Græci ταλασίαν dicunt, censent, quamquam nondum id temporis Italica verba cum Græcis confusa erant.

6.

Damnatus est etiam Tarpeius proditiōnis a Romulo accusatus, ut Juba auctor est Sulpicium Galbam in Historia prodere.

7.

Deinde Numa flaminibus Jovis et Martis, tertium Romuli addidit, Quirinalemque dixit. Flaminum nomen etiam majoribus natu tributum tradunt, a pileis quibus capita operiebant, quasi pilamines : quia eo tempore plura quam hodie Græca vocabula fuerint Latinis intermixta. Quemadmodum etiam lænas, regum vestem, Juba χλαίνας esse ait : ac puerum Jovis sacerdoti ministrantem patrimum et matrimum, Camillum dici solitum, sicut et Græcorum nonnulli Mercurium a ministerio Camillum appellaverunt.

8.

Ipsas peltas ancilia appellant a figura; non enim ea est

λίων) ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα. Κύκλος γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἀποδίδωσιν, ὡς πέλτη, τὴν περιφέρειαν, ἀλλ' ἐκτομὴν ἔχει γραμμῆς ἑλικοειδοῦς, ἧς αἱ κεραῖαι καμπὰς ἔχουσαι καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνότητι πρὸς ἀλλήλας ἀγκύλον τὸ σχῆμα ποιοῦσιν· ἢ διὰ τὸν ἀγκῶνα, περὶ ὃν περιφέρονται. Ταῦτα γὰρ ὁ Ἰόβας εἶρηκε γλιχόμενος ἐξελληνίσαι τούνομα.

Subjicio h. l. reliqua, quæ de Romanis antiquitatibus e Juba afferuntur.

## 9.

Athenæus III, p. 98, B : Τὸν δὲ μῆνα τοῦτον (Φεβρουάριον) κληθῆναι φησιν ὁ Μαυρούσιος Ἰόβας ἀπὸ τῶν κατουδαίων φόβων κατ' ἀναίρεσιν τῶν δειμάτων, ἐν ᾧ τοῦ χειμῶνός ἐστι τὸ ἀκμαιότατον, καὶ ἔθος τότε τοῖς κατοικομένοις τὰς χοὰς ἐπιφέρειν πολλαῖς ἡμέραις.

## 10.

Plutarchus Qu. Rom. c. 24 : Διὰ τί τρεῖς τοῦ μηνὸς ἀρχὰς καὶ προθεσμίας ἔχουσιν, οὐ ταῦτὸ διάστημα τῶν ἡμερῶν μεταξὺ λαμβάνοντες; Πότερον, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἰόβαν ἱστοροῦσιν, ὅτι ταῖς καλάνδαις ἐκάλουν τὸν ἐῆμον οἱ ἄρχοντες, καὶ κατήγγελλον εἰς πέμπτην τὰς νόνας, εἰδοῦς δὲ ἡμέραν ἱερὰν ἐνόμιζον;

## 11.

Idem ib. c. 89 : Διὰ τί τὰ Κυρινάλια μωρῶν ἑορτὴν ὀνομάζουσιν; ἢ ὅτι τὴν ἡμέραν ταύτην ἀποδεδώκεισαν, ὡς Ἰόβας φησὶ, τοῖς τὰς αὐτῶν φρατρίας ἀγνοοῦσιν; ἢ τοῖς μὴ θύσασιν, ὡς περ οἱ λοιποὶ, κατὰ φυλὰς ἐν τοῖς Φουρνιακάλιοις, δι' ἀσχολίαν ἢ ἀποδη-

rotunda, neque instar parmæ circulum explet, sed excisæ suæ in modum lineæ volutæ, cujus apices curvitatē habent, ac qua peltæ crassissimæ sunt, in se convertuntur formamque curvam expriment : sive a cubito, quo gestantur, quem ἀγκῶνα Græci dicunt. Hæc enim Juba affert, cupiens vocabulum Græcæ linguæ vindicare.

## 9.

Februarium mensem nomen ait habere Juba Mauritanus a pavoribus, quos incutiunt inferi, quorum pavorem terribulamenta depelluntur quo tempore summus urit hiemis rigor, ac moris tunc est per plures dies continuos mortuis ferre inferias.

## 10.

Cur tria principia menses habent non eodem dierum numero distincta? An Jubæ fides habenda est? is Calendis dicit populum fuisse a magistratibus vocatum, et ei indictas in quintum abinde diem Nonas : Idus autem diem sacram habitam.

## 11.

Cur Quirinalia festum stultorum appellant? An quod dies iste his erat destinatus, ut Juba scribit, qui suam curiam ignorabant? Aut quod qui Fornacalibus feriis ob occupationes, peregrinationem vel ignorationem non sacrificassent in sua tribu, iis permissæ fuerunt istæ feriæ harum loco obeundæ?

μίαν ἢ ἀγνοίαν, ἐδόθη τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ τὴν ἑορτὴν ἐκείνην ἀπολαβεῖν;

## 12.

Idem ib. c. 4 : Διὰ τί τοῖς ἄλλοις Ἀρτεμισίοις ἐπιεικῶς ἐλάφων κέρατα προσπατταλεύουσι, τῷ δ' ἐν Ἀθεντίνῳ βοῦν; ἢ τοῦ παλαιοῦ συμπτώματος ἀπομνημονεύοντες; λέγεται γὰρ ἐν Σαβίνοις Ἄντρωνι Κορατίῳ βοῦς ἐκπρεπῆς ὄψει καὶ μεγέθει διαφέρουσα τῶν ἄλλων γενέσθαι· μάντεως δὲ τινος αὐτῷ φράσαντος, ὅτι τοῦ καθιερεύσαντος Ἀρτέμιδι τὴν βοῦν ἐκείνην ἐν Ἀθεντίνῳ πέπρωται μεγίστην γενέσθαι καὶ βασιλεῦσαι τῆς Ἰταλίας ἀπάσης τὴν πόλιν, ἐλθεῖν μὲν εἰς Ῥώμην τὸν ἄνθρωπον, ὡς θύσοντα τὴν βοῦν· οἰκέτου δὲ κρύφα τῷ βασιλεῖ Σερουίῳ τὸ μάντευμα φράσαντος, ἐκείνου δὲ Κορνηλίῳ τῷ ἱερεῖ, προστάξαι τὸν Κορνήλιον τῷ Ἄντρωνι λούεσθαι πρὸ τῆς θυσίας ἀπὸ τοῦ Θύμβρεως· νενομίσθαι γὰρ οὕτω τοὺς καλλιεροῦντας. Ἐκείνον οὖν ἀπελθόντα λούεσθαι, τὸν δὲ Σερουίον φθάσαντα, θύσαι τῇ θεῷ τὴν βοῦν, καὶ τῷ ἱερεῖ τὰ κέρατα προσπατταλεύσαι. Ταῦτα καὶ ὁ Ἰόβας ἱστόρηκε καὶ Βάρρων· πλὴν ὅτι τούνομα τοῦ Ἄντρωνος Βάρρων οὐ γέγραφεν, οὐδ' ὑπὸ Κορνηλίου φησὶ τοῦ ἱερέως, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ νεωκόρου παρακρουσθῆναι τὸν Σαβῖνον.

## 13.

Idem ib. c. 59 : Διὰ τί κοινὸς ἦν βωμὸς Ἡρακλέους καὶ Μουσῶν; ἢ ὅτι γράμματα τοὺς περὶ Εὐάνδρον ἐδίδαξεν Ἡρακλῆς, ὡς Ἰόβας ἱστόρηκε; Καὶ τὸ πρᾶγμα σεμνὸν ἐνομίζετο, φίλους καὶ συγγενεῖς διδασκόντων· ὅψε δ' ἤρξαντο μισθοῦ διδάσκειν, καὶ πρῶτος ἀνέωξε γραμματοδιδασκαλεῖον Σπόριος Καρ-

## 12.

Cur reliquis Dianæ fanis soliti cervorum cornua affigere, ei quod in Aventino est, bovum cornua affixerunt? Fortassis ut monumentum esset antiqui casus. Fuit quidam in Sabinis Antro Coratius : is vaccam habebat magnitudine et forma reliquis præstantem : monitusque a vate quodam qui in Aventino bovem hanc Dianæ immolasset, ei fata summam potestatem deferre, urbemque ipsius Italiæ totius regno potituram, Romam se contulit bovis ibi mactandæ gratia : servus autem regi Servio clam id vaticinium, idque rex Cornelio pontifici indicavit : tum Cornelius Antroni mandavit ut ante sacrificium aqua Tiberis profluente sese ablueret ; sic enim legibus præscriptum esse litaturo : ita hic lotum abiit : interim Servius occasionem immolandæ vaccæ in honorem Dianæ præcepit, mactatæque cornua templo affixit. Hoc et Juba narrat, et Varro : nisi quod hic Antronis nomen non habet, deceptumque non a Cornelio sacerdote Sabinum, sed ab ædituo refert.

## 13.

Cur communis fuit ara Herculis et Musarum? An quia Evandrum litteras docuit Hercules, ut Juba narrat? Resque ea videbatur perhonestæ, quum litteras prisca amicis ac cognatis traderent. Sero coeptum est mercede doceri, primusque ludum litterarium aperuit Spurius Carbilus, Carbilii libertus ejus, qui primus uxorem dimisit.

Ἡλίου ἀπελεύθερος Καρβιλίου τοῦ πρώτου γαμετὴν ἐκβαλόντος.

14.

Idem ib. c. 78 : Διὰ τί τῶν οἰωνῶν ὁ καλούμενος ἀριστερός, αἴσιος;... Ἡ μᾶλλον, ὡς Ἰόβας φησὶ, τοῖς πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἀποβλέπουσιν ἐν ἀριστερᾷ γίνεται τὸ βόρειον; ὁ δὲ τοῦ κόσμου δεξιὸν ἐνιοὶ τίθενται καὶ καθυπέρτερον.

15.

## E LIBRO SECUNDO.

Steph. Byz. : Νομαντία, πόλις Ἰβηρίας. Ἰόβας ἐν δευτέρῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

16.

Steph. Byz. : Ἀρβάκη, πόλις ἐν Κελτιβηρίᾳ, ὡς Ἰόβας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀρβακαῖος.

17.

Plutarchus Comp. Pelop. c. Marcell. c. 1, 5 : Ἀννίβαν δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύβιον λέγουσιν, οὐδ' ἀπαξ ἐνίκησεν, ἀλλ' ἀήττητος ὁ ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχρι Σκηπίωνος, ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καίσαρι, Νέπωτι καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβα πιστεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι· μεγάλην δ' αὐταὶ ῥοπὴν οὐδεμίαν ἐποίησαν, ἀλλ' εἰσὶ ψευδόπτωμά τι γενέσθαι περὶ τὸν Λίβον ἐν ταῖς συμπλοκαῖς ἐκείναις.

18.

Plutarch. Sulla c. 16, 10 : Ἐπεὶ δὲ ἀποκρουσθεῖς

ἐκεῖθεν ὁ Ἀρχέλαος ὤρμησεν ἐπὶ τὴν Χαιρώνειαν, οἱ συστρατευσάμενοι τῶν Χαιρωνέων ἐδέοντο τοῦ Σύλλα μὴ προέσθαι τὴν πόλιν, ἐκπέμπει τῶν χιλιάρχων ἓνα Γαβίνιον μετὰ τάγματος ἑνὸς καὶ τοὺς Χαιρωνεῖς ἀφίησι βουλευθέντας μὲν, οὐ μὴν δυνηθέντας φθῆναι τὸν Γαβίνιον. Οὕτως ἦν ἀγαθὸς καὶ προθυμότερος εἰς τὸ σῶσαι τῶν σωθῆναι δεομένων. Ὁ δὲ Ἰόβας οὐ Γαβίνιον φησὶ πεμφθῆναι, ἀλλὰ Ἐρίκιον. Ἡ μὲν οὖν πόλις ἡμῶν παρὰ τοσοῦτον ἐξέφυγε τὸν κίνδυνον.

19.

Plutarch. Sertor. c. 9, 5 : Sertorius Maurusius contra Ascalim opitulans, τὴν Τίγγιν, εἰς ἣν ὁ Ἀσκαλις συνέφυγε μετὰ τῶν ἀδελφῶν, ἐξεπολιόρκησεν. Ἐνταῦθα τὸν Ἀνταῖον οἱ Λίβυες ἱστοροῦσι κεῖσθαι· καὶ τὸν τάφον αὐτοῦ Σερτώριος διέσκαψε τοῖς βαρβάροις ἀπιστῶν διὰ μέγεθος. Ἐντυχὼν δὲ τῷ σώματι πηχῶν ἐξήκοντα μῆκος, ὡς φασὶ, κατεπλάγη καὶ σφάγιον ἐντεμῶν συνέχωσε τὸ μνῆμα καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ τιμὴν τε καὶ φήμην συνηύξησε. Τιγεννίται δὲ μυθολογοῦσιν Ἀνταίου τελευτήσαντος τὴν γυναῖκα Τίγγην Ἡρακλεῖ συνελθεῖν, Σόφακα δ' ἐξ αὐτῶν γενόμενον βασιλεῦσαι τῆς χώρας καὶ πόλιν ἐπώνυμον τῆς μητρὸς ἀποδείξαι, Σόφακος δὲ παῖδα γενέσθαι Διόδωρον, ᾧ πολλὰ τῶν Λιβυκῶν ἐθνῶν ὑπήκουσεν Ἑλληνικὸν ἔχοντι στρατεύμα τῶν αὐτόθι κατωκισμένων ὑφ' Ἡρακλέους Ὀλβιανῶν καὶ Μυκηναίων. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀνακείσθω τῇ Ἰόβα χάριτι τοῦ πάντων ἱστορικωτάτου βασιλέων· ἐκείνου γὰρ ἱστοροῦσι τοὺς προγόνους Διόδωρου καὶ Σόφακος ἀπογόνους εἶναι. Ipsum Jubam de his monuisse sive in Romana sive in Libyca historia nihil dubito. Cf. Plin. Hist. Nat. V, 1, 1.

14.

*Cur aves sinistrae quae dicuntur, in auspicio habentur pro addicentibus?...* Aut potius versus ortum solis intuentibus ad laevam est septentrionalis mundi plaga, quam nonnulli dextram et superiorem mundi partem appellant? Haec est Jubae opinio.

15.

Numantia, urbs Iberiae. Juba secundo Historiae Romanae.

16.

Arbace, urbs Celtiberiae, teste Juba. Gentile Arbacæus.

71.

Hannibalem Polybius scribit nunquam a Marcello superatum, sed usque ad Scipionem invictum permansisse. Nos Livio, Cæsari, Nepoti, ac de Græcis scriptoribus regi Jubæ credimus, Hannibalem aliquoties a Marcello victum fugatumque, quæ tamen victoriæ ad summam rerum non magnum pondus attulerint, ut in illis conflictibus illuisse Pœnus videri possit.

18.

Posteaquam repulsus Archelaus adversus Chæroneam se convertit, Sylla, orantibus qui in castris erant Chæro-

nensibus ne urbem suam destitueret, Gabinium tribunum militum cum legione una eo mittit, dimissis etiam Chæronensibus : sed ii quamvis anniterentur, non potuerunt tamen Gabinium prævertere. Adeo bonus ille vir erat, et ad salutem ferendam iis ipsis qui eam petebant celerior. Juba non Gabinium, sed Ericium missum scribit. Tantulum absuit quin patria nostra in periculum veniret.

19.

Sertorius Tingim urbem, in quam Ascalis confugerat cum fratribus, expugnavit. Ibi Antæum sepultum Afri narrant ; et Sertorius quum barbaris tantam corporis ejus molem perhibentibus fidem non haberet, effosso monumento corpus sexaginta, ut aiunt, cubitorum inveniens, obstupuit, hostiaque mactata sepulcrum instauravit honoresque et famam Antæi auxit. Perhibent Tigennitæ, Antæo mortuo, Herculem cum Tingi uxore ejus concubuisse ; inde natum Sophacem regem ejus fuisse regionis et urbem matri cognominem condidisse ; Sophaci filium fuisse Diodorum, qui ex Græcis eo ab Hercule deductis Olbianis et Mycenæis exercitu contracto, multas Africæ gentes subegerit. Quæ quidem gratiæ data sint Jubæ, quo nemo regum alius fuit historiarum peritior ; hujus enim majores a Diodoro et Sophace genus traxisse creduntur.

20.

Athenæus VI, p. 229, C : Μέχρι γὰρ τῶν Μακεδονικῶν χρόνων κεραμέοις σκεύεσιν οἱ δειπνοῦντες διηκονοῦντο, ὡς φησιν ὁ ἐμὸς Ἰόβας. Μεταβαλόντων δ' ἐπὶ τὸ πολυτελέστερον Ῥωμαίων τὴν διαίταν, κατὰ μίμησιν ἐκδιαιτηθεῖσα Κλεοπάτρα, ἢ τὴν Αἰγύπτου καταλύσασα βασιλείαν, τοῦνομα οὐ δυναμένη ἀλλάξαι, ἀργυροῦν καὶ χρυσοῦν ἀπεκάλει κέραμον αὐτὸ, κέραμα τ' ἀπεδίδοτο τὰ ἀποφόρητα τοῖς δειπνοῦσι· καὶ τοῦτ' ἦν τὸ πολυτελέστατον.

## ΑΣΣΥΡΙΑΚΑ

ἐν βίβλοις β'.

21.

Tatianus Or. adv. Gr. c. 58 : Βηρωσὸς δὲ ἐστὶν ἀνὴρ ἰκανώτατος, καὶ τούτου τεκμήριον Ἰόβας, ὃς περὶ Ἀσσυρίων γράφων παρὰ Βηρωσοῦ φησι μεμαθηκέναι τὴν ἱστορίαν. Εἰσὶ δὲ αὐτῶ βίβλοι περὶ Ἀσσυρίων δύο. Tatiani locum repetit Euseb. P. E. p. 488, A. Vide fragmenta Berosi.

Clem. Alex. Str. I, 21, p. 142, 18 Sylb. (II, 83 Kl.) : Ἐν δὲ τῶ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας Ναβουχοδονόσορ πρὸ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἔτεσιν ἑβδομήκοντα ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους ἐστράτευσεν, ὡς φησι Βῆρωσος ἐν ταῖς Χαλδαϊκαῖς ἱστορίαις. Ἰόβας δὲ περὶ Ἀσσυρίων γράφων ὁμολογεῖ τὴν ἱστορίαν παρὰ Βηρωσσοῦ εἰληφέναι μαρτυρῶν ἀλήθειαν τάνδρῃ.

22.

Plinius H. N. VIII, 42, 64, p. 89 Tchn. : *Equum adamatum a Semiramide usque ad coitum Juba auctor est. Hæc in Assyriacis narrari poterant, etsi*

20.

Usque ad Macedonica tempora in conviviis in vasis figulinis apponebatur cœna, ut ait popularis meus Juba. Postquam vero Romani ad sumptuosiore[m] vitæ rationem se converterant, eorum exemplo Cleopatra, quæ Ægypti regnum evertit, in luxuriam effusa, quum nomen mutare non posset, *argenteum aureumque fictile* (κέραμον) vocavit; et fictilia auferenda tradidit cœnantibus : et erat hoc pretiosissimum.

## HISTORIA ASSYRIORUM.

## LIBRIS II.

21.

Berosus rerum testis optimus, uti e Juba colligitur, qui de Assyriis scribens ex Beroso historiam eorum se didicisse ait. Scripsit vero Juba de Assyriis libros duos.

Anno duodecimo Sedeciae Nabuchodonosor, septuaginta annis ante Persarum imperium, contra Phœnices et Judæos expeditionem suscepit, ut Berosus dicit in Chaldaicis. At-

Plinius vel ex Libycis vel ex libris De expeditione Arabica hausisse videtur.

## ΛΙΒΥΚΑ.

23.

## E LIBRO TERTIO.

Plutarch. Par. m. c. 23 : Μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν ἐξεβράσθη Διομήδης εἰς Λιβύην. Ἐνθα Λύκος ἦν βασιλεὺς, ἔθος ἔχων τοὺς ξένους ἄρει τῶ πατρὶ θύειν. Καλλιρρόη δὲ, ἡ θυγάτηρ, ἐρασθεῖσα Διομήδους, τὸν πατέρα προὔδωκε, καὶ τὸν Διομήδην ἔσωσε λύσασα τῶν δεσμῶν· ὁ δὲ, ἀμελήσας τῆς εὐεργετίδος, ἀπέπλευσεν· ἡ δὲ βρόχῳ ἐτελεύτησεν· ὡς Ἰόβας ἐν τρίτῃ Λιβυκῶν.

De avibus Diomedeis v. fr. 68 a.

24.

Athenæus III, p. 83, B : Αἰμιλιανὸς δὲ ἔλεγεν Ἰόβαν τὸν Μαυρουσίων βασιλέα, ἀνδρα πολυμαθέστατον, ἐν τοῖς Περὶ Λιβύης συγγράμμασι, μνημονεύοντα τοῦ κιτρίου, καλεῖσθαι φάσκειν αὐτὸ παρὰ τοῖς Λίβυσι μῆλον Ἐσπερικόν, ἀφ' ὧν καὶ Ἡρακλέα κομίσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα τὰ χρύσεια διὰ τὴν ἰδέαν λεγόμενα μῆλα.

25.

Plinius XIII, s. 29, p. 305, de citris arboribus Mauritaniæ : *Venumdatae sunt et duæ a Juba rege pendentes : quarum alteri pretium fuit sestertiūm duodecies centena millia, alteri paullo minus.*

26.

Plinius H. N. V, 1, p. 304 ed. Tchn. : *Suetonius Paulinus, quem consulem vidimus, primus Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem ali-*

que Juba de Assyriis scribens fatetur ex Beroso se historiam sumpsisse, veritatemque ejus viri narrationis testatur.

## DE LIBYA.

23.

Post Ilii excidium Diomedes in Africam maris fluctibus ejectus est. Regnabat ibi Lycus Martis filius, qui peregrinos de more patri mactabat. Sed filia hujus Callirrhoe Diomedis amore capta patrem prodidit, Diomedemque vinculis exsolvit. Hic benefactricis nulla habita ratione avectus quum esset, Callirrhoe fune sibi mortem conscivit. Ex Jubæ tertio Libycorum.

24.

Æmilianus Jubam ait, Mauritaniæ regem, virum multiplici doctrina instructissimum, in Commentariis de Libya citrii mentionem facere, dicereque, ab Afris illud *Hesperium malum* vocari; a quibus etiam Hercules aurea illa, a colore sic dicta, mala in Græciam transportasset.



quot millium spatio, prodidit de excelsitate quidem ejus quæ ceteri : imas radices densis altisque repletas silvis incognito genere arborum, proceritatem spectabilem esse enodi nitore, frontes cupressis similes, præterque gravitatem odoris tenui eas obduci lanugine : quibus addita arte, posse quales e bombyce vestes confici. Verticem altis etiam æstate operiri nivibus. Decumis se eo pervenisse castris, et ultra ad fluvium, qui Ger vocaretur, per solitudines nigri pulveris eminentibus interdum velut exustis cautibus, loca inhabitabilia fervere, quanquam hiberno tempore, expertum. Qui proximos inhabitent saltus, refertos elephantorum ferarumque et serpentium omni genere, Canarios appellari. Quippe victum ejus animalis promiscuum his esse, et dividua ferarum viscera. Junctam Æthiopum gentem, quos Perorsos vocant, satis constat. Juba, Ptolemæi pater, qui primus utriusque Mauritanicæ imperavit, studiorum claritate memorabilior etiam quam regno, similia prodidit de Atlante : præterque gigni ibi herbam, euphorbiam nomine, ab inventore medico suo appellatam. Cujus lacteum succum miris laudibus celebrat in claritate visus contraque serpentes et venena omnia, privatim dicato volumine. Præcedunt alia quædam de Atlante fabulosa, quæ ab Hannone in Periplo (§ 14 ed. Kluge) primum narrata esse videntur; Plinius sumserit e Juba. Plinium exscripsit Solinus c. 24 (ed. Traj. ad Rh. 1689), sed temerario illo, quo solet, modo. Quare rationem ejus non habemus. Ceterum hic statim subjicere liceat locum ex libro de Euphorbia superstitem.

27.

## DE EUPHORBIA.

Plinius XXV, s. 28, p. 60 : Invenit et patrum nostrorum ætate rex Juba (herbam), quam appellavit Euphorbiam, medici sui nomine. Frater is fuit Musæ, a quo Divum Augustum conservatum indicavimus... Sed Jubæ volumen quoque exstat de ea herba, et clarum præconium. Invenit eam in monte Atlante : specie thyrsi, foliis acanthinis. Vis tanta est, ut e longinquo succus excipiatur : incisæ conto, subditis excipulis ventriculo hoedino, humor lactis videtur effluere : siccatus quum coit, thuris effigiem habet. Qui colligunt clarius vident. Contra serpentes medetur, quacunque parte percussa : vertice inciso, et medicamento addito. Ibi Gætuli, qui legunt, hædino lacte adulterant : sed discernitur igni. Id enim quod sincerum non est, fastidiendum odorem habet.

Hujus βιβλίου meminit etiam Galenus Φαρμακ. κατὰ γέννη lib. IX, c. 4, et Dioscorides lib. III, 96.

Jubæ libellum Περὶ ὀποῦ commemorat Galenus tom. II, p. 297. Cf. Stephan. Thes. v. εὐφορβίον.

28.

Plinius VI, s. 36, p. 393 : Nec Mauritanicæ insularum certior fama est. Paucas modo constat esse ex adverso Autololum, a Juba repertas, in quibus Gætulicam purpuram tingere instituerat.

§ 37. Sunt, qui ultra eas Fortunatas putant esse, quasdamque alias... Juba de Fortunatis ita inquisivit : sub meridie quoque positas esse prope occasum, a Purpurariis DCXXV mill. passuum, sic ut CCL supra occasum navigetur : deinde per LXXV mill. passuum ortus petatur. Primam vocari Ombrion nullis ædificiorum vestigiis : habere in montibus stagnum, arbores similes ferulæ : ex quibus aqua exprimatur, ex nigris amara, ex candidioribus potui jucunda. Alteram insulam Junoniam appellari ; in ea ædiculam esse tantum lapide exstructam. Ab ea in vicino eodem nomine minorem. Deinde Caprariam lacertis grandibus referatam. In conspectu earum esse Nivariam, quæ hoc nomen accepit a perpetua nive, nebulosam. Proximam ei Canariam vocari a multitudine canum ingentis magnitudinis ; ex quibus perducti sunt Jubæ duo : apparentque ibi vestigia ædificiorum. Quum autem omnes copia pomorum et avium omnis generis abundant, hanc et palmetis caryotas ferentibus, ac nuce pinea abundare. Esse copiam et mellis. Papyrus quoque et siluros in amnibus gigni : infestari eas belluis, quæ expellantur assidue, putrescentibus.

29.

Plinius V, 10, p. 314 : Nilus incertis ortus fontibus, it per deserta et ardentia : et immenso longitudinis spatio ambulans, fama quoque tantum inermi quæsitu cognitus, sine bellis, quæ ceteras omnes terras invenere. Originem (ut Juba rex potuit inquirere) in monte inferioris Mauritanicæ, non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quam vocant Nilidem. Ibi pisces reperiuntur alabeta, coracini, siluri. Crocodilus quoque inde ob argumentum hoc Cæsareæ in Iseo dicatus ab eo spectatur hodie. Præterea observatum est, prout in Mauritania nives imbresque satiaverint, ita Nilum increcere. Ex hoc lacu profusus indignatur fluere per arenosa et squalentia, conditque se aliquot dierum itinere. Mox alio lacu majore in Cæsariensis Mauritanicæ gente Massæsylum erumpit, et hominum cœtus veluti circumspicit, iisdem animalium argumentis : iterum arenis receptus conditur rursus XX dierum desertis ad proximos Æthiopes : atque ubi iterum senserit hominem, prosilit, fonte (ut verisimile

est) illo quem Nigrin vocavere. Inde Africam ab Æthiopia dispescens, etiamsi non protinus populis, feris tamen et belluis frequens, silvarumque opifex, medios Æthiopas secat, cognominatus Astapus; quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem. etc. Cf. Solinum c. 32, p. 42.

Ammianus Marcellinus : *Rex autem Juba Punicorum confisus textu librorum, a monte quodam oriri eum exponit, qui situs in Mauritania despectat Oceanum : hisque indicibus hoc proditum ait, quod pisces et herbæ et belluæ similes per eas paludes gignuntur.*

Ex Libyæ descriptione petita videntur etiam ea quæ de elephantis e Juba produntur.

## 30.

Ælian. N. An. IX, 58 : Λέγει δὲ ὁ Ἰόβας γενέσθαι μὲν αὐτοῦ τῷ πατρὶ πολυετῇ Αἴθιον ἐλέφαντα, καπιόντα ἐκ τῶν ἄνω τοῦ γένους· καὶ Πτολεμαίῳ δὲ τῷ Φιλαδέλφῳ Αἰθίοπα, καὶ ἐκεῖνον ἐκ πολλοῦ βιώσαντα, γενέσθαι πρῶτατον καὶ ἡμερώτατον, τὰ μὲν ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συντροφίας, τὰ δὲ ἐκ τοῦ γένους πωλευθέντα. Σελεύκου τε τοῦ Νικάνορος κτῆμα ἄδει Ἰνδὸν ἐλέφαντα, καὶ μέντοι καὶ διαβιῶναι τοῦτον μέχρι τῆς τῶν Ἀντιόχων ἐπικρατείας φησίν.

## 31.

Plinius H. N. VIII, 55, p. 56 Techn. : *Unguentariam quandam dilectam (ab elephanto) Juba tradit. Omnium amoris fuere argumenta, gaudium a conspectu, blanditiæque inconditæ, stipesque, quas populus dedisset, servatæ et in sinum effusæ. Nec mirum esse amorem quibus sit memoria. Idem namque tradit, agnitum in senecta, multos post annos, qui rector in juvenia fuisset. Idem divinationem quandam justitiæ. Quum Bocchus rex triginta elephantis totidem, in quos sævire instituerat, stipitibus alligatos objecisset, procursantibus inter eos qui lacesserent, non potuisse effici, ut crudelitatis alienæ ministerio fungerentur.*

## 30.

Juba rex elephantum Libycum scribit patri suo fuisse, qui plura sæcula vixisset, nempe qui ei per manus traditus fuisset a majoribus. Et Ptolemæo Philadelpho Æthiopem elephantum fuisse qui ad multas ætates vixisset, ex hominum consuetudine simul et institutione mansuetissimum. Idem celebrat Indicium elephantum Seleuci, cognomine Nicanoris, qui usque ad Antiochorum imperium vixerit.

## 32.

Societatis tuendæ ac prudentiæ exempla Juba scribit ab elephantis exhiberi. Venatores enim fossas quas ad ipsos capiendos faciunt, levibus sarmentis et festucis injectis obtegunt. Quum ergo elephantorum unus (nam multi simul ambulant) in fossam incidit, reliqui materiam congerunt,

## 32.

Plutarch. De sollert. an. c. 17, p. 972 : Τό γε μὴν κοινωνικὸν μετὰ τοῦ συνετοῦ τοὺς ἐλέφαντας ἀποδείκνυσθαί φησιν ὁ Ἰόβας. Ὀρύγματα γὰρ αὐτοῖς οἱ θηρεύοντες ὑπεργασάμενοι λεπτοῖς φρυγάνοις καὶ φορυτῶ κούφῳ κατερέφουσιν· ὅταν οὖν εἰς ὄλισθῆ, πολλῶν ὁμοῦ πορευομένων, οἱ λοιποὶ φοροῦντες ὕλην καὶ λίθους ἐμβάλλουσιν, ἀναπληροῦντες τὴν κοιλότητα τοῦ ὀρύγματος, ὥστε ῥαδίαν ἐκεῖνῳ γενέσθαι τὴν ἐκβάσιν. Ἱστορεῖ δὲ καὶ εὐχῆ χρησθαι θεῶν τοὺς ἐλέφαντας ἀδιδάκτως, ἀγνίζομένους τε τῇ θαλάσῃ, καὶ τὸν ἥλιον ἐκφανέντα προσκυνοῦντας, ὥσπερ χειρὸς ἀνατάσει τῆς προβοσκίδος. Ὅθεν καὶ θεοφιλέστατόν ἐστι τὸ θηρίον, ὡς Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἐμαρτύρησε. Κρατήσας γὰρ Ἀντιόχου, καὶ βουλόμενος ἐκπρεπῶς τιμῆσαι τὸ θεῖον, ἄλλα τε πάμπολλα κατέβησεν ἐπινίκια τῆς μάχης, καὶ τέσσαρας ἐλέφαντας· εἶτα νύκτωρ ὀνειράσιν ἐντυχῶν, ὡς τοῦ θεοῦ μετ' ὀργῆς ἀπειλοῦντος αὐτῷ διὰ τὴν ἀλλόκοτον ἐκεῖνην θυσίαν, ἰλασμοῖς τε πολλοῖς ἐχρήσατο, καὶ χαλκοῦς ἐλέφαντας ἀντὶ τῶν σφαγέντων ἀνέστησε τέσσαρας.

Cf. Plutarch. l. l. c. 18 : Ἐρωτες δὲ πολλῶν, οἱ μὲν ἄγριοι καὶ περιμανεῖς γεγόνασιν, οἱ δ' ἔχοντες οὐκ ἀπάνθρωπον ὠραϊσμόν οὐδ' ἀναφρόδιτον δουλίαν. Οἷος ἦν ὁ τοῦ ἐλέφαντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τοῦ ἀντερωῦντος Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ· τῆς γὰρ αὐτῆς ἡρῶν στεφανοπώλιδος, καὶ οὐχ ἥττον ἦν ὁ ἐλέφαντας διάδηλος· ἔφερε γὰρ αὐτῇ τῆς ὀπώρας ἀεὶ πρᾶτήρια παραπορευόμενος, καὶ χρόνον πολὺν ὑφίστατο, καὶ τὴν προβοσκίδα τῶν χιτωνίων ἐντὸς, ὥσπερ χεῖρα, παραβαλὼν, ἀτρέμα τῆς περὶ τὸ στῆθος ὄρας ἔψαυεν.

## 33.

Plutarchus ibid. c. 25, 5, p. 978, E : Ἡ δὲ τῶν ἐλεφάντων ἱστορία, φίλε, τῶν εἰς τὰ ὀρύγματα φοροῦντων καὶ τὸν ὄλισθέντα διὰ χώματος ἀναβιβαζόντων, ἐκτοπὸς ἐστὶ δεινῶς καὶ ἀλλοδαπῆ, καὶ καθάπερ ἐκ

et lapides ingerunt, ut illapsus facile exire possit. Scribit etiam elephantos diis vota facere, quum se, nemine docente, mari lustrent, solemque orientem adorent, proboscide manus loco sursum erecta. Itaque etiam hoc animal diis est carissimum, ut Ptolemæus Philopator testatum fecit. Quum enim, victo Antiocho, vellet diis honorem splendide habere, præter alia ob partam prælio victoriam sacrificia, quattuor etiam elephantos immolavit : nocturnis autem territus insomniis, quod numen ei ob sacrificium illud inusitatum comminaretur, quum multis usus est piaculis, tum quattuor æreos elephantos pro occisis posuit.

## 33.

Narratio illa, amice, de elephantis, qui in fossam delapsam congesta materia educant, nimis quam absurda est et aliena, tanquam e regio edicto jubens nos libris Jubæ

βασιλικῷ διαγράμματος ἐπιτάττουσα πιστεύειν αὐτῇ τῶν Ἰόβα βιβλίων· ἀληθῆς δ' οὔσα, πολλὰ δείκνυσιν τῶν ἐνάλων μηδὲν ἀπολειπόμενα τῷ κοινωνικῷ καὶ συνετῷ τοῦ σοφωτάτου τῶν χερσαίων.

34.

Philostratus De Vit. Apollon. c. 13 : Ἰόβας δὲ ὃς ἤρξέ ποτε τοῦ Λιβυκοῦ ἔθνους, φησὶ μὲν ξυμπεσεῖν ἀλλήλοις ἐπ' ἐλεφάντων πάλαι Λιβυκοὺς ἱππέας (εἶναι δὲ τοῖς μὲν πύργον ἐς τοὺς ὀδόντας κεχαραγμένον, τοῖς δὲ οὐδέν)· νυκτὸς δὲ ἐπιλαβούσης τὴν μάχην, ἠττηθῆναι μὲν τοὺς ἐπισήμους φησὶ, φυγεῖν δὲ ἐς τὸν Ἄτλαντα τὸ ὄρος· αὐτὸς δὲ ἐλεῖν τετρακοσίων μήκει ἐτῶν ὕστερον τῶν διαφυγόντων ἕνα, καὶ τοῦπίσημον εἶναι αὐτῷ κοῖλον, καὶ οὐπω περιτετριμμένον ὑπὸ τοῦ χρόνου. Οὗτος δ' Ἰόβας τοὺς ὀδόντας κέρατα ἠγεῖται, τῷ φύεσθαι μὲν αὐτοὺς ὅθεν περ οἱ κρόταφοι, παραθήγεσθαι δὲ μηδὲν ἐτέρῳ, μένειν δ' ὡς ἔφυσαν, καὶ μὴ, ὅπερ οἱ ὀδόντες, ἐκπίπτειν, εἶτα φύεσθαι.

Idem ib. c. 15 : Ἐγὼ δὲ εὖρον ἐν τοῖς Ἰόβα λόγοις, ὡς καὶ συλλαμβάνουσιν ἀλλήλοις ἐν τῇ θήρᾳ καὶ προϊστάνται τοῦ ἀπειπόντος, καὶ ἐξέλωσιν αὐτὸν, τὸ δάκρυον τῆς ἀλόης ἐπαλείφουσι τοῖς τραύμασι περιεστῶτες ὡσπερ ἰατροί.

35.

Plinius H. N. VIII, s. 4, p. 54 Techn. : *Prædam ipsi (elephanti) in se expetendam sciunt solam esse in armis suis, quæ Juba cornua appellat, Herodotus... dentes.*

36.

Ex Juba sua hausit etiam Ælian. N. An. VII, 23 :

credere : quodsi vera est, ostendit multa marina animalia societatis studio prudentiaque nihil concedere terrestrium sapientissimo.

34.

Juba, Libyæ quondam rex, retulit equites Libyos elephantis insidentes olim inter se pugnasse, habuisseque alteram elephantorum partem turrim dentibus insculptam, alteram vero nihil : quumque nox pugnam diremisset, signo notatos succubuisse ait et in Allantem montem confugisse : se vero post spatium annorum quadringentorum ex iis unum cepisse, qui aufugerant : illique insculptum insigne nondum extritum fuisse a tempore. Juba ille dentes cornua esse putat, eo quod nascentur inde, unde tempora initium ducunt, quodque nullum alium dentem contiguum habeant : mancant item ut nati sunt semel, neque quod fieri dentibus solet, excidant, ac rursus nascentur.

36.

Quum a quo injuriam acceperit leo, probe novit ulcisci ; et quamvis ex eo non statim ultionem ceperit,

at certe et postea retinet simultatem, donec perfecerit suo in pectore.

Hinc rei testimonio est Juba Maurus, pater illius, qui Romam missus est obses. Is quum aliquando expeditionem per desertam regionem faceret adversus gentes quæ ab se defecis-

Ἰαμύνεσθαι δὲ τὸν προαδικήσαντα ὁ λέων οἶδε· καὶ εἰ μὴ παραχρῆμα αὐτῷ τιμωρήσαι,

ἀλλὰ γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσση, ἐν στήθεσιν ἐοῖσιν.

Καὶ τούτου μαρτύριον Ἰόβας ὁ Μαυρούσιος, ὁ τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις ὀμηρεύσαντος πατῆρ. Ἡλαυνέ ποτε διὰ τῆς ἐρήμης ἐπὶ τινα ἔθνη τῶν ἀποστάντων, καὶ τις αὐτῷ τῶν παραθεόντων μειρακίσκος εὐγενῆς μὲν καὶ ὠραῖος, ἤδη δὲ θηρατικὸς, λέοντά πως παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκφρανέντα ἀκοντίῳ βάλλει, καὶ σκοποῦ μὲν ἔτυχε καὶ ἔτρωσεν, οὐ μὴν ἀπέκτεινεν. Κατὰ σπουδὴν δὲ τῆς ἐλάσεως οὔσης, τὸ μὲν θηρίον ἀνεχώρησεν, παρέδραμε δὲ καὶ ὁ τρώσας καὶ οἱ λοιποί. Ἐνιαυτοῦ γε μὴν διελθόντος ὀλοκλήρου, ὁ μὲν Ἰόβας κατορθώσας ἐφ' ᾧ ἐστάλη, τὴν αὐτὴν ὑποστρέφωιν ἔρχεται κατὰ τὸν τόπον, ἐνθα ἔτυχεν ὁ λέων τρωθείς. Καὶ ὄντος πλήθους παμπόλλου, πρόσσεισι τὸ θηρίον ἐκεῖνο, καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἀπέχεσθαι, συλλαμβάνει δὲ τὸν τρώσαντα πρὸ ἐνιαυτοῦ, καὶ τὸν θυμὸν, ὄνπερ οὖν παρὰ τὸν χρόνον τὸν προειρημένον ἐφύλαττεν, ἀθρόον ἐκχεῖ, καὶ διασπᾷ τὸ μειράκιον γνωρίσας· ἐτιμώρησε δὲ οὐδεὶς, φοβηθέντες ὄργην λέοντος ἰσχυρὰν καὶ δεινῶς ἐκπληκτικὴν· ἄλλως τε καὶ ἡ πορεία ἤπειγεν. Cf. Plinius VIII, 16, 19.

37.

Pollux V, 88, ubi de vocibus animalium : Εὖρον μέντοι ἐγὼ... ἐπὶ ἐλεφάντων στρυγύζουσιν παρὰ Ἰόβα.

38.

Hesychius : Λιβυφοίτην· τὸν ἐπιγιγνόμενον Λίβυσιν. Ἰόβας (sic Musurus. Cod. : τὸ ἐπιγιγνόμενον Λίβυσι-

sent, ex suo comitatu quispiam, quum præstanti nobilitate, tum egregia pulcritudine adolescens, rei venatoriæ peritus, leonem casu secundum viam animadversum sagitta appetens, non ab ictu directo aberravit, quin ei vulnus, non tamen mortem, intulit. Et quum expeditio acceleraretur, tum leo, vulnere excepto, statim se subduxit ; tum ille, qui vulnus ei inflixisset, una cum ceteris discessit. Anno vertente exacto, Juba rebus, ad quas cum exercitu profectus fuisset, præclare gestis, eadem via regressus est ad eum locum, ubi leo vulnus exceperat. Is sane, etsi maxima hominum multitudo erat, istuc accedens ab invadendis tamen ceteris suum impetum sustentavit : illum duntaxat, qui se anno ante læsisset, corripuit, et furorem acerbissimum, quem tamdiu, quam dixi, servasset, in illum ipsum adolescentem, quem ab aliis internosset, effudit, atque eum dilaceravit, nec illum quispiam ab hac calamitate vindicare est ausus ; sed gravissima et valde horrenda leonis ira perterrefacti, urgente etiam itineris ratione, omnes præterierunt.

37.

De elephantum voce verbum στρυγύζειν usurpatum reperi apud Jubam.

38.

Λιβυφοίτην, eum qui ad Libyes venit (Herculem), Juba dixit.

νόδας). Herculem intelligi monet vir d. ad h. l. De Hercule regum Mauritaniae proavo, v. fr. 19.

## DE ARABIA

## (ET VICINIS REGIONIBUS)

39.

Plinius H. N. VI, 26, p. 367 : *Sed priusquam hæc (sc. de Carmania ac Perside atque Arabia) generatim persequamur, indicare convenit, quæ prodit Onesicritus, classe Alexandri circumvectus in mediterranea Persidis ex India, narrata proxime a Juba : dein eam navigationem, quæ his annis comperta servatur hodie. Onesicriti et Nearchi navigatio nec (omnia) nomina habet mansionum, nec spatia : primumque Xylenopolis ab Alexandro condita, unde ceperunt exordium, juxta quod flumen aut ubi fuerit, non satis explanatur. Hæc tamen digna memoratu produntur. Arbis oppidum a Nearcho conditum in navigatione ea. Flumen Nabrum navium capax : contra insula distans LXX stad. Alexandria condita a Leonnato jussu Alexandri in finibus gentis, Argens portu salubri. Flumen Tuberum navigabile, circa quod Pasiræ. Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut viginti dierum spatio prænavigaverint. Insula, quæ Solis appellatur, et eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum non animal absumitur, incertis causis. Ori gens : flumen Carmanicæ Hytanis, portuosum et auro fertile. Ab eo primum septemtriones apparuisse adnotavere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus, nec totis unquam. Achæmenidas usque illo tenuisse. Æris et ferri metalla et arsenici et minii exerceri. Inde promontorium Carmanicæ est, ex quo in adversa ora ad gentem Arabicæ Macas trajectus distat LM passuum. Insulæ tres, quarum Oracla [Organa] tantum habitatur aquosa, a continenti XXV M. passuum. Insulæ quattuor jam in sinu ante Persida. Circa has hydri marini viciniam cubitorum adnantes terruere classem. Insula Acrotalus : item Gauratæ, in quibus Chiani gens. Flumen Hyperis in medio sinu Persico, onerariarum navium capax. Flumen Sitiogagus, quo Pasargadas septimo die navigatur. Flumen navigabile Heratemis : insula sine nomine. Flumen Granis, modicarum navium capax, per Susianen fluit : dextra ejus accolunt Deximontani, qui bitumen perficiunt. Flumen Zarotis ostio difficili, nisi peritis : insulæ duæ parvæ : inde vadosa navigatio palustri similis, per euripos tamen quosdam peragitur. Ostium Euphratis. Lacum, quem faciunt Eulæus et Tigris juxta Characem. Inde Tigri Susa. Festos dies ibi agentem Alexandrum iuenerunt septimo mense postquam digressus ab iis*

fuerat Patalis, tertio navigationis. Sic Alexandri classis navigavit.

Initio hujus loci vocem *omnia* supplevit Geier. ad Onescrit. fr. 26 (ubi v. not.); *continua* proposuerat Dodwellus. Quæ sequuntur apud Plinium de serioris ætatis juxta eandem oram navigatione item bonam partem fluxisse e Jubæ libris probabile est. Procul dubio autem Jubæ debentur quæ mox ex Nearcho Plinius affert :

Sect. 27 : *Carmanicæ oram patere duodecies centena LM. passuum Nearchus scripsit. Ab initio ejus ad flumen Sabin centum M. passuum. Inde vineas coli et arva ad flumen Andanin, XXV M. spatio.*

Sect. 28 : *Onesicritus et Nearchus ab Indo amne ad sinum Persicum, atque illinc Babylonem Euphratis paludibus, scripserunt vicies et quinquies centena M. passuum esse.*

Sect. 30 : *Euphrate navigari Babylonem e Persico mari CCCXII M. passuum tradunt Nearchus et Onesicritus. Qui vero postea scripsere, a Seleucia CCCXL mill. Juba a Babylone Characem CLXXV mill. passuum.*

Dodwellus in Dissertatione De Arriani Nearchi hæc annotat. « Vidimus hic Jubam spatia Græcorum omnia ad Romanorum milliaria redegisse. Congruè admodum, quum regnaverit ipse in regione, quæ fuerat ante illum Romana provincia, et moribus pariter Romanis et linguæ etiam assueverat. Vel hinc mihi suspectum esse fateor, rectene illum eruditi vulgo Græcis scriptoribus accenseant. Tam enim Græcis plerisque ignota fuissent Romana milliaria, quam vice versa Græcorum stadia ignorabant Romani. Prædicto Plinii loco illud etiam constat, Nearchi sententiam atque Onesicriti a Juba fuisse explicatam. Ita scilicet, ut a sui regni scriptoribus atque lectoribus intelligeretur Romanis, qui longius aberant ab ea Africæ parte, qua linguæ Græcæ usus obtinuerit. » Cf. Salmasius Exercit. Plin. p. 837. V. introductio.

39 a.

Solin. c. 60 (al. 49) : *Indis omnibus promissa cæsaries, non sine fuco cærulei aut crocei coloris. Cultus præcipuus in gemmis; nullus funerum apparatus. Præterea, ut Jubæ et Archelai regum libris editum est, in quantum mores populorum dissonant, habitus quoque discrepantissimus est. Alii lineis, alii laneis peplis vestiuntur; pars nudi, pars obscæna tantum amiculati, plurimi et flexibilibus libris circumdati. Vereor ne temere hoc l. Juba citetur.*

40.

Plinius VI, 32, p. 382 : *Sinus intimus, in quo Lea-*

*nitæ, qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra, et in sinu Læana, vel, ut alii, Ælana. Nam et ipsum sinum nostri Ælaniticum scripsere, alii Æleniticum, Artemidorus Aleniticum, Juba Læaniticum. Circuitus Arabiæ a Charace Læana colligere proditur quadragies septies centena LXX M. Juba paullo minus quadragies centenis M. putat.*

41.

Plinius VI, s. 33, p. 384 : *A sinu Ælanitico alter sinus, quem Arabes Æant vocant, in quo Heroum oppidum est. Fuit et Cambysu inter Nelos et Marchadas, deductis eo ægris exercitus. Gens Tyra, Daneon portus : ex quo navigabilem alveum perducere in Nilum, qua parte ad Delta dictum decurrit, sexagies et bis centena mill. passuum intervallo (quod inter flumen et Rubrum mare interest) primus omnium Sesostris Ægypti rex cogitavit : mox Darius Persarum : deinde Ptolemæus sequens : qui et duxit fossam latitudine pedum centum, altitudine XL, in longitudinem XXVII mill. D passuum usque ad Fontes amaros. Ultra deterruit inundationis metus, excelsiore tribus cubitis Rubro mari comperto, quam terra Ægypti. Aliqui non eam afferunt causam, sed ne immisso mari corrumpetur aqua Nili, quæ sola potus præbet. Nihilominus iter totum terendo frequentatur a mari Ægyptio, quod est triplex : unum a Pelusio per arenas, in quo nisi calami defixi regant, via non reperitur, subinde aura vestigia operiente. Alterum vero duobus mill. passuum ultra Casium montem, quod a sexaginta mill. passuum redit in Pelusiacam viam. Accolunt Arabes Autei. Tertium a Gerrho (quod Adipson vocant) per eosdem Arabes sexaginta mill. passuum propius, sed asperum montibus, et inops aquarum. Eæ viæ omnes Arsinoen ducunt, conditam sororis nomine in sinu Charandra, a Ptolemæo Philadelpho qui primus Troglodytice excussit, et amnem qui Arsinoen præfluit, Ptolemæum appellavit. Mox oppidum parvum est Aennum, pro quo alii Philoteram scribunt. Deinde sunt Azarei, ex Troglodytarum connubiis, Arabes feri. Insulæ : Sapirene, Scytala : mox deserta ad Myoshormon, ubi fons Tadnos. Mons Æas. Insula Jambe; portus multi. Berenice, oppidum matris Philadelphi nomine, ad quod iter a Copto diximus. Arabes Autei et Gebadei. Troglodytice, quam prisci Michoen, alii Midoen dixere. Mons Pentedactylos : insulæ Stenæ Deiræ aliquot, Halonnesi non pauciores : Cardamine, Topazos, quæ gemmæ nomen dedit. Sinus insulis refertus : ex iis quæ Mareu vocantur, aquosæ : quæ Eratonos, sitientes. Regum ii præfecti fuere. Introrsus Candei, quos Ophiophagos vocant, serpentibus vesci assueti, neque alia*

*regio fertilior earum. Juba, qui videtur diligentissime prosecutus hæc, omisit in hoc tractu (nisi si exemplarium vitium est) Berenicen alteram, quæ Panchrysos cognominata est : et tertiam, quæ Epidires, insignem loco. Est enim sita in cervice longe procurrente, ubi fauces Rubri maris VII mill. D passuum ab Arabia distant. Insula ibi Cytis, topazium ferens et ipsa.*

42.

Idem VI, s. 34, p. 386 : *Insula Diodori et alia desertæ : per continentem quoque deserta : oppidum Gaza, promontorium et portus Mossylicus, quo cinnamomum devêhitur. Hucusque Sesostris exercitum duxit... A Mossylico promontorio Atlanticum mare incipere vult Juba, præter Mauritania suas Gadeis usque navigandum Coro. Cujus tota sententia hoc in loco subtrahenda non est. A promontorio Indorum, quod vocatur Lepteacra, ab aliis Drepanum, proponit recto cursu præter Exustam, ad Malchu insulam quindecies centena mill. passuum esse. Inde ad locum, quem vocant Sceneos, CCXXV M. Inde ad insulam Adanu, centum quinquaginta mill. passuum. Sic fieri ad apertum mare decies octies centena LXXV mill. passuum. Reliqui omnes propter solis ardorem navigari posse non putaverunt. Quin et commercia ipsa infestant ex insulis Arabes Ascitæ appellati, quoniam bubulos utros binos sternentes ponte piraticam exercent sagittis venenatis. Gentes Troglodytarum idem Juba tradit Therothoas a venatu dictos, miræ velocitatis : sicut Ichthyophagos, natantes seu maris animalia : Bargas, Zageras, Chalybas, Saxinas, Syrecas, Daremas, Domozones. Quin et accolæ Nili a Syene non Æthiopum populos sed Arabum esse dicit usque Merden. Solis quoque oppidum, quod non procul Memphi in Ægypti situ diximus, Arabas conditores habere. Sunt et qui ulteriorem ripam Æthiopiæ auferant, annectantque Africæ; ripas autem incolere propter aquam. Nos relicto cuique intelligendi arbitrio, oppida quo traduntur ordine utrinque ponemus.*

Recenset Plinius urbes in Arabiæ latere ex Bione. Deinde pergit :

*Juba aliter : Oppidum in monte Megatichos, inter Ægyptum et Æthiopiam, quod Arabes Myrson vocavere. Deinde Tacompson, Aranium, Sesanium, Piden, Mamuda, Corambin, juxta eam bituminis fontem : Hammodara, Prosda, Parenta, Mama, Tessara, Gallas, Zoton, Graucomen, Emeum, Piddibotas, Hebdomecontacometas, Nomadas in tabernaculis viventes : Cysten, Pemmam, Gadaga-*

len, Paloin, Primin, Nupsin, Daselin, Patin, Gambreves, Magasen, Segasmala, Cranda, Denna, Cadeuma, Thena, Batha, Alana, Macum, Scaminos, Goram in insula : ab iis Abala, Androcalini, Seren, Mallos, Agocen.

Ex Africæ latere tradita sunt eodem nomine Tacompsos altera, sive pars prioris, Magora, Sea, Edosa, Pelenaria, Pyndis, Magusa, Bauma, Linitima, Spintum, Sydopta, Gensora, Pindictora, Agugo, Orsima, Suasa, Maumarum, Urbim, Mulou, quod oppidum Græci Hypaton vocarunt : Pagoargas, Zamnes, unde elephantum incipiant : Mamblia, Berresa, Cetuma. (Fuit quondam et Epis oppidum contra Meroen, antequam Bion scriberet, deletum.)

43.

Plinius II. N. V, s. 10, p. 316 : Ditionis Ægypti (Nilus) esse incipit a fine Æthiopiæ Syene : ita vocatur peninsula mille passuum ambitu, in qua Castra sunt latere Arabiæ : et ex adverso insulæ IV Philæ, DC M. passuum a Nili fissura, unde appellari diximus Delta. Hoc spatium edidit Artemidorus, et in eo CCL oppida fuisse : Juba CCCC M. passuum.

44.

Idem VI, 27, s. 31, p. 377 : Charax oppidum Persici sinus intimum, a qua Arabia Eudæmon cognominata excurrit, habitatur in colle manu facto inter confluentes ; dextra Tigrin, læva Eulæum, III mill. passuum laxitate. Conditum est primum ab Alexandro Magno : qui colonis ex urbe regia Dirine (quæ tum interit) deductis, militumque inuitibus ibi relictis, Alexandriam appellari iusserat : pagumque Pellæum, a patria sua, quem proprie Macedonum fecerat. Flumina id oppidum expugnare. Postea Antiochus restituit, quintus regum, et suo nomine appellavit. Iterumque infestatum Pasines Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, quem Juba satrapen Antiochi fuisse false tradit, oppositis molibus restituit : nomenque suum dedit, e munito situ juxta, in longitudinem III mill. passuum, in latitudinem paulo minus. Prius fuit a litore stadiis decem, et maritimum etiam ipsa inde portum habuit : Juba vero prodente, L M pass. Nunc abesse a litore CXX M. legati Arabum nostrique negotiatores, qui inde venere, affirmant. Nec ulli in parte plus aut celerius proficere terra fluminibus invecitæ. Magis id mirum est, æstu longe ultra id accedente non repercussas. Hoc in loco genitum esse Dionysium, terrarum orbis situs recentissimum auctorem, constat, quem ad commentanda omnia in Orientem

præmisit Divus Augustus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res majore filio. Non me præterit, nec sum oblitus, sui quemque situs diligentissimum auctorem visum nobis in introitu hujus operis. In hac tamen parte arma Romana sequi placet nobis, Jubamque regem, ad eundem Caium Cæsarem scriptis voluminibus de eadem expeditione Arabica.

De Dionysio hoc Characeno aliunde parum constat. V. Bernhardy. ad Dionys. Perieg. p. 495.

45.

Idem VI, s. 31, p. 380 : Insula Asgilia ; gentes : Nocheti, Zurachi, Borgodi, Cataræi, Nomades. Flumen Cynos. Ultra navigationem incertam ab eo latere propter scopulos tradit Juba, prætermissa mentione oppidi Omanorum Batrasabbes, et Omanæ, quod priores celebrem portum Carmanire fecere ; item Omnæ et Athanæ quæ nunc oppida maxime celebrari a Persico mari nostri negotiatores dicunt. A flumine Canis, ut Juba tradit, mons adusto similis. Gentes Epimaranitæ ; mox Ichthyophagi.

Sequuntur quæ de animalibus, plantis, gemmis harum regionum ex Jubæ voluminibus citantur.

46.

Idem XXXII, s. 4, p. 317 : Juba in his voluminibus, quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium de Arabia, tradit mitulos marinos ternas heminas capere. Cetos sexcentorum pedum longitudinis, et trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, pinguique ejus mercatores negotiatos, et omnium piscium adipe camelos perungi in eo situ, ut asilos ab his fugent odore.

47.

Idem VIII, 13, 13, p. 61 : Generat eos (dracones, a quibus elephantum expetuntur) et Æthiopia Indicis pares, vicenum cubitorum. Id modo mirum unde cristatos Juba crediderit. Asachæi vocantur Æthiopes apud quos maxime nascuntur. Narratur in maritimis eorum quaternos quinqueque inter se crathum modo implexos, erectis capitibus velificantes ad meliora pabula Arabiæ vehi fluctibus.

48.

Idem XXXI, s. 15, p. 288 : Juba in Troglodytis lacum, insanum malefica vi appellatum, ter die fieri amarum salsumque, ac deinde dulcem, totiesque etiam noctu, scatentem albis serpentibus vicenum cubitorum. Idem in Arabia fontem exsi-

lire tanta vi, ut nulla mora pondus impactum respuat.

49.

Plinius VIII, s. 45, p. 78 : *Hominum sermones imitari et mantichoram in Æthiopia auctor est Juba.*

50.

Idem XII, s. 34, p. 273, de myrrhæ arbore : *Folium oliuæ, verum crispus, et aculeatum; Juba olusatris.*

51.

Idem XII, s. 31, p. 270, de thuris arboribus : *Juba rex, iis voluminibus quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium ardentem fama Arabiæ, tradit contorti esse caudicis, ramis aceræ maxime Pontici, succum amygdalæ modo emittere : talesque in Carmania apparere, et in Ægypto satas studio Ptolemæorum regnantium. Cf. Solinus c. 33, p. 45.*

52.

Idem XII, s. 40, p. 276 : *Peregrinos ipsa (sc. Arabia) mire odores et ad exteros petit. Tanta mortalibus suarum rerum satietas est, alienarumque aviditas... Petunt igitur in Elymæos arborem bratum... Petunt et in Carmanos arborem strobium ad suffitus, perfusam vineo palmeo accendentes. Hujus odor redit a cameris ad solum jucundus, sed aggravans capita, citra dolorem tamen. Hoc somnum ægris quærent. His commerciis Carrhas oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. Inde Gabbam omnes petere solebant, dierum viginti itinere, et Palæstinam Syriam : postea Characem peti cœptum ac regna Parthorum ex ea causa, auctor est Juba. Mihi ad Persas etiam prius ista portasse quam in Syriam aut Ægyptum videntur, Herodoto teste, qui tradit singula millia talentum thuris annua pensitasse Arabes regibus Persarum.*

53.

Idem XIII, s. 7, p. 293 : *Et in Arabia languide dulces traduntur esse palmæ : quanquam Juba apud Scenitas Arabes præfert omnibus saporibus, quam vocant Dablan.*

54.

Idem XIII, s. 9, p. 296, de palmulis Thebaidis et Arabiæ : *Thebaidis fructus extemplo in cados conditur cum sui ardoris anima : ni ita fiat, celeriter exspirat : marcescitque non retostus furnis. Ex*

*reliquo genere plebeicæ videntur. Syri et Juba tragemata appellant.*

55.

Idem XV, s. 28, p. 54 : *Juba auctor est quinquagenum cubitorum altitudine in Arabia esse eas (unedones arbores).*

56.

Idem XIII, s. 2, p. 314 : *Juba tradit circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari Isidis crinem, corallio similem, sine foliis præcisum mutato colore in nigrum durescere : quum cadat, frangi. Item, alium qui vocatur charitoblepharon, efficacem in amatoris : spathalia eo facere et monilia feminas : sentire eum se capi, durarique cornus modo, et hebetare aciem ferri. Quodsi fefellerint insidiæ, in lapidem transfigurari.*

57.

Idem XXV, s. 5, p. 46 : *Et Juba in Arabia herba revocatum ad vitam hominem tradit.*

58.

Idem XII, s. 22, p. 266 : *Ejusdem insulæ (Tyli) excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo quam Serum. His folia infœcunda : quæ, ni non essent, vitium poterant videri. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitas, quæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt. Arbores vocant gossympinos : fertiliore etiam Tylo minore, quæ distat XXX pass. Juba circa fruticem lanugines esse tradit, linteaque ea Indicis præstantiora. Arabiæ autem arbores, ex quibus vestes faciunt, cynas vocari, folio palmæ simili.*

59.

Idem XXXIII, s. 40 : *Juba minium nasci et in Carmania tradit, Timagenes et in Æthiopia.*

60.

Idem XXV, s. 22 : *Sandaracham et ochram Juba tradit in insula Rubri maris Topazo nasci.*

61.

Idem XXXVI, s. 46 : *In Arabia quoque esse lapidem vitri modo translucidum, quo utuntur pro specularibus, Juba auctor est.*

62.

Idem XXXVII, s. 9 : *Juba auctor est et in quadam insula Rubri maris ante Arabiam sita nasci (crystallum), quæ Necron vocetur, et*

*in ea, quæ juxta gemmam topazion ferat, cubitalemque effossam a Pythagora Ptolemæi regis præfecto.*

63.

Plinius XXXVII, s. 18 p. 112 : *Æthiopici (smaragdi) laudantur, a Copto dierum trium itinere, ut auctor est Juba, acriter virides, sed non facile puri aut concolores.*

Idem ibid. p. 113 : *Juba est auctor smaragdum, quem cholam vocant, in Arabia ædificiorum ornamentis includi, et lapidem, quem alabastriten Ægyptii vocant. Complures vero e proximo, Laconicos in Taygeto monte erui, Medicis similes, et alios in Sicilia.*

64.

Idem XXXVII, s. 32, p. 121 : *Juba Topazon insulam in Rubro mari a continente diei navigatione abesse tradit, nebulosam et ideo quæsitam sæpe navigantibus, ex ea causa nomen accepisse. Topazin enim Troglodytarum lingua significationem habere quærendi. Ex hac primum importatam Berenicæ reginæ, quæ fuit mater sequentis Ptolemæi (Philadelphi), a Philemone præfecto regis, ac mire placuisse, et inde factam statuam Arsinoæ Ptolemæi Philadelphi uxori quattuor cubitorum, sacratam in delubro, quod aureum cognominabatur.*

65.

Idem XXXVII, s. 35, p. 122 : *India... generat et Nilion, fulgore hebeti ac brevi, et quum intueare, fallaci... Juba in Æthiopia gigni tradit in litoribus amnis, quem Nilum vocamus, et inde nomen trahere.*

66.

Multi referunt Hyrcanum expeditionis (in Alexandrinos susceptæ) socium (J. Cæsari) fuisse, atque verbis meis testimonium perhibet Strabo Cappadox ex auctoritate Asinii ita dicens : « Postquam Mithridates (sc. Pergamenus; cf. Appian. Mithrid. c. 121) Ægyptum invasit, et cum eo Hyrcanus Judæorum pontifex. » Idemque ille Strabo alibi ex auctoritate Hypsicratis in hæc verba loquitur : « Mithridatem quidem solum profectum esse, Antipatrum vero Judææ procuratorem ab ipso Ascalonem accitum, cum tribus militum millibus auxilium ei tulisse, et ceteros dynastas partibus admovisse, atque expeditioni etiam Hyrcanum pontificem interfuisse. » Et hæc quidem Strabo narrat.

γεσίαις πλεονάζειν καὶ τὰ πολέμια ἀσκεῖν· ἀπάσας δ' ἐπιχεκαῦσθαι τὸν δεξιὸν μαστὸν ἐκ νηπίων, ὥστε εὐπετῶς χρῆσθαι τῷ βραχίονι πρὸς ἐκάστην χρεῖαν, ἐν δὲ τοῖς πρώτοις πρὸς ἀκοντισμόν. Χρῆσθαι δὲ καὶ τόξῳ καὶ σαγάρι καὶ πέλτῃ, δορὰς δὲ θηρίων ποιῆσθαι περίκρανά τε καὶ σκεπάσματα καὶ διαζώματα· δύο δὲ μῆνας ἐξαιρέτους ἔχειν τοῦ ἔαρος καθ' οὓς ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ πλησίον ὄρος τὸ διορίζον αὐτάς τε καὶ τοὺς Γαργαρέας.

Strabo XVII, p. 827 : Ἐνταῦθα δὲ (sc. ἐν τῇ τῶν ἑσπερίων καλουμένων Αἰθιοπῶν χώρᾳ) καὶ καμηλοπαρδάλεις φησὶν Ἰφικράτης (scr. Ὑφικράτης) γενναῖσθαι καὶ ἐλέφαντας καὶ τοὺς καλουμένους Ῥίξεις, οἱ ταυροειδεῖς μὲν εἰσι τὴν μορφὴν, κατὰ δὲ τὴν δίαίταν καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἀλκὴν τὴν πρὸς μάχην ἐλέφασιν ἐοίκασι· δράκοντάς τε λέγει μεγάλους, ὥστε καὶ πᾶν ἐπιπεφυκέναι· τοὺς τε λέοντας τοῖς πύλοις τῶν ἐλεφάντων ἐπιτίθεσθαι· αἰμάξαντας δὲ φεύγειν, ἐπιουσιῶν τῶν μητέρων· τὰς δ', ἐπειδὴν ἴδωσιν ἡμαγμένους, κτείνειν· ἐπανιόντας δὲ τοὺς λέοντας ἐπὶ τὰ πτώματα, νεκροφαγεῖν. Βόγον δὲ, τὸν βασιλέα τῶν Μαυρουσίων, ἀναβάντα ἐπὶ τοὺς ἑσπερίους Αἰθιοπίας, καταπέμψαι τῇ γυναικὶ δῶρα, καλάμους τοῖς Ἰνδιχοῖς ὁμοίους, ὧν ἕκαστον γόνυ χοίνικας χωροῦν ὀκτώ· καὶ ἀσπαράγων δ' ἐμπερῆ μεγέθη.

Stephan. Byz. v. Αἰθίοψ : « Αἰθίοπες, τοὶ διχθὰ δεδαίεται ἔσχατοι ἀνδρῶν » (Odys. I, 23). Οὐ γὰρ ἀληθὴς ὁ Ὑφικράτους λόγος, ὡς οὐδὲν εἰς οὐ λήγει παρ' Ὀμήρῳ εἰ μὴ τὸ καλαῦροψ (II. XXIII, 845).

De ætate Homeri Hypsicrates laudatur in Vit. Hom. Iriart. p. 233 : Ὑφικράτης ἡλικιώτην (Ἡσιόδου Ὀμηρον γεγονέναι φησὶν). — Præterea Diogenes Laertius VII, 188, inter eos qui Περὶ πινάκων scripserint, præter Polemonem et Antigonum recenset *Hypsicratem*, sive nostrum διὰ πολλῶν μαθημάτων γενόμενον, sive alium. — Hypsicrates quidam, qui lingua Phœnicia scripsisse perhibetur Phœnicum historiam, quam Lætus græce verterit, commemoratur apud Tatianum Adv. Gr. c. 37 (v. fragm. Læti). *Hypsicratem quempiam*

*grammaticum, cujus libri sane nobiles super his quae a Græcis accepta sunt, de inepta etymologia vocis foenerator, laudat Cloatius Verus apud Gellium N. A. XVI, 12, 5. Cf. Varro L. L. V, 88, p. 34 ed. Müller. (Cohortem in villa Hypsicrates dicit esse græce χόρτον apud poetas dictam). Paulus De signif. verb. p. 8 ed. Müller (ubi vulgo laudatur Hippocrates).*

14.

Plutarch. Cæsar. c. 63, de ostentis mortem Cæsaris portendentibus : Στράβων δὲ ὁ φιλόσοφος ἱστορεῖ πολλοὺς μὲν ἀνθρώπους διαπύρους ἐπιφερομένους φανῆναι, στρατιώτου δὲ ἀνδρὸς οἰκέτην ἐκ τῆς χειρὸς ἐκβαλεῖν πολλὴν φλόγα καὶ δοκεῖν καίεσθαι τοῖς δρωσίν, ὡς δὲ ἐπαύσατο, μηδὲν ἔχειν κακὸν τὸν ἀνθρώπον· αὐτῷ δὲ Καίσαρι θύοντι τὴν καρδίαν ἀφανῆ γενέσθαι τοῦ ἱερείου καὶ δεινὸν εἶναι τὸ τέρας· οὐ γὰρ ἂν φύσει γε συστῆναι ζῶον ἀκάρδιον.

15.

Josephus Ant. Jud. XV, 1, 2, postquam de Hierosolymis a Sosio Antonii duce expugnatis (a. 38) exposuit, pergīt : Ἀντώνιος δὲ λαβὼν αἰχμάλωτον τὸν Ἀντίγονον δέσμιον ἔγνω μέχρι τοῦ θριάμβου φυλάττειν. Ἐπεὶ δ' ἤκουσε νεωτερίζειν τὸ ἔθνος, κακὸν τοῦ πρὸς Ἡρώδην μίσους εὐνοῦν Ἀντιγόνῳ διαμένον, ἔγνω τοῦτον ἐν Ἀντιοχείᾳ πελεκίσαι· σχεδὸν γὰρ οὐδαμῶς ἡρεμεῖν ἠδύναντο Ἰουδαῖοι. Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ Στράβων ὁ Καππάδοξ λέγων οὕτως : « Ἀντώνιος μὲν Ἀντίγονον τὸν Ἰουδαῖον ἀχθέντα εἰς Ἀντιόχειαν πελεκίζει· καὶ ἔδοξε μὲν οὗτος πρῶτος Ῥωμαίων βασιλέα πελεκίσαι, οὐκ οἰηθεὶς ἕτερον τρόπον μεταθεῖναι ἂν τὰς γνώμας τῶν Ἰουδαίων, ὥστε δέξασθαι τὸν ἀντ' ἐκείνου καθεσταμένον Ἡρώδην· οὐδὲ γὰρ βασανιζόμενοι βασιλέα αὐτὸν ἀναγορεύειν ὑπέμειναν, οὕτω μέγα τι ἐφρόνουν περὶ τοῦ πρώτου βασιλέως. Τὴν οὖν ἀτιμίαν ἐνόμισε μειώσκειν τῆς πρὸς αὐτὸν μνήμης, μειώσκειν δὲ καὶ τὸ πρὸς Ἡρώδην μῖσος. » Ταῦτα μὲν ὁ Στράβων.

14.

Strabo philosophus narrat, multos homines ignitos per aerem deferri visos, calonem quendam ex manu multum flammæ effudisse visumque ardere, sed flammis cessantibus nihil habuisse mali. Ipso Cæsare immolante, hostiam corde carere visam, idque pro gravi ostento habitum, quod natura non ferat uti ullum animal sine corde sit.

15.

Antonius quum cepisset Antigonum (Judæorum regem), decreverat usque ad triumphum servare vinctum. Sed quum audiret rebus novis studere gentem, et præ Herodis odio benevolentiam erga Antigonum retinere, statuit eum

Antiochiæ securi ferendum : alioquin quiescere Judæi minime poterant. Verbis autem meis testimonium perhibet Strabo Cappadox, ita dicens : « Antonius Antigonum Judæum Antiochiam perductum securi ferit : et hic quidem Romanorum primus visus est regem securi percussisse, ratus non posse alia via flecti Judæorum animos, ut Herodem in illius locum suffectum agnoscerent : nam ne tormentis quidem adigi poterant ut eum regem appellarent ; adeo magna illis opinio erat de priore rege. Fore igitur existimavit ut memoria ejus ignominia minueretur, et odium illorum in Herodem mitigaretur. » Sic igitur Strabo narrat.

# CHÆREMOM ALEXANDRINUS.

Suidas : Διονύσιος Ἀλεξανδρεὺς, ὁ Γλαύκου υἱός, γραμματικὸς, ὅστις ἀπὸ Νέρωνος συνῆν καὶ τοῖς μέγρι Τραϊανοῦ καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν προὔστη κτλ... Ἦν δὲ καὶ διδάσκαλος Παρθενίου τοῦ γραμματικοῦ, μαθητῆς δὲ Χαιρήμονος τοῦ φιλοσόφου, ὃν καὶ διεδέξατο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Idem : Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος, φιλόσοφος περιπατητικὸς, διδάσκαλος Νέρωνος τοῦ βασιλέως ἅμα Χαιρήμονι τῷ φιλοσόφῳ.

Idem : Χαιρήμων τραγικός... Καὶ ἕτερος Χαιρήμων, γράφας Ἱερογλυφικά.

Strabo XVII, p. 806 : Ἐν δὲ τῇ Ἡλιουπόλει καὶ οἴκους εἶδομεν μεγάλους, ἐν οἷς διέτριβον οἱ ἱερεῖς· μάλιστα γὰρ δὴ ταύτην κατοικίαν ἱερέων γεγονέναι φασὶ τοπαλαιὸν, φιλοσόφων ἀνδρῶν καὶ ἀστρονομικῶν· ἐκλέλοιπε δὲ καὶ τοῦτο νυνὶ τὸ σύστημα καὶ ἡ ἀσκήσεως προεστῶς, ἀλλ' οἱ ἱεροποιοὶ μόνον, καὶ ἐξηγηταὶ τοῖς ξένοις τῶν περὶ τὰ ἱερά. Παρηκολούθει δὲ τις ἐξ Ἀλεξανδρείας ἀναπλέοντι εἰς τὴν Αἴγυπτον Αἰλίῳ Γάλλῳ τῷ ἡγεμόνι Χαιρήμων τοῦνομα, προσποιούμενος τοιαύτην τινὰ ἐπιστήμην· γελῶμενος δὲ τοπλέον, ὡς ἀλαζῶν καὶ ἰδιώτης.

Vulgo statuunt Chæremone philosophum Stoicum (fr. 4 init. et fr. 8), Neronis præceptorem, qui Dionysium scholæ successorem reliquit, eundem esse cum Chæremone, qui τῶν περὶ τὰ ἱερά ἐξηγητῆς Ælium Gallum in superiora Ægypti adscendentem comitatus est (\*). Dubius hæret Bunsenius (*Ægypt.* tom. I, p. 130). Etenim Galli comes tanquam vir stupidus vanusque perstringitur; Chæremone vero philosophus, ex quo vitam sacerdotum (\*\*\*) describit Porphyrius *De abstin.* IV, 6

(\*) *De Chæremone poeta tragico* vide Wagner. *Fragm. poet. tragg.* p. 121 sqq. Alius Chæremone (sic cod. Bamberg.; vulgo *Oircammon*), *spado Nectanebi* I, qui in labyrintho quædam refecit, laudatur apud Plinium H. N. XXXVI, c. 13 (vide Bunsen. *Ægypt.* tom. III, p. 89).

(\*\*) Alius scriptor, qui de sacerdotibus scripsisse dicitur neque aliunde notus est, apud Suidam memoratur : Χάρων (Χείρωνος *Eudocia*; Χαιρήμων?) ὁ Ναυκρατίτης. Ἱερεῖς τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τὰ ἐφ' ἐκάστου πραχθέντα, κτλ.

(fr. 4), esse dicitur ἀνὴρ φιλαλήθης καὶ ἀκριβῆς ἐν τε τοῖς στωικοῖς πραγματικώτατα φιλοσοφῆσας. Ac sane quæ Porphyrius l. l. affert, accuratum et veracem scriptorem coarguunt. Præterea etiam chronologica rationes me adducunt, ut duos Chæremones distinguere velim. Nimirum Chæremone Neronis præceptorem jure nostro statuimus vitam deduxisse ad an. 50 post Chr. (qui Neronis pueri annus decimus tertius) et ultro. Contra natales ejus qui Gallum comitatus est (an. 23 ante Chr. vel paullo post) ad annum 50 a. Chr., quod minimum est, referendæ sunt. Igitur si de eodem homine Strabo et Suidas loqui censentur, Chæremone per centum minimum annos vixisse debet. Id vero haud probabile est. Quare duos esse Chæremones distinguendos censeo. Fortasse uterque de rebus Ægyptiis scripsit, facileque fieri potest ut non ad eundem omnia, quæ c Chæremone afferuntur, pertineant. Certe notandum est Porphyrium in libris *De abstin.* l. l. laudare philosophum Stoicum, contra in *Epist. ad Anebonem* (fr. 3) de theologia Ægyptiaca ex planetarum et zodiaci rationibus derivata excitare Chæremone τὸν ἱερογραμματέα. Utrumque eundem esse censet Bunsenius, neque ego nego, quamvis minus etiam asseverare ausim.

## ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

### I.

Josephus C. Apion. I, 32 : Μετὰ τοῦτον ἐξετάσαι βούλομαι Χαιρήμονα. Καὶ γὰρ οὗτος Αἰγυπτιακὴν φάσκων ἱστορίαν συγγράφειν, καὶ προσθεὶς ταῦτ' ὄνομα τοῦ βασιλέως, ὅπερ ὁ Μανεθῶς, Ἀμενώφιν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ῥαμέσσην, φησὶν ὅτι « κατὰ τοὺς ὕπνους ἡ Ἴσις ἐφάνη τῷ Ἀμενώφει, μεμφομένη αὐτὸν ὅτι τὸ ἱερόν αὐτῆς ἐν τῷ πολέμῳ κατέσκαπται. Φριτιφάντην δὲ ἱερογραμματέα φάναι, ἐὰν τῶν τοὺς μολυσμοὺς ἔχόντων ἀνδρῶν καθάρη τὴν Αἴγυπτον, παύσασθαι τῆς πτοίας αὐτόν. Ἐπιλέξαντα δὲ τῶν ἐπισινῶν μυριάδας εἴκοσι πέντε ἐκβαλεῖν. Ἠγεῖσθαι δ' αὐτῶν γραμματέας Μωϋσῆν τε καὶ Ἰώσηπον, καὶ τοῦτον ἱερογραμματέα· Αἰγύπτια δ' αὐτοῖς ὀνόματα εἶναι, τῷ μὲν

## DE REBUS ÆGYPTI.

### 1.

Post hunc volo in Chæremone inquirere. Hic enim Ægyptiacam se scribere historiam professus, afferensque idem nomen regis quod Manethon, Amenophin, et filium ejus Ramessen, ait « Isidem in somnis Amenophi apparuisse, de eo querentem, quod templum ipsius per bellum dirutum esset. Phritiphantem vero sacrum scribam dixisse,

si de pollutis hominibus Ægyptum purgare vellet, fore ut liberetur a nocturnis terroribus. Atque ita morbidorum millia ccl collegisse et e finibus ejecisse. Duces vero eorum fuisse scribas Moysen et Josephum, atque hunc sacrorum scribam : Ægyptia vero eis nomina esse, Moysi quidem Tisithen, Josepho vero Peteseph. Hos Pelusium venisse, ibique offendisse ccclxxx millia ab Amenophi relicta, quæ in Ægyptum transferre noluerit. Cum his icto fœdere contra

Μιωῦσεϊ Τισιθὲν, τῷ δὲ Ἰωσήφῳ Πετεςήφ. Τούτους δ' εἰς Πηλούσιον ἐλθεῖν καὶ ἐπιτυχεῖν μυριάσι τριάκοντα ὀκτὼ καταλελειμμέναις ὑπὸ τοῦ Ἀμενώφιος, ἃς οὐ θέλειν εἰς τὴν Αἴγυπτον διακομίζειν. Οἷς φιλίαν συνθεμένους ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον στρατεῦσαι. Τὸν δὲ Ἀμένωφιν οὐχ ὑπομείναντα τὴν ἔφοδον αὐτῶν εἰς Αἰθιοπίαν φυγεῖν καταλιπόντα τὴν γυναῖκα ἔγχυον· ἦν κρυπτομένην ἐν τισὶ σπήλαιοις τεκεῖν παῖδα, ὄνομα Μεσσήνην, ὃν ἀνδρωθέντα ἐκδιῶξαι τοὺς Ἰουδαίους εἰς τὴν Συρίαν, ὄντας περὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ τὸν πατέρα Ἀμένωφιν ἐκ τῆς Αἰθιοπίας καταδέξασθαι. »

Quæ sequuntur num ad idem opus pertineant, an singularibus scriptis tractata fuerint, non liquet.

## 2.

Porphyrius ap. Euseb. P. E. III, 4, p. 92, B : Χαιρήμων μὲν γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι οὐδ' ἄλλο τι πρὸ τῶν ὀρωμένων κόσμων ἠγοῦνται, ἐν ἀρχῆς λόγῳ τιθέμενοι τοὺς Αἴγυπτίων, οὐδ' ἄλλους θεοὺς πλὴν τῶν πλανητῶν λεγομένων, καὶ τῶν συμπληρούντων τὸν ζωδιακὸν, καὶ ὅσοι τούτοις παρανατέλλουσι· τὰς τε εἰς τοὺς δεκανοὺς τομὰς καὶ τοὺς ὠροσκόπους καὶ τοὺς λεγομένους κραταιοὺς ἡγεμόνας, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα ἐν τοῖς ἀλμειχιακοῖς φέρεται, καὶ θεραπείαι παθῶν καὶ ἀνατολαὶ καὶ δύσεις καὶ μελλόντων σημειώσεις. Ἐώρα γὰρ τοὺς τὸν ἥλιον δημιουργὸν φαμένους καὶ τὰ περὶ τὸν Ὄσιριν καὶ τὴν Ἴσιν, καὶ πάντα τοὺς ἱερατικοὺς μύθους ἢ εἰς τοὺς ἀστέρας καὶ τὰς τούτων φάνσεις καὶ κρύψεις καὶ ἐπιτολὰς ἐλιττομένους, ἢ εἰς τὰς τῆς σελήνης αὐξήσεις καὶ μειώσεις, ἢ εἰς τὴν τοῦ ἡλίου πορείαν, ἢ τὸ

Ægyptum expeditionem factam. Amenophin autem, impetum illorum non sustinentem, in Æthiopiam fugisse, relicta uxore gravida : quam, in speluncas quasdam abditam, puerum enixam esse, nomine Messenen, eumque adultum expulisse Judæos in Syriam, numero circiter ducenta milia ; et patrem Amenophin ex Æthiopia recepisse.

## 2.

Chæremon ac ceteri nec aliud quidquam ante mundos illos, qui sub aspectum cadunt, fuisse arbitrantur, quum eos, qui ab Ægyptiis inducuntur, ipso disputationum suarum initio ponant ; nec alios agnoscunt deos, quam quæ vulgo errantia sidera vocantur, quæque zodiacum implent, adeoque quotquot in eorum vicinia oriuntur. Quibus adjiciunt suas illas in decanos sectiones, horoscopus, quique fortes ac robusti duces nuncupantur, quorum non modo nomina, sed etiam morborum et calamitatum curationes, ortusque simul et occasus, futurorumque significationes in almenichiasticis continentur. Quippe videbat enim, qui solem universi architectum dicerent, ab illis non ea tantum quæ ad Osiridem Isidemque pertinent, sed etiam quidquid sacrarum fabularum erat, partim in stellas et earum aspectus, occultationes ortusque devolvi, partim in lunæ modo crescentis, modo senescentis varietatem, partim in solis cursum, ac vel in diurnum vel in nocturnum hemisphærium, vel in Nilum ipsum fluvium, cuncta denique n res naturales, nihil in corporea mole carentes viventes-

γε νυκτερινὸν ἡμισφαίριον ἢ τὸ ἡμερινὸν ἢ τὸν γε ποταμόν· καὶ ὅλως πάντα εἰς τὰ φυσικὰ, καὶ οὐδὲν εἰς ἀσωμάτους καὶ ζώσας οὐσίας ἐρμηνεύοντας. Ὡς οἱ πλείους καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐκ τῆς τῶν ἀστέρων ἀνῆψαν κινήσεως, οὐκ οἶδ' ὅπως δεσμοῖς ἀλύτοις ἀνάγκη, ἦν εἰμαρμένην λέγουσι, πάντα καταδήσαντες, καὶ πάντα τούτοις ἀνάψαντες τοῖς θεοῖς. Οὕτω λυτῆρας τῆς εἰμαρμένης μόνους ἐν τε ἱεροῖς καὶ ξοάνοις καὶ τοῖς ἄλλοις θεραπεύουσι. Eadem denuo tangit Euseb. p. 118, D.

## 3.

Porphyrius ap. Eusebius P. E. V, 10, p. 197, D : Πάνυ δέ με θράττει, πῶς ὡς κρείττους παρακαλούμενοι ἐπιτάττονται ὡς χείρους· καὶ δίκαιον εἶναι ἀξιοῦντες τὸν θεράποντα, τὰ ἄδικα αὐτοὶ κελευσθέντες δρᾶν ὑπομένουσι· καὶ καθαρῷ μὲν μὴ ὄντι ἐξ ἀφροδισίων οὐκ ἂν καλοῦντι ὑπακούσαιεν, αὐτοὶ δὲ ἄγειν εἰς παράνομα ἀφροδίσια τοὺς τυχόντας οὐκ ὀκνοῦσι. Καὶ ἀπὸ ἐμφύχων μὲν ἀποχῆς κελεύουσι δεῖν εἶναι τοὺς προφήτας, ἵνα μὴ τοῖς ὑπὸ τῶν σωμάτων ἀτμοῖς χραίνωνται, αὐτοὶ δὲ ἀτμοῖς τοῖς ἀπὸ θυσιῶν μάλιστα δελεάζονται, καὶ νεκροῦ μὲν ἀθιγῆ δεῖν εἶναι τὸν ἐπόπτην, διὰ νεκρῶν δὲ τὰ πολλὰ ζῶων αἱ θεαγωγίαι ἐκτελοῦνται. Πολλῷ δὲ τούτων ἀλογώτερον, τὸ μὴ δαίμονι, εἰ τύχοι, ἢ ψυχῇ τεθνηκότος, αὐτῷ δὲ τῷ βασιλεῖ ἡλίῳ, ἢ σελήνῃ ἢ τινὶ τῶν κατ' οὐρανὸν, ἄνθρωπον τῷ τυχόντι ὑποχείριον ἀπειλὰς προσφέροντα ἐκφοβεῖν, ψευδόμενον, ἵν' ἐκεῖνοι ἀληθεύσωσι. Τὸ γὰρ λέγειν, ὅτι τὸν οὐρανὸν προσαράξει, καὶ τὰ κρυπτὰ τῆς Ἰσιδος ἐκφανεῖ, καὶ τὸ ἐν Ἀβύδῳ ἀπόρρητον δείξει, καὶ τὴν βᾶριν στήσει, καὶ τὰ

que naturas, ipsarum interpretatione conferri. Atque istorum etiam plerique, quod in nostra voluntate est ac potestate situm, ex siderum motu voluerunt suspensum esse, cuncta necessitate, quod ipsi fatum appellant, sic tanquam inexplicabilibus quibusdam vinculis nescio quo pacto constringentes, eademque rursus ad deorum istorum vim ac numen alligantes. Itaque non alios sive in templis sive in simulacris sive in aliis ejusmodi, quam qui fati leges solvunt, venerantur.

## 3.

Me quidem tum vehementer angī sentio, ubi mecum ipse reputo, qui fieri possit, ut quorum veluti augustiorum ac divinatorum opem imploremus, ii tamen perinde ut humiliores et deteriores obediunt : quique clientes ipsi suos æquitatem colere velint, eosdem injustis imperiis obsequi non pudeat : adeoque quum eorum vota precesque repudient, qui ad sese minus abs re venerea puri accesserint, obvios quosque tamen nefandam in venerem agere non erubescant. Porro vates illi quidem interpretesque suos rebus animatis abstinere jubent, ne corporeis exhalationibus inficiantur : sacrificiorum tamen, quæ ex animantibus fieri solent, vaporibus maxime capiuntur ; ac mortuum quidem ab sacrorum suorum inspectoribus tangi nefas esse statuunt, cæsis tamen victimis deorum evocationes partem maximam peraguntur. Quodque omnium absurdissimum est, non jam vulgari cuiquam dæmoni, aut defuncti animæ, sed ipsimet



μέλη τοῦ Ὀσίριδος διασκεδάσει τῷ Τυφῶνι, τίνα οὐχ ὑπερβολὴν ἐμπληξίας μὲν τῷ ἀπειλοῦντι, ἀ μήτε οἶδε μήτε δύναται, καταλείπει, ταπεινότητος δὲ τοῖς δεδοικόσιν οὕτω κενὸν φόβον καὶ πλάσματα, ὡς κομιδῇ παῖδες ἀνόητοι; Καίτοι καὶ Χαιρήμων ὁ ἱερογραμματεὺς ἀναγράφει ταῦτα, ὡς καὶ παρ' Αἰγυπτίους θρυλούμενα, καὶ ταῦτά φασι εἶναι καὶ τὰ τοιαῦτα βιαστικώτατα. Reliqua exscribere non vacat, quanquam nullus dubito quin ad ea quæ Chæremon narra- verat, sint referenda. Ceterum eundem locum habes ap. Theodoretum Ther. p. 48, nec non ap. Iamblich. De mysteriis.

## 4.

Porphyrus De abstin. IV, 6 : Τὰ γοῦν κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους ἱερέας Χαιρήμων ὁ στωικὸς ἀφηγούμενος, οὗς καὶ φιλοσόφους ὑπειλῆφθαί φησι παρ' Αἰγυπτίους, ἐξηγεῖται ὡς τόπον μὲν ἐλέξαντο ἐμφιλοσοφῆσαι τὰ ἱερά. Πρὸς τε γὰρ τὴν ὄλην ὄρεξιν τῆς θεωρίας συγγενὲς ἦν παρὰ τοῖς ἐκείνων ἀφιδρύμασι διαιτᾶσθαι παρεῖχέν τε αὐτοῖς ἀσφάλειαν μὲν ἐκ τοῦ θεοῦ σεβασμοῦ, καθάπερ τινὰ ἱερά ζῶα, πάντων τιμώντων τοὺς φιλοσόφους ἡρεμαίους δὲ εἶναι, ἅτε τῆς ἐπιμιξίας κατὰ τὰς πανηγύρεις καὶ τὰς ἑορτὰς συντελουμένης μόνον, τὸ δὲ λοιπὸν σχεδὸν ἀβάτων ὄντων τοῖς ἄλλοις τῶν ἱερῶν ἀγνεύσαντας γὰρ ἔδει προσίεναι καὶ πολλῶν ἀποσχομέ-

νους, καὶ τοῦτο ὡς περ κοινὸς τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερῶν θεσμός ἐστιν. Ἀπειπάμενοι δὲ πᾶσαν τὴν ἄλλην ἐργασίαν καὶ πόρους ἀνθρωπίνους, ἀπέδοσαν ὅλον τὸν βίον τῇ τῶν θεῶν θεωρίᾳ καὶ θεάσει· διὰ μὲν ταύτης τό τε τίμιον καὶ ἀσφαλὲς καὶ εὐσεβὲς ποριζόμενοι, διὰ δὲ τῆς θεωρίας τὴν ἐπιστήμην, δι' ἀμφοῖν δὲ ἀσκησιν ἡθῶν κεκρυμμένην τινὰ καὶ ἀρχαιοπρεπῆ. Τὸ γὰρ αἰεὶ συνεῖναι τῇ θεῷ γνώσει καὶ ἐπιπνοίᾳ, πάσης μὲν ἐξωτίθησι πλεονεξίας, καταστέλλει δὲ τὰ πάθη, διεγείρει δὲ πρὸς σύνεσιν τὸν βίον. Αἰτιότητα δὲ ἐπετίθευσαν καὶ καταστολήν, ἐγκράτειάν τε καὶ καρτερίαν, τό τε ἐν παντὶ δίκαιον καὶ ἀπλεονέκτητον. Σεμνοὺς δὲ αὐτοὺς παρεῖχε καὶ τὸ δυσεπίμιχτον· οἷγε παρὰ μὲν αὐτὸν τῶν λεγομένων ἀγνεῶν τὸν καιρὸν οὐδὲ τοῖς συγγενεστάτοις καὶ ὁμοφύλοις ἐπεμίγνυντο σχεδὸν, οὐδὲ ἄλλως θεωρούμενοι ὅτι μὴ πρὸς τὰς ἀναγκαίας συναγνεύουσι χρεῖας ἢ ἀγνευτήρια τοῖς μὴ καθαρεύουσιν ἄδυστα καὶ πρὸς ἱερουργίας ἅγια κατανεμόμενοι. Τὸν δὲ ἄλλον χρόνον ἀπλούστερον μὲν τοῖς ὁμοίοις ἐπεμίγνυντο, τῶν δὲ ἐξωτικῶν τῆς θρησκείας οὐδενὶ συνεβίου. Ἐφαίνοντο δὲ αἰεὶ θεῶν ἢ ἀγαλμάτων ἐγγύς, ἤτοι φέροντες ἢ προηγούμενοι καὶ τάσσοντες μετὰ κόσμου τε καὶ σεμνότητος· οἷον ἕκαστον οὐ τυφὸς ἦν, ἀλλὰ τινος ἐνδειξίς φυσικοῦ λόγου. Τὸ δὲ σεμνὸν καὶ τοῦ καταστήματος ἐωρᾶτο. Πορεία τε γὰρ ἦν εὐτακτος καὶ βλέμμα καθεστηκὸς ἐπετηδεύετο, ὡς ὅτε βουλθθεῖεν μὴ σκαρδαμύττειν· γέλως δὲ σπάνιος, εἰ δὲ που γένοιτο, μέχρι μειδιάσεως

soli, siderum principi, lunæ reliquisque iis cælestibus homo quivis e populi sæce obnoxius minas intentat, atque ut eos ad vera dicenda compellat, falsum vanumque terrorem ostendit. Nam futurum denuntiare, uti vel cælum ipsum quatiat, vel Isis arcana patefaciat, vel quod Abydi occultum latet dictuque nefas est, in lucem proferat, vel Ægyptiacæ navis cursum inhibeat, vel in Typhonis gratiam Osiridis membra disjiciat : quidnam, obsecro, vel summum ad stuporem atque vecordiam ista quæ neque novit neque efficere potest comminanti, vel numinibus, quæ fictitius iste et inanis terror leviculorum pusionum more percelsat, summam ad humilitatem reliquum fecit? Et tamen hæc omnia Chæremon, sacer ille scriba, tanquam Ægyptiorum omnium pridem ore jactata conscripsit, quæ quidem uti ejusdem quoque generis cetera, ad vim diis afferendam potentissima esse dicuntur.

## 4.

De sacerdotibus Ægyptiis scribens Chæremon Stoicus, quos apud eos existimari etiam philosophos inquit, templa sibi ipsos refert elegisse, in quibus degerent ac philosopharentur. Quippe et ad universam contemplationis deorum appetitionem cognatum esse videbatur, ut ad simulacra eorum assiderent; et id tum securos ipsos reddebat ex divina veneratione, quum omnes quasi sacra quædam animalia philosophos honore prosequerentur : tum quietem ipsis afferebat, quum in celebritatibus tantummodo versandum cum aliquibus ipsis esset : reliquo vero fere tempore templorum aditus aliis non pateret : eo quod ad ea accedere aliter non possent, nisi caste se gessissent a

multisque aliis abstinuissent. Hæc siquidem quasi communis quædam templorum Ægypti lex est. Omnibus autem hi opificiis laboribusque humanis repudiatis, totam vitam suam deorum et contemplationi et inspectioni dedicarunt : ex inspectione enim honorem, tutelam et timorem : ex contemplatione scientiam, ex utrisque abditam quandam et quæ priscam dignitatem deceret, morum exercitationem sibi comparabant. Nam semper in divina cognitione et affectione versari, ab omni avaritia et insolentia excludit, affectus reprimit, mentemque ad intelligentiam excitat. Parcimoniam item viclusque tenuitatem et continentiam et tolerantiam exercebant, justitiamque in omnibus et æquitatem. Venerabiles autem ex eo etiam reddebantur, quod parum admodum cum aliis versarentur. Nam in ipso castimoniam et purificationis tempore ne cum maxime quidem sibi cognatis et consortibus consuescebant; neque alias conspiciabantur nisi quum necessarii simul abstinentium usus requirerent : quippe quum penetralia impuris et non purgatis hominibus inaccessa, et ad sacrificandum sancta incolerent. Reliquo omni tempore liberius una cum similibus sui degebant; cum ceteris vero religionis expertibus commercium nullum habebant. Semper autem prope deos deorumque statuas vel ferre aliquid vel præsidere vel constituere cum modestia et gravitate spectabantur. Idque non fastus alicujus, sed naturalis rationis indicium erat. Nam gravitatem venerabilem etiam ex habitu ipso præ se ferebant. Incessus enim erat moderatus, aspectus sedatus, ut quandocumque voluissent, oculis minime nictarentur : risus admodum rarus atque ejusmodi, ut non ultra vultus

αἰὶ δὲ ἐντὸς τοῦ σχήματος χεῖρες. Καὶ σύμβολόν γε ἦν ἐκάστῳ τῆς τάξεως ἐμφαντικόν, ἣν ἔλαχεν ἐν τοῖς ἱεροῖς· πλείους γὰρ ἦσαν αἱ τάξεις. Δίαιτα δὲ λιτὴ καὶ ἀφελής· οἴνου μὲν γὰρ οἱ μὲν οὐδ' ὄλωσ, οἱ δὲ ὀλίγιστα ἐγεύοντο, νεύρων αἰτιώμενοι βλάβας καὶ πλήρωσιν κεφαλῆς, ἐμπόδιον εἰς εὐρεσιν· ἀφροδισίων τε ἔφασαν αὐτὸν ὀρέξεις ἐπιφέρειν. Ταύτη δὲ καὶ τῶν ἄλλων εὐλαβῶς εἶχον. Ἄρτοις μὲν οὐδὲ ὄλωσ ἐν ταῖς ἀγνεῖαις χρώμενοι, εἰ δὲ ποτε μὴ ἀγνεύοιεν, σὺν ὑσώπῳ κόπτοντες ἦσθιον. Τὸ πολὺ γὰρ αὐτοῦ τῆς δυνάμεως καθαιρεῖν ἔφασαν τὸν ὑσσωπον. Ἐλαίου δ' ἀπείχοντο μὲν ὡς τὸ πολὺ, οἱ πλείστοι δὲ καὶ παντελῶς, εἰ δὲ πού μετὰ λαχάνων χρῆσαιντο, παντελῶς ὀλίγῳ, καὶ ὅσον παρηγορῆσαι τὴν αἴσθησιν.

Cap. 7. Τῶν μὲν οὖν ἐκτὸς Αἰγύπτου γιγνομένων βρωμάτων τε καὶ ποτῶν οὐ θέμις ἦν ἀπτεσθαι. Πολύς τις οὕτω τρυφῆς ἀπεκέκλειστο τόπος. Τῶν δὲ κατ' αὐτὴν τὴν Αἰγύπτου ἰχθύων ἀπείχοντο πάντων, καὶ τετραπόδων ὅσα μώνυχα ἢ πολυσχιδῆ ἢ μὴ κερασφόρα, πτηνῶν δὲ ὅσα σαρκοφάγα· πολλοὶ δὲ καθάπαξ τῶν ἐμφύχων· καὶ ἐν γε ταῖς ἀγνεῖαις ἅπαντες, ὅποτε μὴδ' ὦρον προσίεντο. Καὶ μέντοι καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ἀσυκοφάντητον ἐποιοῦντο παραίτησιν· οἷον τῶν βοῶν τὰς θηλείας παρητοῦντο, τῶν δ' ἄρρένων ὅσα δίδυμα ἢ κατάσπιλα ἢ ἑτερόχροα ἢ παραλλάσσοντα τῇ μορφῇ ἢ δεδαμασμένα, ὡς ἤδη καθωσιωμένα τοῖς πόνοις, καὶ τιμωμένοις ἐμφορῇ, ἢ κατ' ὄντιν οἷον ἀπεικασμὸν

ἐξείη (ἐξίη Reisk.), ἢ ἑτερόφθαλμα ἢ πρὸς ἀνθρωπεῖαν ἐμφέρειαν νεύοντα. Μυρίαι δ' ἄλλαι παρατηρήσεις καὶ τῆς περὶ αὐτὰ τέχνης τῶν καλουμένων μοσχοσφραγιστῶν, ἄχρι συντάξεων προάγουσαι βιβλιακῶν. Περιεργότερον δ' ἔτι περὶ τὰ πτηνὰ, οἷον τρυγόνα μὴ ἐσθίειν· ἰέραξ γὰρ, ἔφασαν, πολλαχῆ τὸ ζῶον συλλαβῶν ἀφήσιν, μισθὸν ἀποδιδούς μίξεως σωτηρίαν· ὡς οὖν μὴ λάθοιεν τοιοῦτω περιπεσόντες, ἅπαν αὐτῶν περιίσταντο τὸ γένος. Κοινὰ μὲν δὴ θρησκευαῖαι τινες αὐταί, κατὰ γένη δὲ τῶν ἱερέων διάφοροι, καὶ οἰκειαὶ καθ' ἕκαστον θεόν. Αἱ δὲ ἀγνεῖαι πάντων ἐκαθάρευον. Ὁ δὲ χρόνος οὗτος, ὅποτε συντελεῖν τι τῶν περὶ τὴν ἱεράν μέλλοιεν θρησκευαῖαν, προλαμβάνων ἡμερῶν ἀριθμὸν, οἱ μὲν δυοῖν καὶ τετραράκοντα, οἱ δὲ τούτων πλείους, οἱ δὲ ἐλάσσους, οὐδέποτε μέντοι τῶν ἑπτὰ λειπομένας, παντὸς μὲν ἐμφύχου ἀπείχοντο, παντὸς δὲ λαχάνου τε καὶ ὄσπριου, πρὸ δὲ πάντων ἀφροδισίων ὀμιλίας γυναικείας· ἄρρενος μὲν γὰρ οὐδὲ τὸν ἄλλον χρόνον μετείχον. Τρεῖς δὲ τῆς ἡμέρας ἀπελούοντο ψυχρῶ, ἀπὸ τε κοίτης καὶ πρὸ ἀρίστου καὶ πρὸς ὕπνον. Εἰ δὲ πότε συμβαίη καὶ ὄνειρώττειν, παραχρῆμα ἀπεκάθαιρον λουτρῶ τὸ σῶμα. Ψυχρῶ μὲν οὖν καὶ κατὰ τὸν ἄλλον ἐχρῶντο βίον, οὐ μὴν οὕτως ὑπερβάλλον. Κοίτη δὲ αὐτοῖς ἐκ τῶν σπαδικῶν τοῦ φοίνικος, ἧς καλοῦσι βάϊς, ἐπέπλεκτο. Ξύλινον δὲ ἡμικυλίνδριον εὖ λελεασμένον ὑπόθημα τῆς κεφαλῆς· ἦσκουν δὲ δίψαν καὶ πείναν, καὶ ὀλιγοσιτίαν παρὰ πάντα τὸν βίον.

hilaritatem progredere: semper autem intra indumentum manus continebantur. Quin nota etiam erat singulis, quæ ordinem ac statum ejusque (plures enim erant) significaret, quem in templis sortitus unusquisque fuerat. Victu tenui ac simplici utebantur. Vini enim alii nihil omnino, alii paucissimum adhibebant, ob nervorum læsionem quam inferret, capitisque repletionem, quæ contemplationi esset impedimento: tum quia venereorum appetitiones incitaret. Unde etiam in ceteris assumendis caute admodum se gerebant: panem enim in castimoniis nunquam gustabant; quando vero abstinentiæ tempus non erat, cum hyssopo contusum edere consueverant: hyssopum enim vim ejus majori ex parte obtundere aiebant. Oleo plerumque omnes, plerique autem semper abstinebant: quodsi quispiam cum oleribus eo aliquando utebatur, id admodum paucum adhibebat, quantum tantummodo sensum mitigare aliquantulum posset.

Cap. 7. Ea porro quæ extra Ægyptum nascebantur esculenta et potulenta, attingere ipsis fas non erat: atque ita multum luxui locum exclusum habebant. Ab omnibus vero qui in Ægypto erant pisces, abstinebant, ab omnibus item quadrupedibus, quæ solipeda aut multifida aut non cornuta essent: a volucribus etiam, quæ carnibus vescerentur. Multi ab omnibus quoque prorsus animalibus, et in purificationibus omnes abstinebant; quippe quum ne ova quidem tunc ulla sibi esse edenda censerent. Quin etiam aliorum quoque multa ac sycophantica fere apud ipsos observatio erat. Feminas enim ex bobus in esu repudiabant: mares quoque si erant gemelli, si maculosi, si diversi coloris, si varii forma, si domiti jam essent, utpote qui consecrati jam essent laboribus, similesque iis quæ honorarentur: si quæcumque alla effigie

quippiam representarent, si uno tantum oculo essent præditi, si ad humanam similitudinem tenderent. Innumerabiles aliæ observationes sunt, quæ ad eorum artem spectant, qui μοσχοσφραγισταί, id est vitularii seu vitulorum obsignatores, appellantur: quæ ad librorum usque compositiones processerunt. Id quod curiosius etiam circa volucres faciunt. Nam turturem, ut verbi causa hoc referam, sibi non esse comedendam putant. Accipitrem enim aiunt sæpe, ubi eam avem comprehendit, incolumem dimittere, pro mercede concubitus salute condonata. Ne igitur in ejusmodi aliquam ex ipsis incidant, sibi toto earum genere interdicendum consueverunt. Ac hi quidem communes omnibus cultus erant: alii pro sacerdotum genere diversi et singulis diis accommodati. Castimoniæ autem et purificationes in omnibus observabantur. Tempus earum erat, quum aliquid in sacro cultu erant operaturi, numero dierum præfinitum, quandoque duorum et quadraginta, quandoque plurium aut pauciorum: ita tamen ut nunquam a septenario deficeret. Tunc ab omnibus animatis abstinebant; ab omni oleribus et legumine, in primis vero a congressu venereo mulieris: nam maris consuetudinem alio etiam omni tempore evitabant. Ter in die lavabantur frigida, quum cubitu surrexerant, quum pransuri erant, quum cubitum ibant. Si forte autem contigisset, ut seminis fusione in somniis polluerentur, confestim lavacro corpus expiabant. Frigido sane lavacro in reliqua vita etiam, non ita tamen frequenter utebantur. Cubile ipsis ex palmarum virgultis, quas appellant *bais*, intextum erat. Ligneus autem semicylindrus apte lævigatus capiti subjiciebatur. Sitim et famem et parcum victum toto vitæ tempore exercebant.

Cap. 8 : Μαρτυρία δ' αὐτῶν τῆς ἐγκρατείας, ὅτι μήτε περιπάτοις ἢ αἰώραις χρώμενοι διήγον ἄνοσοι, καὶ πρὸς μετρίαν ἰσχὺν εὐτονοί. Πολλὰ γοῦν κατὰ τὰς ἱερουργίας ἐνεδέχοντο βάρη, καὶ ὑπηρετήματα τῆς κοινῆς ἰσχύος μείζω. Διήρουν δὲ νύκτα μὲν εἰς ἐπιτήρησιν οὐρανίων, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀγιστεῖαν, ἡμέραν δὲ εἰς θεραπείαν τῶν θεῶν, καθ' ἣν ἢ τρίς ἢ τετράκις, κατὰ τὴν ἑω καὶ τὴν ἑσπέραν μεσουρανοῦντά τε τὸν ἥλιον καὶ πρὸς δύσιν καταφερόμενον, τούτους ὑμνοῦντες· τὸν δὲ ἄλλον χρόνον πρὸς θεωρήμασιν ἦσαν ἀριθμητικοῖς τε καὶ γεωμετρικοῖς, ἐκπονοῦντες ἀεὶ τι, καὶ προσεξευρίσκοντες, συνόλως τε περὶ τὴν ἐμπειρίαν καταγιγνώμενοι. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν ταῖς χειμερίοις ἐπετήδευον νυξί, φιλολογία προσαγρυπνοῦντες, ἅτε μήτε πορισμοῦ ποιούμενοι φροντίδα, δεσπότης τε κακοῦ τῆς πολυτελείας ἐλευθεριάζοντες. Ὁ μὲν δὴ πόνος ὁ ἀτρυτός τε καὶ διηνεκῆς καρτερίαν ἀπομαρτυρεῖ τοῖς ἀνδράσι, τὸ δὲ ἀνεπιθύμητον, ἐγκρατεῖαν. Οἱ γὰρ ἐν τοῖς ἀσεβεστάτοις ἐτίθεντο πλεῖν ἀπ' Αἰγύπτου, διευλαβούμενοι ξενικὰς τρυφὰς καὶ ἐπιτηδεύματα· μόνοις γὰρ ὄσιον ἐδόκει τοῖς κατὰ τὰς βασιλικὰς χρεῖας ἀπηναγκασμένοις. Πολὺς δὲ καὶ τούτοις ἦν λόγος ἐμμεῖναι τοῖς πατρίοις. Μικρὰ δ' εἰ καταγνωσθεῖεν παραβαίνοντες, ἀπηλαύνοντο. Καὶ τὸ μὲν κατ' ἀλήθειαν φιλοσοφοῦν ἐν τε τοῖς προφήταις ἦν καὶ ἱεροστολισταῖς καὶ ἱερογραμματεῦσιν, ἔτι δὲ ὠρολόγοις. Τὸ δὲ λοιπὸν τῶν ἱερέων τε καὶ παστοφόρων καὶ νεωκόρων πλῆθος καὶ ὑπουργῶν θεοῖς, καθαρεύει μὲν ὁμοίως, οὗτι γὰρ μὴν μετ' ἀκριθείας καὶ ἐγκρατείας τοσσησδε. Τοιαῦτα μὲν τὰ κατ' Αἰγυπτίους ὑπ' ἀνδρὸς φιλαλήθους τε καὶ ἀκριβοῦς ἐν τε τοῖς στωικοῖς πραγματικώτατα φιλοσοφῆσαντος μεμαρτυρημένα.

Eadem tradit Hieronymus Adv. Jovin. II, 13.  
« Philonem Judæum illa quæ de Therapeutis

Cap. 8. Continentiæ siquidem eorum illud est, quod licet nullis neque deambulationibus neque gestationibus uterentur, non solum absque morbis vitam traducerent, verum etiam ita valide, ut moderatæ etiam ad labores vires suppetere: quippe quum onera in sacrorum operationibus sustinerent, atque ministeria obirent, quæ majora esse viderentur, quam ut communibus viribus convenirent. Noctem in cœlestium observationem et quandoque in sanctificationem dividebant. Diem in deorum cultum distribuebant, in quo ter vel quater, mane et vesperi, et quum medium cœlum sol percurreret et quum ad occasum ferretur, hymnos in honorem eorum decantabant. Reliquo tempore contemplationibus arithmetiis et geometricis vacantes semper aliquid elaborabant atque excogitabant, in universumque in experientia versabantur. Eadem exercitatione uti in hiemalibus etiam noctibus consueverant studio literarum invigilantes, utpote qui neque proventus alicujus curam ullam haberent, et a servitute molestæ dominæ luxuriæ liberi essent. Labor sane indefatigabilis et assiduus tolerantiam, cupiditatum omnium vacuitas continentiam hominum manifestat; quippe qui quum peregrinos mores et luxus evitarent, discedere ab Ægypto impium maxime esse cense-

disputat, sumpsisse a Chæremone, mutatis quibusdam, e fragmine hoc colligebat Jablonski. Vide La Crozii Thes. Ep. I, p. 180. » RHOER.

#### ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ.

Tzetzes Hist. V, 403 : Ὡς δ' ὁ Αἰγύπτιος ἱερογραμματεὺς Χαιρήμων ἔδειξεν ἐν διδάγμασι τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὁ φοῖνιξ ἔξ τοῖς ἔτεσι καὶ ἑπτακισχίλιοις θνήσκει παραγενόμενος ἐν τόποις τοῖς Αἰγύπτου.

Cf. Fragm. Chronolog. p. 191.

#### ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΟΜΗΤΩΝ.

Origenes C. Celsum I, 51 : Ἀνέγνωμεν δ' ἐν τῷ Περὶ κομητῶν Χαιρήμονος τοῦ στωικοῦ συγγράμματι τὴν τῶν κομητῶν ἑσθ' ὅτε καὶ ἐπὶ χρηστοῖς ἐσομένοις κομηταὶ ἀνέτειλαν, καὶ ἐκτίθεται τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν. Seneca Qu. N. VII, 5 : *Charimander (Chæremone?) quomodo in eo libro quem De cometis composuit, ait Anaxagoræ visum grande insolitumque cælo lumen magnitudine trabis, et id per multos dies fulsisse.*

#### DE SCRIPTO GRAMMATICO.

Apollon. Alexand. Περὶ συνδέσμων, ap. Bekk. An. p. 315, 13 : Τινές φασιν οὐ δεόντως αὐτοὺς (sc. τοὺς παραπληρωματικοὺς) συνδέσμους εἰρῆσθαι, εἶγε συνδέσεως λόγων οὐκ εἰσὶν αἴτιοι. Καὶ φησι Χαιρήμων ὁ στωικὸς, ὡς κατὰ τι εἶησαν ἂν σύνδεσμοι· σύνδεσμον γὰρ φησι καλεῖσθαι καὶ αὐτὴν φωνὴν [καὶ τὸ ἐξ αὐ]τῆς δηλούμενον, ᾧ λόγῳ καὶ τὰ ἡμέτερα σχήματα, κτλ.

rent. Solis enim iis id licere videbatur, qui negotia regia tractare essent coacti: quibus tamen ipsis patriorum institutorum tanta erat cura, ut si violare ea vel paullulum fuissent deprehensi, ejicerentur. Ac vera quidem philosophandi ratio apud prophetas et sacrificos et scribas, nec non etiam horologos servabatur. Cetera vero sacerdotum et ædituorum et ministrorum multitudo pure etiam ipsa et abstinenter vivebat, non ita exacta tamen diligentia ut illi. Atque hæc sunt quæ de Ægyptiis a viro veritatis studioso et accurato, qui inter Stoicos non inaniter sed solide admodum philosophatus est, prodita memoriæ sunt.

#### DE SACRIS LITERIS.

Ut Ægyptius sacrorum scriba Chæremone monstravit in præceptis de literis sacris, Phœnix post sex annos et septies mille moritur in Ægypti veniens loca.

#### DE COMETIS.

Legimus in Chæremoneis stoici De cometis scripto, quomodo interdum etiam fausta cometæ præsignaverint, idque declarat exemplis ex historia petitis.

# SELEUCUS ALEXANDRINUS.

Σέλευκος, Ἀλεξανδρεὺς, γραμματικὸς, ὃς ἐπεκλήθη Ὀμηρικὸς, ἐσοφίστευσε δὲ ἐν Ῥώμῃ. Ἐγραψε ἐξηγητικὰ εἰς πάντα ὡς εἰπεῖν ποιητὴν. Περὶ τῆς ἐν συνωνύμοις διαφορᾶς. Περὶ τῶν ψευδῶς πεπιστευμένων. Περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν. Περὶ θεῶν βιβλία ρ', καὶ ἄλλα Σύμμικτα. Hæc Suidas.

Hic Seleucus, opinor, is est, cujus Suetonius meminit in Tiberio c. 36 : *Quum soleret (Tiberius) ex lectione quotidiana quæstiones super cœnam proponere, comperissetque Seleucum grammaticum a ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores, atque ita præparatum venire : primum a contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit.* Certe Seleucus ille, quem sæpissime laudat Athenæus, quemque celebrem istum Suidæ grammaticum esse dubium vix est, non ante Augusti tempora floruisse, patet ex Athenæo p. 21, D : Τῆς δὲ κατὰ τοῦτον (Μέμφιν) ὀρχήσεως τῆς τραγικῆς καλουμένης πρῶτος εἰσηγητῆς γέγονε Βάθυλλος Ἀλεξανδρεὺς, ὃν φησι νομίμως ὀρχήσασθαι Σέλευκος. Bathyllum Augusti æqualem fuisse constat.

Ceterum nos Seleuci mentionem facimus propterea, quod Βίους scripsisse dicitur.

## ΒΙΟΙ.

Harpocratio : Ὀμηρίδαί. Σέλευκος ἐν β' Περὶ βίων ἀμαρτάνειν φησὶ Κράττητα νομίζοντα ἐν ταῖς Ἱεροποιαῖς Ὀμηρίδας ἀπογόνους εἶναι τοῦ ποιητοῦ. Ὄνομάσθησαν γὰρ ἀπὸ τῶν δμηρῶν, ἐπεὶ αἱ γυναῖκες ποτε τῶν Χίων ἐν Διονυσίοις παραφρονήσασαι εἰς μάχην ἦλθον τοῖς ἀνδράσι, καὶ δόντες ἀλλήλοις ὄμηρα νυμφίους καὶ νύμφας ἐπαύσαντο, ὧν τοὺς ἀπογόνους Ὀμηρίδας λέγουσιν. De re v. Welcker. Cycl. p. 161. 181.

Etiam philosophorum Vitas in Βίοις tractatas esse probabile. Certe Περὶ φιλοσοφίας librum citat Diog. L. III, 109 : Γέγονε καὶ ἄλλος Πλάτων φιλόσοφος, Ῥόδιος, μαθητῆς Παναιτίου, καθά φησι Σέλευκος ὁ γραμματικὸς ἐν πρώτῳ Περὶ φιλοσοφίας.

## ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΟΛΩΝΟΣ ΑΞΟΝΩΝ.

Photius v. Ὀργεῶνες : Σέλευκος δ' ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σόλωνος ἀξόνων ὀργεῶνάς φησι καλεῖσθαι τοὺς συνόδους (συλλόγους Suid.) ἔχοντας περὶ τινὰς ἥρωας ἢ θεούς. Ἦδη δὲ μεταφέροντες καὶ τοὺς ἱερέας οὕτως καλοῦσιν· ὁ γοῦν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λυδῇ [ γ'· « Ἐνθα ] Καβάρνους θῆκεν ἀγακλέας ὀργεῶνας. » Καὶ

ὁ Αἰσχύλος ἐν Μυσοῖς τὸν ἱερέα τοῦ Καΐκου προσαγορεύων· « Ποταμοῦ Καΐκου χαῖρε πρῶτος ὀργεῶν, Εὐχαῖς δὲ σώζοις δεσπότης Παιωνίαίς. » Περὶ δὲ τῶν ὀργεῶνων γέγραφε καὶ Φιλόχορος. Eadem Suidas. Cf. Philoch. fr. 94.

## ΣΥΜΜΙΚΤΑ.

Schol. Apoll. Rhod. II, 1055 : Στυμφαλίδες δὲ λέγονται αἱ περὶ αὐτὴν (τὴν Στυμφαλίδα λίμνην) ὄρνιθες, ἃς πλωτῖδας εἶπεν Ἀπολλώνιος. Οὕτω δὲ αὐτὰς ὀνομάζει καὶ Σέλευκος ἐν Συμμίκτοις, καὶ Χάρων, αὐτοῦ τοῦ Ἀπολλωνίου γνώριμος ἐν τῷ Περὶ ἱστοριῶν τοῦ Ἀπολλωνίου.

Ex Συμμίκτοις fluxerint etiam hæc ap. Athenæum IV, p. 155, D : Σέλευκος δὲ Θρακῶν φησι τινὰς ἐν ταῖς συμποσίοις ἀγχόνην παίζειν, βρόχον ἀρτήσαντας ἐκ τινος ὕψους στρογγύλον, πρὸς δὲ κατὰ κάθετον προστίθεσθαι λίθον εὐπερίτρεπτον τοῖς ἐπιβαίνουσι. Διαλαγχάνειν οὖν αὐτοὺς, καὶ τὸν λαχόντα, ἔχοντα δρεπάνιον, ἐπιβαίνειν τῷ λίθῳ καὶ τὸν τράχηλον εἰς τὸν βρόχον ἐντιθέσθαι· παρερχόμενον δ' ἄλλον ἐγείρειν τὸν λίθον· καὶ ὁ κρεμάμενος, ὑποτρέχοντας τοῦ λίθου, εἰ μὴ ταχὺ φθάσας ἀποτέμῃ τῷ δρεπάνῳ, τέθηκε, καὶ οἱ ἄλλοι γελῶσι, παιδιὰν ἔχοντες τὸν ἐκείνου θάνατον (\*).

(\*) Opus Περὶ θεῶν respicit Porphyr. De abstin. II, 55 (Euseb. P. E. IV, 16, p. 155). Hinc fortasse etiam sua sumpsit Athenæus IV, p. 172, D : Πεμμάτων δὲ πρῶτόν φησι μνημανεῦσαι Πανύασιν Σέλευκος, ἐν οἷς περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίας διηγεῖται, πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων πέμματα, πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνεις, προτέρου Στησιχόρου ἢ Ἰβύκου ἐν Ἄθλοις ἐπιγεγραμμέναις εἰρηκότος. — Opus Περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν excerptis videtur Pseudo-Plutarchus, cujus superstes est Proverbiorum collectio, in qua ea maxime proverbialia attulisse se dicit, quibus Alexandrini usi essent (ἐγρῶντο). V. Schneidewin. Paræm. præf. p. XXXV. — Præterea Seleucus scripsit Γλώσσας, quas laudat Athenæus p. 50 A, 52 E, 76 F, 77 D, 114 D, 487 A, 645 D, 678 A, C; Steph. Byz. v. Βρεντήσιον. — Περὶ Ἑλληνισμοῦ Athen. p. 367 A, et 398 A (lib. ε'). Ex iisdem libris, partimque ex commentariis in Homerum hausit Athen. p. 40 C, 114 D, 188 F, 267 C, 495 C, 500 B, 658 D, 678 C, 699 E. — *Homerica* dabunt Schol. Od. α, 215. β, 190; II. α, 211. 340. 381. γ, 57. ι, 33. π, 272. 807. ω, 476; Eustath. in II. p. 225. 1024. 1179. 1271. Od. p. 1441. 1483. 1963. *Hesiodica* (cf. Mützell. De em. Theog. III, 2) schol. Hes. Opp. 94. 547. Scut. 415. Theog. 114. 160. 270. — Ap. schol. Aristophan. Thesm. 1175 : Σέλ. ἐν τῷ πρὸς Ζήνωνα προτατικῷ. Thesm. 840· Προβάλλει ὁ Ὀμηρικὸς ἐν τῷ πρὸς Πολύβιον προτατικῷ τίς ἢ Ὑπερβόλου μήτηρ. His adde Hesych. v. βούδιος, διάσχεσις, κάρβανοι, στήριον, τιάλλακτον. Photius v. σησάμην. Eudoc. p. 386. Bekk. An. p. 224, 13. 608, 17.

# THRASYLLUS MENDESIS.

Thrasyllus *Mendesius* apud Pseudo-Plutarchum in libro De fluviis tanquam auctor Θρακυκῶν et Αἰγυπτιακῶν operisque Περὶ λίθων laudatur. Quæri potest num opera illa omnino fuerint historica, an in solis fabulis ad magicas superstitiones pertinentibus se continuerint. Quid? quod scripta hæc nec non auctores, quos e solo isto De fluviis libello novimus, commentis ævi infimī deheri a multis censentur. Sed hoc quidem non satis mihi probari sæpius jam monui. Et quod Thrasyllum Mendesium attinet, quum dubium vix sit quin Plutarchus intellexerit Thrasyllum mathematicum illum, astrologum et philosophum Platonicum, qui Tiberii æqualis ac familiaris (\*), artisque magicæ magister,

(\*) Schol. Juvenal. Sat. VI, 575: *Thrasyllus multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicæ sectæ, ac deinde mathesi, quæ præcipue viguit apud Tiberium, cum quo sub honore ejusdem artis familiarissime vixit: quem postea Tiberius in insula Rhodo (a. 2 a. C.) præcipitare voluit in pelagum quasi conscium promissæ dominationis. Quem dolum quum præsensisset, fugit.*

Tacitus Annal. VI, 20: *Non omiserim præcægium Tiberii de Ser. Galba, tum consule: quem accitum et diversis sermonibus pertentatum, postremo Græcis verbis in hanc sententiam allocutus « Et tu, Galba; quandoque degustabis imperium, » seram ac brevem potentiam significans, scientia Chaldæorum artis, cujus adipiscendæ otium apud Rhodum, magistrum Thrasyllum habuit, peritiam ejus hoc modo expertus. Quoties super tali negotio consultaret, edita domus parte ac liberti unius conscientia utebatur. Is literarum ignarus, corpore valido per avia ac derupta (nam saxis domus imminet) præibat eum, cujus artem experiri Tiberius statuisset, et regredientem, si vanitatis aut fraudum suspicio incesserat, in subjectum mare præcipitabat, ne index arcani existeret. Igitur Thrasyllus iisdem rupibus inductus, postquam percunctantem commoverat, imperium ipsi et futura sollerter patefaciens, interrogatus, an suam quoque genitalem horam comperisset; quem tum annum, qualem diem haberet? Ille, positus siderum ac spatia dimensus, hæcere primo, dein pavescere, et quantum introspiceret, magis ac magis trepidus admirationis et metus, postremo exclamat, ambiguum sibi ac prope ultimum discrimen instare. Tum complexus eum Tiberius, præscium periculorum et incolumem fore gratatur, quæque dixerat oraculi vice accipiens, inter intimos amicorum tenet.*

Dio Cass. LV, 11: Θράσυλλον ἄνδρα πάσης ἀστρολογίας διαπεφύκῳτα ἔχων Τιβέριος πάντα καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις (Caio et Lucio) πεπρωμένα ἀκριβῶς ἠπίστατο. Καὶ λόγος ἔχει ὅτι μελλήσας ποτὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλλον ἀπὸ τοῦ τείχους ὥσπερ, ἐπειδὴ μόνος αὐτῷ πάνθ' ὅσα ἐνενοεῖ συνῆδει, ὡς εἶδεν αὐτὸν σκυθρωπάσαντα, ἤρετο διὰ τί συννόφεν; εἰπόντος δὲ κίνδυνόν τινα ὑποπτεῦειν, θαυμάσας οὐκέτ' αὐτὸ ἐποίησεν. Οὕτω γάρ που πάντα ἐκείνος σαφῶς ᾔδει, ὥστε καὶ τὸ πλοῖον

anno 36 p. C. diem obiit, nihil video cur infitioris eum et peculiaria opera quæ ad magica spectant conscripsisse, et in aliis operibus sæpius ad superstitiones istas attendisse. Dein vero Ægyptiacam historiam a Thrasylo, sicuti a Ptolemæo Men-

τὸ τὴν ἀγγελίαν τῷ Τιβερίῳ τῆς ἐς Ῥώμην ἀνακομιδῆς... φέρον πόρρωθεν κατιδὼν προσπλέον, προειπεῖν αὐτῷ ἃ ἀγγέλλειν ἔμελλε.

Sueton. Tiber. c. 14: *Thrasyllum mathematicum, quem ut sapientiæ professorem contubernio admoverat, tunc maxime expertus est, affirmantem nave prævisa gaudium afferri, quum quidem illum durius et contra prædicta cadentibus rebus, ut falsum et secretorum temere conscium, eo ipso momento dum spatiatum una, præcipitare in mare destinasset.*

Suetonius August. c. 98 (a. 14 p. C.): *Ex dilectis unum, Masgabam nomine, quasi conditorem insulæ (Caprearum), κτίστην vocare consueverat (Augustus) hujus Masgabæ, ante annum defuncti, tumultum quum ex triclinio animadvertisset magna turba multisque luminibus frequentari, versum compositum ex tempore clare pronuntiavit:*

Κτίστου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.

*Conversusque ad Thrasyllum, Tiberii comitem, contra accubantem et ignarum rei interrogavit, cujusnam poetæ putaret esse: quo hæsilante subjecit alium:*

Ὅρᾶς φάσσει Μασγάβαν τιμώμενον;

*ac de hoc quoque consuluit. Quum ille nihil aliud responderet, quam, cujuscunque essent, optimos esse, cachinnum sustulit, atque in jocos effusus est.*

Idem Tiber. c. 62: *Quod nisi eum (Tiberium) et mori prævenisset, et Thrasyllus consulto, ut aiunt, differre quædam spe longioris vitæ compulisset: plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur.*

Dio Cass. LVII, 15 (an. 16 p. C.) de Tiberio: Τῷ τε Θρασύλλῳ ἀεὶ συνῶν καὶ μαντεία τινὲ καθ' ἐκάστην ἡμέραν χρώμενος.

Idem LVIII, 27: Τότε μὲν γὰρ (Papirio et Plautio coss. an. 36 p. C.) ὁ Θράσυλλος, τῷ δ' ἐπιόντι ἦρι ἐκείνος (Tiberius)... ἐτέλεύτησεν.

Tacitus Annal. VI, 22: *A filio ejusdem Thrasylli prædictum Neronis imperium in tempore memorabitur.*

Cf. præterea Porphy. Vit. Plotin. c. 20; Cramer. Anecd. Parisin. II, p. 277; Themist. Orat. XII, p. 62. 108. 145. Sevin. *Recherches sur la vie et les ouvrages de Thrasyllus*, in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* tom. X; Fabricius Bibl. Gr. tom. II, p. 518; IV, p. 2. Quæ ad mathematica et musica scripta pertinent de industria omittimus. V. Porphy. in Ptolem. Mus. p. 266 (Θρ. ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐπτὰ τόνων); Theon Smyrnæus p. 74 (Θρ. Περὶ τῆς ἐν ὀργάνῳ λέγων ἀρμονίας), 133: 137. 145; Nicomachus Gerasenus Enchirid. harmon. lib. I, p. 25; Achilles Tattus ad Arat. c. 16. 19. De nominis scriptura in codd. varia (Θράσυλλος, Θρασύλος, Θρασύλαος) v. C. Keil. Specim. onomatolog. p. 68 (Lips. 1840) et Mullach. in Democriti operum fragmentis (Berlin. 1843) p. 96.

desio, scriptam esse nescio an recte collegerim ex loco Clementis (v. fr. 3). Quæ præterea Thrasyllus de scriptis Platonis et Democriti, quæ in tetralogias divisit, et de mathematicis et musicis rebus composuit, a nobis aliena sunt.

### ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ. [ΘΡΑΚΙΚΑ.]

#### 1.

Plutarchus De fluv. 11 : Παράκεινται δ' αὐτῶ (τῶ Στρυμῶνι) ὄρη Ροδόπη καὶ Λῆμος. Οὗτοι ἀδελφοὶ τυγχάνοντες, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἀλλήλων ἐμπεσόντες, ὁ μὲν αὐτὴν Ἦραν προσηγόρευσε, ἡ δὲ τὸν ἀγαπώμενον Δία, μισοπονήρως. Οἱ δ' ἀτιμούμενοι θεοὶ τὴν πρᾶξιν βαρέως ἐνεγκόντες, εἰς δμώνυμα ὄρη μετέβαλον ἀμφοτέρους. Γεννῶνται δ' ἐν αὐτοῖς λίθω, Φιλάδελφοι λεγόμενοι, κόρακος τὴν χροάν, ἀνθρωπόμιμοι· οὗτοι τεθέντες χωρὶς ἀλλήλων, καὶ ὀνομασθέντες, διαλύονται παραχρῆμα καὶ ἰδίᾳ· καθὼς ἱστορεῖ Θράσυλλος Μενδήσιος ἐν γ' Περὶ λίθων· μέμνηται δὲ τούτων ἀκριδέστερον ἐν τοῖς Θρακικοῖς.

Postrema καὶ ὀνομασθέντες κτλ. aperte corrupta sunt : fortasse δμόσε ἴασι (vel εἰς ἐν συνίασι) καὶ ἐνωθέντες διαλύονται παραχρῆμα, καὶ ἰδίᾳ τίθενται. Natalis Comes ita vertit, quasi post ἀκριδέστερον excidisset Ἰάσων ὁ Βυζάντιος, cujus Θρακικὰ in antecedentibus a Plut. citantur. Idque non caret veri specie.

Ad aliud Thrasylli scriptum de remediis magicis pertinent ea quæ habet Plinius H. N. XXXII, 5, 19 : *Decem vero cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sint scorpiones ad eum locum coituros magi dicunt : et cum ocimo ipsos cineremve eorum percussis imponunt. Minus in his omnibus marini prosunt, ut Thrasyllus auctor est.* Nomina-

### DE LAPIDIBUS.

Adjacent Strymoni montes Rhodope et Hæmus, qui quum fratres essent, et invicem diligerent se, hic sororem suam Junonem ausus est dicere, illa vero amasium suum, Jovem, non sine impietate. Quam quum non pati possent dii, in cognomines montes utrumque transformarunt, in quibus nascuntur lapides *Philadelphæ*, id est, fratres amantes, dicti, coracino colore, humani generis imitatores, qui separatim positi illico conjunguntur, et conjuncti statim separantur, ut narrat Thrasyllus Mendesius in tertio De lapidibus, et diligentius (*Iason* ?) in Thracicis.

### DE REBUS ÆGYPTIIS.

#### 2.

Nilus Ægypti fluvius est juxta Alexandriam, qui dicebatur antea Melas a Melane, Neptuni filio, tandem vero vocatus est Ægyptus hanc ob causam. Ægyptus, Vulcani et Leucippes filius, Ægypti imperium tenuit; quum autem ob civile bellum non retrocederet Nilus, et fame premerentur indigenæ, respondit Pythius, fertilitatem tunc demum su-

tur præterea Thrasyllus in indice auct. ad lib. II. IX. XXXI.

### ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

#### 2.

Idem ib. c. 16 : Νεῖλος ποταμός ἐστὶ τῆς Αἰγύπτου, κατὰ πόλιν Ἀλεξάνδρειαν. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μέλας ἀπὸ Μέλανος τοῦ Ποσειδῶνος· ὕστερον δ' Αἴγυπτος ἐπεκλήθη δι' αἰτίαν τοιαύτην· Αἴγυπτος, Ἡφαίστου καὶ Λευκίππης παῖς, βασιλεὺς ὑπῆρχε τῶν τόπων· δι' ἐμφύλιον δὲ πόλεμον μὴ ἀναβαίνοντος τοῦ Νεῖλου, καὶ λιμῶ συνεχομένων τῶν ἐγχωρίων, ἔχρησεν ὁ Πύθιος τὴν εὐφορίαν, ἐὰν ὁ βασιλεὺς ἀποτρόπαιον θεοῖς τὴν θυγατέρα θύσῃ. Θλιβόμενος δὲ ὑπὸ τῶν κακῶν ὁ τύραννος, τοῖς βωμοῖς Ἀγανίππην προσήγαγε. Τῆς δὲ διασπασθείσης, ὁ Αἴγυπτος δι' ὑπερβολὴν τῆς λύπης ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Μέλανα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Αἴγυπτος μετωνομάσθη. Προσηγορεύθη δὲ Νεῖλος δι' αἰτίαν τοιαύτην· Γαρμαθῶνη, τῶν κατ' Αἴγυπτον βασίλισσα τόπων, ἀποβάλλουσα τὸν υἱὸν αὐτῆς, Χρυσόχοαν, ἀκμῇ ἔφηβον, μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐθρήνει συμπαθῶς τὸν προεξηρημένον. Ἴσιδος δ' αἰφνιδίως ἐπιφανείσης, τὴν λύπην πρὸς καιρὸν ὑπερέθετο, καὶ προσποιητὴν χάριν σκηψαμένη, τὴν θεὸν ὑπεδέξατο φιλανθρωπῶς. Ἡ δὲ τὴν διάθεσιν τούτων ἀμείψασθαι βουλομένη τῆς εὐσεβείας, Ὅσιριν παρεκέλευσε, ὅπως ἀγάγῃ τὸν υἱὸν αὐτῆς ἐκ τῶν καταχθονίων τόπων. Τούτου δὲ ταῖς δεήσεσι τῆς γυναικὸς συμπεριενεχθέντος, Κέρβερος, ὃν ἐνίοι καλοῦσι Φοβερόν, ὑλάκτησε· Νεῖλος δὲ, τῆς Γαρμαθῶνης ἀνὴρ, αἰφνιδίως ἐνθεὸς γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν καλούμενον Αἴγυπτον· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Νεῖλος μετωνομάσθη. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος, κυάμω παρόμοιος, ὃν ἂν κύνες ἴδωσιν, οὐχ ὑλακτῶσι· ποιεῖ δὲ πρὸς τοὺς δαιμονιζομένους· ἅμα γὰρ προστεθῆναι ταῖς ῥίσι, ἀπέρχεται τὸ δαιμόνιον. Γεννῶνται δὲ καὶ ἄλλοι

turam, quum rex averruncatricem diis natam sacrificasset. Aganippen igitur hic ad altaria duxit, miseriis et calamitatibus oppressus. Sed ea immolata, tantum animo Ægyptus dolorem concepit, ut se ipsum in fluvium Melanem præcipitem dederit, qui ab eo vocatus est Ægyptus. Sumpsit vero postea nomen Nili ea de causa. Garmathone, Ægypti regina, amisso Chrysochoa filio, nondum pubertatis annum ingresso, eum cum domesticis vehementer lugebat; quum, Iside ei subito apparente, mœrorem ad tempus remittere coacta fuerit. Deam igitur humanissime excepit, simulans præsentiam ejus sibi gratissimam esse; quæ quum debitas ejus pietati gratias reddere vellet, Osiridi præcepit, ut filium ex infernalibus locis reduceret. Eo autem ad mulieris preces se conformante, Cerberus, quem aliqui Phoberum (*Tremendum*) vocant, allatravit; unde Nilus repentino percitus furore in Ægyptum fluvium incidit, qui ab eo deinceps Nilus est vocatus. Producitur in ipso lapis, fabæ speciem referens, quem statim ac canes viderint, non allatrant. Juvat a dæmone possessos; ubi enim admotus est naribus, expellitur subito dæmonium. Reperiunturque

λίθοι, Κόλλωτες καλούμενοι· τούτους κατὰ τὴν ἀσέβειαν τοῦ Νείλου συλλέγουσαι χελιδόνες κατασκευάζουσι τὸ προσαγορευόμενον Χελιδόνιον τεῖχος· ὅπερ ἐπέχει τοῦ ὕδατος τὸν ῥοῖζον, καὶ οὐκ ἐᾷ κατακλυσμῷ φθίρεσθαι τὴν χώραν· καθὼς ἱστορεῖ Θράσυλλος ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς.

Cf. Stobæus Florileg. C, 16, qui pauca ex his excerpit citato Thrasylo. Ni fallor, postrema tantum ex Thrasylo hausta sunt, de quibus cf. Plinius H. N. X, 33, 49: *In Ægypti Heracleotico ostio molem continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt (hirundines) stadii fere unius spatium; quod humano opere perfici non posset. In eadem juxta oppidum Copton insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus vernis diebus, palea et stramentis rostrum ejus firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, ut multas in opere emori constet.*

## 3.

Clemens Strom. I, p. 145 Sylb. (p. 335 Pott.): Γίνεται ἡ ἕξοδος (sc. τῶν Ἰουδαίων) κατὰ Ἰνάχον πρὸ τῆς Σωθιακῆς περιόδου ἐξεληθόντος ἀπ' Αἰγύπτου Μωυσέως ἕτεσι πρότερον τριακοσίοις τεσσαράκοντα ε'.

Ἀπὸ δὲ τῆς Μωυσέως στρατηγίας καὶ Ἰνάχου ἐπὶ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν, τὴν δευτέραν λέγω ἐπομβρίαν, καὶ ἐπὶ τὸν Φαέθοντος ἐμπρησμόν, ἃ δὴ συμβαίνει κατὰ Κρότωπον, γενεαὶ τέσσαρες ἀριθμοῦνται εἰς μέντοι τὰ ἑκατὸν ἔτη τρεῖς ἐγκαταλέγονται γενεαί.

Ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸν Ἰδης ἐμπρησμόν καὶ τὴν εὐρησίαν τοῦ σιδήρου καὶ Ἰδαίου Δακτύλους, ἔτη ἐβδόμηκοντα τρία, ὡς φησι Θράσυλλος.

Καὶ ἀπὸ Ἰδης ἐμπρησμοῦ ἐπὶ Γανυμήδους ἀρπαγὴν, ἔτη ἐξήκοντα πέντε.

Ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν Περσέως στρατείαν ὅτε καὶ

Γλαῦκος ἐπὶ Μελικέρτη τὰ Ἰσθμια ἔθηκεν, ἔτη πεντεκαίδεκα.

Ἀπὸ δὲ Περσέως στρατείας ἐπὶ Ἰλίου κτίσιν, ἔτη τριάκοντα τέσσαρα.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν εἰσπλουν τῆς Ἀργοῦς, ἔτη ἐξήκοντα τέσσαρα.

Ἐκ τούτου ἐπὶ Θησέα καὶ Μινώταυρον, ἔτη τριάκοντα δύο.

Εἶτα ἐπὶ τοὺς ἐπτὰ ἐπὶ Θήβαις, ἔτη δέκα.

Ἐπὶ δὲ τὸν Ὀλυμπίασιν ἀγῶνα δὴ Ἡρακλῆς ἔθηκεν ἐπὶ Πέλοπι, ἔτη τρία.

Εἰς τε τὴν Ἀμαζόνων εἰς Ἀθήνας στρατείαν καὶ τὴν Ἑλένης ὑπὸ Θησέως ἀρπαγὴν, ἔτη ἑννέα.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Ἡρακλέους ἀποθέωσιν, ἔτη ἑνδεκά.

Εἶτα ἐπὶ τὴν Ἑλένης ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀρπαγὴν, ἔτη τέσσαρα.

[Εἶτα ἐπὶ τὴν Τροίας ἄλωσιν, ἔτη εἴκοσι.]

Ἀπὸ δὲ Τροίας ἀλώσεως ἐπὶ τὴν Αἰνείου κάθοδον καὶ κτίσιν Λαουινίου, ἔτη δέκα.

Ἐπὶ τε τὴν Ἀσκανίου ἀρχὴν, ἔτη ὀκτώ.

Καὶ ἐπὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη ἐξήκοντα ἑνὲς ἐπὶ τε τὴν Ἰφίτου Ὀλυμπιάδα, ἔτη τριακόσια τριάκοντα ὀκτώ.

Pro γενεαὶ τέσσαρες ἀριθμοῦνται vgo legitur γ. τεσσαράκοντα ἀρ., errore manifesto. Deinde ante verba ἀπὸ τῆς Τροίας ἀλώσεως patet lacunam esse. Quot anni supplendi sint, e reliquis numeris intelligitur. Ceterum ex hoc loco collegerunt Thrasyllum Chronica rerum Græcarum scripsisse ad exemplum Eratosthenis et Apollodori. Quod non pernego. Est tamen cur addubitaverim. Etenim annus, quo Judæos Ægypto exiisse Clemens statuit, non ab ipso Clemente, puto, computatus est, sed ex Ægyptiæ historiæ scriptore fluxit. Nam ratio qua annus ille ab periodi Sothiacæ initio computatur, uti ab

etiam alii lapides, *Collotes* dicti, quos hirundines adversus Nilii alluvionem colligunt, ut ex iis murum quem Chelidonium vocant, ædificent, ad cohibendos aquarum impetus et ut regio perpetuo diluvio non corrumpatur aut devastetur, ut tradit Thrasyllus in Ægyptiacis.

## 3.

Exitus Judæorum fit Inachi temporibus, exeunte A. C. Mose ex Ægypto annis 345 ante periodum Sothiacam (i. e. ante annum 1322 a. C.). . . . . 1667

A Mose Judæorum duce et ab Inacho usque ad Deucalionis diluvium, quod est secundum, et ad Phaethontis conflagrationem, quæ accidit Crotopi (regis Argivorum) temporibus, quattuor numerantur generationes, ita ut ternæ efficiant seculum (*igitur 4 generationes = 133 1/3 anni.*). . . . . 1533

A diluvio ad Idæ incendium et ferri inventionem et Idæos Dactylos anni 73, ut Thrasyllus ait, . . . 1460

Et ab Idæ incendio ad raptum Ganymedis, anni 65. 1395

Hinc ad Persei expeditionem, quando etiam Glau-

cus Isthmia instituit propter Melicertem, anni 15. . . 1380

A Persei autem expeditione ad Trojam conditam anni 34. . . . . 1346

Hinc ad navis quæ Argo dicta est navigationem anni 64. . . . . 1282

Ab eo ad Theseum et Minotaurum anni 32. . . . 1250

Deinde ad Septem contra Thebas anni 10. . . . 1240

Hinc ad certamen Olympicum, quod in Pelopis honorem Hercules instituit, anni 3. . . . . 1237

Hinc ad Amazonum Athenas expeditionem, et ad Helenam a Theseo raptam, anni 9. . . . . 1228

Hinc ad Herculem inter deos relatum anni 11. . . 1217

Hinc ad Helenam ab Alexandro raptam anni 4. . . 1213

(Hinc ad Trojæ excidium anni 20). . . . . 1193

Hinc ad Æneæ descensum et Lavinium conditum anni 10. . . . . 1183

Hinc ad Ascanii regnum anni 8. . . . . 1175

Hinc ad Heraclidarum descensum anni 61. . . . . 1114

Hinc ad Iphiti Olympiadem anni 338. . . . . 776

Christianorum chronologorum aliena esse solet, sic optime cadit in scriptorem Ægyptium. Is qui fuerit, ex ipso discimus Clemente l. l. p. 138, 19 ed. Sylb. (378 ed. Pott.), ubi Mosem Ægypto exiisse dicit sub Amasi rege, qui Inachi æqualis fuerit, ὡς ἐν τοῖς Χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος (v. Apion. fr. 2; Manethonis fr. p. 577). Jam quum Thrasyllus Mendesium ipse quoque Ægyptiaca scripsisse dicatur, facile fieri potuit, ut quæ Ptolemæus de Amasi utpote Inachi æquali posuerat, Thrasyllus comprobare studeret, apposita rerum Græcarum chronologia ita adornata, ut Inachi ætas incidat in an. 345 ante initium Periodi Sothiacæ. Quare locum nostrum ex Αἰγυπτιακοῖς petitum esse suspicor. Thrasyllum vero a Clemente laudatum eundem esse cum eo qui De Democriti scriptis egit, inde eruo, quod quæ nostro loco de æra Trojana ponuntur, optime conciliari possunt cum iis quæ de Democriti natalibus ex Thrasylo affert Diogenes Laertius.

#### ΤΑ ΠΡΟ ΤΗΣ ΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣ ΤΩΝ ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ ΒΙΒΛΙΩΝ.

4.

Diogenes L. IX, 41 : Γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ μικρῷ Διακόσμῳ, νέος κατὰ πρῆσβύτην Ἀναξαγόραν, ἔτεσιν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα. Συντετάχθαι δὲ φησι τὸν μικρὸν Διακόσμον ἔτεσιν ὕστερον τῆς Ἰλίου ἀλώσεως τριάκοντα καὶ ἑπτακοσίοις. Γεγόνοι δ' ἂν, ὡς μὲν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα· ὡς δὲ Θρασύλος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἐβδόμης καὶ ἐβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐνιαυτῷ, φησὶ, πρῆσβύτερος ὢν Σωκράτους.

#### LEGENDA ANTE LECTIONEM DEMOCRITI.

4.

Erat, ut ipse in parvo Diacosmo refert, Democritus juvenis senescente Anaxagora, illo minor natu annis quadraginta. Parvum vero illum Diacosmum a se compositum refert anno post Trojæ excidium septingentesimo trigesimo. Natus itaque fuerit, ut ait Apollodorus in Chronicis, Olympiade octogesima (460 a. C.); ut autem Thrasyllus in eo libro qui inscribitur Legenda ante lectionem librorum Democriti, memorat, anno tertio septuagesimæ septimæ Olympiadis (470 a. C.), anno major natu quam Socrates.

5.

Constat, inquit (Demetrius in Nominibus cognominibus), Democritum Athenas quoque venisse atque ob despectum gloriæ agnosci noluisse : et cognovisse quidem Socratem,

Vides Democritum in computo suo ab æra Trojana proficisci. Idem fecerunt Apollodorus et Thrasyllus, quorum ille D. natum dicit an. 460, hic an. 470, quoniam ille Trojam captam ponit an. 1183, hic vero an. 1193, ut patet ex fr. 3. Uterque ab æra Trojana numerat annos 723. Idem fecit auctor Diodori (XIV, 11), qui D. natum refert an. 494. Nimirum proficiscitur ab æra Trojana ap. antiquiores scriptores usitata, anni 1217 (1217—723=494), uti monui tom. II, p. 24.

5.

Idem IX, 36 : Δοκεῖ δὲ (Δημόκριτος), φησὶ, καὶ Ἀθήναζε ἔλθειν καὶ μὴ σπουδάσαι γνωσθῆναι, δόξης καταφρονῶν. Καὶ εἰδέναι μὲν Σωκράτην, ἀγνοεῖσθαι δὲ ὑπ' αὐτοῦ· « Ἦλθον γὰρ, φησὶν, ἐς Ἀθήνας καὶ οὔτις με ἔγνωκεν. » « Εἴπερ οἱ Ἀντερασταὶ Πλάτωνος εἴσι, » φησὶ Θρασύλος, « οὗτος ἂν εἴη ὁ παραγερόμενος ἀνώνυμος, τῶν περὶ Οἰνοπίδην καὶ Ἀναξαγόραν ἕτερος, ἐν τῇ πρὸς Σωκράτην ὁμιλίᾳ διαλεγόμενος περὶ φιλοσοφίας, ᾧ, φησὶν, ὁ φιλόσοφος ὡς πεντάθλῳ ἔοικεν. »

6.

Idem IX, 38 : Δῆλον δὲ καὶ τῶν συγγραμμάτων οἷος ἦν (Δημόκριτος). Δοκεῖ δὲ, φησὶν ὁ Θρασύλος, ζηλωτῆς γεγονέναι καὶ τῶν Πυθαγορικῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ Πυθαγόρου μέμνηται, θαυμάζων αὐτὸν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ συγγράμματι. Πάντα δὲ δοκεῖ παρὰ τούτου λαβεῖν καὶ αὐτοῦ δ' ἂν ἀκηκοέναι, εἰ μὴ τὰ τῶν χρόνων ἐμάχετο.

Idem IX, 45 : Τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θρασύλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως ὡσπερὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογία. Sequitur scriptorum recens, quem non exscribo. Vide, qui fuse de his exponit, Mullachium in libro De Democrito p. 105

sed in ejus notitiam non venisse. Veni enim Athenas, inquit, et me nemo cognovit. « Si quidem Anterastæ Platonis sunt, ait Thrasyllus, hic esse videtur ille qui non nominatus aderat, diversus ab asseclis Cænopidis et Anaxagoræ, in colloquio cum Socrate disserens de philosophia, cui, ait, pentathlo similis videtur esse philosophus. »

6.

Constat autem vel ex scriptis Democriti cujusmodi fuerit. Videtur autem, ut ait Thrasyllus, et Pythagoreos æmulatus : quin etiam ipsius Pythagoræ meminit, illum singulari admiratione venerans in libro cognomine. Adeo autem videtur ab illo accepisse omnia, ut, nisi temporum ratio obstaret, illum et audivisse putaretur.

Ceterum Democriti libros et Thrasyllus notavit atque in ordinem digessit sicuti Platonis, secundum tetralogiam.



sqq. Quemadmodum Democriti, sic etiam *Platonis scripta* secundum tetralogias distributa adornaverat. Diogen. L. III, 56 : Θρασύλος δέ φησι καὶ κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους. Deinde singuli dialogi ex Thrasylli rationibus recensentur, usque ad § 61, ubi : Οὗτος μὲν οὕτω διαιρεῖ, καὶ τινες. Id. ib. III, 1 : Φασὶ δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ (Πλάτωνος) ἀνάγειν εἰς Κόδρον τὸν Μελάνθου, οἵτινες ἀπὸ Ποσειδῶνος ἱστοροῦνται, κατὰ Θρασύλον.

POTAMO MYTILENÆUS.

Potamo Mytilenæus patrem habuit Lesbonactem (\*) philosophum, qui πλεῖστα φιλόσοφα scripsit (Suidas v. Λεσβῶναξ). Patris filiique nomina exhibet inscriptio sellæ marmoreæ, in Lesbo ins. effosæ, cui insculpta leguntur hæc (v. Ambr. Firmin. Didot. *Notes sur un voyage dans le Levant*; Bœckh. C. I. II, p. 194). :

(\*) Plehn. *Lesbiac.* p. 217 : « De eo apud Lucianum De saltat. p. 69 hæc leguntur : Λεσβῶναξ ὁ Μυτιληναῖος, ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, χειριστόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπεκάλει καὶ ἦει ἐπὶ τὴν θέαν αὐτῶν ὡς βελτίω ἀναστρέψων ἀπὸ τοῦ θεάτρου. Ad quem locum scholiasta ita scribit : Τοῦτον λέγει Λεσβῶνακτα, οὗ καὶ ἄλλαι μελέται ῥητορικαὶ φέρονται θαυμάσιαι καὶ ἐνάμιλλοι Νικοστράτου καὶ Φιλοστράτου τῶν ἐν τοῖς ἰνεωτέροις σοφισταῖς διαπρεπόντων, μάλιστα δὲ αἱ ἐρωτικαὶ ἐπιστολαὶ πολλὴν τὴν ἐκ τοῦ λόγου ἀποστάζουσαι ἡδονήν. Confudisse videtur grammaticus Lesbonactem Mytilenæum cum illo, cujus orationes XVI politicas legisse se testatur Photius, e quibus tres hodie supersunt. Exstat nummus in Lesbonactis honorem a Mytilenæis cusus, cum inscriptione ΛΕΣΒΩΝΑΞ ΗΡΩΣ (sic) ΝΕΟΣ. Vide Mionnet. III, p. 48, nr. 116. Commemorat nummum illum a Gallo quodam in dissertatione Parisiis ann. 1754 impressa editum etiam Viscontus in *Icon. Gr.* tom. III, p. 319. Is tamen in eo inscriptum esse dicit ΗΡΩΣ ΝΕΟΣ ΛΕΣΒΩΝΑΞ, quæ verba mire interpretatur : *heros novus Lesbi patronus*. Caput nummo insculptum Antinoi ab Hadriano dilecti esse putat creditque nomen ΛΕΣΒΩΝΑΞ Bacchi fuisse epitheton, quod ad dei illius cultum respicientes Antinoo indiderint Mytilenæi. » Cf. Bœckh. I. I. : « Ad eundem (Lesbonactem Potamonis patrem) referri Cargi nummum cum inscriptione ΗΡΩΣ ΝΕΟΣ ΛΕΣΒΩΝΑΞ, etiam post Visconti dubitationem censeo (cf. Plehn. *Lesb.* p. 217); mire enim prodigi Mytilenæi in honoribus conferendis fuerunt, qui Theophanem defunctum inter deos retulerint : nec credo honores Agrippæ et Tiberio atque Agrippinæ et Germanico post obitum demum habitos esse. » Alius Lesbonactis Περὶ σχημάτων libellum Ammonio adjunxit Valckenarius.

ΠΟΤΑΜΩΝΟΣ

ΤΩ ΛΕΣΒΩΝΑΚΤΟΣ

ΠΡΟΕΔΡΙΑ.

Inter claros viros Mytilenis oriundos Potamonem (\*) recenset Strabo XIII, p. 617 : Ὑστερον δ' ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ ῥήτωρ· καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων καὶ Λεσβοκλῆς καὶ Κριναγόρας καὶ ὁ συγγραφεὺς Θεοφάνης. Magnum declamatorem commemorat etiam Seneca Suasor. c. 2. Hesychio Milesio et Suida testibus (v. Ποτάμων coll. v. Θεόδωρος Γαδαρεύς), sub Tiberio Romæ sophisticen exercuit, gratiaque apud Cæsarem magnopere polluit, adeo ut, quum aliquando in patriam rediret, hujusmodi literis a Tiberio instructus esse dicatur : Ποτάμωνα Λεσβώνακτος εἴ τις ἀδικεῖν τολμήσει, σκεψάσθω εἴ μοι δυνήσεται πολεμεῖν. Vixit annis nonaginta. Lucian. *Macrob.* c. 23 : Ποτάμων δὲ οὐκ ἄδοξος ῥήτωρ ἔτη ἐνενήκοντα (ἐβίωσεν). De scriptis ejus Suidas : Ἐγραψε Περὶ Ἀλεξάνδρου Μακεδόνος. Ὄρους, (ὄρους codd.) Σαμίων. Βρούτου ἐγκώμιον. Καίσαρος ἐγκώμιον. Περὶ τελείου ῥήτορος. Ex quibus, præter locum ex Alexandri historia petitum, nihil tulit ætatem.

ΠΕΡΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Plutarchus Alex. 61 : Alexander in Bucephali equi honorem Bucephaliam ad Hydaspem condidit. Λέγεται δὲ καὶ κύνα, Περίταν ὄνομα, τεθραμμένον ἀποβαλὼν κτίσαι πόλιν ἐπώνυμον. Τοῦτο δὲ Σωτίων φησὶ Ποτάμωνος ἀκοῦσαι τοῦ Λεσβίου. Sotion probabiliter is est, qui Περὶ ποταμῶν καὶ λιμνῶν καὶ κρηνῶν παραδοξομένων scripsit. V. Westermann. *Paradox.* p. 183 sqq.

(\*) « Cave Potamonem hunc Lesbium confundas cum Potamone Alexandrino, qui et ipse quidem sub Augusto et deinceps claruit, verum non rhetor sed philosophus fuit ac primus condidit sectam ἐκλεκτικὴν quæ ab eo Potamonica vocabatur, ut pluribus exposui libro De philosophorum sectis. » Voss. *Hist. Gr.* p. 233. Vide Diog. L. *Proem.* § 21; Simplic. in *Aristot. De cælo* p. 149 b. 459 b. 160; Porphy. *Vit. Plotin.* c. 9.

# APION OASITA.

Suidas : Ἀπίων ὁ Πλειστονίκου, ὁ ἐπικληθεὶς Μόχθος, Αἰγύπτιος, κατὰ δ' Ἑλικώνιον Κρής, γραμματικός, μαθητὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀρχιβίου. Ἠκηχόει δὲ καὶ Εὐφράνορος γηραιοῦ καὶ ὑπὲρ ῥ' ἔτη γεγονότος, Διδύμου δὲ τοῦ μεγάλου θρεπτός. Ἐπαίδευσεν δ' ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος καὶ Κλαυδίου ἐν Ῥώμῃ. Ἦν δὲ διάδοχος Θεώνος τοῦ γραμματικοῦ, καὶ σύγχρονος Διονυσίου τοῦ Ἀλικαρνασσεως. Ἐγραψεν Ἱστορίαν κατ' ἔθνος καὶ ἄλλα τινά. Cf. Eudocia p. 63.

Ἀπίων ὁ Ποσειδωνίου legis apud Africanum, Syncellum et Justinum Martyrem (v. fr. 2). Pro Ποσειδωνίου Suidas exhibet Πλειστονίκου, idque rectius; quamquam patris nomen cum cognomine filii grammaticus confudisse videri postest; nam Ἀπίων, ὁ γραμματικός, ὁ Πλειστονίκης (al. πλειστονεϊκής) ἐπικληθεὶς dicitur Clementi (fr. 2). Cf. Gellius V, 14 (fr. 5) *Apion, qui Plistonices appellatus est*; id. VI, 8 (fr. 26.) : Ἀπίων, *Græcus homo, qui πλειστονίκης est appellatus*; Plinius H. N. XXXVII, 5, 19 (fr. 8), *Apion cognominatus Plistonices* (\*) — De Μόχθος cognomine cf. Suidas v. Ἀντέρως : Ἀντέρως, ὁ καὶ Ἀπολλώνιος, Ἀλεξανδρεὺς, γραμματικός... ἀκουστής δ' ἦν Ἀπίωνος τοῦ Μόχθου. Apollonius Synt. p. 92 : Οἱ περὶ Ἀπίωνα τὸν Μόχθον. Schol. Arist. Pac. p. v. 778 : Σύνηθες ἦν τοῖς παλαιοῖς ἄδειν θεῶν τε καὶ ἡρώων γάμους. Σημειοῦται δὲ ταῦτα ὁ Μόχθος πρὸς τοὺς ἀθετοῦντας τὴν ἐν Ὀδυσσεΐᾳ Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης μοιχείαν. — Id nominis Apionem tulisse, quia vir laboriosissimus

(\*) LEHRS. Qu. Ep. p. 23 not. : « Ὁ Πλειστονεϊκής tantum patris nomen esse ex more Latinorum (ut Apollonius Molo et similia, v. Sturz. Op. p. 14) alii recte monuerunt. Nec aliud quid credidisse putandi sunt qui hoc modo locuti sunt : *Apio, cognominatus Plistonices*, etc.; nam cognomen hoc etiam recte dicitur in Græcis. Ad Latinorum morem patris nomen per nominativum addere fortasse præcipue invaluit in iis, quibus frequentior cum Romanis consuetudo intercesserat, quod recte valet de Apione et de Apollonio rhetore. Deinde vero Græce loquentes item sic loqui non defugerunt. Imo hoc tam late patuit, ut e. g. Josephus non tantum Apollonius ὁ Μόλων dicat (Adv. Ap. II, 14, 36), sed etiam Μόλων (ib. II, 2, 33, 41). Si tam multi Apiones fuissent quam Apollonii, facile pro Apione Plistonicen haberemus. » — Quod Apionis magister dicatur Apollonius Archebii filius, id falsum esse ex Lexico Homericō hujus Apollonii probare studet Lachmann. De Babrio p. XI. « Ex quo libro, ait, apparet hunc Apionis auditorem fuisse, qui vanissima ejus commenta cum scholæ Aristarchæ disciplina conciliare non posset, et ne defunctum quidem acerbius reprehendere auderet : nam plerumque leniter subjicit : δύναται δὲ καὶ εἶναι, βέλτιον δὲ, οὐκ ἔστι δέ, ἔστι δὲ μᾶλλον, ἡμῖν δὲ φαίνεται, rarius οὐχ ὑγιῶς, semel κακῶς p. 126,1, semel γελοίως p. 167, 4. »

fuert, censent Vossius, Sturzius, alii (\*\*). At male hoc quadrare in hominem circumforaneum potius quam assiduum et χαλκέντερον monens Lehrsus (l. l. p. 24) : « Quid, ait, si ideo potius dictum, quod erat ἀνὴρ φορτικός, homo insolens? »

Natus Apion in Oasi Ægypti (Joseph. C. Ap. II, 3). Ibi Samios Æschrionis tribus habitasse scimus ex Herodoto (III, 26). Fortasse ibidem etiam Cretenses consederant, ex quibus oriundus Apion; nam Cretensem vocat Heliconius (\*\*\*). Juvenis Alexandriam se contulisse videtur, ubi grammaticis celeberrimis Apollonio et Didymo præceptoribus usus, scholæ Theonis successor exstitit, et civitate ab Alexandrinis donatus est (Joseph. l. l.). Deinde C. Cæsaris temporibus omnem Græciam pervagatus declamationibus suis, quas de Homeri carminibus habebat, magnam ubique famam sibi peperit (Seneca Ep. 88). Sub Tiberio Romæ docuit; Alexandriam reversus mox denuo Romam venit legatus, qui apud Caligulam imperatorem Judæos accusaret (Joseph. Ant. Jud. XVIII, c. 14 et 15); provectus jam ætate iterum Romæ scholas aperuit sub Claudio imperatore (qui regnavit a. 41-54 p. Chr.). Vidit eum Plinius *adolescens* (natus est c. an. 23). Vide fr. 28. Quæ de morte ejus tradit vel mentitus est Josephus, leguntur fragm. 24.

## SCRIPTA APIONIS.

1. Ἱστορία κατ' ἔθνος. Suidas. Aliunde non nota.
2. Αἰγυπτιακά (fr. 1-14), libris V; vide fr. 2.
3. Τὰ κατὰ Ἰουδαίων (fr. 15-25).
4. De Alexandri regis laudibus (fr. 26).
5. Περὶ τῆς Ἀπικίου τρυφῆς (fr. 27).
6. Περὶ μάγου (fr. 28.)
7. De metallica disciplina. Index auctorum ad Plin. H. N. XXXV.

(\*) Cf. Burigny in *Mém. de l'Académ. d. I.* tom. XXXVIII, p. 171 : « Peut-être voulait-on par-là désigner bien moins ses grands travaux littéraires, que l'ennui dont il accablait ses lecteurs. Du moins l'épithète que lui donne Africanus (fr. 2) en l'appellant περιεργότατος γραμματικῶν semble caractériser un littérateur aussi minutieux et frivole que laborieux. » — In mentem venire possit Apionem appellatum fuisse non μόχθον sed μόσχον, allusione facta ad nomen Ἀπίων ab Ἀπης voce derivandum.

(\*\*) Suidas : Ἑλικώνιος, σοφιστὴς Βυζάντιος. Ἐγραψε χρονικὴν ἐπιτομὴν ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ μέχρι Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἐν βιβλίῳ ε'.

8. Περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου. Athenæus XV, p. 680, D.

9. Περὶ στοιχείων. Schol. in Dion. Gr. in Bekk. An. p. 764.

10. *Commentarii et glossæ in Homeri carmina* (\*).

11. *Commentarii in Aristophanem?* Vide Schol. in Ar. Eq. 577.

Alia quæ ex Apione afferuntur, ad alios libros pertineant, quorum tituli nunc ignorantur.

De indole horum scriptorum audiamus, quæ disputat LEHRSIUS l. l. p. 3 : « Seneca Ep. 88 : *Apion grammaticus, qui sub C. Cæsare tota circumlatus est Græcia* (\*\*), *et in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus* (\*\*\*) , *aiebat*, etc. Fuit igitur sua ætate celeberrimus. Unde hæc gloria? Partim quidem ex vana hominis loquacitate, qui et sui ipsius præco esset et mirabilia quæque ad vulgi stuporem aucuparetur. Plinius H. N. præf. : *Apion quidem grammaticus, hic quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocabat, quum propriae* (\*\*\*\*) *famæ tympanum potius videri posset*, etc. Hoc quid sit explicat Apuleius De orthogr. p. 5, Os. : *Cymbalum hya habet et similiter tympanum... Vulgatum est proverbium in eos, qui vana loquacitate improbe, importune inaniterque loquuntur, cymbalum Dodoneum, ut tintinnabulum, ut lebes, ut æs Dodoneum, ut pelvis ærea, ut tympanum mundi, ex Aristotele, Menandro, Xenophonte, Zenodoro, Cæcilio, Plinio, Suida et aliis. Lupus Anilus proin cymbalum appellat Uranium æmulum. Ut clarius indicetur suæ ipsius gloriæ præconem fuisse Plinius maluit eum propriæ famæ tympanum dici : nec cymbalum, sed tympanum, quia hoc sonorum etiam præ illo. — Vitium studiumque ostentationis ei attribuit Gellius V, 14, et*

(\*) LEHR. l. l. p. 33 : « Apionis Homerica duobus operibus continebantur, commentariis et glossis. Commentarii... ipso addito titulo nusquam laudantur. Sed fuisse et hinc sumpta esse omnia illa, quæ in glossis locum non habebant, non potest dubitari. » Plura de his sicuti de Crateteo Apionis Homerica interpretandi studio, de etymologiis ejus ceteraque grammatices scientia haud ita magna, apud ipsum legas Lehrsium docte uti solet hæc omnia pertractantem. Cf. etiam Ritschl. in libro *Die Alex. Bibl.* etc. p. 142 sq. Ad nos hæc parum pertinent.

Ceterum ad Glossas referendum fuerit etiam locus Suidæ v. ἀγύρτης, ubi vgo. legitur ὡς Ἀπίων ἐν Ἐπιγράμμασι. Interpungendum post v. Ἀπίων.

(\*\*) Recte, opinor, hoc explicatur « quasi manibus gestatus et ut publica quadam pompa. » Non aptum *circulatus*.

(\*\*\*) Verba hæc Lehrsius p. 18 ita accipit, ut Apionem lectionibus suis. Homericis oppidorum plausus et admirationem excitantem *Homerici* cognomine exornatum esse statuat. Equidem cum Welckero Cycl. p. 197 de civitatis jure a multis oppidis in Apionem collato cogitare malim.

(\*\*\*\*) Sic rectissime ex codd. vestigiis edidit Silligius pro *publicæ*.

*esse ait sanequam in prædicandis doctrinis suis venditorem* (fr. 5). Nec dubitari potest (tam conspirant diserta testimonia), quin hæc ejus venditatio ea fuerit, quæ quibusdam, veluti Plinio, stomachum moverit, aliis et nobis ipsis risum movere debeat. Sunt enim nimium quantum festiva et ridicula. Judæis infensus vitio dedit, nullos inter illos exstitisse doctrina præstantes : tum Græcos contra ponens Socratem, Zenonem, alios de principibus evocavit : εἶτα τὸ θαυμασιώτατον... αὐτὸς ἑαυτὸν προστίθησι καὶ μακαρίζει τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὅτι τοιοῦτον ἔχει πολίτην (Joseph. C. Ap. II, 12). Infestissimus illi Josephus; attamen hoc mentiri non poterat, nec mentitus est : nam Plinius quod memoriæ prodidit prorsus ejusdem notæ est : quippe *immortalitate a se donari scripsit, ad quos componebat* (Plin. l. l.).

« Hoc studio veritatem rerum gestarum ab eo eversam esse, doctrinæ diligentiam posthabitam, et incredibilia tradita, quo vulgo imponeret, ut facile conjicias, sic veteres plerique crediderunt. Etenim Gellius V, 14 : *Sed in his quæ audivisse vel legisse sese dicit, fortasse a vitio studioque ostentationis fit loquacior* (fr. 5). Et Ælianus ex eo referens de Ibide immortalis, de qua tamen Apio ipse dubitaverat, addit : « Et mihi quidem prorsus patet rem esse ementitam, siquidem *etiam illi videtur* (fr. 11). Quare alio loco (fr. 12) referens ex eo, cervos esse quibusdam locis quaternis cornibus præditos, adjicit : εἰ μὴ τερατεύεται. Simillime Plinius, θαυμάσιον ἄκουσμα ex illo petens his verbis usus est : *Ut incredibile dictu, Apion gr. scriptum reliquit* (fr. 31). Restat Plinii de mendaciis ejus indignatio : *Quærat aliquis* etc. (Vide fr. 28). Sed priusquam de hac re moneamus, alia quædam Homerica proferamus, quæ ventosum hominem produnt. Athenæus p. 16, F (Eustath. 1397, 1426, 18) : Ἀπίων δὲ δ' Ἀλεξάνδρεος καὶ ἀκηχοῖναι φησὶ παρὰ τοῦ Ἰθακησίου Κτήσωνος τὴν τῶν μνηστήρων πεττεῖαν οἶα ἦν, et describit deinde qualis fuerit. Quis, quæso, iste Cteso, ad quem refert auctorem, quasi ille oculis suis procos ludentes vidisset. Scilicet sic « mundus decipitur. » Habuit hoc Apion, ut se ipsum audisse aliquid vel vidisse diceret. Ibin immortalem Hermopoli sacerdotes ipsi ostenderant (fr. 12). Androclum cum leone ipsum sese in urbe Roma vidisse oculis suis confirmavit : *Ejus rei, inquit, Romæ quum forte essem, spectator fui* (fr. 5). De pueri et delphini amoribus historiolum sic exorsus erat : Αὐτὸς δ' οὖν εἶδον περὶ Δικαιορχίαν (fr. 6). Et viderat sine dubio multa, qui multas terras viderat, homo curiosus : attamen jam, opinor, satis cognitum habemus hunc ventilatorem, nec putabimus religioni ei fuisse nonnunquam etiam ocu-

lorum et aurium suarum auctoritatem ementiri, ut de se ipse loqueretur, et eo magis ad admirationem erigeret audientium animos. Sic de ludo calculorum, quo utuntur proci in Odyssea, illa lepide callida proferens, se qualis fuerit in ipsa Ithaca a Clesone audisse enarrabat (sive fuit Itathæ sive non fuit, sive audiit sive non audiit). Non novit vulgus hominum, nec quid hodie fiat observavit, qui talia admirationem et plausum excitare et vero etiam fidem invenire, quamvis sint inania, dubitet. Apion quidem prudentior erat et illud vulgus noverat melius. Et hoc unum testatum faceret, nisi satis superque undecunque eluceret, ne hoc quidem Josephum ultra id quod verum est dixisse, cum *παρὰ πάντα τὸν βίον ὀχλαγωγὸν γεγονέναι* (C. Ap. II, 1). Multo melius hominis imaginem percipiemus, ubi eum non tam scribentem (quanquam idem mos et eadem partim res transibant in scripta) quam ad auditores, ut facere solebat, de Homero declamantem et Homerum explicantem fingimus. Etenim ad hoc totam Græciam peragravit (Sen. Ep. 88). Jam oculis meis video hominem hoc modo declamantem : *Homerum utraque materia consummata, Odyssea et Iliade, principium adjecisse operi suo, quo bellum Trojanum complexus est. Et hujus rei argumentum afferentem, quod duas literas in primo versu posuisset ex industria librorum suorum numerum continentes. Sc. MH i. e. XLVIII* (\*). Stupent audientes rem novam et argute scilicet excogitatam, εὖ γὰρ acclamant, plaudunt impense. — Non plausuerunt fortasse, sed religioso silentio auscultabant de ψυχομαντεία sua referenti : ut Homerum ex inferis excitaverit ad percontandum, qua patria, quibusque parentibus natus esset (fr. 28). Et Homerus non minus facilem se ci præbuisse videtur, quam Achilles Apollonio Tyanensi (Philostr. V. Ap. p. 153). Dixit enim; sed tamquam ἀπόρητον, et in vulgus efferri vetuit. Ergo non audere sese profiteri, quid responderit : impedire religione : « *Εὐστομα κείσθω.* » Tam scite ille elusit credulos.

« Facundia Apioni diserte tribuitur. Gellius VI, 8 : *Apion... facili atque alacri facundia fuit.* (Quod in sequentibus probat Lehrsus apponens nonnulla ex fragm. 5, 6, 26, quæ vide.) Ac elo-

(\*) « Hoc referens Seneca l. l. utitur imperfecto : *Apion... aiebat :... argumentum afferebat.* Quo videtur significare hoc illum dicere solitum, quum ore Homerum explicaret. »

## DE REBUS ÆGYPTIORUM.

### 1.

Apion in tertio rerum Ægyptiacarum dicit : « Moyses, ut accepi a grandioribus natu Ægyptiis, Heliopolitanus erat;

quentiæ sine dubio debebat præcipue, non calliditati solum, quod eum potissimum cligebant Alexandrini, qui Judæos apud Caligulam imperatorem incusaret (\*). Qua causa simul factum est ut ejus nomen et ingenium præ aliis grammaticis in Christianorum doctiorum et indoctorum notitiam veniret. Induxerant eum qui cum apostolis et primis patribus disputans veterem religionem defenderet. Euseb. H. Eccl. III, 38, de scriptis Clementi Romano suppositis verba faciens : « *Ἦδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα ἐχθὲς καὶ πρῶν τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὲ καὶ Ἀπίωνος διαλόγους περιέχοντα· ὧν οὐδ' ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται.* Festivus est Apion Plistonicensi in Recognitionibus Clementis quæ feruntur l. X, p. 151 (ed. Lambert. Gruteri, Colon. 1570) : ubi quidem non disputat cum Petro, qui adest; sed cum Clemente disputat in Epitome de rebus gestis Petri p. 391. » Hæc LEHRSIUS.

## ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

Ἐν βιβλίοις ε'.

1.

### E LIBRO TERTIO.

Josephus C. Apion. II, c. 2 : Φησὶ γὰρ (Ἀπίων) ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν τάδε : « *Μωϋσῆς, ὡς ἤκουσα παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν Αἰγυπτίων, ἦν Ἡλιουπολίτης· ὅς, πατρίοις ἔθεσι κατηγγυημένος, αἰθρίουσ προσευχὰς ἀνῆγεν εἰς οἶους εἶχεν ἡ πόλις περιβόλους, πρὸς ἀφηλιώτην δὲ πᾶσαν ἀπέστρεφεν· ὧδε γὰρ καὶ Ἡλίου κεῖται πόλις. Ἄντι δὲ ὀβελῶν ἔστησε κίονας, ὑφ' οἷς ἦν ἐκτύπωμα σκάφης, σχιὰ δ' ἀπ' ἄκρων ἐπ' αὐτὴν διακειμένη, ὡς, ὅν ἐν αἰθέρι, τοῦτον ἀεὶ τὸν δρόμον ἡλίῳ συμπεριπολεῖ.* »

(\*\*) « De ineptiis et mendaciis, quæ libro suo contra Judæos scripto in medium proferre haud reveritus est, non est quod dicamus, quum res fragmenta perlustranti unicuique pateat. Josephus C. Ap. II, 1 : *Τὰ μὲν γὰρ ἐστὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων τοῖς ὑπ' ἄλλων εἰρημένοις ὅμοια, τὰ δὲ λίαν ψυχρῶς προσέθηκεν, τὰ πλεῖστα δὲ βωμολοχίαν ἔχει καὶ πολλήν, εἰ δεῖ τάληθες εἰπεῖν, ἀπαιδευσίαν· ὡς ἂν ὑπ' ἀνθρώπου συγχεόμενα καὶ φαύλου τὸν τρόπον καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ὀχλαγωγῶ γεγονότα.* »

« De contemptione ejus Judæorum judicium est ap. Niebuhrium H. Rom. I, p. 7, accuratius illud sub examen vocandum »

qui patriis institutis obligatus, subdiales preces ad septa, qualia urbs habebat, reduxit : totam autem civitatem ad subsolanum convertibat; ita enim Heliopolis sita est. Pro gnomonibus autem columnas statuit, quibus scaphæ forma subjecta erat; ab harum vero summifatis umbra

Τοιαύτη μὲν τις ἡ θαυμαστὴ τοῦ γραμματικοῦ φράσις, τὸ δὲ φεῦσμα λόγων οὐ δεόμενον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων περιφανές. De columnis istis vide doctam disputationem Moversii (*Phœnizien* tom. I, p. 296 sqq.).

2.

## E LIBRO QUARTO.

Africanus ap. Euseb. P. E. X, 10 p. 490, B : Ἀπίων δὲ ὁ Ποσειδωνίου, περιεργότατος γραμματικῶν ἐν τῷ Κατὰ Ἰουδαίων βιβλίῳ καὶ ἐν τετάρτῃ τῶν Ἱστοριῶν φησὶ, κατὰ Ἰναχον Ἀργους βασιλέα, Ἀμώσιος Αἰγυπτίων βασιλεύοντος, ἀποστῆναι Ἰουδαίους, ὧν ἠγεῖσθαι Μωσέα. Eadem Sync. p. 64, D, et 148, D; Justinus Coh. ad Gr. c. 9, ubi rex audit Ἀμασις. (Cf. not. ad Manethon. fr. 48.)

Tatian. Or. ad Gr. c. 59 (et Euseb. P. E. X, 11, p. 494, D) : Ἀπίων ὁ γραμματικὸς, ἀνὴρ δοκιμώτατος, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν (πέντε δὲ εἰσιν αὐτῶν γραφαί), πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα φησὶ καὶ ὅτι κατέσκαψε τὴν Αὔαριν Ἀμωσις, κατὰ τὸν Ἀργεῖον γενόμενος Ἰναχον, ὡς ἐν τοῖς Χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος.

Αὔαριν] μαρίαν Tatiani edd. vett.; Αὔαριαν ms. Paris. λυαρίαν m. Mut. ἄθυριαν Clem. Alex. Strom. I, p. 378, 21. Cf. Boeckh. *Manetho* p. 194 sqq.

Clem. Alex. Str. I, 22, p. 138, 19 Sylb. : Ἀπίων τοῖνον ὁ γραμματικὸς ὁ Πλειστονίκης ἐπικληθεὶς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν ἱστοριῶν, καίτοι φιλαπεχθημόνως πρὸς Ἑβραίους διακείμενος, ἅτε Αἰγύπτιος τὸ γένος, ὡς καὶ κατὰ Ἰουδαίων συντάξασθαι βιβλίον, Ἀμώσιος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως μεμνημένος καὶ τῶν κατ' αὐτὸν πράξεων μάρτυρα παρατίθεται Πτολεμαῖον τὸν Μενδήσιον, καὶ τὰ τῆς λέξεως αὐτοῦ ὧδε ἔχει. « Κατέσκαψε δὲ τὴν Ἀθυρίαν Ἀμωσις κατὰ τὸν Ἀργεῖον

γενόμενος Ἰναχον, ὡς ἐν τοῖς Χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος. »

Syncell. p. 63, A : Οἱ τε γὰρ ἐκ περιτομῆς πάντες Ἰώσηππος τε καὶ Ἰοῦστος, οἱ τε ἐξ Ἑλλήνων, Πολέμων, φημί, καὶ Ἀπίων Ποσειδωνίου (sic margo; Ποσειδώνιος libri) καὶ Ἡρόδοτος τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν τοῦ Ἰσραὴλ κατὰ Φορωνέα καὶ Ἀπίδα τοὺς Ἀργείων βασιλεῖς συνέγραψαν, Ἀμώσεως βασιλεύοντος.

Verba Syncelli supinam auctoris arguunt negligentiam. Numerum libri apud Josephum (fr. 1) aut apud Tatianum, Africanum, Clementem (qui omnes pro uno valent) corruptum esse suspicaris, quum in uno eodemque libro de Moyse sermonem fuisse sit probabile.

3.

Josephus C. Apion. II, 2 : Ὁ δὲ γε πάντων πιστότατος Ἀπίων ὠρίσατο τὴν ἔξοδον (sc. τῶν Ἰουδαίων ἐξ Αἰγύπτου) ἀκριβῶς κατὰ τὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος εἶναι πρῶτον, ἐν ᾧ, φησὶ, Καρχηδόνα Φοίνικες ἔκτισαν.

Aliena ab his plane tradidit fr. 2, ex Ptolemæo Mendesio. Hic sequitur *Lysimachum* (v. not. ad *Lysimachi* fr. 2), Judæorum derisorem.

4.

Idem ibid. paullo post : Τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν ἐλασθέντων τὸν αὐτὸν Λυσιμάχῳ σχεδιάσας (ἐνδεκα γὰρ αὐτοὺς εἶναι φησὶ μυριάδας), θαυμαστὴν τινα καὶ πιθανὴν ἀποδίδωσιν αἰτίαν, ἀφ' ἧς φησὶ τὸ σάββατον ὠνομασθαι. « Ὀδεύσαντες γὰρ (φησὶν) ἐξ ἡμερῶν ὄδου βουβῶνας ἔσχον, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀνεπαύσαντο σωθέντες εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν Ἰουδαίαν λεγομένην, καὶ ἐκάλεσαν τὴν ἡμέραν σάββατον, σώζοντες τὴν Αἰγυπτίων γλῶτταν· τὸ γὰρ βουβῶνος ἄλγος καλοῦσιν Αἰγύπτιοι Σαββάτωσιν. »

in eam incidebat, ita ut eundem cursum quem sol in æthere absolveret. » Atque hujuscemodi est admiranda illa hujus grammatici phrasis : mendacium autem verbis argui non desiderat, sed ex operibus Moysis abunde constat.

2.

Apion, Posidonii filius, curiosissimus grammaticorum, in libro *Contra Judæos* et in quarto *Historiæ Ægyptiacæ*, temporibus Inachi, Argivorum regis, et Amasi apud Ægyptios regnante, Judæos defecisse eorumque ducem Mosem fuisse tradit.

Apion grammaticus, vir insignis, in libro quarto *Historiæ Ægyptiacæ* (quinque ejus sunt libri) inter alia multa dicit Auarim evertisse Amasim regem, qui Inachi æqualis fuerit, ut in *Chronicis* tradat Ptolemæus Mendesius.

Apion grammaticus, cui Plistonice cognomen, libro quarto *Historiæ Ægyptiacæ* (quamquam ille inimico in Judæos animo est, utpote Ægyptius genere, adeo ut etiam librum contra Judæos scripserit) Amasis regis Ægyptiorum rerumque ab eo gestarum mentionem faciens, testem adducit Ptolemæum Mendesium, atque ad verbum ita scribit : Ex-

cidit Athyriam (*Auarim*) Amasis, Inachi æqualis, ut in *Chronicis* ait Ptolemæus Mendesius. »

Judæi omnes, ut Josephus et Justus, et Græci, ut Polemo et Apion Posidonii et Herodotus, Judæos Ægypto exiisse narrant Phoronei et Apidis, Argivorum regum, temporibus, regnante apud Ægyptios Amosi.

3.

Apion iste, fide nimirum dignissimus, accurate exitum definivit Olympiade septima, ejusque anno primo, quo, ut ait, Pœni Carthaginem condiderunt.

4.

Numerum pulsorum Judæorum Apion eundem quem Lysimachus commentus (ait enim fuisse eorum millia centum et decem) miram quandam et credibilem reddit causam, cur *Sabbatum* nominari dicit diem septimam. « Exacto enim, inquit, sex dierum itinere, inguinum ulceribus affecti sunt, et hac de causa septima die quieverunt incolumes in regione, quæ nunc Judæa vocatur : et appellarunt eam diem Sabbatum, servata Ægyptiorum voce; nam inguinis dolere cœteri Ægyptii vocant *Sabbatosin*. »

Ibid. paullo post : Ὁ δὲ θαυμαστὸς Ἀπίων διὰ μὲν ἕξ ἡμερῶν αὐτοὺς ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν προείρηκεν· πάλιν δὲ τὸν Μωϋσῆν εἰς τὸ μεταξύ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἀραβίας ὄρος, ὃ καλεῖται Σίναιον, ἀναβάντα φησὶν ἡμέραις τεσσαράκοντα κρυφθῆναι, καὶ κεῖθεν καταβάντα δοῦναι τοῖς Ἰουδαίοις τοὺς νόμους.

## E LIBRO QUINTO.

## 5.

Gellius N. A. V, 14 : *Apion, qui Plistonices appellatus est, literis homo multis præditus, rerumque Græcarum plurima atque varia scientia fuit. Ejus libri non incelebres feruntur, quibus omnium ferme, quæ mirifica in Ægypto visuntur audiunturque, historia comprehenditur. Sed in iis, quæ vel legisse sese dicit, fortassean vitio studioque ostentationis fit loquacior; est enim sane quam in prædicandis doctrinis suis venditor. Hoc autem, quod in libro Ægyptiacorum quinto scripsit, neque audisse neque legisse, sed ipsum sese in urbe Romana vidisse oculis suis confirmat. In circo maximo, inquit, venationis amplissimæ pugna populo dabatur. Ejus rei, Romæ quum forte essem, spectator, inquit, fui. Multæ ibi sævientes feræ, magnitudines bestiarum excellentes, omniumque inuisitata aut forma erat aut ferocia. Sed præter alia omnia leonum, inquit, immanitas admirationi fuit; præterque omnes ceteros unius. Is unus leo corporis impetu et vastitudine terrificoque fremitu et sonoro toris comisque cervicum fluctuantibus, animos oculosque omnium in sese converterat. Introductus erat inter complures ceteros ad pugnam bestiarum datus servus viri consularis. Ei servo Androclus nomen fuit. Hunc ille leo ubi vidit procul, repente, inquit, quasi admirans stetit : ac deinde sensim atque placide tamquam noscitabundus ad hominem accedit. Tum caudam more atque ritu adulantium canum clementer et blande movet, hominisque sese corpori adjungit; cruraque ejus et manus prope jam exanimati metu lingua leniter demulcet. Homo Androclus inter illa tam atrocis feræ blandimenta amissum animum recuperat : paullatimque oculos ad contuendum leonem refert. Tum, quasi mutua recognitione facta, lætos, inquit, et gratulabundos videres hominem et leonem. Ea re prorsus tam admirabili maximos populi clamores excitatos dicit, accessitumque a Cæsare Androclum, quæsitumque causam, cur ille atrocissimus leo uni parcisset. Ibi Androclus rem mirificam narrat atque admirandam. Quum provinciam, inquit, Africam proconsulari imperio meus dominus obtineret, ego ibi iniquis ejus et quotidianis*

*verberibus ad fugam sum coactus; et, ut mihi a domino, terræ illius præside, tutiores latebræ forent, in camporum et arenarum solitudines concessi : ac, si defuisset cibus, consilium fuit, mortem aliquo pacto quærere. Tum, sole medio, inquit, et arido et flagranti specum quandam nactus remotam latebrosamque, in eam me penetro et recondo. Neque multo post ad eandem specum venit hic leo, debili uno et cruento pede, gemitus edens, et murmura dolorem cruciatumque vulneris commiserantia. Atque illic primo quidem conspectu advenientis leonis territum sibi et pavefactum animum dixit. Sed postquam introgressus, inquit, leo, uti re ipsa apparuit, in habitaculum illud suum, vidit me procul delitescentem, mitis et mansues accessit; et sublatum pedem ostendere mihi et porrigere quasi opis petendæ gratia visus est. Ibi, inquit, ego stirpem ingentem, vestigio pedis ejus hærentem, revelli; conceptamque saniem vulnere intimo expressi : accuratiusque, sine magna jam formidine, siccavi penitus atque deteresi cruorem. Ille tunc mea opera et medela levatus, pede in manibus meis posito, recubuit et quievit. Atque ex eo die triennium totum ego et leo in eadem specu eodemque victu viximus. Nam quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat; quæ ego ignis copiam non habens, meridiano sole torrens edebam. Sed ubi me, inquit, vitæ illius ferinæ jam pertæsum est, leone in venatum profecto, reliqui specum : et viam ferme tridui permensus, a militibus visus apprehensusque sum, et ad dominum ex Africa Romam deductus. Is me statim rei capitalis damnandum, dandumque ad bestias curavit. Intellego autem, inquit, hunc quoque leonem, me tunc separato, captum gratiam nunc mihi beneficii et medicinæ referre. Hæc Apion dixisse Androclum tradit, eaque omnia scripta circumlataque tabula populo declarat : atque ideo, cunctis petentibus, dimissum Androclum et pœna solutum, leonemque ei suffragiis populi donatum. Postea, inquit, videbamus Androclum et leonem, loro tenui revinctum, urbe tota circum tabernas ire : donari ære Androclum, floribus spargi leonem; omnes fere ubique obvios dicere : « Hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis. »*

## 6.

Gellius N. A. VII, 8 : *Delphinos venereos esse et amasios non modo historiæ veteres, sed recentes quoque memoriæ declarant. Nam et sub Cæsaribus, in Puteolano mari, ut Apion scriptum reli-*

Mirificus Apion sex quidem diebus Judæos in Judæam venisse antea dixit : rursus autem, Moysen consensu monte Ægyptum inter et Arabiam medio, qui Sinæus ap-

pellatur, quadraginta diebus delituisse dicit, indeque descendentem Judæis leges dedisse.

quit, et aliquot seculis ante apud Naupactum, ut Theophrastus tradidit, amatores flagrantissimi [quidam] delphinorum cogniti compertique sunt. Neque ii amaverunt, quod sunt ipsi genus; sed pueros forma liberali in naviculis forte aut in vadis litorum conspectos miris et humanis modis arserunt. Verba subscripsi Apionis, eruditi viri, ex Ægyptiacorum libro quinto: quibus delphini amantis et pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert; eaque omnia sese ipsum multosque alios vidisse dicit: Αὐτὸς δ' οὖν εἶδον περὶ Δικαιαρχίαν δελφίνα ἐρωῖντα παιδὸς (Ἰάκινθος ἐκαλεῖτο) καὶ πρὸς παιδικὴν ψυχὴν πτερούμενος ἐντός. Ἀτὰρ οὖν καὶ προσνηχόμενος ὁ ἰχθύς ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων, καὶ τὰς ἀκάνθας περιστέλλων, ἵνα μὴ τοῦ ποθουμένου χρωτὸς ἀμύξῃ φειδόμενος, ἰππηδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σταδίων· ἐξεχεῖτο δὲ οὖν ἡ Ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία τῆς Ἀφροδίτης ζυγοῦντες ἠνιοχούμενον ἰχθύν. *Ad hoc adjicit rem non minus mirandam. Postea, inquit, idem ille puer delphineromenos morbo affectus obiit suum diem. At ille amans, ubi sæpe ad litus solitum adnavit, et puer, qui in primo vado adventum ejus opperiri consueverat, nusquam fuit, desiderio tabuit exanimatusque est; et in litore jacens inventus ab iis, qui rem cognoverant, in sui pueri sepulcro humatus est.*

« Quomodo hæc in Ægyptiaca aditum invenerint, videre licet ex Ælian. VI, 15 fin. (cfr. II, 6 init.). Similis enim Delphinus sub secundo Ptolemæo Alexandriæ spectabatur. » LEHRS. Qu. Ep. p. 17.

## E LIBRIS INCERTIS.

7.

Gellius N. A. X, 10: *Veteres Græcos annulum habuisse in digito accepimus sinistrae manus, qui minimo est proximus: Romanos quoque homines aiunt sic plerumque annulis usitatos. Causam esse hujus rei Apion in libris Ægyptiacis hanc dicit: quod insectis apertisque humanis corporibus, ut mos in Ægypto fuit, quas Græci ἀνατομάς appellant, repertum est, nervum quendam tenuissimum ab eo digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere et pervenire: propterea non inscitum visum esse, eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens et quasi connexus esse cum principatu cordis videretur.*

8.

Plinius H. N. XXXVII, 5, 19: *Theophrastus*

9.

Apollonopolis parva, in Ægypto Libyam versus sita,

*trahit in Ægyptiorum Commentariis reperiri regi eorum a rege Babyloniorum missum smaragdum munere IV cubitorum longitudine et trium latitudine. Et fuisse apud eos in Jovis delubro obeliscum e IV smaragdus, XL cubitorum longitudine, latitudine vero in parte quattuor, in parte duorum. Se autem scribente esse in Tyro Herculis templo stantem pilam e smaragdo, nisi potius pseudosmaragdus sit; nam ei hoc genus reperiri, etc... Apion cognominatus Plistonices paullo ante scriptum reliquit, esse etiam nunc in labyrintho Ægypti colosseum Serapin e smaragdo novem cubitorum. De re cf. Movers. Phœnizien I, p. 345 et p. 80.*

Plinius l. l. XXXVI, 12, 17 inter eos, qui de pyramidibus scripserint, postremo loco nominat Apionem. — Adjungam locos duos ex grammaticis scriptis desumptos, qui ad res Ægyptias spectant: Etym. M. p. 329, 13: Ἐλεφαντίνη, ἡ Αἴγυπτία· καὶ φησιν Ἀπίων, ὅτι Ὀνουγίνην χρῆ λέγειν· ὅτι καθάπερ ὄνυξ ἀφαιρεθεὶς ἐπιβλαστάνει, διώκων αὐξήσειν τὴν ἀφαίρεσιν· οὕτως ὁ Νεῖλος ἀναλισκόμενος εἰς τὰς ἀρούρας τοῖς δαπανωμένοις ἐπαναχεῖται καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναλισκόμενος καὶ πάλιν αὐτὰ πελαγίζων.

Reliqua quæ ex Apione laudat auctor Etym. M. ad grammatica pertinent. V. Et. M. p. 152, 5. 371, 28. 514, 21. 519, 46. 525, 6. 530, 21. 541, 21. 628, 39. 634, 43. 650, 1. 668, 23. 719, 40. 737, 55. Eustathius ad Od. δ', 563, p. 1509, 25, de campo Elysio disputans: Ἀπίων δὲ κατασκευάζει τὴν περὶ Κάνωβον καὶ Ζεφύριον πεδιάδα οὕτω (Ἡλύσιον πεδίον) κληθῆναι παρὰ τὴν τοῦ Νεῖλου ἰλύν. Ἦν πολλὴν καταφέρων ἐκεῖνος προσέχωσε τὴν κάτω χώραν κατὰ Ἡρόδοτον πᾶσαν πάλαι ποτὲ πέλαγος οὖσαν· ὡς δῆλον, φησὶν, ἐκ τῶν ἐκεῖ εὕρισκομένων κογχυλίων καὶ λεπαδίων, ὡς καὶ περὶ Μέμφιν· καὶ σποπητέον, εἰ μὴ ὁ τοιοῦτος τοῦ Ἀπίωνος λόγος διὰ τοῦ ἰ γράφει τὴν τοῦ Ἡλυσίου ἀρχουσαν· ὁ δ' αὐτὸς λέγει καὶ ὅτι πείρατα γαίης ὁ ποιητὴς ἐνταῦθά φησιν οὐ τὰ πρὸς Ὠκεανόν, ἀλλὰ τὰ ἐκεῖ πρὸς τὴν κατὰ Νεῖλον θαλάσσην· καθὰ καὶ Αἰσχύλος, εἰπὼν· Ἔστιν πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονός· πᾶσα γὰρ ἀγγίαλος ἐσχάτη χθονός· διὸ καὶ Μενελαΐτης νομὸς ἐκεῖ, ὡς τῆς τοιαύτης γῆς ὑπὸ Μενελάω ποτὲ γενομένης. « Videntur etiam quæ sequuntur ex Herodoto III, 25 de fortunatorum insulis circa Oasin, qua ex urbe grammaticus noster natus erat, ab ipso Apione hic allata fuisse. » Lehrs. l. l. p. 26.

9.

Steph. Byz.: Ἀπόλλωνος πόλις, ἐν Αἰγύπτῳ πρὸς τῷ μέρει τῆς Αἰθύης, ἡ μικρὰ, ἧς μέμνηται Ἀπίων· δευτέρα ἡ μεγάλη ἐν Αἰγύπτῳ.

cujus meminit Apion; altera est Apollonopolis magna in Ægypto.

## 10.

Ælian. H. N. A. X, 29 : Ἴδιον δὲ ἐν Αἰγυπτίῳ λόγῳ ἴβειος καὶ ἐκεῖνο προσακήκοα· ὅταν ὑποκρύψῃται τὴν δέρην καὶ τὴν κεφαλὴν τοῖς ὑπὸ τῷ στέρνῳ πτεροῖς, τὸ τῆς καρδίας σχῆμα ἀπεμάξατο. Ἄλλως δὲ καὶ ὅτι εἰσὶ τοῖς ἐπὶ λύμῃ καὶ ἀνθρώπων καὶ καρπῶν ζώοις γεγενημένοις ἔχθισται, ἤδη που καὶ ἄνω προεῖπον. Μίγνυνται δὲ τοῖς στόμασι, καὶ παιδοποιοῦνται τὸν τρόπον τοῦτον. Λέγουσι δὲ Αἰγύπτιοι (καὶ ἐμέ γε οὐ βραδίως ἔχουσι πειθόμενον), λέγουσι γοῦν τοὺς ταῖς ταριχαίαις τῶν ζῴων ἐφροσύντας καὶ δεινοὺς τήνδε τὴν σοφίαν, ὁμολογεῖν τὸ τῆς ἴβιδος ἔντερον ἕξ εἶναι πήχεων καὶ ἐνενηκοντα· διαβαίνειν δὲ κατὰ πῆχυν αὐτὴν προσακήκοα βαδίζουσιν· σελήνης δὲ ἐκλιπούσης καταμύει, ἔστ' ἂν ἢ θεὸς αὐθις ἀναλάμψῃ. Καὶ τῷ Ἑρμῆϊ δὲ, φασί, τῷ πατρὶ τῶν λόγων φιλεῖται, ἐπεὶ ἔοικε τὸ εἶδος τῆ φύσει τοῦ λόγου· τὰ μὲν γὰρ μέλανα ὠκύπτερα τῷ τε σιγώμῃ καὶ ἔνδον ἐπιστρεφομένῃ λόγῳ παραβάλλοιτο ἂν, τὰ δὲ λευκὰ τῷ προφερομένῃ τε καὶ ἀκουομένῃ ἤδη, καὶ ὑπερέτη τοῦ ἔνδον καὶ ἀγγέλω, ὡς ἂν εἴποις. Ὡς μὲν οὖν μακροβιώτατόν ἐστι τὸ ζῷον καὶ δὴ εἶπον. Λέγει δὲ Ἀπίων, καὶ ἐπάγεται τοὺς ἐν Ἑρμοῦ πόλει ἱερέας μάρτυρας, δεικνύοντας οἱ ἴβιν ἀθάνατον· τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἐκεῖνῳ δοκεῖ τῆς ἀληθείας ἀφροσύναι πάμπαν, καὶ ἐμοὶ δὲ πάντως ἂν καὶ κατεφαίνετο ψευδές, εἰ καὶ ἐκεῖνῳ δοκεῖ.

## 11.

Ælianus N. An. XI, 40 : Λέγει δὲ Ἀπίων, εἰ μὴ τερατεύεται, καὶ ἐλάφους νεφροὺς τέτταρας ἔχειν κατὰ τινὰς τόπους. Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ κατὰ τὸν Οἰνίδα (κατ' Ἀτωθίδα? V. Manetho p. 541, b) τὸν Μήνιδος βασιλεύοντα δικέφαλον γέρανον φανῆναι, καὶ εὐθερῆσαι τὴν Αἴγυπτον· καὶ ἐπ' ἄλλου βασιλέως τετρακέ-

## 10.

Ibidis etiam illam vim ex Ægyptiorum libris accepi; eam nimirum, quum in pennas, quæ sub pectus existunt, collum et caput abdiderit, cordis figuram exprimere. Quod vero animalibus omnibus, quæ hominibus et fructibus sunt pernicioſa, infestissimæ sint hæc aves, jam supra commemoravi. Eandem Ægyptii ferunt ore coire, et parere itidem. Dicunt præterea, quod mihi non facile persuadent, eos qui condiendis bestiarum cadaveribus præsent eaque scientia præstant, Ibidis intestinum sex et nonaginta cubitorum esse affirmare; ipsam autem in lunæ defectione connivere, donec aucto rursus splendore fulgeat. Cruribus ad cubiti spatium distentis eam incedere aiunt; et Mercurio sermonis parenti idcirco in amore esse, quod orationis speciem similitudinemque gerat: namque pennæ in ejus alis nigræ cum facito adhuc et nondum emisso sermone comparari queunt; prolatæ vero orationi, quæ jam auditur, intimorum sensuum enunciatrici et interpreti, candidæ possunt conferri. Dixi etiam eam longissimæ vitæ, ut refert Apion atque in eam rem Hermopolis sacerdotes testes citat,

φαλον ὄρνιν, καὶ πλημμυρῆσαι τὸν Νεῖλον ὡς οὐποτε, καὶ καρπῶν ἀφθονίαν γενέσθαι, καὶ εὐποτυμίαν ληΐων θαυμαστήν. Cf. Schneider ad h. l. Subjicio alia quædam de rebus mirabilibus, quæ probabiliter in Ægyptiacis Apion protulit.

## 12.

Plinius XXXI, 2, 18 : *In Africæ lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur, item in Siciliae fonte Phinthia, ut Apion tradit, et in Medorum lacu puteoque Saturni.*

## 13.

Idem ibid. XXXII, 2, 9 : *Apion maximum piscium esse tradit porcum, quem Lacedæmonii orthagoriscum vocant: grunnire eum, quum capiatur.*

## ΚΑΤΑ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

Nonnulla eorum quæ ex hoc scripto deprompta esse possunt, jam adscriptimus fragm. 3 et 4. Reliqua hæc sunt.

## 14.

Josephus C. Apion II, 3 : Καὶ τί γε δεῖ θαυμάζειν, εἰ περὶ τῶν ἡμετέρων ψεύδεται προγόνων (Ἀπίων) λέγων αὐτοὺς εἶναι τὸ γένος Αἰγυπτίους;

## 15.

Idem II, 4 : Τίνα τοίνυν ἐστὶ τὰ δεινὰ καὶ σχέτλια τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων Ἰουδαίων, ἃ κατηγορήκεν αὐτῶν (Ἀπίων), ἴδωμεν· « Ἐλθόντες, φησὶν, ἀπὸ Συρίας ἔφκησαν πρὸς ἀλίμενον θάλασσαν, γειτνιασάντες ταῖς τῶν κυμάτων ἐκβολαῖς. »

Paullo post : Οὐ γὰρ ἀπορία γε τῶν οἰκησόντων τὴν μετὰ σπουδῆς ὑπ' αὐτοῦ πόλιν κτιζομένην Ἀλέξανδρος

qui immortalem ipsi Ibim ostenderint; sed hoc et Apion procul a vero abesse judicat, et ego similiter ab omni ratione abhorrere existimo, siquidem vel illi sic videtur.

## 11.

Apion, nisi nugatur, alicubi cervis quattuor esse renes prodidit. Et quum Cænis Menidis filius regnaret in Ægypto, gruem bicipitem esse visam, et feracitatem regionis secutam idem auctor est; item sub alio rege quadricipitem avem, et alluvione Nili secuta copiosiore quam alias unquam, fructuum et segetum admirabilem fertilitatem extitisse.

## CONTRA JUDÆOS.

## 14.

Quid mirum si de nostris patribus mentitur Apion dicens eos genere Ægyptios esse?

## 15.

Videamus quænam sint illa gravia et non ferenda, de quibus Judæos Alexandriam habitantes Apion accusat. « E Syria, inquit, profecti sedes fixerunt ad importuosum



τῶν ἡμετέρων τινὰς ἐκεῖ συνήθροισεν. Quod negat Josephus, affirmasse videtur Apion.

16.

Josephus II, 5 : Ὁ δὲ Φιλομήτωρ Πτολεμαῖος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Κλεοπάτρα τὴν βασιλείαν ὅλην τὴν ἑαυτῶν Ἰουδαίους ἐπίστευσαν, καὶ στρατηγοὶ πάσης τῆς δυνάμεως ἦσαν Ὀνίας καὶ Δοσίθεος Ἰουδαῖοι, ὧν Ἀπίων σκώπτει τὰ ὀνόματα, δέον τὰ ἔργα θαυμάζειν καὶ μὴ λοιδορεῖν, ἀλλὰ χάριν αὐτοῖς ἔχειν ὅτι διεσώσαντο τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἧς ὡς πολίτης ἀντιποιεῖται. Πολεμούντων γὰρ αὐτῶν τῇ βασιλίᾳ Κλεοπάτρα καὶ κινδυνεύοντων ἀπολέσθαι κακῶς, οὗτοι συμβάσεις ἐποίησαν, καὶ τῶν ἐμφυλίων κακῶν ἀπήλλαξαν. Ἀλλὰ « μετὰ ταῦτα, φησὶν, Ὀνίας ἐπὶ τὴν πόλιν ἤγαγε στρατὸν ὀλίγον, ὄντος ἐκεῖ Θέρμου τοῦ παρὰ Ῥωμαίων πρεσβευτοῦ καὶ παρόντος. » Ὁρθῶς δὲ ποιῶν, φαίην ἂν, καὶ μάλα δικαίως. Ὁ γὰρ Φύσκων ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος, ἀποθανόντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος, ἀπὸ Κυρήνης ἐξῆλθε Κλεοπάτραν ἐχβαλεῖν βουλόμενος τῆς βασιλείας, *et filios regis, ut ipse regnum injuste sibimet applicaret : propter hæc ergo Onias adversus eum bellum pro Cleopatra suscepit, et fidem quam habuit circa reges, nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem Deus justitiæ ejus manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolemæus, quum adversum exercitum quidem Oniæ pugnare præsumeret, omnes vero Judæos in civitate positos cum filiis et uxoribus capiens nudos atque vinctos elephantis subjecisset, ut ab eis conculcati deficerent, et ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium quæ præparaverat evenere. Elephantum enim relinquentes sibi appositos Judæos, impetu facto super amicos ejus, multos ex ipsis interemere. Et post hæc Ptolemæus quidem aspectum terribilem contemplatus est, prohibentem se ut illis noceret hominibus : concubina vero sua carissima, quam alii quidem Ithacam, alii vero Hirenem denominant, supplicante ne tantam impietatem perageret, ei concessit, et ex his, quæ jam egerat vel acturus erat, pœnitentem egit. Unde recte hanc diem Judæi Alexandriæ constituti, eo quod aperte a Deo salutem promeruerent, celebrare noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter bellum adversus Physconem gestum Ju-*

mare in vicinia allisionis fluctuum. » ... Non propter inopiam habitatorum civitatis, quam studiose ædificabat, Alexander M. nostrorum aliquos illic congregavit.

16.

Ptolemæus autem Philometor et uxor ejus Cleopatra omne regnum suum commiserunt Judæis, factique sunt totius militiæ duces Onias et Dositheus Judæi : quorum nomina cavillatur Apion, quum debuisset factorum potius admirari et non conviciari, sed gratias illis habere quod servarint Alexan-

FRAGMENTA HISTOR. GR. — VOL. III.

*dæos accusare præsumpsit, quum eos laudare debuerit. Is autem etiam ultimæ Cleopatras reginæ Alexandrinorum meminit, veluti nobis impropere, quoniam circa nos fuit ingrata; et non potius illam redarguere studuit, cui nihil omnino injustitiæ et malorum operum defuit. Deinde pravos Cleopatras mores postquam perstrinxit, addit : Putasne gloriandum nobis non esse, si, quemadmodum dicit Apion, famis tempore Judæis triticum non est mensa... Si vero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuriæ frumentorum, non accusatio Judæorum.*

17.

Cap. 6 : *Sed super hoc : « Quomodo ergo, inquit, si sunt cives, eosdem deos, quos Alexandrini, non colunt? » Cui respondeo, etc... Is (sc. Apion) autem seditionis causas nobis apponit... Derogare nobis Apion voluit, quia imperatorum non statuas imaginis.*

18.

Cap. 7 : *Admiror autem etiam eos, qui ei hujusmodi fomitem præbuere, id est Posidonium et Apollonium Molonem. (Ex his sumpsit sequentia.)*

*In hoc enim sacrario (in templo Hierosol.) Apion præsumpsit edicere asini caput collocasse Judæos, et id colere ac dignum facere tanta religione : et hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes et exspoliasset templum, et illud caput invenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum. De origine hujus fabulæ v. Movers. l. l. p. 297.*

19.

I. Κλέαρχον μὲν οὖν ἐπιθέσθαι πρῶτον τυραννίδι κατὰ τῆς πόλεως ἀναγράφει. Φησὶ δὲ παιδείας μὲν τῆς κατὰ φιλοσοφίαν οὐκ ἀγύμναστον, ἀλλὰ καὶ Πλάτωνος τῶν ἀκροατῶν ἓνα γεγονέναι, καὶ Ἰσοκράτους δὲ τοῦ ῥήτορος τετραετίαν ἀκροάσασθαι. ὦμόν δὲ τοῖς ὑπηκόοις καὶ μαιφόνον, εἴπερ τινὰ ἄλλον, ἐπιδειχθῆναι, καὶ εἰς ἄκρον ἀλαζονείας ἐλάσαι, ὡς καὶ Διὸς υἱὸν ἑαυτὸν ἀνειπεῖν, καὶ τὸ πρόσωπον μὴ ἀνέχεσθαι ταῖς ἐκ φύσεως χρωματίζεσθαι βαφαῖς, ἄλλαις δὲ καὶ ἄλλαις ἰδέαις ποικιλλόμενον ἐπὶ τὸ στιλπνόν τε καὶ ἐνερευθές (al. ἐρευθές) τοῖς ὄρωσιν ἐπιφαίνεσθαι. ἐξαλλάττειν δὲ καὶ τοὺς χιτῶνας ἐπὶ τὸ φοβερόν τε καὶ ἀβρότερον. (2) Οὐ ταῦτα δὲ μόνον γενέσθαι κακόν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς εὐεργέτας ἀχάριστον καὶ πάντα βίαιόν τε καὶ τὰ ἄτοπα τολμηρόν· φῦναι δὲ καὶ δραστήριον τὸν παλα-

### DE REBUS HERACLEÆ.

Memnonis historia, quam legi a libro nono usque ad decimum sextum, quæ circa Heracleam Ponticam acciderunt (id enim operis institutum est), exponit, tum urbis tyrannos, et res horum gestas moresque, tum vitam eorum et exitum et quæcumque eo pertinent, recensens.

### E LIBRIS IX ET X.

I. Clearchus (ait) primus tyrannidem in hanc sibi urbem vindicavit, disciplinæ philosophicæ haud equidem rudis (e Platonis enim discipulis unus fuit, et quadriennium Isocrati oratori operam dedit), at enimvero crudelem, si quisquam alius, civibus se exhibuit et cruentum: et ad summum usque insolentiæ processit, ut etiam Jovis se filium nominaret, nec colore genuino, quo natura faciem ejus tinxerat, contentus, subinde aliis atque aliis eam fucis illinebat, ut nitida et rubicunda intuentibus videretur: quin vestes quoque ad terrores et delicias permutabat. (2) Nec vero in his tantum improbus erat, sed etiam in benefactores ingratus et in omnibus violentus et ad res nefarias audax.

Libri I—VIII quum prorsus interierint, loca vett. scriptorum, quæ ad Heracleam urbem ejusque historiam antiquiorem spectant, paucis indicare liceat. Collegit et exscripsit Orellius. Ommissis, quæ leguntur in fragmentis Herodori, Nymphidis, Promathidæ, Callistrati, reliqua hæc sunt: 1, *De situ urbis*: Ptolemæus ap. Hudson. Geogr. min. tom. III, p. 29; Xenoph. Exp. Cyr. VI, 6, 2; Arrian. Peripl. Ponti Eux. 13, 3, p. 259 ed. Didot.; Scylax Peripl. p. 82 Gronov. — *Regionis descriptio*: Plin. H. N. VI, 1; Pomp. Mela I, 19, 50; Solin. Polyh. 45. — *Memorabilia naturæ: acornitum*, Antigon. Caryst. Mir. 131; Dionys. Perieg. 788 sqq., ibique Eustath.; Plin. H. N. XXVII, 2; Schol. Nicand. Alex. v. 13; *laurus Alexandrina*, Plin. H. N. XV, 30 (29); *quercus Herculis*, Plin. l. l. XVI, 89; *piscis*, Idem l. l. IX, 83; *mel*, Id. XXI, 54; Dioscorides De materia med. II, 103. — *Urbis descriptio et historiæ summa*: Strabo XII, 3, 6. — *Urbis primordia*: Menander Rhet. Encom. II, 3, p. 92 Heeren.; Scymn. Ch. v. 981; Pausan. V, 26, 6; Justin. XVI, 3; Strabo XII, 3, 4; Schol. Apoll. Rh. II, 746. — *Coloniæ*: Anonym. in Peripl. Ponti ap. Gronov. Geogr. p. 146 et 158; Scym. Ch. 928. Cf. Spanhem. De usu et pr. numm. I, p. 576. — *Urbis fata ante Clearchi tyrannidem*: Justin. XVI, 3; Xenoph. Anab. V, 10, 1; Polyæn. Strateg. VI, 9, 3 sq.; Aristot. Polit. V, 6, 5; Æneas Poliore. c. 9 et 12.

I, 1. De Clearcho. cf. Diodor. XV, 81, 4, XVI, 36, 3; Justin. XVI, 4 et 5 (ex Theopompo?); Polyæn. Strateg. II, 30; Plutarch. Ad princip. inerudit. c. 4, p. 781, D; Id. De fortun. Alex. c. 4, p. 338, B; Athenæus III, p. 85, A (Theopomp. fr. 200); Suidas v. Κλέαρχος; adde Epistolas, quæ sub Chionis nomine circumferuntur (edidit Orellius una cum fragm. Memnonis p. 130 sqq.). Ἰσοκράτους] V. Epist. VII Isocrat. ad Timotheum Clearchi f. — ἐπὶ τὸ φοβερόν] sc. Jovem imitans. Vid. Justin. l. l.

μναῖον οἷς ἂν ἐπιβάλοι, οὐ κατὰ τῶν ὁμοφύλων μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἐν ἀλλοφύλοις ἐφρόνει πολέμιον. Βιβλιοθήκην μέντοι κατασκευάσαι πρὸ τῶν ἄλλων, οὗς ἡ τυραννὶς ἀπέδειξεν ὀνομάζεσθαι. (3) Τοῦτον δὲ ἐπιβουλὰς μὲν πολλὰς πολλάκις διὰ τὸ μισοφρόνον καὶ μισάνθρωπον καὶ ὑβριστικὸν κατ' αὐτοῦ συστάσας διαφυγεῖν, ὁψέ δὲ καὶ μόλις ὑπὸ Χίωνος τοῦ Μάτριος, ἀνδρὸς μεγαλόφρονος καὶ κοινωνίαν πρὸς αὐτὸν τὴν ἐξ αἵματος ἔχοντος, καὶ Λέοντος καὶ Εὐξένωνος καὶ ἐτέρων οὐκ ὀλίγων συσκευασθῆναι πληγὴν καιρίαν ἐνεγκεῖν, καὶ τελευτῆσαι πικρῶς ἀπὸ τοῦ τραύματος. (4) Ἐθευεν μὲν γὰρ δημοτελῆ θυσίαν ὁ τύραννος· οἷς δὲ περὶ τὸν Χίωνα, ἐπιτήδειον εἶναι τὸν καιρὸν τῇ πράξει νομίσαντες, τῇ τοῦ Χίωνος χειρὶ τὸ ξίφος διὰ τῶν τοῦ κοινοῦ πολεμίου λαγόνων ἐλαύνουσιν. Ὁ δὲ, πολλῶν αὐτὸν καὶ πικρῶν ἀλγηδόνων κατατεινόντων, καὶ τοσούτων φασμάτων ἐκδειματούντων (εἶδωλα δὲ τὰ φάσματα ἦν ὧν ἐκεῖνος μισοφρόνως ἀνηρήκει), οὕτω δευτεραῖος τὸν βίον κατέστρεψε, ζήσας μὲν ἔτη ἡ' καὶ ν', τούτων δὲ τυραννήσας δυοκαίδεκα. (5) Εἶχεν δὲ τὴν Περσῶν ἀρχὴν Ἀρταξέρξης τότε, εἶτα καὶ Ὀχος ὁ ταύτην ἐκ πατρὸς ἐκδεξάμενος· πρὸς οὓς καὶ πολλάκις ἔτι ζῶν ὁ Κλέαρχος διεπρεσβεύσατο. Οἱ μέντοιγε ἀνηρηκότες τὸν τύραννον, μικροῦ πάντες οἱ μὲν ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων κατ' αὐτὸν τὸν τῆς ἐπιθέσεως καιρὸν, οὐκ ἀγεννῶς ἀνδρισάμενοι, κατεκόπησαν, οἱ δὲ καὶ ὕστερον συλληφθέντες καὶ πικραῖς τιμωρίαις ἐγκαρτερήσαντες ἀνηρέθησαν.

II. Σάτυρος δὲ ὁ τοῦ τυράννου ἀδελφός, οἷα δὲ ἐπίτροπος καταλειφθεὶς τῶν παίδων Τιμοθέου καὶ Διονυσίου, τὴν ἀρχὴν ὑποδέχεται· δὲ ὠμότητι μὲν οὐ Κλέαρχον, ἀλλὰ καὶ πάντας τυράννους ὑπερέβαλεν. Οὐ μόνον γὰρ τοὺς ἐπιβεβουλευκότας τῷ ἀδελφῷ ἐτιμωρήσατο, ἀλλὰ καὶ τῶν τέκνων ἃ μηδὲν συνήδει τοῖς γεγεννηκόσιν, οὐδὲν ἀνεκτότερον ἐδηλήσατο, καὶ πολλοὺς ἀναίτιους κακούργων δίκας ἀπῆτησε. (2) Τοῦτον δὲ καὶ μαθημάτων τῶν τε κατὰ φιλοσοφίαν καὶ τῶν παντὸς ἐλευθερίου ἄλλου παντελῶς ὑπάρξαι ἀπαράδεκτον, καὶ νοῦν δὲ πρὸς τὰς μισοφρονίας μόνον ὀξύρροπον ἔχοντα φιλόανθρωπον μηδὲν μηδὲ ἡμέρον μήτε μαθεῖν ἐθελῆσαι μήτε φῦναι ἐπιτήδειον. Ἀλλὰ πάντα μὲν ἦν οὗτος κάκιστος, εἰ καὶ χρόνος αὐτῷ κόρον λαβεῖν τῶν ἐμφυλίων αἱμάτων καὶ τῆς μισοφρονίας ὑπεξέλυεν· ἐπὶ δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὸ πρῶτον ἠνέγκατο. (3) Τὴν γὰρ ἀρχὴν τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ παισὶν ἀνεπηρέαστον συντηρῶν ἐπὶ τοσοῦτον τῆς αὐτῶν κηδεμονίας λόγον ἐτίθετο, ὥς καὶ γυναικὶ συνῶν, καὶ τότε λίαν στεργομένη, μὴ ἀνασχέσθαι παιδοποιῆσαι, ἀλλὰ μηχανῆ πάσῃ γονῆς στέ-

Natura industrius ad caedes eorum quos impeteret, non tantum si quid hostile medigaretur contra populares, sed etiam in exteros. Bibliothecam tamen comparavit, cujus laude antegreditur alios quos tyrannis famosos reddidit. (3) Hic insidias crebro multas propter caedes, immanitatem et injurias sibi-structas effugit: sed vix tandem a Chione Matris filio (vir erat magnanimus et necessitudine sanguinis tyranno devinctus) et Leone et Euxenone ceterisque non paucis, conjuratione inita, vulnus letale accepit: cujus dolore acerbissimo est exstinctus. (4) Commune enim populi sacrum agebat tyrannus. Opportunam igitur occasionem se adeptos rati qui cum Chione conspiraverant, manu Chionis ensem trans ilia communis patriae hostis adiungunt. Qui inter multos et saevissimos cruciatus magis magisque ingravescentes, et pavores a spectris incussos (erant autem simulacra eorum, quos crudelem in modum necaverat), altero die post vitam cum morte commutavit: quum vitae annos exegisset quinquaginta octo, et tyrannidem occupasset per annos duodecim. (5) Apud Persas tunc regno praerant Artaxerxes, et exinde Ochus, patris in imperio successor; ad quos saepenumero Clearchus, dum in vivis erat, legatos misit. Qui vero necis auctores tyranno fuerant, prope omnes, partim a satellitibus in ipso aggressionis articulo, ubi strenuos se viros gerebant, concisi, partim aliquanto post capti et atrocibus suppliciis, quae fortiter tolerarunt, affecti occubere.

II. Satyrus autem tyranni germanus et tutor puerorum Timothei et Dionysii relictus imperium suscipit: qui non Clearchum solummodo, verum cunctos etiam tyrannos crudelitate superavit. Non enim de insidiatoribus fratris tantum vindictam sumpsit, sed etiam in liberos eorum, quum rei perpetratae conscii non essent, non minus saevit, atque ita a multis insontibus maleficorum poenas exegit. (2) Fuit hic omnis doctrinae philosophicae et artium ingenuarum omnino expertus, ingenio ad saevitiam tantum propenso. Nec voluntas ei erat humanum aliquid et moderatum discendi, nec a natura indita facultas: sed per omnia erat pessimus, etiamsi tempus ipsum infringebat hominem, ut civilis tandem sanguinis et caedis eum satietas caperet. Amoris tandem fraterni primas tulit. (3) Nam ut dominatum nepotibus ex fratre integrum ab injuriis conservaret, adeo illorum rationem habuit, ut, licet conjugali uxoris, quam unice amabat, consuetudine uteretur, liberos tamen ex ea procreare nollet, sed omni arte hanc orbitatis

— 2. ἐπιβάλοι ] H. Stephan. ; libri ἐπιβάλοιεν. — εἴ τι ἄλλοφ. ] num εἴ τι ἐν ἄ. ? Orelli. εἴ τι ἐν ἄ. ? — 3. καὶ ἐτέρων ] ut Leonidae et Antitheii, quos Suidas et Justin. l. l. afferunt. — 4. δημοτελῆ θυσίαν ] sc. Διονυσίων ὄντων, Diodor. XVI, 36. Cf. Chionis epist. ultim. — δυοκαίδεκα ] Sic etiam Diodorus obitum tyranni memorans ad Ol. 106, 4 ( $\frac{353}{353}$  a C.), occupatam tyrannidem ad Ol. 106, 1 ( $\frac{364}{363}$ ).

II, 1. Σάτυρος ] Ejus nulla mentio ap. Diodorum l. l., qui tutoris administrationem in annis regni Timothei comprehendit. V. Wesseling. — 2. ἐλευθ. ἄλλου ] ἐλ. ἄλλον ἄλλου vulgata, ex dittographia (ἄλλου et ἄλλων), ni fallor, explicanda. Praestabit fort. scrib. ἄλλων. — αὐτῷ κόρον λαβεῖν. ] Haec corrupta. Orelli conj. αὐτόν. Possis αὐτῷ κ. ἐνέβαλλε vel ἐμβαλῶν. — 3. κηδ. λόγον ] τὸν λόγον vulg.

ρησιν ἑαυτῷ δικάσαι, ὡς ἂν μηδ' ὄλωσ ὑπολίποι τινὰ ἐφεδρεύοντα τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ παισίν. (4) Οὗτος ἔτι ζῶν καὶ γήρα βαρυνόμενος Τιμοθέῳ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παιδῶν τοῦ ἀδελφοῦ ἐγχειρίζει τὴν ἀρχὴν, καὶ μετὰ χρόνον οὐ πολὺν ἀνιάτῳ πάθει καὶ γαλεπωτάτῳ συσχεθεῖς \*. Καρκίνωμα γὰρ μεταξὺ βουβῶνός τε καὶ ὀσχέου ὑποφυὲν τὴν νομὴν πρὸς τὰ ἔνδον ἐπεδίδου πικρότερον· ἐς οὗ ἰχώρες ἀναστομωθείσης τῆς σαρκὸς ἐξέρρεον βαρὺ καὶ δύσοιστον πνέουσαι, ὡς μηκέτι μήτε τὸ ὑπηρετούμενον μήτε τοὺς ἰατροὺς τὸ τῆς σηπεδόνας στέγειν δυσῶδες καὶ ἀνυπόστατον. Καὶ συνεχεῖς δὲ ὀδύνας καὶ δριμεῖαι ὄλον τὸ σῶμα κατέτεινον· ὑφ' ὧν ἀγρυπνίαις τε καὶ σπασμοῖς ἐξεδίδοτο, ἕως προκόψασα μέχρις αὐτῶν τῶν σπλάγχων τοῦ πάθους ἢ νομῆ τοῦ βίου ἀπέρρηξεν. (5) Ἐδίδου μὲν καὶ οὗτος ὡσπερ καὶ Κλέαρχος τελευτῶν τοῖς ὀρῶσιν ἐννοεῖν, δίκας ἀπαιτεῖσθαι ὧν ὡμῶς τε καὶ παρανόμως τοὺς πολίτας διέθεσαν. Πολλάκις γὰρ αὐτὸν φασὶν ἐν τῇ νόσῳ τὸν θάνατον ἐπελθεῖν αὐτῷ κατευχόμενον μὴ τυχεῖν, ἀλλὰ συχναῖς ἡμέραις τῇ πικρᾷ καὶ βαρεῖα καταδαπανώμενον νόσῳ, οὕτως ἀποτίσαι τὸ χρεῶν, ἔτη μὲν βιώσαντα πέντε καὶ ἐξήκοντα, ὧν ἢ τυραννὶς εἶχεν ζ'. Ἀγησίλαος δὲ τῆνικαῦτα Λακεδαιμονίων ἐβασίλευεν.

III. Ὁ δὲ Τιμόθεος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, οὕτω ταύτην ἐπὶ τὸ πραότερον καὶ δημοκρατικώτερον μετερρύθμιζεν, ὡς μηκέτι τύραννον ἀλλ' εὐεργέτην αὐτὸν, οἷς ἔπραττε, καὶ σωτῆρα ὀνομάζεσθαι. Τὰ τε γὰρ χρέα τοῖς δανεισταῖς παρ' ἑαυτοῦ διελύσατο, καὶ τοῖς χρήζουσι πρὸς τὰς ἐμπορίας καὶ τὸν ἄλλον βίον τόκων ἀνευ ἐπήρκεσε, καὶ τῶν δεσμωτηρίων οὐ τοὺς ἀνευθύνους μόνον ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν αἰτίαις διηφεί. Καὶ δικαστῆς ἀκριβῆς ἦν ὁμοῦ καὶ φιλόανθρωπος, καὶ τὰ ἄλλα χρηστός, καὶ τὰς ὑποθέσεις οὐκ ἀπιστούμενος. Ἐφ' οἷς καὶ τὸν ἀδελφὸν Διονύσιον τὰ τε ἄλλα πατρικῶς περιεῖπεν, καὶ κοινωνὸν μὲν εἶχεν αὐτίκα τῆς ἀρχῆς, ἐχομένως δὲ καὶ διάδοχον. (2) Οὐ μὴν ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς τῶν πράξεων ἀνδρείως ἐφέρετο, μεγαλόφρων δὲ ἦν καὶ γενναῖος σῶμα καὶ ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τῆς μάχης διαλύσεις εὐγνώμων τε καὶ οὐκ ἄγαρις· πράγματα μὲν συνιδεῖν ἱκανός, ἐξικέσθαι δὲ πρὸς τὰ συνεωραμένα δραστήριος, οἰκτίρμων τε τὸ ἦθος καὶ χρηστός, καὶ τῇ μὲν εὐτολμία δεινῶς ἀπότομος, τῇ δὲ μετριότητι φιλόανθρωπός τε καὶ μειλίχιος. Διὸ σφόδρα μὲν περιῶν τοῖς πολεμίοις φοβερὸς ἦν, καὶ πάντες αὐτὸν κατωρρώδουν, ἐπειδὴν ἀπεχθάνοιτο, τοῖς δ' ἀρχομένοις γλυκὺς τε καὶ ἡμερός. Ἐνθεν καὶ τελευτῶν πόθον αὐτοῦ κατέλιπε πολὺν, καὶ πένθος ἤγειρε τῷ πόθῳ ἐνάμιλλον. (3) Ὁ δὲ τούτου ἀδελφὸς Διονύσιος καίει μὲν τὸ σῶμα πολυτελῶς, σπένδει δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ἀπὸ βλεφάρων δάκρυα καὶ τὰς ἀπὸ τῶν σπλάγχων οἰμωγὰς, ἐπιτελεῖ δὲ καὶ ἀγῶνας ἱππικούς, οὐχ ἱππικούς δὲ μόνον,

et non gignendæ sobolis ceu pœnam sibi irrogaret : ne quem omnino insidiatorem nepotibus relinqueret. (4) Superstes adhuc, sed senio gravatus Timotheo, qui de pueris ætate præcessit, rerum summam tradit, nec multo tempore post difficillimo correptus morbo et immedicabili vitam finivit. Cancer enim inter inguen et scrotum enatus ad interiora pascendo subinde acerbius proserpebat : ex quo carne laxata, sanies gravissimos et intolerabiles exspirans odores profuebat, ut nec ministri nec medici virulentissimum putredinis foetorem sustinerent ac perferrent. Continentes autem et acerrimi dolores totum ejus corpus excarnificabant : quorum vigiliis et convulsionibus eoque mali contagio adaugescebat, donec ad ipsa viscera se insinuans vitam tyranno abruptit. (5) Quare hic non minus quam Clearchus animadvertentibus considerandum exhibuit, pœnas tandem exigi illorum quæ contra divina et humana jura immaniter in cives admisissent. Sæpe enim inter morbi torturas precatus dicitur, ut quamprimum se mors obrueret ; voti tamen compos non ante factus, quam diuturni morbi vi et acerbitate consumptus eo modo fati debitum exsolvit, postquam sexaginta quinque in vita, in tyrannide septem annos compleverat. Tempestate illa regnum apud Lacedæmonios Agesilaus administrabat.

III. Timotheus igitur imperium adeptus ita ad moderationem magisque popularem statum illud reduxit, ut non ultra tyrannus, sed beneficus servator ob præclare merita nuncuparetur. Nam de suo nomina creditoribus expedit et inopia laborantibus sine fœnore ad negotiationes et alios vitæ usus pecunias suppeditavit ; nec modo insontes, sed etiam criminibus obnoxios carceribus exsolvit. Judex accuratus erat simulque humanus, atque cetera vir bonus, consiliis suis nemini suspectus. Tali præditus animo fratrem Dionysium quum in aliis paterno amore et studio complexus est, tum statim imperii consortem adscivit, et successorem sibi destinavit. (2) Sed enimvero ad res bellicas quoque alacri et qui virum decet animo ferebatur. Magno enim spiritu et generoso corporis et animi robore erat præditus. Verum etiam ad controversias bellorum dirimendas et componendas æquum bonumque se præbebat nec difficilem. Ad perspicendum res idoneus et ad exsequendum bene consideratas strenuus ; ingenio et moribus clemens, misericors et beneficus ; in periculis quidem adeundis ferox, at in cetera vita perquam humanus et comis. Ideo, quamdiu salva ei vita mansit, hostibus quammaxime formidabilem (ut omnes, quibuscum inimicitias susceperat, eum expavescerent), sed civibus suavem et mitem sese præstitit. Hinc accidit ut ad vitæ exitum vocatus ingens sui desiderium faceret reliquum, et parem desiderio luctum excitaret. (3) Germanus autem ejus Dionysius magnificis cadaver sumptibus rogo tradit, et e suis fratri palpebris lacrimas ceu libans effundit, eque visceribus ei gemitus impendit. Ludos etiam eque-

— 4. συσχεθεῖς] excidisse videtur v. θνήσκει. — στέγειν] Bekker. pro vulg. στέργειν ex Vat. ; conjecerat Stephanus.

III, 1. δημοκρατικώτερον] Stephan. ; libri δημοκρατικώτατον. — ἐφ' οἷς] cod. A. ; ἐν οἷς vulg. — 2. τελευτῶν] Ἦρξεν ἔτη πεντηκταίδεκα, Diodor. XVI, 36, 3 ; 88, 5. Moritur Ol. 110, 3 sive 338 a. C.



ἀλλὰ καὶ σκηνικούς καὶ θυμηλικούς καὶ γυμνικούς· τοὺς μὲν αὐτίκα, τοὺς δὲ λαμπροτέρους καὶ ὕστερον.

Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ἢ θ' καὶ ι' τοῦ Μέμνονος, ὡς ἐν ἐπιδρομῇ φάναι, διαγράφει ἱστορία.

## EK TOY IA' KAI IB' BIBAIΟΥ.

IV. Τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Διονύσιος ἠύξησε ταύτην, Πέρσας ἐπὶ Γρανικῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου μάχῃ καταγωνισαμένου καὶ παρασχόντος ἄδειαν τοῖς βουλομένοις αὔξειν τὰ ἑαυτῶν, τῆς τέως ἐμποδῶν πᾶσιν ἰσταμένης Περσικῆς ἰσχύος ὑποστελλομένης. Ὑστερον δὲ ποικίλας ὑπέστη περιστάσεις, μάλιστα γὰρ τῶν τῆς Ἡρακλείας φυγάδων πρὸς Ἀλέξανδρον περιφανῶς ἤδη τῆς Ἀσίας κρατοῦντα διαπρεσβευομένον καὶ κάθοδον καὶ τὴν τῆς πόλεως πάτριον δημοκρατίαν ἐξαιτουμένων. Δι' ἅπερ ἐγγὺς μὲν κατέστη τοῦ ἐκπεσεῖν τῆς ἀρχῆς· καὶ ἐξέπεσεν ἂν, εἰ μὴ συνέσει πολλῇ καὶ ἀγχινοίᾳ καὶ τῇ τῶν ὑπηκόων εὐνοίᾳ καὶ θεραπείᾳ Κλεοπάτρας τοὺς ἀπειληθέντας αὐτῷ πολέμους διέφυγε, τὰ μὲν ὑπέικων καὶ τὴν ὀργὴν ἐκλύων καὶ μεθοδεύων ταῖς ἀναβολαῖς, τὰ δὲ ἀντιπαρασκευαζόμενος. (2) Ἐπεὶ δὲ ἡ θανάτῳ ἢ νόσῳ κατὰ Βαβυλῶνα γεγονῶς Ἀλέξανδρος τὸν βίον διέδραμεν, Εὐθυμίας μὲν ὁ Διονύσιος ἀγαλμα τὴν ἀγγελίαν ἀκούσας ἰδρύσατο, παθῶν τῇ πρώτῃ προσβολῇ τῆς φήμης ὑπὸ τῆς πολλῆς χαρᾶς, ὅσα ἂν ἡ σφόδρα λύπη δράσειε· μικροῦ γὰρ περιτραπείας εἰς τὸ πεσεῖν ὑπήχθη, καὶ ἄνους ὄφθη γενόμενος. (3) Περδίκκας δὲ τῶν ὄλων ἐπιστάντος, οἱ μὲν τῆς Ἡρακλείας φυγάδες πρὸς τὰ αὐτὰ καὶ τοῦτον παρώξυνον. Διονύσιος δὲ ταῖς ὁμοίαις μεθόδοις χρώμενος ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς πολλοὺς κινδύνους κατ' αὐτοῦ συστάντας πάντας διέδρασεν. Ἄλλ' ὁ μὲν Περδίκκας ὑπὸ τῶν ἀρχομένων μοχθηρὸς γεγονῶς ἀνήρηται, καὶ αἱ τῶν φυγάδων ἐλπίδες ἐσβέννυντο· Διονυσίῳ δὲ πανταχόθεν τὰ πράγματα πρὸς τὸ εὐδαιμονέστερον μετεβάλλοντο. (4) Ἡ δὲ πλείστη ῥοπή τῆς εὐδαιμονίας ὁ δεύτερος αὐτῷ κατέστη γάμος. Ἠγάγετο μὲν γὰρ Ἀμαστριν· αὕτη δὲ ἦν Ὁξάρου θυγάτηρ· ἀδελφὸς δὲ ἦν οὗτος Δαρείου, ὃν καθελῶν Ἀλέξανδρος Στάτειραν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα γυναῖκα ἠγάγετο, ὡς εἶναι τὰς γυναῖκας ἀλλήλαις ἀνεψιάς, ἔχειν δὲ τι πρὸς ἑαυτὰς καὶ φίλτρον ἐξείρετον, ὃ τὸ συντρόφους ὑπάρξαι ταύταις ἐνέφυσεν. (5) Ἀλλὰ ταύτην τὴν Ἀμαστριν Κρατέρῳ (τῶν φιλομένων ἦν οὗτος ὡς μάλιστα) συναρμόζει· Ἀλεξάνδρου δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀποπτάντος καὶ Κρατέρου πρὸς Φίλαν τὴν Ἀντιπάτρου ἀποκλίναντος, γνώμη τοῦ λιπόντος Διονυσίῳ ἢ Ἀμαστρίσιν συνοικίζεται. (6) Ἐξ οὗ ἐπὶ μέγα ἢ ἀρχὴ αὐτῷ διήρηθη πλοῦτου τε περιβολῇ τῇ διὰ τῆς ἐπιγαμίας προστεθείσῃ καὶ ἰδίᾳ φιλοκαλίᾳ. Καὶ γὰρ καὶ τὴν τοῦ Διονυσίου πᾶσαν ἐπισκευὴν τοῦ Σικελίας τυραννήσαντος αὐτὸν ἐπῆλθε ἐξω-

stres, et præter hos gymnicos et thymelicos et scenicos : alios statim, alios eosque magnificentiores peregit postea.

Hæc nono et decimo libro ( quatenus cursim ista perstringimus ) Historia Memnonis describit.

## E LIBRIS XI ET XII.

IV. Dionysius deinceps imperium suscepit idemque etiam auxit. Alexander enim, Persis ad Granicum profligatis, securam amplificandi ditiones suas occasionem patefecerat his qui vellent, quum quæ hactenus impedimento fuerat, Persarum potentia jam corrueret. Sed varias postea fortunæ vices expertus est, maxime quum Heracleæ exules, missitandis ad Alexandrum legatis, aperte jam Asia politum, de reditu et patria reipublicæ administratione sollicitarent. Quare non multum abfuit quin excidisset imperio; et excidisset sane, nisi prudentia et sagacitate mentis et benevolentia civium et suis erga Cleopatram obsequiis bella cum minis sibi denunciata effugisset: dum qua cedit, iramque mitigat, et dilationibus coerces, qua etiam se munit, et contra præparat. (2) At posteaquam Alexander, dum Babylone agit, vitæ cursum absolvit vel nece violenta vel morbo extinctus, ubi nuncium Dionysius accepit, Lætitia statuam consecravit: et ad primum famæ adventum eo affectus est modo præ exuberanti gaudio, quo summa hominem consternatio affecerit. Nam prope erat ut vertigine correptus prolaberetur et a sana mente conspiceretur alienus. (3) Hinc ubi Perdicas summi imperii negotia procurabat, Heracleæ exules ad petita ab Alexandro etiam hunc instigarunt. Dionysius vero, eadem fere qua prius utens agendi ratione, quamvis in acie novaculæ prope consisteret, pericula tamen, quæ plurima contra eum consurgebant, omnia effugit. Ac quum Perdicas, quod improbe se gereret, ab iis quibus præerat, interimeretur, simul etiam spes exulum exstinguebantur. Proinde res Dionysio ab omni parte in statum feliciorum convertuntur. (4) Ad felicitatem vero plurimum ei attulit momenti secundum matrimonium. Amastrin enim duxit filiam Oxathiræ. Frater is erat Darii, quem Alexander imperio exuit, ejusque filiam Statiram uxorem sibi adjunxit. Patruales igitur erant hæc feminae, amore inter se eximio devinctæ: qui a communi educatione et convictu in animis ipsarum radices egerat. (5) Amastrin hanc Alexander, quum Statiram fecisset uxorem, Cratero (qui inter carissimos ei fuit) nuptum dederat. At quum, Alexandro rebus mortalium prope exempto, Craterus ad Philam, Antipatro natam, animum adjiceret, Amastris, desertore non invito, domum a Dionysio ducitur. (6) Ex quo ad magnum ei augmentum dominatus sese extulit, tum opum e nuptiis accessione, tum ipsius etiam principis studio et magnificentia. Inter alia Dionysii, qui Siciliae tyrannum egerat, omnem suppellectilem

IV, 2. θανάτῳ] φαρμάκῳ conj. Orelli., βιαίῳ θανάτῳ Schæfer. — 3. ἐπιστάντος] ἐπιστατοῦντος mavult Scaliger. — 4. Ὁξάρου] ὀξάνθου vel ὀξάρθου e cod. A notat Bekker. Ὁξάρου nomen etiam exhibet vulgata in Scymno Chio v. 973, ubi novissimi editores e Strabone XII, p. 544 ( addere possis Tzetzem XIII, 473 ) scripserunt: Ὁξιάθρου. — πρὸς ἑαυτὰς] cod. A. corr.; vulg. πρ. ἑαυτόν. — 5. Κρατέρῳ.. συναρμόζει] V. Arrian. Exp. Alex. VII, 4. — ἀποπτάντος] ἀποστάντος?

νήσασθαι, τῆς ἀρχῆς ἐκείνου διαφθαρείσης. (7) Οὐ ταῦτα δὲ μόνον αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ἐπεκράτουν, ἀλλὰ καὶ εὐπραγία καὶ εὖνοια τῶν ὑπηκόων, καὶ πολλῶν ὧν οὐκ ἐκράτει πρότερον ἢ κυριότης. Καὶ Ἀντιγόνῳ δὲ τὴν Ἀσίαν κατέχοντι λαμπρῶς συμμαχήσας, ὅποτε τὴν Κύπρον ἐπολιόρχει, τὸν ἀδελφιδοῦν Πτολεμαῖον (στρατηγὸς δὲ οὗτος ἦν τῶν περὶ τὸν Ἑλλήσποντον) φιλοτιμίας ἀμοιβὴν εὐρατο παρ' Ἀντιγόνῳ γαμβρὸν λαβῆν ἐπὶ θυγατρί· ἡ δὲ παῖς ἐκ προτέρων ἦν αὐτῷ γεγενημένη γάμων. Οὕτω γοῦν εἰς μέγα δόξης ἀνελθὼν, καὶ τὸν τύραννον ἀπαξιώσας, τὸ βασιλέως ἀντέλαβεν ὄνομα. (8) Φόβῳ δὲ καὶ φροντίδων ἐλευθεριάσας, καὶ ταῖς καθημεριναῖς τρυφαῖς ἐνδαιτηθεὶς, ἐξωγκώθη τε τὸ σῶμα καὶ τοῦ κατὰ φύσιν πολὺ πλέον ἐλιπάνθη. Ὑφ' ὧν οὐ μόνον περὶ τὴν ἀρχὴν βραθύμως εἶχεν, ἀλλὰ καὶ ἐπειδὴν ἀφυπνώσειε, βελόνας μακρὰς τὸ σῶμα διαπειρόμενος (τοῦτο γὰρ ἄκος μόνον τοῦ κάρου καὶ τῆς ἀναίσθησίας ὑπελείπετο) μόλις τῆς κατὰ τὸν ὕπνον καταφορᾶς ἐξάνίστατο. (9) Τεκνωσάμενος δὲ γ' παῖδας ἐκ τῆς Ἀμαστρίας, Κλέαρχον, Ὁξάθρην καὶ θυγατέρα ὁμώνυμον τῇ μητρὶ, μέλλων τελευτᾶν ταύτην τε τῶν ὄλων δέσποιναν καταλιμπάνει καὶ τῶν παίδων κομιδῇ νηπίων ὄντων σύνοισιν ἐτέροις ἐπίτροπον, βιοῦς μὲν ἔτη ε' καὶ ν', ὧν ἐπὶ ἀρχῆς λ' ἐγνωρίζετο, πραότατος ἐν αὐτῇ, ὡς εἴρηται, γεγωνὸς καὶ τὸ Χρηστὸς ἐπὶ κλησὶν ἐκ τῶν ἡθῶν ἐνεγκάμενος, καὶ πολὺν πόθον τοῖς ὑπὸ χεῖρα καὶ πένθος λιπών. (10) Οὐδὲν δὲ ἤττον καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου ἐξ ἀνθρώπων ἀναχώρησιν τὰ τῆς πόλεως πρὸς εὐδαιμονίαν ἐφέρετο, Ἀντιγόνου τῶν τε παίδων Διονυσίου καὶ τῶν πολιτῶν αὐτῶν παρέργωγος προνοουμένου. Ἐκείνου δὲ πρὸς ἕτερα τὰς φροντίδας τρεψαμένου, Λυσίμαχος πάλιν τῶν περὶ Ἡράκλειαν καὶ τῶν παίδων ἐπεμελεῖτο, ὃς καὶ Ἀμαστριν ποιεῖται γυναῖκα, καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν λίαν ἔστερξε, πραγμάτων δὲ αὐτῷ προσπεσόντων, αὐτὴν μὲν ἐν Ἡρακλείᾳ λείπει, αὐτὸς δ' εἶχετο τῶν ἐπειγόντων. Εἰς Σάρδεϊς δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον, τῶν πολλῶν πόνων βραΐσας, μετεπέμψατο ταύτην, καὶ ἔστεργεν ὁμοίως. Ὑστερον δὲ πρὸς τὴν θυγατέρα Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου (Ἀρσινόη δὲ ἦν τὸ ὄνομα) τὸν ἔρωτα μεταθεῖς, διαζυγῆσαι τὴν Ἀμαστριν αὐτοῦ παρέσχεν αἰτίαν, καὶ καταλιποῦσαν τοῦτον καταλαβεῖν τὴν Ἡράκλειαν. Ἐγείρει δὲ αὕτη παραγενομένη καὶ συνοικίζει πόλιν Ἀμαστριν.

emere in mentem venit, quando de imperio illius actum fuit. (7) Nec vero his tantum roborabatur ei potestas, sed etiam eo, quod prospero successu et favore civium utebatur, et imperium usurpabat in multos antea non subjectos. Porro Antigono Asiam tenenti præclare auxiliatus quando Cyprum ille oppugnavit: Ptolemæum illius fratre natum (cui Hellesponti satrapiam commiserat) quasi præmium studii sui apud Antigonum invenit, ut generum illum haberet, filia, quæ ex priore fuerat suscepta conjugio, in matrimonium ei elocata. Itaque ad magnam elatus gloriam, tyranni nomen dedignatur et regis assumit. (8) Jamque metu et curis liberatus, quum in quotidianis vitam deliciis ageret, in crassam corporis molem excrevit, pinguedine supra naturæ modum adauctus. Unde evenit ut non modo negligenter regnum administraret, sed etiam somno oppressus aciculis oblongis in corpore fixis (id enim solum veterni et stuporis supererat remedium) vix tamen a soporis gravedine excitaretur. (9) Tribus autem ex Amastri liberis sibi procreatis, Clearcho, Oxathre et filia ejusdem cum matre nominis, jam morti propinquus uxori administrationem cunctam, et liberorum, qui adhuc teneræ admodum ætatis erant, tutelam (adjunctis quibusdam aliis) reliquit: quum vixisset annos quinquaginta quinque, in imperio autem conspicuus fuisset triginta. In quo se mitissimum (ut dixi) gessit, ita ut cognomen Benigni ex moribus referret, magnumque civibus desiderium et luctum post se relinqueret. (10) Nihilo tamen minus etiam post ejus a mortalibus discessum res civitatis in secundo fortunæ cursu permanebant, Antigono filiorum Dionysii et civium non obiter curam gerente. Qui ubi ad alia studium avertit, Lysimachus in accurationem Heracliensium et puerorum successit, qui etiam Amastrin uxorem sibi adscivit, et initio mirifice amavit: sed gliscentibus negotiis, illam Heracleæ relinquit, ipseque rebus urgentibus occupatur. Nec longo intervallo post, quum a laborum distractione quietem ageret, Sardes illam accersitam pari amore complectitur: postquam vero ad Ptolemæi Philadelphi natam (imo: sororem), cui nomen Arsinoe, amorem transtulisset, causam Amastri præbuit disjunctionis, utque deserto illo Heracleam occuparet. Quo reversa Amastrin urbem (in Paphlagonia) erexit, et colonis frequentavit.

— 8. ἐξωγκώθη] cf. Nymphidis fr. 16. — 9. ἐπὶ ἀρχῆς λ' ἐγνωρ.] triginta duos sec. Diodor. XVI, 88, 5 et XX, 77, 1, quod rectius esse censet Wesselingius; Nymphis l. l. annos numerat triginta tres; hoc verum habeo. Ceterum n. l. error est, ut videtur, Photii vel librorum, non vero Memnonis, qui cap. 9 ab anno 281 a. C. usque ad initium tyrannidis (364) annos numerat 84, quod quadrat cum calculis Diodori. — 10. Amastris sive Amestris (cf. Bæhr. ad Her. VII, 61) et Lysimachi connubium etiam Diodorus XX, 109, 7 memorat. — θυγατέρα Πτολ. τ. Φιλαδέλφ.] « Immo legendum ἀδελφὴν pro θυγατέρα: duo enim Ptolemæi, frater et filius, hic confunduntur. Nam Arsinoe Ptolemæo Lagi filio fuit nata, fratremque germanum habuit Philadelphum, ut ex Plutarcho in Demetrio notum est. Nec tamen arbitror Memnonem hujus peccati esse auctorem. Id credere vetant sequentia, quibus sæpe Arsinoes fratrem Ptolemæum Ceraunum (quem patre Lagida procreatum haud obscure indicat c. 12) commemorat. Malim eapropter culpam in alium, sive is Photius sive amanuensis fuerit, conferre. » Wesseling. *Observ. Var.* I, 26, p. 106. — πόλιν Ἀμαστριν] Cf. Steph. Byz. s. h. v. Strabo XII, p. 544; Scymnus Chius 973; Tzetz. Hist. XIII, v. 470. Ab Amazone Amastri nomen urbis derivat Demosthenes Bithynus ap. St. Byz., alii sec. Tzetz. ab Amastri Xanthi filia.

V. Κλέαρχος δὲ ἀνδρωθεὶς ἤδη τῆς τε πόλεως ἤρχε, καὶ πολέμοις οὐκ ὀλίγοις, τὰ μὲν συμμαχῶν ἄλλοις, τὰ δὲ καὶ τοῖς ἐπιφερομένοις αὐτῷ, ἐζητάζετο· ἐν οἷς καὶ κατὰ Γετῶν Λυσιμάχῳ συστρατευόμενος ἐάλω τε σὺν αὐτῷ, καὶ ἀνεθέντος τῆς αἰχμαλωσίας ἐκείνου, καὶ αὐτὸς ὕστερον τῇ Λυσιμάχου προνοίᾳ ἀφίετο. (2) Οὗτος ὁ Κλέαρχος ἅμα τῷ ἀδελφῷ τῆς ἀρχῆς καταστάντες διάδοχοι, πρὸς μὲν ἡμερότητα καὶ χρηστότητα πολὺ τοῦ πατρὸς ἐλάττους τοῖς ὑπηκόοις ἀπέβησαν, εἰς ἐκθεσμον δὲ καὶ μιαρῶτατον ἔργον ἐξέπεσον· τὴν γὰρ μητέρα, μηδὲν περὶ αὐτοὺς μέγα πλημμελήσασαν, μηχανῇ δεινῇ καὶ κακουργίᾳ ἐπιβᾶσαν νηὸς θαλάσσει ἀποπνιγῆναι κατειργάσαντο.

VI. Δι' ἣν αἰτίαν καὶ Λυσιμάχος ὁ πολλάκις βῆθεις (Μακεδονίας δὲ ἐβασίλευεν), εἰ καὶ τὴν Ἀμαστριν διὰ τὴν συνάφειαν Ἀρσινόης λιπεῖν αὐτὸν παρεσκευάσατο, ἀλλ' οὖν τοῦ τε προτέρου πόθου φέρων ἐν ἑαυτῷ τὸ ἐμπύρευμα, καὶ τὸ μυσαρὸν καὶ ὠμὸν τῆς πράξεως οὐκ ἀνασχετὸν ποιούμενος, στεγανώτατα μὲν τὴν αὐτοῦ κατείχεον ἔνδον γνώμην, τὴν ἀρχαίαν δὲ φιλίαν πρὸς τοὺς περὶ Κλέαρχον τῷ σχήματι ἐπιδεικνύς, διὰ πολλῶν τε μηχανῶν καὶ τῶν τοῦ λανθάνειν στρατηγημάτων (κρύψαι γὰρ τὸ βουλόμενον δεινότατος ἀνθρώπων γεγονέναι λέγεται) ἐν Ἡρακλείᾳ μὲν ὡς ἐπὶ τῷ τῶν δεχομένων συνοίσοντι παραγίνεται, πατρὸς δὲ στοργὴν τῷ προσωπεῖο τοῖς περὶ Κλέαρχον προβαλλόμενος, ἀναιρεῖ μὲν τοὺς μητροκτόνους, πρῶτον μὲν Κλέαρχον, εἶτα καὶ Ὁξάθρην, μητρικῆς ἀπαιτήσας μαιφονίας δίκας· καὶ τὴν πόλιν ποιησάμενος ὑπὸ τὴν πρόνοιαν τὴν αὐτοῦ, καὶ τὰ πολλὰ δὲ λαφυραγωγῆσας ὧν ἡ τυραννὶς ἠθροῖκει χρημάτων, ἀδειᾶν τε δοὺς δημοκρατεῖσθαι τοὺς πολίτας, οὗ ἐφίεντο, πρὸς τὴν ἰδίαν βασιλείαν ἐστέλλετο.

VII. Λυσιμάχος δὲ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν καταλαβὼν, δι' ἐπαίνων μὲν τὴν Ἀμαστριν εἶχεν, ἐθαύμαζε δὲ αὐτῆς τοὺς τε τρόπους καὶ τὴν ἀρχὴν, πρὸς ὄγκον καὶ μέγεθος καὶ ἰσχὺν ὡς ἐκρατύνατο, ἐξαιρῶν μὲν τὴν Ἡράκλειαν, μέρος δὲ τῶν ἐπαίνων καὶ τὴν Τῖον καὶ τὴν Ἀμαστριν, ἣν ἐπώνυμον ἤγειρεν ἐκείνη, ποιούμενος. (2) Καὶ ταῦτα λέγων τὴν Ἀρσινόην ἠρέθιζε δεσπότην τῶν ἐπαινουμένων γενέσθαι· ἡ δὲ ἐδεῖτο τυχεῖν ὧν ἐπόθει. Καὶ ὁ Λυσιμάχος σεμνύνων τὸ δῶρον, κατ' ἀρχὰς μὲν οὐ προσέετο· ἐκλιπαρηθεὶς δὲ χρόνῳ παρέσχεν. Ἦν γὰρ δεινὴ περιελθεῖν ἡ Ἀρσινόη, καὶ τὸ γῆρας ἤδη Λυσιμάχον παρεῖχεν εὐεπιχείρητον. (3) Δεξαμένη δ' οὖν ἡ Ἀρσινόη τῆς Ἡρακλείας τὴν ἀρχὴν, πέμπει τὸν Κυμαῖον Ἡρακλείδην, ἀνδρα μὲν εὖνον αὐτῇ, ἀπότομον δὲ ἄλλως καὶ δεινὸν ἐν βουλευμάτων ἐντρεχεῖα καὶ

V. Clearchus autem, ad virilem tunc aetatem progressus, et civitati Heracleae praefuit, et in bellis non paucis, modo socia cum aliis arma jungens, modo aggredientes ipsum propulsans, vires tentavit. Inter quae dum Lysimacho contra Getas belligeranti operam navat, captus est cum rege, eoque ex captivitate soluto, ipse etiam prudentia Lysimachi postea est dimissus. (2) Verum Clearchus hic et frater in regno paterno successores, lenitate et beneficentia erga subditos patre longe inferiores evaserunt. Quid quod ad nefarium et execrabile facinus sunt delapsi. Matrem enim, quae nihil in eos grande peccaverat, quum navi se commisisset, insigni commento et flagitio mari suffocandam curarunt.

VI. Quam ob causam Lysimachus, saepius ille jam memoratus (in Macedonia autem tunc rerum potiebatur), etsi propter Arsinoes consuetudinem Amastrin a se abalienarat, quum tamen pristini amoris ceu igniculum ferret, et immane ac detestabile hoc scelus non tolerandum duceret: animi quidem apud se decreta quam arctissime continuit, antiquae interim necessitudinis studium Clearcho ostentans: sed tamen arte multa et strategematis ad fallendum compositis (occultare enim quae vellet, mortalium ingeniosissimus perhibetur), Heracleam, ceu publico recipientium comodo id fiat, ingreditur: et dum intimam patris affectionem larva quadam Clearcho eique addictis praese ferret, parricidas illos e medio tollit, primo Clearchum, deinde etiam Oxathren: et sic justas maternae caedis poenas exigit. Hinc, ubi, redacta in clientelam suam civitate, opes tyrannorum dominatu collectas in praedam suam vertisset, et (quod diu exspectaverant) liberam civibus rempublicam restituisset, in proprium se regnum recepit.

VII. Reversus igitur ad sua, Amastrin laudibus extollere, ejusque mores et imperium demirari, ut hoc ad id magnitudinis, potentiae et majestatis elatum corroborasset; uniceque praedicare Heracleam, sed ut in partem laudis venirent etiam Tius et Amastris, quam nomine suo celebrem illa condidisset. (2) Haec crebro habens in ore, Arsinoen exstimulavit, ut urbium tantopere celebratarum dominium affectaret, quaeque affectabat, sibi donari peteret. At is gravitatem muneris praetendens initio preces non admittebat, sed tamen progressu temporis exoratus concessit. Ingeniosa enim ad circumveniendum fuit Arsinoe, et jam senectus ipsa mansuefactum dederat Lysimachum. (3) Potita igitur Heracleae dominatu Arsinoe Heraclidem eo Cymaeum mittit, virum illius observantem et studiosum, sed alioqui praefractum et in consiliis dandis et exsequendis industrium

V. 1. συμμαχῶν ἄλλοις] cod. A.; σ. ἀλλήλοις vulg. — συστρατευόμενος] Scaliger., στρατευόμενος libri. De bello hoc Lysimachi v. Diodor. XXI, 11 sqq.; Pausan. I, 9. Droysen. *Hellenism.* tom. I, p. 588 sqq.

VI. τὸ βουλόμενον] τὸ βουλευόμενον A. Tuemur vulgatam, collato Thucyd. I, 90. VI, 24.

VII, 1. τὴν Τῖον] urbs haec Heracleotis subjecta ab Amastri distat stadiis viginti, ut discimus e Menippi Periplo Paphlagoniae ap. Steph. B. v. Τῖος. De Amastri cf. Droysen. *Hell.* I, p. 343. 462. 556. 609. II, 241. — 2. ἐπαινουμένων] A. ἐπαίνων vulg. — 3. Ἡρακλείδην] sic scripsi pro vulg. Ἡράκλειτον; paullo infra c. 11, ubi idem recurrit, omnes libri Heraclidem exhibent. Num hic est Heraclides Cumanus historiae Persarum auctor?

δξύτητι· ὁ δὲ τῆς Ἡρακλείας ἐπιβάς, τὰ τε ἄλλα σφόδρα ἐπιστρόφως τῶν πραγμάτων ἐξηγεῖτο; καὶ πολλοὺς αἰτίαις ὑποβάλλων τῶν πολιτῶν οὐκ ἐλάττους ἐτιμωρεῖτο, ὡς πάλιν ἀποβαλεῖν αὐτοὺς τὴν μόλις ἐπιφανεῖσαν εὐδαιμονίαν.

VIII. Ὁ μέντοι Λυσιμάχος περιδρομῆ Ἀρσινόης τὸν ἄριστον τῶν παίδων καὶ πρεσβύτερον Ἀγαθοκλέα (ἐκ προτέρων δὲ φύς ἦν αὐτῷ γάμων) κατ' ἀρχὰς μὲν λανθάνοντι φαρμάκῳ, ἐκείνου δὲ κατὰ πρόνοιαν ἐξεμεθέontos, ἀναιδεστάτῃ διαχειρίζεται γνώμη· δεσμωτηρίῳ ἐμβαλὼν κελεύει κατακοπῆναι, ἐπιβουλήν αὐτῷ καταφευσάμενος. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος, ὃς αὐτόχειρ τοῦ μιάσματος ἐγεγόνει, ἀδελφὸς ἦν Ἀρσινόης, καὶ ἐπόνυμον διὰ τὴν σκαιότητα καὶ ἀπόνοιαν τὸν κεραυνὸν ἔφερον. (2) Ὁ τοίνυν Λυσιμάχος διὰ τὴν παιδοκτονίαν μῖσός τε δίκαιον παρὰ τῶν ὑπηκόων ἐλάμβανε, καὶ Σέλευκος ταῦτα πυθόμενος, καὶ ὡς εὐχερὲς εἶη τοῦτον παραλῦσαι τῆς ἀρχῆς τῶν πόλεων ἀφεσταμένων αὐτοῦ, μάχην συνάπτει πρὸς αὐτόν. Καὶ πίπτει ἐν τῷ πολέμῳ Λυσιμάχος παλτῷ βληθεὶς· ὁ δὲ βαλὼν ἀνὴρ Ἡρακλεώτης ἦν, ὄνομα Μαλάκων, ὑπὸ Σελεύκῳ ταττόμενος. Πεσόntος δὲ, ἡ τούτου ἀρχὴ προσχωρήσασα τῇ τοῦ Σελεύκου μέρος κατέστη. Ἄλλ' ἐνταῦθα μὲν καὶ τὸ ἕ' τῆς Μέμνονος ἱστορίας λήγει.

#### ΕΚ ΤΟΥ ΙΓ' ΚΑΙ ΙΔ' ΒΙΒΛΙΟΥ.

IX. Ἐν δὲ τῷ ιγ' τοὺς Ἡρακλεώτας λέγει πυθομένους τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Λυσιμάχου καὶ ὡς εἶη ὁ τοῦτον ἀπεκτονὸς Ἡρακλεώτης, τὰς τε γνώμας ἀναρρώννυσθαι καὶ πρὸς τὸν τῆς ἐλευθερίας ἀνδραγαθίζεσθαι πόθον, ἣν δ' καὶ π' ἔτεσιν ὑπὸ τε τῶν ἐμφυλίων τυράννων καὶ μετ' ἐκείνους ὑπὸ Λυσιμάχου ἀφῆρητο. (2) Προσηλθὼν οὖν πρότερον Ἡρακλείδῃ, πείθοντες αὐτὸν μὲν ἐκχωρεῖν τῆς πόλεως, οὐκ ἀπαθῆ κακῶν μόνον ἀλλὰ καὶ λαμπροῖς δώροις ἐφοδιαζόμενον, ἐφ' ᾧ τὴν ἐλευθερίαν ἐκείνους ἀναλαβεῖν. (3) Ὡς δὲ οὐ μόνον οὐκ ἔπειθον, ἀλλὰ καὶ εἰς ὀργὴν ἐκπεσόντα εἶδον καὶ τινὰς αὐτῶν καὶ τιμωρίαις ὑπάγοντα, συνθήκας θέμενοι πρὸς τοὺς φρουράρχους οἱ πολιταί, αἱ τὴν τε ἰσοπολιτείαν αὐτοῖς ἔνεμον καὶ τοὺς μισθοὺς λαβεῖν ὧν ἐστέρητο, συλλαμβάνουσι τὸν Ἡρακλείδην καὶ φυλαττόμενον εἶχον ἐπὶ χρόνον. Ἐκεῖθεν λαμπρὰς ἀδείας λαβόντες τῆς τε ἀκροπόλεως μέχρις ἐδάφους τὰ τεῖχη κατέβαλον, καὶ πρὸς Σέλευκον διεπρεσβεύοντο, τῆς πόλεως ἐπιμελητὴν προστησάμενοι Φώκριτον.

X. Ζιποῖτης δὲ ὁ Βιθυνῶν ἐπάρχων, ἐχθρῶς ἔχων Ἡρακλεώταις πρότερον μὲν διὰ Λυσιμάχον, τότε δὲ διὰ Σέλευκον (διάφορος γὰρ ἦν ἑκατέρῳ), τὴν κατ' αὐ-

et acrem. Hic quum pedem intulisset Heracleæ, quum cetera nimis rigide administravit, tum multos civium criminibus oneravit, nec pauciores supplicio affecit; adeo ut felicitatem vixdum exortam cives denuo amitterent.

VIII. Ceterum Lysimachus fraude Arsinoes circumventus natu maximum et optimum filiorum Agathoclem, e prioro sibi conjuge natum, primo quidem veneno clanculario, sed postea, hoc per vomitum rejecto, quum providisset illi insidias, sententia impudentissima damnatum necat. In carcerem enim compactum trucidari jubet, insidias sibi structas falso criminatus. Ptolemæus autem, qui sua manu scelus id perpetravit, frater erat Arsinoes, et Cerauni (*Fulminis*) cognomentum ab importunitate morum et vecordia retulit. (2) Lysimachus igitur propter filii cædem in odio erat subditorum. Et Seleucus, his cognitis, et quod facile sit regno hominem excutere, civitatibus ab eo deficientibus, prælium cum eo (*ad Curopedium*) conserit, in quo Lysimachus pilo trajectus occumbit: trajecit autem vir Heracliensis, nomine Malacon, Seleuco militans. Interempto Lysimacho, regnum ad Seleuci ditionem accessit. Ibi duodecimus Memnonis liber Historiarum desinit.

#### LIBRI XIII ET XIV.

IX. Libro decimo tertio narrat hæc: Heraclienses, ait, audito Lysimachi interitu, et quod a populari suo nex illi illata esset, animos confirmant, et pro libertatis recuperandæ desiderio fortes se viros declarant: quam per annos octoginta quattuor tyranni domestici, et post eos Lysimachus ereptam tenuerant. (2) Primum igitur Heraclidem conveniunt, et ut non tantum salvus et incolumis, sed etiam splendido munere viatico instructus excedat, pristinam modo libertatem obtineant, suadent. At quum non modo non persuaderent, sed ira etiam tyrannum inflammari, et nonnullos de suis ad supplicia rapi ab eo viderent, pacto cum præsidii præfectis inito, ut æquali in republica jure uterentur, et quibus fraudati essent stipendia reciperent, Heraclidem in vincula conjectum ad tempus custodiunt. Omni dehinc metu soluti, moenia arcis ad fundamenta usque diruunt, et missa ad Seleucum legatione, Phocritum civitatis principem et curatorem faciunt.

X. At Zipoetes, Bithyniæ regulus, Heracliensibus infensus jam antea Lysimachi, tunc vero Seleuci causa (nam cum utroque simultates habebat), excursionibus factis detri-

VIII, 1. Ἀγαθοκλέα] Cf. Strabo XIII, p. 623; Pausan. I, 10; Appian. Syr. 64; Justin. XVII, 1. Droysen. I. I. I, 638 sqq.

IX, 3. λαμπρὰς] olim λαμπρᾶς; quare λαβόντες in μεταλαβόντες mutari voluit Jacobs. ad Achill. Tat. p. 880.

X. Ζιποῖτης] De hoc vide infra c. 20, Diodor. XIX, 60, 3 ibique Wesseling.; Plutarch. Qu. Gr. c. 49, p. 302, E; Pausan. V, 12; Tzetz. Hist. III, 930. Cf. Gronov. ad Liv. XXXVIII, 16; Clinton. F. H. tom. III, p. 411.

τῶν ἐπιδρομῆν, ἔργα κακώσεως ἀποδεικνύς, ἐποιεῖτο. Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ αὐτοῦ στρατεύμα κακῶν ἀπαθείς ἔπραττον ἄπερ ἔπραττον, ἔπασχον δὲ καὶ αὐτοὶ ὧν ἔδρων οὐ κατὰ πολὺ ἀνεκτότερα.

XI. Ἐν τούτῳ δὲ Σέλευκος Ἀφροδίσιον πέμπει διοικητὴν εἰς τε τὰς ἐν Φρυγίᾳ πόλεις καὶ τὰς ὑπερκείμενας τοῦ Πόντου. Ὁ δὲ, διαπραζάμενος ἃ ἐβούλετο καὶ ἐπανιών, τῶν μὲν ἄλλων πόλεων ἐν ἐπαίνοις ἦν, Ἡρακλεωτῶν δὲ κατηγορεῖ μὴ εὐνοϊκῶς ἔχειν τοῖς τοῦ Σελεύκου πράγμασιν. Ὑφ' οὗ Σέλευκος παροξυνθεὶς, τοὺς τε πρὸς αὐτὸν ἀφικομένους πρέσβεις ἀπειλητικοῖς ἐξεφαύλιζε λόγοις καὶ κατέπληττεν, ἐνὸς τοῦ Χαμαιλέοντος οὐδὲν ὀρρωδῆσαντος τὰς ἀπειλάς, ἀλλὰ φαιμένου « Ἡρακλῆς κάρρων, Σέλευκε » (κάρρων δὲ ὁ ἰσχυρότερος παρὰ Δωριεῦσιν). Ὁ δ' οὖν Σέλευκος τὸ μὲν ῥηθὲν οὐ συνῆκεν, ὀργῆς δ' ὡς εἶχε, καὶ ἀπετρέπετο. Τοῖς δὲ οὔτε τὸ ἀναχωρεῖν οἴκαδε οὔτε τὸ προσμένειν λυσιτελεῖς ἐδόκει. (2) Ταῦτα δὲ Ἡρακλεῶται πυθόμενοι τὰ τε ἄλλα παρεσκευάζοντο καὶ συμμαχοῦς ἤθροισον, πρὸς τε Μιθριδάτην τὸν Πόντου βασιλέα διαπρεσβεύμενοι καὶ πρὸς Βυζαντίους καὶ Χαλκηδονίους. (3) Οἱ δὲ περιλειπόμενοι τῶν ἀπὸ Ἡρακλείας φυγάδων, Νύμφιδος, καὶ αὐτοῦ ἐνὸς ὑπάρχοντος τούτων, κάθοδον βουλευσάντος αὐτοῖς, καὶ βράδιαν εἶναι ταύτην ἐπιδεικνύντος, εἰ μὴδὲν ὧν οἱ πρόγονοι ἀπεστέρητο αὐτοὶ φανεῖεν διοχλοῦντες ἀναλήψεσθαι, ἐπεισέν τε σὺν τῷ ῥάστῳ, καὶ τῆς καθόδου ὃν ἐβούλευσε τρόπον γεγεννημένης, οἱ τε καταχθέντες καὶ ἡ δεξαμένη πόλις ἐν ὁμοίαις ἡδοναῖς καὶ εὐφροσύναις ἀνεστρέφοντο, φιλοφρόνως τῶν ἐν τῇ πόλει τούτους δεξιωσαμένων, καὶ μὴδὲν τῶν εἰς αὐτάρκειαν αὐτοῖς συντελούντων παράλοισι πτότων. Καὶ οἱ Ἡρακλεῶται τὸν εἰρημένον τρόπον τῆς παλαιᾶς εὐγενείας τε καὶ πολιτείας ἐπελαμβάνοντο.

XII. Σέλευκος δὲ τοῖς κατωρθωμένοις κατὰ Λυσιμάχου ἐπαρθείς, εἰς τὴν Μακεδονίαν διαβαίνειν ὄρμητο, πόθον ἔχων τῆς πατρίδος, ἐξ ἧς σὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐστρατεύετο, κακεῖ τοῦ βίου τὸ λείπον διανῦσαι, γηραιὸς ἤδη ὢν, διανοούμενος, τὴν δὲ Ἀσίαν Ἀντιόχῳ παραθέσθαι τῷ παιδί. (2) Πτολεμαῖος δὲ ὁ Κεραυνός, τῶν Λυσιμάχου πραγμάτων ὑπὸ Σελεύκῳ γεγεννημένων, καὶ αὐτὸς ὑπ' αὐτὸν ἐτέλει, οὐχ ὡς αἰχμάλωτος παρορώμενος, ἀλλ' οἷα δὴ παῖς βασιλέως τιμῆς τε καὶ προνοίας ἀξιούμενος, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὑποσχέσει λαμπρυνόμενος, ἃς αὐτῷ Σέλευκος προὔτεινε, εἰ τελευτήσειεν ὁ γεινόμενος, [αὐτὸν εἰς] τὴν Αἴγυπτον, πατρίαν οὖσαν ἀρχὴν, καταγαγεῖν. (3) Ἄλλ' ὁ μὲν τοιαύτης κηδεμονίας ἠξίωτο· κακὸν δὲ ἄρα αἰ εὐεργε-

menta iis intulit. Exercitus tamen ejus, dum huic negotio incumbit, cladium non expers est, sed non multo mitiores, quam infert, recipit.

XI. Sub hæc Seleucus Aphrodisium procuratorem in oppida Phrygiæ et quæ adjacent Ponti mittit. Hic, rebus, quarum causa venerat, confectis, post reditum in aliarum quidem civitatum laude prolixus erat, Heraclienses autem criminabatur ut Seleuco parum addictos. Seleucus ergo, hoc irritatus, legatos ad se profectos fastidit, et minis increpitans terret. Quorum tamen unus, Chamæleon, nihil his percussus, ita regem compellat: Hercules κάρρων, Seleuce (κάρρων autem Doriensibus eum significat, qui est fortior). Quam vocem quum rex non intelligeret, concepta in ira persistens, se avertit. Legatis igitur neque domum redire neque illic manere operæ pretium videbatur. (2) Quæ quum Heracliensibus renunciarentur, tum ceteris se muniunt, tum sociorum copias colligunt, legatis missis ad Mithridatem, Ponti regem, et Byzantios et Chalcedonios. (3) Porro exules ab Heraclea qui supererant, Nymphis quidam ex eorum numero, reditum eis suadens nec difficilem hunc esse demonstrans, si nihil eorum quæ majores amisissent moleste viderentur et turbulente reposcere, quam minimo negotio persuasit. Quare quum eo quo consuluerat modo felicem inveniret successum reditus, tum reducti, tum quæ recepit illos patria, in communi et æqua versabantur lætitia et voluptate. Nam et humanissime eos cives tractabant, et nihil eorum, quæ ad mediocrem vitæ sustentationem conducunt, deesse patiebantur. Hoc itaque modo Heraclienses in antiquum nobilitatis et gubernationis decus sese vindicarunt.

XII. At Seleucus, successu contra Lysimachum elatus, transitum in Macedoniam instituit, (impulit enim amor patriæ, ex qua cum Alexandro militatum iverat,) ibique reliquum vitæ tempus conficere destinans (nam senio confectus erat), Asiam filio Antiocho commendavit. (2) Ptolemæus autem Ceraunus, Lysimachi regno sub arbitrium Seleuci redacto, et ipse ei subjectus erat: nec tamen, ceu captivi loco, neglectim, sed, ut regia soboles, in honore et accuratione habitus; immo magnificis etiam promissis ornatus a Seleuco, fore ut defuncto parente (Ptolemæo Lagi) in paternum Ægypti regnum deduceretur. (3) Ita sane liberaliter et honorifice ille tractabatur: at hominem

XI, 1. κάρρων] H. Stephanus; καρῶν libri. Sophron ap. Apollon. Dysc. De pron. p. 355 Bekk.: Ἡρακλῆς τεοῦς κάρρων ἦν. Proverbium in superbos. Plura v. in H. Stephan. Thesaur. v. κρατύς. — ὀργῆς δ' ὡς εἶχε] « Est Herodotea phrasis, qua, ut tot aliis Herodoti, utitur Pausan. I, 42. V. Valckenar. ad Herodot. p. 412. » Schæfer. — 3. Νύμφιδος] v. fr. Nymphid. introduct. — εἰ μὴδὲν] A.; μὴδὲ vulg.

XII, 1. κατὰ Λυσ.] em. Rhodomannus; libri μετὰ. — Ἀντιόχῳ] em. Palmer.; libri Ἀντιγόνῳ. — 2. [αὐτὸν εἰς] supplevit Scaliger. — 3. ἐβελτίουν] A., ἐπετέλουν cett. — Interfectus Seleucus anno vitæ 75<sup>mo</sup>, regni 32<sup>mo</sup> (Syncell. p. 266) initio anni 280 a. C. Vide Clinton. ad h. an.

σῆσαι οὐκ ἐβελτίουν. Ἐπιβουλὴν γὰρ συστήσας, προσπεσὼν τὸν εὐεργέτην ἀναιρεῖ, καὶ ἵππου ἐπιβὰς πρὸς Λυσιμαχίαν φεύγει, ἐν ᾗ διάδημα περιθέμενος μετὰ λαμπρᾶς δορυφορίας κατέβαινε εἰς τὸ στράτευμα, δεχομένων αὐτὸν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης, καὶ βασιλέα καλούντων, οἳ πρότερον Σελεύκῳ ὑπήκουον.

XIII. Ἀντίγονος δὲ ὁ Δημητρίου τὰ συνενεχθέντα μαθὼν ἐπὶ Μακεδονίαν διαβαίνειν ἐπεχείρει πεζῶ καὶ νηίτη στρατεύματι, προφθάσαι σπεύδων τὸν Πτολεμαῖον. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος τὰς Λυσιμάχου νῆας ἔχων ἀπῆλτα καὶ ἀντιπαρετάττετο. (2) Ἦσαν δ' ἐν αὐταῖς ἄλλαι τε καὶ τῆς Ἡρακλείας αἱ μετάπεμπτοι, ἐξήρεις τε καὶ πεντήρεις καὶ ἄφρακτοι, καὶ ὀκτῆρης μία ἡ λεοντοφόρος καλουμένη, μεγέθους ἕνεκα καὶ κάλλους ἤκουσα εἰς θαῦμα· ἐν ταύτῃ γὰρ ἑκατὸν μὲν ἄνδρες ἕκαστον στοῖχον ἤρεττον, ὡς ὀκτακοσίους ἐκ θατέρου μέρους γενέσθαι, ἐξ ἑκατέρων δὲ χιλίους καὶ ἑξακοσίους, οἳ δὲ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων μαχησόμενοι χίλιοι καὶ διακόσιοι, καὶ κυβερνηταὶ δύο. (3) Τῆς οὖν συμβολῆς γενομένης, κρατεῖ Πτολεμαῖος τὸ ναυτικὸν τρεψάμενος τοῦ Ἀντιγόνου, ἀνδριότερον τῶν ἄλλων ἀγωνισαμένων αἱ ἦσαν ἐξ Ἡρακλεώτιδος· αὐτῶν δὲ τῶν Ἡρακλεωτῶν τὸ ἐξαίρετον ἔφερον ἡ λεοντοφόρος ὀκτῆρης. Οὕτω κακῶς Ἀντίγονος τῷ στόλῳ πράξας, εἰς τὴν Βοιωτίαν ἀνεχώρησε. Πτολεμαῖος δὲ ἐπὶ Μακεδονίαν διέβη, καὶ βεβαίως ἔσχε τὴν ἀρχήν.

XIV. Αὐτίκα γοῦν τὴν οἰκείαν μᾶλλον ἐκφαίνων σκαιοτήτα, Ἀρσινόην μὲν, ὡς πάτριον τοῦτο τοῖς Αἰγυπτίοις, τὴν ἀδελφὴν γαμεῖ, τοὺς ἐκ Λυσιμάχου δὲ παῖδας αὐτῇ γεγεννημένους ἀναιρεῖ. Μεθ' οὗς κακείνην τῆς βασιλείας ἐξεκέρυξε. Καὶ πολλὰ καὶ παράνομα ἐν δυσὶ διαπραξάμενος ἔτεσι, Γαλατικοῦ μέρους τῆς πατρίδος μεταναστάντος διὰ λιμὸν, καὶ Μακεδονίαν καταλαβόντων καὶ εἰς μάχην αὐτῷ συναψάντων, ἀξίως τῆς ὀμότητος καταστρέφει τὸν βίον, διασπαραχθεὶς ὑπὸ τῶν Γαλατῶν· ζῶν γὰρ ἐλήφθη, τοῦ ἐλέφαντος, ἐν ᾧ ὤχεϊτο, τρωθέντος καὶ καταβαλόντος αὐτόν. Ἀντίγονος δὲ ὁ Δημητρίου, [δ] ἠττηθεὶς τῷ ναυτικῷ, Πτολεμαίου ἀνηρημένου, τὴν Μακεδόνων λαμβάνει ἀρχήν.

XV. Ὁ δὲ Σελεύκου Ἀντίοχος πολλοῖς πολέμοις, εἰ καὶ μόλις καὶ οὐδὲ πᾶσαν, ὅμως ἀνασωσάμενος τὴν πατρίαν ἀρχήν, πέμπει στρατηγὸν Πατροκλέα σὺν ἐκστρατεύματι εἰς τὴν ἐπιτάδε τοῦ Ταύρου. Ὁ δὲ Ἑρμογένην προσαιρεῖται τὸ γένος Ἀσπένδιον, ὃς ἐπὶ τε πόλεις ἄλλας καὶ ἐπὶ τὴν Ἡρακλείαν ὄρμητο εἰσβαλεῖν. Τῶν δὲ Ἡρακλεωτῶν πρὸς αὐτὸν διαπρεσβευσάμενων, τῆς χώρας ἀναχωρεῖ καὶ φιλίαν συντίθεται ἐπὶ τὴν Βιθυνίαν διὰ τῆς Φρυγίας τραπόμενος. Ἐνεδρευθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Βιθυνῶν, διεφθάρη τε αὐτὸς καὶ ἡ σὺν

improbum bene merita nihilo meliorem fecere. Nam benefactorem insidiis oppressum trucidat, et conscenso equo Lysimachiam profugit : ubi imposito sibi diademate, cum satellitum manu speciosissima ad exercitum tendit. Ibi necessitate compulsi eum recipiunt, et regem salutant, qui paullo ante Seleuco parebant.

XIII. Antigonus autem Demetrii filius, hoc intellecto casu, expeditionem suscepit in Macedoniam pedestribus et nauticis copiis, Ptolemæum antevenire properans. At Ptolemæus expeditas habens Lysimachi naves, instructa acie occurrit : (2) inter quas erant quum aliæ, tum ab Heraclea accersitæ hexeres et penteres, et apertæ : et una octeris, cui nomen Leonigeræ ( a leonis imagine in aplustri posita ), magnitudine et elegantia in admirationem veniens : in hac enim centum homines unumquemque remorum versum remigabant, adeo ut in unoquoque latere octingenti forent, in ambobus vero mille et sexcenti ; milites in tabulatis mille ducenti ; præterea duo erant gubernatores. (3) Postquam in aciem descensum est, superior evadit Ptolemæus, in fugam versa Antigoni classe. Ubi fortius ceteris pugnant naves ex Heracleotide et palmam inter has tulit octoremis leonifera. Sinistram itaque fortunam classis expertus Antigonus in Bœotiam se contulit, Ptolemæus, transitu in Macedoniam facto, jam firmiter regnum tenebat.

XIV. Statim igitur, ut improbitas ejus eo magis in oculos hominum incurrat, Arsinoen sororem, quod patrium hoc sit Ægyptiis prætendens, matrimonii fœdere sibi adstringit, et natos ei ex Lysimacho trucidat : quin mox etiam ipsam non citra contumeliam regno expellit. Quumque plurima contra deum hominumque leges intra biennium perpetrasset, accidit ut pars quædam Gallorum, fame ex patria migrare coacta, Macedoniam invaderet : a quibus, conserto prælio, rex vivus capitur, elephanto, quo vehebatur, sauciato excussus, et ab hostibus discerptus, dignum crudelitate sua exitum invenit. Antigonus autem Demetrii, qui pugna navali succubuerat, jam hoste sublato, Macedoniæ regnum occupat.

XV. Antiochus interim Seleuci filius, quum vix tandem multis bellis nec universum tamen patris regnum recuperasset, expeditam manum in citeriora Tauri mittit, Patrocle duce, qui Hermogenem, Aspendium genere, legatum sibi adoptat. Hic quum alias urbes tum Heracleam quoque infestare constituerat : verum Heracliensium legatione placatus, e finibus eorum excedit, et percusso amicitiae fœdere, per Phrygiæ agros in Bithyniam se convertit. Exceptus vero Bithynorum insidiis, una cum exercitu

XIII 2. ἕκαστον στοῖχον] em. Palmer. ; ἑκατόνστ. A, ἑκατόστοιχον cett.

XIV. extr. ἠττηθεὶς] A ; ἠττήθη vulg. ; addidi articulum. De rebus hoc cap. narratis v. Justin. XXIV, 2 sqq. et quos ibi laudant interpp.

XV. Vide Droysen. *Hellenism.* tom. II, p. 249.

αὐτῷ στρατιὰ, ἀνὺρὸς ἔργα τὸ καθ' ἑαυτὸν εἰς πολεμίου ἀποδειξάμενος.

XVI. Διὰ ταῦτα δὴ ἐπιστρατεύειν ἐγνωκότος Ἀντιόχου κατὰ Βιθυνῶν, ὃ τούτων βασιλεὺς Νικομήδης διαπρεσβεύεται πρὸς Ἡρακλείαν συμμαχίαν αἰτῶν, καὶ τυγχάνει τῆς σπουδῆς, ἐν ὁμοίοις καιροῖς καὶ χρείαις τὴν ἀμοιβὴν ὑποσχόμενος. Ἐν τούτῳ δὲ Ἡρακλεῶται τὴν τε Κίερον καὶ τὴν Τίον ἀνεσώσαντο καὶ τὴν Θυνίδα γῆν, πολλὰ τῶν χρημάτων δαπανήσαντες· τὴν δὲ Ἀμαστριν (ἦν γὰρ καὶ αὐτὴ μετὰ τῶν ἄλλων ἀφηρημένη) καὶ πολέμῳ καὶ χρήμασι βουληθέντες τέως ἀναλαβεῖν αὐτὴν οὐ κατώρθωσαν, τοῦ κατέχοντος αὐτὴν Εὐμένους Ἀριοβαρζάνη τῷ Μιθριδάτου παιδὶ προῖκα μᾶλλον παραδοῦναι ταύτην ἢ παρέχουσι χρήματα τοῖς Ἡρακλεῶταις διὰ τὸ τῆς ὀργῆς ὑπαχθέντος ἀλόγιστον.

XVII. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐκδέχεται τοὺς Ἡρακλεῶτας ὃ πρὸς Ζιποίτην τὸν Βιθυνὸν πόλεμος, ὃς τῆς Θυνιακῆς ἐπῆρχεν Θράκης. Ἐν ᾧ πολέμῳ πολλοὶ τῶν Ἡρακλεωτῶν γενναίως ἀνδρισάμενοι κατεκόπησαν. Καὶ νικᾷ μὲν κατὰ κράτος ὁ Ζιποίτης, συμμαχίδος δὲ δυνάμει τοῖς Ἡρακλεῶταις ἐπελευθύνθη, φυγῇ τὴν νίκην κατασχύνει· οἱ δὲ ἠττημένοι τοὺς σφετέρους νεκροὺς ἀδελῶς ἀναλαβόντες καὶ καύσαντες, εἶτα καὶ πάντων κύριοι, περὶ ὧν ἦν ὁ πόλεμος, καταστάντες, καὶ τὰ ὄσπια τῶν ἀνηρημένων ἀνακομίσαντες εἰς τὴν πόλιν, ἐπιφανῶς ἐν τῷ τῶν ἀριστέων ἔθαψαν μνήματι.

XVIII. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ἀντιόχῳ τῷ Σελεύκου καὶ Ἀντιγόνῳ τῷ Δημητρίου, μεγάλων ἐκατέρωθεν στρατευμάτων ἀντιπαραταττομένων, κινεῖται ὁ πόλεμος καὶ χρόνον συγνὸν κατέτριψε· συνεμάχει δὲ τῷ μὲν ὃ τῆς Βιθυνίας βασιλεὺς Νικομήδης, Ἀντιόχῳ δὲ πολλοὶ ἕτεροι. Οὕτω δὲ συρραγεῖς Ἀντιόχος Ἀντιγόνῳ, τὸν πρὸς Νικομήδην χειρίζεται πόλεμον· ὃ δὲ Νικομήδης ἀλλαχόθεν τε δυνάμεις ἀθροίζει, καὶ συμμαχεῖν πρὸς Ἡρακλεῶτας διαπρεσβευσάμενος, τριήρεις τρισκαίδεκα συμάχους λαμβάνει, καὶ λοιπὸν ἀντικαθίσταται τῷ τοῦ Ἀντιόχου στόλῳ. Ἐπὶ χρόνον δὲ τινα ἀντικαταστάντες ἀλλήλοις, οὐδέτεροι μάχης ἤρξαν, ἀλλ' ἄπρακτοι διελύθησαν.

XIX. Ἐπεὶ δὲ Γαλάται πρὸς τὸ Βυζάντιον ἦκον καὶ τὴν πλείστην αὐτῆς ἐδήλωσαν, τῷ πολέμῳ ταπεινωθέντες οἱ ἐν Βυζαντίῳ πέμπουσι πρὸς τοὺς συμάχους δεόμενοι ὠφελείας. Καὶ παρέσχον μὲν πάντες ὡς εἶχον ἰσχύος, παρέσχον δὲ καὶ οἱ τῆς Ἡρακλείας (τοσοῦτον γὰρ ἡ πρεσβεία ἦται) χρυσοῦς τετρακισχιλίους. (2) Μετ' οὐ πολὺ δὲ Νικομήδης τοὺς Γαλάτας, οἷς ἡ καταδρομὴ τῶν Βυζαντιῶν ἐγεγένητο, πολλάκις μὲν ἐπιχειρήσαντας εἰς τὴν Ἀσίαν περαιωθῆναι, τοσαυτάκις δὲ ἀποτυχόν-

internecione caeditur, quum strenui viri facinora, suo loco, in hostes edidisset.

XVI. Hac de causa Antiocho in Bithynos expeditionem instituyente, rex horum Nicomedes per legatos subsidium ab Heracliensibus petit et obtinet, impetrati gratiam se relatuum, ubi in simili necessitate tempus flagitet, pollicitus. Hac occasione Cierum et Tium et Thynidem terram multis expensis ad se reduxerunt. Amastrin interea (quæ et ipsa cum reliquis adempta fuerat) tam bello quam pretio recuperare dum percipiunt, successu carent felice: propterea quod qui illam tenebat Eumenes Ariobarzani, Mithridatis filio, gratis eam tradere quam pecunia revendere Heracliensibus mallet, vesania iræ subactus.

XVII. Sub tempus illud bellum adversus Zipæten Bithynum, qui Thyniacam cum imperio Thraciam obtinebat, Heraclienses excepit. Quo in bello Heracleotarum bona pars fortiter dimicando cæsa fuit. Et victoria quidem summa vi potitur Zipætes: sed ubi sociorum auxilia supervenerant Heracliensibus, fuga illam dehonestat. Ergo qui modo succubuerant, cadavera suorum asserunt et cremant secure: et exinde sub arbitrium suum redigunt de quibus bello disceptabatur; et ossa interfectorum in urbem relata magnifice in præclare meritorum de patria monumento condunt.

XVIII. Circa hæc tempora inter Antiochum Seleuci et Antigonum Demetrii movetur bellum: et dum magnos utrinque apparatus faciunt in copias militares, tempus satis longum consumitur. Alteri Nicomedes Bithyniæ rex operam navabat, Antiocho complures alii. Necdum eruptionem fecerat in Antigonum Antiochus, quum bellum adversus Nicomedem instituit. Hic igitur et aliunde auxilia colligit, et de belli societate Heracleam missis legatis tredecim in subsidium triremes accipit, et tum demum classem suam Antiochi classi opponit. Etsi autem adversas aliquamdiu tenebant acies, neutri tamen pugnae initium faciunt; sed absque effectu tandem divelluntur.

XIX. Postquam vero Galli ad Byzantium delati maximam ditionis partem depopulabantur, fracti bello Byzantini, sociorum huc illuc missitantes auxilia implorant: et quisque pro virium modo suppeditat; Heraclienses etiam aureos quater mille (tantum enim legati petierant) subministrant. (2) Nec longum in medio spatium, quum Nicomedes Gallis, qui, incursatis Byzantinorum finibus, tametsi sæpenumero in Asiam trajicere conati, toties ab incepto desistere, adversantibus Byzantinis, coacti essent, certis tamen condi-

XVI. De rebus cf. Droys. I. I. p. 230. p. 173. 177.

XVII. Θυνιακῆς... Θράκης] *Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur*, Claudian. in Eutrop. II, 247. Accuratiores v. ap. Eustath. ad Dionys. Perieg. 795 (ex Arriano). — κατὰ κράτος] A; ἀνά κρ. vulg.

XVIII. extr. ἀπρακτοι] A; ἀπαράδεκτοι vulg.

XIX. 1. τετρακισχιλίους] χιλίους Stephanus nescio unde. Mox addidi voculam [εἰς].

τας, οὐκ ἀνεχομένων τὴν πρᾶξιν Βυζαντίων, ἐπὶ συνθή-  
καις ὁμῶς παρασκευάζει περαιωθῆναι. Αἱ δὲ συνθήκαι  
Νικομήδει μὲν καὶ τοῖς ἐκγόνοις αἰεὶ φίλα φρονεῖν τοὺς  
βαρβάρους, καὶ τῆς γνώμης τοῦ Νικομήδους χωρὶς μη-  
δενὶ συμμαχεῖν τῶν πρὸς αὐτοὺς διαπρεσβευομένων,  
ἀλλ' εἶναι φίλους μὲν τοῖς φίλοις, πολεμίους δὲ τοῖς οὐ  
φιλοῦσι, συμμαχεῖν δὲ καὶ Βυζαντίοις, εἴ που δεῆσοι,  
καὶ Τριανοῖς δὲ καὶ Ἡρακλειώταις καὶ Καλχηδονίοις καὶ  
Κιερανοῖς καὶ τισὶν ἑτέροις ἔθνῶν ἄρχουσιν. (3) Ἐπὶ  
ταύταις μὲν ταῖς συνθήκαις Νικομήδης τὸ Γαλατικὸν  
πλῆθος εἰς Ἀσίαν διαβιβάζει· ὧν περιφανεῖς μὲν ἐπὶ τῷ  
ἄρχεῖν ἑπτακαίδεκα τὸν ἀριθμὸν ἦσαν, οἱ δὲ καὶ αὐτῶν  
τούτων προκεκριμένοι καὶ κορυφαῖοι Λεωννῶριος ἦσθη  
καὶ Λουτούριος. (4) Αὕτη τοίνυν τῶν Γαλατῶν ἢ ἐπὶ τὴν  
Ἀσίαν διάβασις κατ' ἀρχὰς μὲν ἐπὶ κακῶ τῶν οἰκητό-  
ρων προσελθεῖν ἐνομίσθη, τὸ δὲ τέλος ἔδειξεν ἀποκριθὲν  
πρὸς τὸ συμφέρον. Ἦν γὰρ βασιλέων τὴν τῶν πόλεων δη-  
μοκρατίαν ἀφελεῖν σπουδαζόντων, αὐτοὶ μᾶλλον ταύτην  
ἐβεβαίουν, ἀντικαθιστάμενοι τοῖς ἐπιτιθεμένοις. (5) Νι-  
κομήδης δὲ κατὰ Βιθυνῶν πρῶτον, συμμαχούντων αὐτῷ  
καὶ τῶν ἐξ Ἡρακλείας, τοὺς βαρβάρους ἐξοπλίσας, τῆς  
τε χώρας ἐκράτησε καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας κατέκοψε, τὴν  
ἄλλην λείαν τῶν Γαλατῶν ἑαυτοῖς διανειμαμένων. Οὗ-  
τοι δὲ πολλὴν ἐπελθόντες χώραν αὐθις ἀνεχώρησαν,  
καὶ τῆς αἰρεθείσης αὐτοῖς ἀπετέμοντο τὴν νῦν Γαλα-  
σίαν καλουμένην, εἰς τρεῖς μοίρας ταύτην διανείμαντες,  
καὶ τοὺς μὲν Τρωγμοὺς ὀνομάσαντες, τοὺς δὲ Τολοστο-  
βογίους, τοὺς δὲ Τεκτόσαγας. Ἐδείμαντο δὲ πόλεις,  
Τρωγμοὶ μὲν Ἀγκυραν, Τολοστοβόγιοι δὲ Ταβίαν, Τε-  
κτόσαγες δὲ Πισινοῦντα.

**XX.** Ὁ δὲ Νικομήδης εἰς λαμπρὰν εὐδαιμονίαν ἀρ-  
θεῖς, πόλιν ἑαυτῷ ὁμώνυμον ἀνεγείρει ἀντικρὺ Ἀστα-  
κοῦ. Τὴν Ἀστακὸν δὲ Μεγαρέων ὄκησαν ἄποικοι,  
Ὀλυμπιάδος ἰσταμένης ἰζ', Ἀστακὸν ἐπέκλησιν κατὰ  
χρησμὸν θέμενοι ἀπὸ τίνος τῶν λεγομένων Σπαρτῶν  
καὶ Γηγενῶν τῶν ἀπογόνων τῶν ἐν Θήβαις, Ἀστακοῦ  
τὴν κληθῆσιν, ἀνδρὸς γενναίου καὶ μεγάλοφρονος. Αὕτη  
πολλὰς ἐπιθέσεις παρά τε τῶν ὁμορούντων ὑποστᾶσα,  
καὶ πολέμοις πολλάκις ἐντρυχωθεῖσα, Ἀθηναίων αὐτὴν  
μετὰ Μεγαρέας ἐπωκικῶται, ἔληξέ τε τῶν συμφορῶν  
καὶ ἐπὶ μέγα δόξης καὶ ἰσχύος ἐγένετο, Δυδαλσοῦ τηρι-  
καῦτα τὴν Βιθυνῶν ἀρχὴν ἔχοντος. (2) Οὗ τελευτήσαν-  
τος ἀρχεῖ Βοτείρας, ζήσας ε' καὶ ο' ἔτη. Τοῦτον δια-

tionibus transitum conciliavit. Conditionum formula hæc  
erat : « Ut barbari Nicomedi ejusque posteris perpetuo ami-  
citiæ fœdere conjuncti manerent ; absque Nicomedis senten-  
tia et voluntate nemini, a quo per legatos sollicitarentur,  
in bellis opem ferrent, sed amicis hujus amici, et inimicis  
hostes forent ; a Byzantinis etiam starent, si qua necessitas  
incideret ; societatem præterea colerent cum Trianis et He-  
racliensibus et Chalcedoniis et Cieranis et aliis nonnullis,  
qui alias sub jurisdictione gentes haberent. » (3) His pacto-  
rum legibus Nicomedes Gallorum multitudinem in Asiam  
transmisit. Horum principes in imperio illustres septemde-  
cim fuere, inter quos præcipui et summi Leonnori et Luta-  
rius. (4) Hæc igitur Gallorum in Asiam transmigratio primo  
quidem ad incolarum detrimentum progressura existima-  
batur ; sed exitus commodis ipsorum destinatum hoc  
ostendit. Dum enim reges popularem civitatibus statum  
abrogare satagunt, Galli hæc molientibus obsistendo magis  
illam corroborant. (5) Nicomedes igitur contra Bithynos  
primum, juvantibus etiam Heracliensibus, cum hac barba-  
rorum manu, quam armis instruxerat, profectus, et pro-  
vinciam subegit et concidit incolas : quod alioquin erat præ-  
dæ, inter se dispartiti sunt Galli. Qui longe lateque terram  
depopulati, retro tandem cesserunt et de subacta id sibi  
amputarunt, quod nunc Galatiæ nomen habet, et in tres  
partes distribuerunt. Alios enim Trogmicos nominant, alios  
Tolistobogios, alios Tectosages. Urbes etiam condiderunt :  
Trogmici Ancyram, Tolistobogii Tabiam, Tectosages Posi-  
nuntem.

**XX.** Nicomedes autem in conspicuo felicitatis gradu po-  
situs de nomine suo extruxit urbem e regione Astaci. Asta-  
cum vero Megarensium colonia sub initium Olympiadis  
decimæ septimæ frequentarat, Astacum oraculi jussu deno-  
minatam ab Astaco quodam generoso et cordato viro, ex  
eorum prosapia qui Sparti et Terrigenæ olim Thebis voca-  
bantur. Hæc multum a finitimis appetita et accisa bellis,  
Atheniensium colonis postmodum adjunctis, vexationum  
finem et incrementa gloriæ et potentiæ non mediocria adeptæ  
est, Dydalso tunc inter Bithynos rerum potente. (2) Quo  
defuncto Botiras regnat ad septuaginta quinque annos ætate

— 3. ἐπὶ τῷ ἄρχεῖν] dedi, monente Bekkero; libri ἐπὶ τὸ ἄ. — Λουτούριος] codicum lectionem Hoeschel. de suo, ut vi-  
detur, mutavit in notiores formam Λουτάριος. — 4. ταύτην ἐβεβαίουν] cod. A; vulg. αὐτὴν ἐ. — 5. Νικομήδης δὲ κ. τ.  
λ.] Eichhorn. Hist. Ant. I, p. 613 interpungendum censuit: N. δ. κ. Βιθυνῶν (πρῶτον συμμαχούντων αὐτῷ) καὶ (sc. κατὰ)  
τῶν ἐξ Ἰερ. τ. βαρβ. ἐξοπλ. Quæ bene refellit Orelli p. 347 sq. — ἐδείμαντο δὲ πόλεις κ. τ. λ.] « Falsissimum hoc : nam, au-  
ctore Plinio H. N. V, 42, oppida Tectosagum Ancyra, Trocmorum Tanium, Tolistoborum Pesinus : cum quo  
consentiant etiam Strabo XII, p. 567 et Ptolemæus V, 4. Talia non semel confundere Memnonem, scriptorem prorsus  
ἀγεώγραφον, observant L. Holstenius ad Stephan. Byz. p. 263 et Wesseling. ad Antonini Itinerar. p. 202. » Orelli.

**XX.** 1. Ἀστακον] v. Raoul-Rochette *Établiss.* III, p. 233. Müller *Dor.* I, 120 *Minyn.* p. 291. — ἰζ'] Ol. 18, 2. Eu-  
seb. Arm. Cf. Soetbeer. *Tab. chron.* ad Olymp. 17, 1. — ἀπὸ τίνος τῶν.. Σπαρτῶν] ἀπὸ Ἀστάκου τοῦ Ποσειδῶνος καὶ νύμ-  
φης Ὀλβίας, Arrian. ap. Steph. Byz. v. Ἀστακος. — Δυδαλσοῦ] De his regibus Bithyn. v. interpret. ad Appian. *Mithridat.*  
c. 2; G. Syncell. p. 276; Sevin. *Recherches sur les rois de Bithynie* in *Mém. de l'Acad. d. Inscr.* tom. XVIII, p. 489  
sqq. Vaillant. *Achaemenid. imperium* p. 298 sqq. et præ ceteris Clinton. *R. H.* tom. III, p. 410-420.



δέχεται Βᾶς ὁ υἱός, ὃς καὶ Κάλαν τὸν Ἀλεξάνδρου στρατηγόν, καίτοι γε λίαν παρεσκευασμένον πρὸς τὴν μάχην, κατηγωνίσαστο, καὶ τῆς Βιθυνίας παρεσκεύασε τοὺς Μακεδόνας ἀποσχέσθαι. Τούτου βίος μὲν ἐγγόνει ἐτῶν α' καὶ ο', ὧν ἐβασίλευσε ν'. (3) Οὗ παῖς τῆς ἀρχῆς διάδοχος, Ζιποίτης, λαμπρὸς ἐν πολέμοις γεγονώς, καὶ τοὺς Λυσιμάχου στρατηγοὺς τὸν μὲν ἀνελών, τὸν δὲ ἐπὶ μῆκιστον τῆς οἰκείας ἀπελάσας ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ Λυσιμάχου, εἶτα καὶ Ἀντιόχου τοῦ παιδὸς Σελεύκου ἐπικρατέστερος γεγονώς, τοῦ τε τῆς Ἀσίας βασιλεύοντος καὶ τοῦ Μακεδόνων, κτίζει πόλιν ὑπὸ τῷ Λυπερῷ ὄρει, τῇ αὐτοῦ κλήσει ἐπώνυμον. Οὗτος βίους μὲν ἔτη ἕξ καὶ ἑβδομήκοντα, κρατήσας δὲ τῆς ἀρχῆς ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα, καταλείπει παῖδας τέσσαρας. Τούτον ὁ πρεσβύτερος τῶν παίδων Νικομήδης διαδέχεται, τοῖς ἀδελφοῖς οὐκ ἀδελφὸς ἀλλὰ δήμιος γεγονώς. Ἐκρατύνατο μέντοι καὶ οὗτος τὴν Βιθυνῶν ἀρχὴν, μάλιστα γὰρ τοὺς Γαλάτας ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαπεραιωθῆναι συναράμενος· καὶ πόλιν, ὡς προεῖρηται, τὴν αὐτοῦ προσηγορίαν ἀνέστησε φέρουσαν.

**XXI.** Οὗ πολλῷ δὲ ὕστερον χρόνῳ πόλεμος ἀνεράγη Βυζαντίοις πρὸς Καλατιανούς (ἀποικοὶ δὲ οὗτοι Ἡρακλεωτῶν ἦσαν) καὶ πρὸς Ἰστριανούς περὶ Τόμεως τοῦ ἐμπορίου, ὃ τοῖς Καλατιανοῖς ὄμορον ἦν, μονοπόλιον τοῦτο διανοουμένων κατασκευάσαι τῶν Καλατιανῶν. Διεπρεσβεύοντο οὖν πρὸς Ἡρακλεώτας ἐπὶ συμμαχίᾳ ἑκάτεροι· οἱ δὲ πολεμικὴν μὲν ῥοπὴν οὐδετέρῳ ἔνεμον μέρει, διαλλακτικῶς δὲ ἄνδρας ἑκατέρωθεν ἀπέστελλον, κἂν ἄπρακτος αὐτῶν ἡ σπουδὴ τότε γέγονε. Πολλὰ δὲ οἱ τῆς Καλατίδος ὑπὸ τῶν πολεμίων παθόντες ὕστερον εἰς διαλύσεις ἤλθον, ἀπὸ ταύτης τῆς συμφορᾶς οὐκέτι σχεδὸν ἀναλαβεῖν αὐτοὺς δυνηθέντες.

**XXII.** Οὗ πολλοῦ δὲ πᾶν ῥυέντος χρόνου, ὃ τῶν Βιθυνῶν βασιλεὺς Νικομήδης, ἐπεὶ ὁ μὲν ἐκ προτέρων αὐτῷ γάμων γεγονώς παῖς Ζηίλας φυγὰς ἦν πρὸς τὸν Ἀρμενίων βασιλέα, ταῖς τῆς μητρικῆς Ἐταζέτας μηχαναῖς ἐλαθεῖς, οἱ δὲ ἐκ ταύτης αὐτῷ γεγονότες ἐνηπίαζον, πρὸς τῷ τελευτᾶν γεγονώς κληρονόμους μὲν τοὺς ἐκ τῆς δευτέρας γυναικὸς γράφει παῖδας, ἐπιτρόπους δὲ Πτολεμαῖον καὶ Ἀντίγονον καὶ τὸν ὄμιον τῶν Βυζαντίων καὶ δὴ καὶ Ἡρακλεωτῶν καὶ τὸν τῶν Κιανῶν ἐπίστησιν. (2) Ὁ μέντοι Ζηίλας μετὰ δυνάμεως, ἦν αὐτῷ τῶν Γαλατῶν οἱ Τολοστοβόγιοι θάρσους ἐπλήρουν, ἐπὶ τὴν βασιλείαν κατῆει. Βιθυνοὶ δὲ τὴν ἀρχὴν σώζειν τοῖς νηπίοις σπουδάζοντες τὴν μὲν τούτων μητέρα ἀδελφῷ συνοικίζουσι τῷ Νικομήδῳ, αὐτοὶ δὲ στρατεύουσι παρὰ τῶν εἰρημένων ἐπιτρόπων λαβόντες ὑπέμενον τὸν Ζηίλαν· συχναῖς δὲ μάχαις καὶ μεταβο-

producta. Ei filius Bas succedit qui etiam Calam, Alexandri copiarum praefectum, licet optime ad pugnam instructum, profligavit acie, et ut Macedones a Bithynia abstinerent, effecit. Vixit hic annos septuaginta et unum, et de iis quinquaginta regnum tenuit. (3) Successorem habuit filium Zipæten· qui clarus bellis e Lysimachi praefectis alium occidit, alium quam longissime a finibus suis depulit. Quin etiam ipso Lysimacho et posthac Antiocho Seleuci, qui Asiam tamen et Macedones imperio coercerant, superior factus urbem condit, ad Lyperum montem, nomine suo insignem. Hic ubi vitam in septuaginta sex et administrationem regni in quadraginta octo annos extenderrat, quattuor filios reliquit. Eumque in regno Nicomedes natu maximus excepit, qui fratribus non frater, sed carnifex erat. Confirmavit tamen etiam hic Bithyniae regnum, maxime eo, quod Galatas sedes in Asiam transferentes adjuvit, urbemque, ut jam indicatum est, sui nominis eduxit.

**XXI.** Interlapso hinc tempore aliquo, Byzantinis bellum adversus Calatianos (Heraeleotarum colonia haec est) et Istrianos erupit, propter Tomin, emporium Calatianis vicinum, quod monopolium ex eo facere animo conceperant Calatiani. Propterea utrinque ad Heraclienses de belli societate mittitur legatio. At hi neutri parti bellicam opem tribuunt, sed legant ad utrosque, qui pacifice controversiam transigant. Tamen absque effectu hoc ipsis studium exivit. Multis igitur detrimentis affecti Calatidis incolae ad pacis demum condiciones descenderunt. Nec quidquam fere ab ista calamitate virium potuerunt recipere.

**XXII.** Nec multum temporis effluxit, quum rex Bithynorum Nicomedes (postquam e priore ei natus conjugio Zeilas ad Armeniorum regem profugisset, expulsus novercae Etazetae machinis, cujus liberi adhuc in tenera aetate erant) morte jam imminente, ex altera natos uxore haeredes regni scripsit, et curatores Ptolemæum cum Antigono et populo Byzantinorum, nec non Heracliensium Cianorumque designavit. (2) Zeilas autem cum instructa manu, cui e Galatis Tolistobogii animos augebant, in regnum paternum redit. At Bithyni, dum conservare dominatum parvulis satagunt, matrem horum Nicomedis fratri in matrimonium clocant, et ipsi accepto a curatoribus exercitu Zeilam operiuntur. Et crebris utrobique praeliis et vicibus usi, pacem

— 3. αὐτοῦ Λυσιμάχου] A.; αὐτὸν Λυσιμάχον cett. — κτίζει πόλιν] Steph. Byz.: Ζιποίτιον, ... πολ. Βιθυνίας, ἀπὸ Ζιποίτου βασιλέως.

XXI. συμμαχία] Stephanus; συμμαχίαν libri. — κἂν ἀπρ.] εἰ καὶ voluit Stephan.; καὶ Scaliger.; ἀλλὰ?

XXII. 1. μητρικῆς] « Veram Zeilæ, Prusiae et sororis Lysandrae matrem *Consingim* Plinius H. N. VIII, 40 (61), Dilizelen autem appellat Tzetztes mortem ejus tragicam a cane rabido immissam referens ex Arriani Bithyniacis *Chil* III, hist. 115. » *Orelli*. Vide Clinton. III, p. 412. Droysen. II, p. 283. — 2. θάρσους] vocem Scaligero suspectam unciis inclu-

λαῖς ἑκάτεροι ἀποχρησάμενοι, τὸ τελευταῖον κατέστησαν εἰς διαλύσεις, Ἑρακλεωτῶν ἐν ταῖς μάχαις ἀριστευόντων, καὶ ταῖς συμβάσεσι τὸ συμφέρον καταπραττόντων. Διὸ Γαλάται ὡς ἐχθρὰν τὴν Ἑράκλειαν κατέδραμον ἕως Κάλλητος ποταμοῦ, καὶ πολλῆς κύριοι γεγονότες λείας οἶκαδε ἀνεχώρησαν.

XXIII. Βυζαντίους δὲ Ἀντιόχου πολεμοῦντος, τριήρεσι συνεμάχησαν τεσσαράκοντα οἱ Ἑρακλεῶται, καὶ τὸν πόλεμον παρεσκεύασαν μέχρις ἀπειλῶν προκόψαι.

XXIV. Συνέβη δὲ μετ' οὐ πολὺ ἐξ ἀνθρώπων Ἀριοβαρζάνην γενέσθαι, παῖδα Μιθριδάτην καταλιπόντα, καὶ ἐν διαφορᾷ πρὸς τοὺς Γαλάτας γεγονότα. Δι' ἦν αἰτίαν καταφρονήσαντες τοῦ παιδὸς οὗτοι, τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐσίνοντο. Καὶ ἀπορίας αὐτοὺς καταλαβούσης, ἀνελάμβανον οἱ ἀπὸ τῆς Ἑρακλείας, σῖτον εἰς Ἀμισὸν πέμποντες, ἐξ ἧς ῥᾶον ἦν τοὺς τοῦ Μιθριδάτου σιτηγεῖν ἑαυτοῖς καὶ ἐξακεῖσθαι τὴν ἔνδειαν. Διὰ ταῦτα πάλιν οἱ Γαλάται εἰς τὴν Ἑρακλεῶτιν ἔπεμψαν στρατευμα, καὶ ταύτην κατέτρεχον, μέχρις ἂν οἱ Ἑρακλεῶται διεπρεσβεύσαντο πρὸς αὐτούς. Νύμφις δὲ ἦν ὁ ἱστορικὸς ὁ κορυφαῖος τῶν πρέσβων, ὃς τὸν μὲν στρατὸν ἐν τῷ κοινῷ χρυσοῖς πενταχιλιόις, τοὺς δὲ ἡγεμόνας ἰδίᾳ διακοσίοις ὑποθεραπεύσας, τῆς χώρας ἀπαναστῆναι παρεσκεύασεν.

XXV. Πτολεμαῖος δὲ ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, εἰς ἄκρον εὐδαιμονίας ἀναβάς, λαμπροτάταις μὲν δωρεαῖς εὐεργετεῖν τὰς πόλεις προήγετο· ἔπεμψε δὲ καὶ τοῖς Ἑρακλεώταις ἀρτάβας πυροῦ πεντακοσίας, καὶ νεῶν αὐτοῖς Προκοννησίας πέτρας ἐν τῇ ἀκροπόλει Ἑρακλέους ἀνεδείματο.

2. Μέχρι τούτου φθάσας ὁ συγγραφεὺς εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν τὴν ἐκβολὴν ποιεῖται· ὅθεν τε γένους ἔφυσαν, καὶ τίνα τρόπον τῆς Ἰταλίας ἐνταῦθα κατόκησαν, ὅσα τε εἰς τὴν τῆς Ῥώμης κτίσιν προὔλαβέ τε καὶ ἐπράχθη, καὶ τῶν ἐπαρξάντων αὐτῶν ἐπιτρέχων, καὶ πρὸς οὓς πολέμοις διεγωνίσαντο, καὶ τὴν τε τῶν βασιλέων κατάστασιν, καὶ τὴν εἰς ὑπάτους τῆς μοναρχίας μεταβολὴν, ὅπως τε ὑπὸ Γαλατῶν Ῥωμαῖοι ἠττήθησαν, καὶ ἦλω ἂν ἡ πόλις, εἰ μὴ Κάμιλλος ἐπιβοηθήσας τὴν πόλιν ἐρρύσατο· (3) ὅπως τε ἐπὶ τὴν Ἀσίαν Ἀλεξάνδρῳ διαβαίνοντι καὶ γράψαντι ἢ κρατεῖν, ἢ ἀρχειν δύνωνται, ἢ τοῖς κρείττοσιν ὑπείχειν, στέφανον χρυσοῦν ἀπὸ ἱκανῶν ταλάντων Ῥωμαῖοι ἐξέπεμψαν· καὶ ὡς πρὸς Ταραντίνους καὶ Πύρρον συμμαχοῦντα τούτοις ἐπολέμησαν, καὶ τὰ μὲν παθόντες τὰ δὲ κακῶς τοὺς πολεμίους διαθέμενοι Ταραντίνους μὲν ὑπη-

ad extremum ineunt. Heraclienses et in pugnis illis excellerunt, et in compositione belli egere quæ in rem forent. Idcirco Galatæ Heracleam ut inimicam invaserunt ad Calletem usque fluvium multaque ditati præda domum repetierunt.

XXIII. Sub hæc, Byzantinis inferente bellum Antiocho, quadraginta triremibus Heracleotæ auxiliantur : et horum factum est opera, ut ad minas tantummodo progressum haberet bellum.

XXIV. Nec longe post e vita mortalium eximitur Ariobarzanes, filiumque relinquit Mithridatem : cui lites cum Galatis intercessere. Quam ob causam hi, contempta pueri ætate, regnum ejus divexant. Quumque inopia rerum laborarent regii, Heraclienses eos sustentant, frumento Amisum advecto : unde satis facilis erat Mithridaticis victus copia et egestatis medela. Propter hæc iterum Galatæ hostiles in Heracleotidem copias mittunt : usquedum ab Heracliensibus per legatos mitigantur. Princeps autem legationis erat Nymphis, historiæ scriptor : qui quum exercitum in commune aureis quinquies mille, duces seorsum ducenis delinivisset, ut a finibus discederent, effecit.

XXV. Ptolemæus autem rex Ægypti, altissimum benignæ fortunæ gradum assecutus, magnificentissimis civitates muneribus demereri constituerat. Itaque etiam Heracliensibus quingentas artabas tritici misit, et templum Herculis e Proconnesio saxo in arce eis extruxit.

2. Huc auctor progressus, ad imperium Romanum excursionem fecit ; quo genere orti, quomodo hæc Italiæ loca insederint : quæque ante urbem conditam evenerint et gesta sint ; quos etiam principes habuerint, perstringit ; quæ cum aliis bella gesserint ; quid condito regno acciderit : et ut tandem regia potestas in consulare mutata fuerit imperium : utque a Gallis Romani devicti, et capta esset urbs, nisi superveniens auxilio Camillus eam liberasset : (3) ut etiam Alexandro, in Asiam trajicienti, et per literas eis denuntianti, ut aut vincerent, si gerendo imperio essent idonei, aut potentioribus cederent, auream coronam, quæ talentis non paucis constaret, miserint ; ut bella gesserint adversus Tarentinos et Pyrrhum Epiroten, hos auxilio juvantem ; ut qua patiendo qua inferendo clades hostes tan-

sit Orelli. Rationem idoneam desidero. — Κάλλητος ] Κάλληνα fluvium nominat Thucyd. IV, 75, Κάχητα Diodorus XII, 72, Κάλχητα Arrianus in Periplus. De re cf. Droysen. II, 256.

XXV. ἀρτάβας πεντακοσ.] de Artaba Ægyptiæ, sicuti de Persica v. Wesseling. ad Diodor. XX, 99, Wurm. De ponderum rat. p. 134. Vereor ut numerus artabarum recte se habeat. De re cf. Droysen. II, p. 355. — Προκοννησίας πετρ.] λίθου λευκοῦ σφόδρα ἐπαινουμένου, Strabo XIII, p. 558. — 2. ἦλω ἂν ἡ πόλις κ. τ. λ.] Hæc diversam a vulgari traditione narrationem arguere videri possint ; at quæ est in his excerptoris breviloquentia, nihil premendum duco. — Ἀλεξάνδρῳ γράψαντι κ. τ. λ.] de hoc commento v. St-Croix *Examen d. histor. d'Alex.* p. 479.

γάγοντο, Πύρρον δὲ τῶν τῆς Ἰταλίας ἀπήλασαν· (4) ὅσα τε πρὸς Καρχηδόνιους καὶ Ἀννίβαν Ῥωμαίοις ἐπράχθη, καὶ ὅσα πρὸς Ἰβήρας ἄλλοις τε καὶ Σκιπίωνι κατωρθώθη, καὶ ὡς παρὰ τῶν Ἰβήρων βασιλεὺς ψηφισθεὶς οὐκ ἐδέξατο· ὅπως δὲ καταπολεμηθεὶς ἔφυγεν Ἀννίβας· καὶ ὡς πέραν τοῦ Ἰονίου Ῥωμαῖοι διέβησαν· καὶ ὡς Περσεὺς ὁ Φιλίππου τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν ἐκδεξάμενος, καὶ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς τὸν αὐτοῦ πατέρα Ῥωμαίοις γεγενημένας νεότητι κινῶν κατεπολεμήθη, Παύλου τὸ κατ' αὐτὸν ἀναστήσαντος τρόπαιον· ὅπως τε (πρὸς) Ἀντίοχον τὸν Συρίας καὶ Κομμαγηνῆς καὶ Ἰουδαίας βασιλέα δυσὶ μάχαις νικήσαντες τῆς Εὐρώπης ἐξέβαλλον. Τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς μέχρι τοῦδε δέεισιν ὁ συγγραφεὺς.

XXVI. Ἀναλαβὼν δὲ γράφει, ὅπως Ἡρακλεῶται διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τοὺς τῶν Ῥωμαίων στρατηγούς ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβεβηκότας, ἀσμένως τε ἀπεδέχθησαν καὶ ἐπιστολῆς φιλοφρονούμενοι ἔτυχον, Ποπλίου Αἰμιλίου ταύτην ἀποστείλαντος, ἐν ᾗ φιλίαν τε πρὸς αὐτοὺς τῆς συγκλήτου βουλῆς ὑπισχνεῖτο καὶ τὰ ἄλλα προνοίας τε καὶ ἐπιμελείας, ἐπειδὴν τινος αὐτῶν δέοιντο, μηδεμιᾶς ὑστερεῖσθαι. Ὑστερον δὲ καὶ πρὸς Κορνήλιον Σκιπίωνα τὸν τὴν Λιβύην Ῥωμαίοις κτησάμενον διαπέμπουσι πρεσβείαν, τὴν ὠμολογημένην φιλίαν ἐπικυροῦντες. (2) Μετὰ ταῦτα δὲ πάλιν πρὸς τὸν αὐτὸν διαπρεσβεύονται, διαλλάττειν πρὸς Ῥωμαίους ἀξιοῦντες τὸν βασιλέα Ἀντίοχον· καὶ ψήφισμα πρὸς αὐτὸν ἔγραψαν, παραινῶντες αὐτὸν τὴν πρὸς Ῥωμαίους διαλύσασθαι ἔχθραν. Ὁ δὲ Κορνήλιος Σκιπίων ἀντεπιστέλλων τοῖς Ἡρακλεώταις, ἐπιγράφει οὕτως· « Σκιπίων στρατηγὸς ἀνθύπατος Ῥωμαίων, Ἡρακλεωτῶν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν· » ἐν ταύτῃ τὴν τε πρὸς αὐτοὺς εὐνοίαν ἐπιβεβαιῶν, καὶ ὡς διαλύσαιντο Ῥωμαῖοι τὴν πρὸς Ἀντίοχον μάχην. Τὰ αὐτὰ δὲ Λευκίῳ Πόπλιος Κορνήλιος Σκιπίων ὁ ἀδελφὸς καὶ στρατηγὸς τοῦ ναυτικοῦ τοῖς Ἡρακλεώταις διαπρεσβευσάμενοις ἀντέγραψε. (3) Μετ' οὐ πολὺ δὲ πάλιν εἰς μάχην Ἀντίοχος Ῥωμαίοις κατέστη, καὶ ἀνὰ κράτος ἠττηθεὶς ἐπὶ συνθήκαις διελύσατο τὴν ἔχθραν, αἱ καὶ τῆς Ἀσίας αὐτὸν ἀπάσης ἀπεῖργον, καὶ τοὺς ἐλέφαντας καὶ τῶν νηῶν συναφροῦντο τὸν στόλον, τῆς Κομμαγηνῆς αὐτῷ καὶ τῆς Ἰουδαίας εἰς ἀρχὴν ὑπολειπομένων. (4) Ἡ δὲ τῶν Ἡρακλεωτῶν πόλις πρὸς τοὺς ἐκπεμπομένους παρὰ τῶν Ῥωμαίων τῶν στρατηγῶν διαδόχους τὰ αὐτὰ τε διεπρεσβεύετο, καὶ ταῖς ὁμοίαις ἀντεδεξιόυτο εὐνοίαις καὶ φιλοφρονήσεσι, καὶ τέλος συνθήκαι προῆλθον Ῥωμαίοις τε καὶ Ἡρακλεώταις, μὴ φίλους εἶναι μόνον ἀλλὰ καὶ συμμάχους ἀλλήλοις, καθ' ὧν τε καὶ ὑπὲρ ὧν δεηθεῖεν ἑκάτεροι. Καὶ χαλκοὶ πίνακες δύο τὰς ὁμολογίας ἴσας καὶ ὁμοίας

dem domuerint et Pyrrhum Italia expulerint; (4) quæque cum Carthaginiensibus et Annibale negotia confecerint; et quæ contra Hispanos quum alii tum Scipio Marte secundo peregerint; utque hic Hispanorum decreto rex appellatus, honorem non admiserit: ut debellatus Annibal fugerit; ut Ionium mare transmissum, et cum Perseo, Philippi in regno Macedonum hærede, dum fœdus cum patre a Romanis percussum juvenili temeritate rescindit, sit debellatum, Æmilio Paulo de ipso triumphante; ut Antiochum Syriæ et Comagenæ et Judææ regem, duabus pugnis infractum, ex Europa ejecerint. Illa igitur hucusque de imperio Romano commemorat auctor.

XXVI. Exinde propositam sibi historiam ita continuat: Heraclienses Romanorum duces in Asiam transgressos missis legatis conveniunt, qui comiter accepti literas humanitatis plenas ab Æmilio Paulo retulerant, quibus et amicum ipsis fore senatum, nec ulla in re prudentiam Romanorum et curam (si quando his indigeant) defuturam pollicetur. Deinceps etiam ad Cornelium Scipionem, qui Africam Romanis bello asseruit, legationem misere, testatam prius amicitiam ut confirmarent. (2) Et posthæc eundem rursus per legatos orant, ut Antiochum in gratiam reponat apud Romanos: et perscripto ad regem plebiscito, ut bellum contra Romanos deponat, adhortantur. Cornelius etiam Scipio Heracleotis rescribens hac inscriptione utitur: *Scipio imperator procos. Romanorum, senatui populoque Heracliensium salutem.* Et his literis benevolentiam erga ipsos ratam et firmam esse et bellum cum Antiocho solvisse Romanos affirmat. Eadem quæ Lucius etiam Publius Cornelius Scipio ejus frater et classis præfectus Heracliensibus post missam legationem respondit. (3) Brevi post Antiochus bellum adversus Romanos redintegrat, et prælio summis viribus commisso victus arma deponit, pacis conditionibus acceptis, quæ et tota eum Asia minore excludunt, et elephantis naviumque classe privant, Comagena et Syria et Judæa tantummodo relictis. (4) Heracliensium dehinc civitas ad imperatorum Romanorum, quos modo dixi, successores item legatos misit et eadem gratia et humanitate potitur: donec ad has tandem leges inter Romanos et Heraclienses processum est, ut non modo amicitiam inter se, verum etiam societatem, contra quos et quorum gratia opus sit, colant. Suntque fœderis hujus pacta ejusdem te

— 4. βασιλεὺς ψηφ.] Cf. Liv. XXVII, 9. Polyb. X, 38. — τὸ κατ' αὐτὸν τρόπαιον] κατ' αὐτοῦ Scaliger; idem mox propositionem πρὸς, ut abundantem, expungit.

XXVI. 1. φιλοφρονούμενοι] A. φιλοφρόνου μὲν vulg. — 2. πρὸς αὐτὸν ἔγραψαν] A. προσαντέγραψαν vulg. — διαλύσασθαι] A. διαλύεσθαι vulg. — Λευκίῳ] A, Σελευκίῳ vulg. — 3. Κομμαγηνῆς αὐτῷ] Stephanus; K. αὐτῶν libri.

ἔφερον· ὧν δὲ μὲν παρὰ Ῥωμαίοις ἐν τῷ κατὰ τὸ Καπητώλιον ἱερῷ τοῦ Διὸς καθηλώθη, ὁ δὲ κατὰ τὴν Ἡράκλειαν, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τοῦ Διὸς ἱερῷ.

### ΕΚ ΤΟΥ ΙΕ' ΒΙΒΛΙΟΥ.

XXVII. Ταῦτα διεξελθὼν ὁ συγγραφεὺς κατὰ τὸ γ' καὶ ιδ' τῆς ἱστορίας εἰς τὴν ιε' εἰσβαλὼν, διηγεῖται, ὅπως Προυσίας ὁ Βιθυνῶν βασιλεὺς, δραστήριος ὢν καὶ πολλὰ πράξας, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Κίερον πόλιν Ἡρακλεωτῶν οὔσαν ὑφ' ἑαυτὸν ἔθετο τῷ πολέμῳ, ἀντὶ Κιέρου Προυσιάδα καλέσας. Εἶλε δὲ καὶ τὴν Τίον καὶ αὐτὴν ὑπήκοον αὐτοῖς οὔσαν, ὥστε ἐκ θαλάσσης εἰς θάλασσαν τὴν Ἡράκλειαν περιγράψαι. (2) Ἐφ' αἷς κάκεινην κραταιῶς ἐπολιόρχει, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν πολιορκουμένων ἀπέκτεινεν, ἐγγὺς δ' ἂν καὶ ἡ πόλις τοῦ ἀλῶναι κατέστη, εἰ μὴ ἐπὶ τῆς κλίμακος ἀναβαίνων Προυσίας, λίθῳ βαλόντος ἑνὸς τῶν ἀπὸ τῆς ἐπάλλξεως, συνετρίβη τὸ σκέλος, καὶ τὴν πολιορκίαν τὸ πάθος διέλυσε. Φοράδην γὰρ ὁ βληθεὶς, οὐκ ἀνεῦ ἀγῶνος, ὑπὸ τῶν Βιθυνῶν ἀναχομισθεὶς εἰς τὰ οἰκεία ἀνέστρεψε, κάκει βιοὺς ἔτη οὐ πολλὰ, καὶ χωλὸς καὶ ὧν καὶ καλούμενος, τὸν βίον κατέστρεψεν.

XXVIII. Οἱ δὲ ὑπὲρ τὸν Πόντον Γαλάται, οὔπω τῶν Ῥωμαίων εἰς τὴν Ἀσίαν διαβεβηκότων, πόθον ἔχοντες πείραν λαβεῖν τῆς θαλάσσης προελεῖν ἐπεχείρουν τὴν Ἡράκλειαν, καὶ οὐ χαλεπὸν ἐνόμιζον· πολὺ γὰρ τῆς παλαιᾶς ῥώμης ὑφεῖτο καὶ πρὸς τὸ καταφρονούμενον ὑπέρρει. Στρατεύουσι δὴ κατ' αὐτῆς ἀπάσαις ταῖς δυνάμεσιν, οὐδ' αὐτῆς συμμάχων ἀμελούσης, ἀλλ' εἰς ὅσα παρεῖχεν ὁ καιρὸς, παρασκευαζομένης. (2) Ἐπολιορκεῖτο μὲν οὖν αὕτη, καὶ χρόνος ἐτρίβετο, ὃς τοὺς Γαλάτας εἰς ἐνδειαν τῶν ἀναγκαίων συνήλαυε· θυμῷ γὰρ καὶ οὐ παρασκευῇ τῇ δεούσῃ Γαλάτης ἀνὴρ τὸν πόλεμον διαφέρειν οἶδε. Πρὸς οὖν συλλογὴν τῶν ἐπιτηδείων τὸ στρατόπεδον ἀπολελοιπότων, ἐκδραμόντες οἱ τῆς πόλεως καὶ ἀδοκῆτοις ἐπιπεσόντες αὐτὸ τε εἶλον καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς χώρας σχεδασθέντας οὐ χαλεπῶς συνελάμβανον, ὡς μηδὲ τὴν τρίτην μοῖραν τοῦ Γαλατικοῦ στρατεύματος εἰς Γαλατίαν ἀναστρέψαι. Ἐκ δὲ τοῦ κατορθώματος πάλιν εἰς τὴν προτέραν εὐκλειαν καὶ εὐδαιμονίαν ἐλπίδας ἐλάμβανον ἀναβῆναι.

XXIX. Ῥωμαίοις δὲ πρὸς Μάρσους καὶ Πιλιγνοὺς καὶ Μαρρουκίνοὺς (ἔθνη δὲ εἰσι ταῦτα ὑπὲρ Λιβύης κατορημένα, Γαδείρων ὄμορα) δυσὶ τε τριήρεσι καταφράκτοις Ἡρακλεῶται συνεμάχησαν, καὶ συγκατορθώσαντες τὸν πόλεμον καὶ πολλῶν ἀριστείων ἀξιωθέντες ἐνδεκάτῳ ἔτει πρὸς τὴν πατρίδα ἀνεκομίσθησαν.

noris et formæ in tabulas æneas relata duas : quarum altera penes Romanos in Capitolino Jovis templo, altera Heracleæ etiam ipsa in Jovis templo est affixa.

### E LIBRO XV.

XXVII. Hæc postquam decimo tertio et decimo quarto Historiæ libris exposuit, decimum quintum exorsus hæc refert. Prusias (inquit) Bithynorum rex, mirifice industrius et gnavus multisque rebus gestis clarus, inter alia etiam Cierum, Heracliensis ditionis urbem, bello subjecit, pro Ciero Prusiadem nuncupans. Tium etiam eorundem jurisdictioni obnoxiam cepit, ut sic undique ab mari circumscriberet Heracleam. (2) Inde etiam violenta eam obsidione pressit, et plurimos obsessorum interfecit. Et jam prope erat ut urbs caperetur, nisi Prusiæ, dum scalis sursum nititur, lapide cujusdam de propugnaculis jacto crus fractum esset, et hic casus ab oppugnatione desistere eum coegisset. Ita enim percussus lectica non sine doloris acerbitate domum a Bithynis suis refertur : nec multis post annis, nomine et re claudus, finem vivendi fecit.

XXVIII. Nondum in Asiam Romani trajecerant, quum Galatæ, Ponti accolæ, maris tentandi cupiditate, Heracleam prius occupare conantur, non difficile id fore existimantes : siquidem de antiqua potentia multum jam deminutum, et ad contemptum prolabi sensim cœperat. Ideo universis eam copiis impugnant. Ipsa tamen sociorum interim non est immemor, sed, quantum occasio præsens facultatis concedit, se contra munit. (2) Obsidione igitur in tempus aliquod extracta, commeatum inopia in arctum coguntur Galatæ : ira enim, non apparatu necessario, bellum producere Galates novit. Quare quum ad comportandum necessaria castris abscessissent, cives eruptione facta inopinantes aggressi et castris potiuntur, et plurimos cædunt; dispalantes etiam per agros non multo negotio comprehendunt, adeo ut ne tertia quidem pars Galatici exercitus in Galatiam reversa sit. A quo successu ad pristinam emergendi fortunam et celebritatem spes conceperunt.

XXIX. Romanis etiam bello contra Marsos, Pilignos, et Marucinos (gentium harum sedes est supra Africam, in confiniis Gadium) duabus triremibus tectis Heracleæ auxiliantur. Et bello prospere confecto, multis eximie virtutis ornati præmiis, undecimo tandem anno in patriam sunt revecti.

XXVII. 1. τῷ πολέμῳ] τῷ abundat. Scaliger. — Προυσιάδα] urbem hanc ad Hypium fluvium prope Heracleam sitam infra (c. 41) confundit auctor cum altera Prusiade maritima quæ est ad Propontidem. — 2. κατέστρεψεν] A. μετέστρεψεν vulg.

XXVIII. 2. ἀδοκῆτοις] A. ἀδοκῆτως vulg. — εὐκλειαν] A. εὐλάβειαν vulg.

XXIX. Πιλιγνοὺς] A et alii quidam libri, quos laudat Hoeschel. ; Πελιγροὺς cod. Vat. et H. Stephan. — Μαρρουκίνοὺς] libri omnes, ut Hoeschel. ait, Μαργουκίνοὺς; Bekker. ed. Μαρουκίνοὺς. Quæ sequuntur, miram rerum geographicarum ignorantiam arguunt. — τε τριήρεσι] τετρήρεσι Stephan, fortassis recte.

XXX. Μετὰ ταῦτα δὲ ὁ πρὸς Ῥωμαίους βαρὺς Μιθριδάτης τῷ Πόντου βασιλεῖ συνέστη πόλεμος, φαινομένην λαβὼν αἰτίαν τὴν τῆς Καππαδοκίας κατάληψιν. Ταύτης γὰρ δι' ἀπάτης καὶ ὄρκων συμβατηρίων τὸν ἀδελφιδούν Ἀράθην συλλαβὼν ὁ Μιθριδάτης, αὐτοχειρίᾳ ἀποσφάξας, ἐκράτησε. Παῖς δὲ ὁ Ἀράθης ἐκ τῆς ἀδελφῆς τοῦ Μιθριδάτου Ἀριαράθου γεγένητο. (2) Φοινικώτατος δὲ ἐκ παιδὸς ὁ Μιθριδάτης ἦν· τὴν γὰρ ἀρχὴν τρισκαιδεκαέτης παραλαβὼν μετ' οὐ πολὺ τὴν μητέρα, κοινωὼν αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς τῆς βασιλείας καταλειφθεῖσαν, δεσποτικῶς κατασχὼν, βία καὶ χρόνῳ ἐξήνάλωσε· καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινε. Κατεστρέψατο δὲ πολέμῳ καὶ τοὺς περὶ τὸν Φᾶσιν βασιλεῖς ἕως τῶν κλιμάτων τῶν ὑπὲρ τὸν Καύκασον, καὶ τὴν ἀρχὴν ἠύξησε, καὶ ἐπὶ μέγα ἀλαζονείας ἐξώγκωτο. Δι' ἃ μᾶλλον Ῥωμαῖοι τὴν αὐτοῦ διάνοιαν ὑποπτον ποιούμενοι, τοῖς Σκυθῶν βασιλεῦσιν ἐψηφίσαντο τὰς πατρίδας αὐτὸν ἀρχὰς ἀποκαταστήσαι. (3) Ὁ δὲ μετρίως μὲν τοῖς προσταττομένοις ὑπήκουε, συμμάχους δὲ Πάρθους καὶ Μήδους, καὶ Τιγράνην Ἀρμένιον καὶ τοὺς Σκυθικοὺς βασιλεῖς καὶ τὸν Ἴβηρα προσηταιρίζετο. Προσετίθει δὲ καὶ ἑτέρας τοῦ πολέμου αἰτίας. Τῆς γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ συγκλήτου Νικομήδην τὸν ἐκ Νικομήδους καὶ Νύσης βασιλέα Βιθυνίας καθιστώσης, Μιθριδάτης Σωκράτην τὸν Χρηστὸν ἐπικληθέντα Νικομήδει ἀντεκαθίστη. Ἐπεκράτει δὲ ὁμοῦς ἡ Ῥωμαίων κρίσις καὶ ἄκοντος Μιθριδάτου.

XXXI. Ὑστερον δὲ Σύλλα καὶ Μαρίου περὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν πολιτείαν ἀναρριπισάντων τὴν στάσιν, τέσσαρας μυριάδας πεζῶν καὶ μυρίους ἵππεας Ἀρχελάφ τῷ στρατηγῷ παραδοὺς ὁ Μιθριδάτης, κατὰ Βιθυνῶν ἐκέλευσε στρατεύειν, καὶ κρατεῖ τῆς μάχης συμβαλὼν Ἀρχέλαος, φεύγει δὲ καὶ Νικομήδης μετ' ὀλίγων. Ταῦτά μαθὼν Μιθριδάτης, παραγεγονότος αὐτῷ καὶ τοῦ συμμαχικοῦ, ἄρας ἀπὸ τοῦ πρὸς τῇ Ἀμασίᾳ πεδίου διὰ τῆς Παφλαγονίας ἦει, πεντεκαίδεκα μυριάδας στρατὸν ἐπαγόμενος. (2) Μάνιος δὲ, τῶν ἀμφὶ Νικομήδην συστρατευομένων αὐτῷ μόνῃ τῇ τοῦ Μιθριδάτου φήμῃ διασκεδασθέντων, μετὰ Ῥωμαίων ὀλίγων ἀντιπαρατάσσεται Μηνοφάνει τῷ Μιθριδάτου στρατηγῷ, καὶ τραπεῖς φεύγει, πᾶσαν τὴν δύναμιν ἀποβαλὼν. (3) Ἐμβαλὼν δὲ σὺν ἀδείᾳ Μιθριδάτης εἰς τὴν Βιθυνίαν τὰς τε πόλεις καὶ τὴν χώραν ἀμαχί κατέσχε, καὶ τῶν ἄλλων δὲ πόλεων τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν αἱ μὲν ἠλίσκοντο αἱ δὲ προσεχώρουν τῷ βασιλεῖ, καὶ μεταβολὴ τῶν ὄλων ἀθρόα καθίστατο, Ῥοδίων μόνον

XXX. Post hæc acerrimum Mithridatis *Eupatoris* adversus Romanos bellum conflatur. Cappadociæ in speciem causa arripitur. Hanc enim Mithridates, quum Ariathem ex sorore nepotem, jurisjurandi pacifici dolo in potestatem reductum, sua manu obtruncasset, per vim sibi vindicaret. Ariathem hunc ex sorore Mithridatis genuerat Ariarathes. (2) Mithridates vero a puero ad cædes propensissimus erat; nam quum tredecim annorum adolescens regnum accepisset, modico interlapso tempore, matrem regni consortem a patre destinatam, dum carcere vinctam tenet, vi et temporis diuturnitate confecit; fratrem etiam necavit. Bello autem subegit reges circa Phasin, usque ad climata trans Caucasum: regnoque amplificato, magnum arrogantiae tumorem ostentabat. Quamobrem quum eo magis consilia ejus suspecta haberent Romani, senatus consultum fecerant, ut paterna regibus Scytharum (*deb. Phrygum*) regna restitueret. (3) At is moderate quidem mandatis obsequi: sed interim Parthos et Medos et Tigranem Armenium regesque Scytharum et Iberas *Asiae* in societatem belli adsciscere; alias etiam belli causas adjungere. Nam quum senatus Romanus Nicomedem, ex Nicomede et Nysa progenitum, Bithyniæ regem instituisset, Mithridates Socratem Frugi cognomento ipsi opposuit. Prævaluit tamen electio Romanorum, Mithridate invito.

XXXI. Interjecto tempore, quum Syllæ et Marii in republica Romana seditio exarsisset, Archelaum copiarum ducem Mithridates quadraginta millia peditum et decem millia equitum in Bithynos ducere jussit, collatisque signis victor evadit Archelaus, et fugit cum paucis ipse etiam Nicomedes. Quo cognito Mithridates, quum sub manu essent auxiliares, castris e subjecto Amasiæ campo motis, per Paphlagoniam iter facit centum et quinquaginta millia adducens. (2) Manius autem sub signis habens etiam Nicomedis copias (quæ ad solam Mithridatis famam dissipantur), cum exigua Romanorum manu sese objecit Menophani, Mithridatis duci, et repulsus fugit, omni exercitu amisso. (3) Secure igitur Bithyniam invadens Mithridates, et urbes et regionem citra pugnam obtinet: ceterarumque *Asiae* civitatum aliæ capiuntur, aliæ in fidem regis concedunt; et repente ingens fit rerum commutatio, Rhodiis solummodo

XXX. 1. αὐτοχειρίᾳ] καὶ αὐτ. vult Orelli præter necessitatem. De re cf. Justin. XXXVIII, 1. — 2. βία καὶ χρόνῳ, *veneno*, Sallust. ap. Serv. ad Virg. *Æn.* V. 295. — ἐξήνάλωσε] ἐξανάλωσε ex cod. A Bekk. post Stephan.; ἐξανάλωσε vult Orelli, sine causa. — τ. περὶ τ. Φᾶσιν βασιλεῖς] Cf. Strabo XI, p. 498; Justin. XXXVII, 3. — Σκυθῶν βασιλεῦσιν] Φρυγῶν βασ. em. Orelli, ex Appian. Mithr. c. 11 et 13. — 3. Μιθριδάτης ... ἀντεκαθίστη] sic em. Palmer. ex Appian. Mithr. c. 10; libri: Μιθρ. τὸν χρηστὸν ἐπικληθέντα Νικομήδην ἀντεκαθίστη. Socrates hic postea a Mithridate interfectus. V. Justin. XXXVIII, 5.

XXXI. 1. συμβαλὼν Ἀρχέλ.] ad Amnium fluvium in Domanetide Paphlagoniæ regione, ut testatur Strabo XII, p. 562. Cf. Appian. l. I. c. 17 sq. — 2. Μάνιος] A. B.; alii libri Μάρτιος. Manium (Aquillium, qui cum C. Mario a. 101 a. C. consul fuerat) tuetur Appianus l. I. De Mario cf. Plutarch. Mar. c. 34. — Ῥοδίων μόνον] Cf. Appian. c. 24 sqq. —

πρὸς Ῥωμαίους στεργόντων φιλίαν· δι' ἣν κατ' αὐτῶν Μιθριδάτης καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἐκίνει τὸν πόλεμον, εἰ καὶ τὸ πλεόν Ῥόδιοι ἔσχον, ὡς καὶ αὐτὸν Μιθριδάτην ναυμαχοῦντα ἐγγὺς τοῦ ἀλῶναι ἐλθεῖν. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα μαθὼν Μιθριδάτης ὡς οἱ κατὰ τὰς πόλεις σποράδες Ῥωμαῖοι τῶν παρ' αὐτοῦ διανοουμένων ἐμποδῶν ἴστανται, γράφει πρὸς πάσας, ὑπὸ μίαν ἡμέραν τοὺς παρ' αὐταῖς Ῥωμαίους φονεύειν. Καὶ πολλοὶ πεισθέντες, τοσοῦτον φόνον εἰργάσαντο, ὡς μυριάδας ὀκτὼ ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὸν διὰ ξίφους ὄλεθρον ὑποστῆναι.

XXXII. Ἐρετριάς δὲ καὶ Χαλκίδος, καὶ ὅλης Εὐβοίας τοῖς τοῦ Μιθριδάτου προσθεμένων, καὶ ἄλλων πόλεων αὐτῷ προσχωρούντων, καὶ μὴν καὶ Λακεδαιμονίων ἡττηθέντων, Σύλλαν ἐκπέμπουσιν οἱ Ῥωμαῖοι, ἱκανὴν αὐτῷ συνεκπέμφαντες στρατιάν. Ὁ δὲ παραγεγονώς, τῶν πόλεων τὰς μὲν ἐκουσιότητι μεταβαλλομένας, τὰς δὲ καὶ βίᾳ κατέσχευεν, οὐκ ὀλίγον στρατεύμα τῶν Ποντικῶν μάχῃ τρεψάμενος. Εἶλεν δὲ καὶ τὰς Ἀθήνας· καὶ κατέσκαπτο ἂν ἡ πόλις, εἰ μὴ θάπτον ἡ σύγκλητος Ῥωμαίων τὴν τοῦ Σύλλα γνώμην ἀνέκοψε. (2) Συχνῶν δὲ παρατάξεων συνισταμένων, ἐν αἷς τὸ πλεῖον εἶχον οἱ Ποντικοὶ, καὶ συμμεταβαλλομένων τῶν πραγμάτων τοῖς κατορθουμένοις, ἔνδεια τοῖς βασιλικοῖς τῆς διαίτης ἐπέστη, ἀσώτως τε πρὸς ταύτην διακειμένοις καὶ ταμιεύειν τὰ κτηθέντα μὴ ἐπισταμένοις. Καὶ εἰς συμφορῶν ἂν ἐξέπεσον τὴν ἐσχάτην, εἰ μὴ ὁ Ταξιλλῆς Ἀμφίπολιν ἐλὼν, καὶ διὰ ταῦτα τῆς Μακεδονίας πρὸς αὐτὸν μεταβαλλομένης, ἐκεῖθεν τὴν ἀφθονίαν ἐχορήγησε τῶν ἐπιτηδείων. (3) Οὗτος δὲ καὶ Ἀρχέλαος συμμίζαντες τὰ στρατεύματα ὑπὲρ τὰς ἐξ μυριάδας τὸ πλῆθος ἦγον, καὶ στρατοπεδεύονται κατὰ τὴν Φωκίδα χώραν, ὑπαντιάσαντες τῷ Σύλλᾳ. Ὁ δὲ καὶ Λούκιον Ὀρτήσιον ὑπὲρ τὰς ἐξ χιλιάδας ἄγοντα ἐξ Ἰταλίας συμπαραλαβὼν, ἀπὸ συχνοῦ διαστήματος ἀντεστρατοπεδεύετο. Ἐπὶ σιτολογίαν δὲ παρὰ τὸ πρέπον τῶν περὶ Ἀρχέλαον τραπέντων, ἀπροόπτως Σύλλας ἐπιτίθεται τῷ τῶν πολεμίων στρατοπέδῳ, καὶ τοὺς μὲν εὐρώστους τῶν ἀλόντων αὐτίκα κτείνει, ἐξ ὧν δὲ φόβον ἐπιθέσεως οὐκ εἶχε, τούτους περίστησι τῷ χωρίῳ καὶ πυρὰ κελεύει καίειν, ὡς τοὺς ἀπὸ τῆς σιτολογίας ἀφικνουμένους δέχονται μηδεμίαν ὑπόνοιαν παρεχόμενοι τοῦ πάθους· καὶ συνέβη ὡς ἐστρατηγήθη, καὶ λαμπρὰν τὴν νίκην ἔσχον οἱ περὶ τὸν Σύλλαν.

XXXIII. Χίους δὲ ὡς Ῥόδιοις συμμαχήσαντας αἰτιασάμενος ὁ Μιθριδάτης, κατ' αὐτῶν Δορύλαον ἐκπέμπει, ὃς, εἰ καὶ πολλῶν πόνῳ, τὴν πόλιν κατέσχε,

in amicitia Romanorum perdurantibus. Ideoque terra marique bellum contra ipsos movit Mithridates : Rhodii tamen superiores erant, adeo ut commisso proelio navali haud multum abesset quin ipse Mithridates caperetur. (4) Post hæc ubi intellexit Mithridates, cives Romanos per urbes Asiae dispersos consiliis suis impedimento esse, ad omnes civitates scripsit, ut uno die universos apud se Romanos occiderent. Et pleræque dicto ejus audientes cædem tantam patrarunt, ut uno eodemque die octoginta millia gladio mortem oppeterent.

XXXII. Ubi vero Eretria et Chalcis adeoque tota Eubœa ad Mithridatem sese applicarant, aliæque ad eum civitates transiverant, victis etiam Lacedæmoniis, Syllam cum justo agmine Romani emittunt : ejus adventu civitates partim sponte deditionem faciunt, partim vi in potestatem ei veniunt. Nec exiguas Ponticorum copias fundit et fugat. Athenas etiam cepit : et solo urbs æquata esset, nisi ocius senatus Romanus Syllæ propositum infregisset. (2) Post crebros autem conflictus, in quibus prævalebant Pontici, quum felici jam successu res commutarentur, alimonix inopia regis incubuit, quod prodige victu abuterentur et acquisita recte dispensare nescirent. Et in extremam deventum esset calamitatem, nisi Taxiles, capta Amphipoli, ideoque Macedonia ad ipsum deficiente, largam cibariorum facultatem inde subministrasset. (3) Hic et Archelaus, commistis agminibus, plus quam sexaginta millia hominum sub signis ducebant, et occursuri Syllæ in Phocide habebant stativa. Ille vero L. Hortensio adsumpto, qui sexies mille ex Italia adduxerat, satis longum in medio intervallum relinquens, castra ponit. Archelai autem militibus incomposite ad frumentandum conversis improvise adortus castra, quotquot robore pollentes cepit Sylla, statim occidit : a quibus autem nullus invadendi metus erat, hos loco circumdatos ignes accendere jubet, ut a pabulatione revertentes opperiantur, nulla adversi casus suspicione præbita. Hoc ut prudenter ab imperatore provisum erat, feliciter exivit : magnificaque victoria potiuntur Syllani.

XXXIII. Chios tunc incusans Mithridates, quod Rhodiis auxilia misissent, Dorylai opera impugnat : qui multo licet labore et urhem cepit, et agros Ponticis divisit, et cives

εἰ καὶ] « Aut excidit aliquid, aut legendum ἐν φ (sc. πολέμῳ). » *Orelli*. Nihil movendum; cf. εἰ καὶ cap. 35, 3. — μυριάδας ὀκτὼ] « Interfecta sunt 150,000, auctore Plutarcho in Sylla c. 48. Cum nostro facit Valerius Max. IX, 2, 3. Cf. Freinshem. ad Flor. III, 5 et Reimar. ad Dion. Cass. tom. 1, p. 46. » *Orelli*.

XXXII. 1. εἰ μὴ ἡ σύγκλητος κ. λ.] De his nihil ap. Plutarch. in Sylla, et Pausan. I, 20, neque ap. Appianum. — 2. κτηθέντα] alii lib. κτισθέντα. — 3. στρατεύματα] A; στρατεύμα vulg. — Λούκιον Ὀρτήσιον] corr. Scaliger., libri λουκίνσιον ὀρτίσιον vel λουβίσιον ὀρτίσιον. — χιλιάδας] A., μυριάδας vulg.

XXXIII. 1. Χίους] cf. Appian. l. l. c. 45 sqq.

καὶ τὴν μὲν χώραν κατένειμε τοῖς Ποντικοῖς, τοὺς δὲ πολίτας πλοίοις ἐμβαλὼν, διέφερον ἐπὶ τὸν Πόντον. (2) Ἡρακλεῶται δὲ, ἐπεὶ φίλια αὐτοῖς πρὸς Χίους ἦν, ἐν τῷ παράπλῳ τὰς Ποντικὰς νῆας, αἱ τοὺς αἰχμαλώτους ἦγον, ἐφορμήσαντες αὐταῖς οὐδ' ἀνθισταμέναις (οὐδὲ γὰρ ἐξήρχουν) κατήγον ἐπὶ τὴν πόλιν. Καὶ παραυτίκα τὰ πρὸς τὴν χρεῖαν χορηγοῦντες ἀφθόνως τοῖς Χιώταις, τούτους ἀνελάμβανον, καὶ ὕστερον μεγαλοπρεπῶς δωρησάμενοι, ἐν τῇ πατρίδι ἀποκατέστησαν.

XXXIV. Ἡ δὲ σύγκλητος Φλάκκον Οὐαλέριον καὶ Φιμβρίαν πέμπει πολεμεῖν Μιθριδάτῃ, ἐπιτρέψασα καὶ Σύλλα συλλαμβάνειν τοῦ πολέμου, ὅμοια φρονοῦντι τῇ συγκλήτῳ· εἰ δὲ μὴ, τὴν πρὸς αὐτὸν πρότερον συνάψαι μάχην. Οὗτος κατ' ἀρχὰς μὲν ποικίλαις ἐπάλαις συμφοραῖς (λιμὸν τε γὰρ καὶ τὰ ἀπὸ τῆς μάχης πταίσματα ἔσχε), κατώρθωσε μέντοι τὰ πλείω· διὰ δὲ Βυζαντίων ἐπὶ Βιθυνίαν διαβαλὼν, κάκειθεν ἐπὶ Νίκαιαν, τῆς πορείας ἔστη. Ὁσαύτως δὲ καὶ Φιμβρίας ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ διεπεραιώθη. (2) Φλάκκου δὲ δυσχεραίνοντος, ὅτι Φιμβρίαν μᾶλλον, ἅτε δὴ φιλανθρώπως ἀρχοντα, τὸ πλῆθος [ἀρχεῖν] ἠγάπα, καὶ διαλοιδουμένου αὐτῷ τε καὶ τῶν στρατιωτῶν τοῖς ἐπιφανεστέροις, δύο τῶν ἄλλων πλέον εἰς ὄργην ἐξαφθέντες ἀποσφάττουσιν αὐτόν. Ἐφ' οἷς ἡ σύγκλητος κατὰ Φιμβρίου ἠγανάκτησεν. Ὅμως οὖν τὴν ἀγανάκτησιν κρύπτουσα, ὑπατείαν αὐτῷ ψηφισθῆναι διεπράξατο. Ὁ δὲ πάσης γεγωνῶς ἠγεμὼν τῆς δυνάμεως, τὰς μὲν ἐχούσας τὰς δὲ καὶ βιαζόμενος τῶν πόλεων προσήγετο. Ὁ δὲ τοῦ Μιθριδάτου υἱὸς, Ταξιλλὴν καὶ Διόφαντον καὶ Μένανδρον τοὺς ἀρίστους τῶν στρατηγῶν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ πολλὴν ἄγων δύναμιν, τῷ Φιμβρία ὑπηντίαζε. (3) Τὰ μὲν οὖν πρῶτα τὸ ἐπικρατέστερον οἱ βάρβαροι ἔφερον· Φιμβρίας δὲ ἀνασώσασθαι στρατηγήματι τὰς ἐκ παρατάξεως ἐλαττώσεις διανοούμενος (τὸ γὰρ πολέμιον ὑπερεῖχε πλήθει), ὡς ἐπὶ τινὰ ποταμὸν τῶν μαχομένων ἑκατέρα δύναμις ἦκε, καὶ μέσον ἀμφοῖν τοῦτον ἐποιήσαντο, ὁμβροῦ περὶ τὸν ὄρθρον βραγέτος, ἀπροσδόκητος ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς διαβαίνει τὸν ποταμὸν, καὶ ὑπνω τῶν πολεμίων ἐν ταῖς σκηναῖς κατεχομένων ἐπιπεσὼν μὴδ' αἰσθανομένους κατέκτεινεν, ὀλίγων τῶν ἐν ἠγεμονίαις διαπεφευγόντων τὸν ὄλεθρον καὶ τῶν ἰππέων. Μεθ' ὧν καὶ Μιθριδάτης ὁ Μιθριδάτου, καὶ πρὸς τὸ Πέργαμον πρὸς τὸν πατέρα Μιθριδάτην ἅμα τοῖς συνεπισπασαμένοις διασώζεται. Οὕτω δὲ βαρείας τῆς συμφορᾶς καὶ λαμπρᾶς τοῖς βασιλικαῖς συμπεσοῦσης, αἱ πλεῖσται τῶν πόλεων πρὸς τοὺς Ῥωμαίους μετέθεντο.

XXXV. Μαρίου δὲ ἀπὸ τῆς φυγῆς ἀνασωθέντος εἰς τὴν Ῥώμην, Σύλλας δεδιὼς (τῶν ἀντιστασιωτῶν γὰρ

navigiis impositos in Pontum distulit. (2) At Heraclienses, quod amicitia ipsis cum Chiis intercessit, Ponticas in transitu naves, quæ captivos vehebant, adorti, ne resistentes quidem (non enim sat virium erat) in urbem deduxere. Et tunc quidem large rebus necessariis suppeditatis reficiunt Chios, postmodum vero eximiis affectos muneribus in patriam restituunt.

XXXIV. Sub ea Romæ senatus Valerio Flacco et Fimbriæ bellum Mithridaticum committit, cum mandatis, ut Syllam, si partes senatus tueatur, adjuvent: sin minus, cum ipso prius manus conserant. Ille igitur cum variis initio colluctabatur sortis adversæ casibus: nam et famem et Martis iniquitatem sustinuit; in plerisque tamen prospere fortunæ successu usus. Perque Byzantiorum fines in Bithyniam progressus, et inde Nicæam versus stativa habuit. (2) At Flacum, dum indigne fert, ab exercitu Fimbriæ plus favori, imperiumque ejus, utpote mitius et humanius, præferri, ideoque et ipsum et militum nobiliores criminatur, duo præ aliis ira inflammati trucidant. Quo nomine senatus Fimbriæ irasci quidem, sed tamen dissimulata indignatione consulatum ei decernendum curare. Hic ergo omnes sub imperio copias habens, civitates, alias voluntate ipsarum, alias vi sibi adjunxit. Mithridatis autem filius, cum Taxile et Diophanto et Menandro, ducum præstantissimis, conjunctus, et magno agmine instructus, Fimbriæ occursat. (3) Et primo barbarorum vires præcellunt; quare detrimenta in conflictu accepta strategemate resarcire cogitans Fimbria (hostis enim numero militum superior erat), quum ad flumen quoddam perventum esset, quod utrumque exercitum divideret, imbre sub auroram forte effuso, ex improvise Romanus imperator fluvium transgressus, hostes in tentoriis somno gravatos ita oppresit, ut ne sentirent quidem: et magna strage edita, præfectorum non multi et equites necem effugerunt. Inter quos etiam Mithridates, regis filius, Pergamum ad patrem, una cum iis qui simul fuga emergerant, salvus evasit. Tam gravis igitur et insignis clades ubi regis accidit, plurimæ civitates ad Romanos desciverunt.

XXXV. Interea Mario e fuga Romam reverso, metuens Sylla (nam de inimicorum ejus factione ille erat) ne si-

XXXIV. 1. τοῦ πολέμου] em. Schæfer.; libri τῷ πολέμῳ. — τῇ συγκλήτῳ] Hæc abundant. Scaliger. — τὴν πρὸς αὐτόν] τὴν abundat. Scalig. — 2. Φλ. δυσχεραίνοντος] Cf. Appian. l. I. c. 51 sq. — ἀρχεῖν] abundat; pro glossemate habet Orelli; uncis inclusit Bekker. — 3. ἀνασώσασθαι] A., ἀνασῶσαι vulg. — τὸν ὄρθρον] τὸν omittit cod. A. — ἀπροσδόκητος] A. ἀπροσδοκῆτως vulg. — συνεπισπασαμένοις] cod. Margunius; συνεξιππασαμένοις ceteri.

ἦν ἐκεῖνος), μὴ τῇ ὁμοίᾳ φυγῇ τὴν εἰς αὐτὸν ὕβριν ἀποτίσῃ, πρὸς Μιθριδάτην διεπρεσβεύετο, συμβάσεις αὐτῷ τὰς πρὸς Ῥωμαίους ὑποβαλλόμενος. Τοῦ δὲ καὶ ταῖς συμβάσεσιν ἀσμενίσαντος, ἀφικέσθαι τε ἐπὶ ταύταις αἰτήσαντος, αὐτὸς προθύμως ἐστέλλετο. (2) Οὕτω γοῦν τῶν ἀναμεταξὺ ἀλλήλων προεληλυθότων, Δάρδανον αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς συνθήκαις ὑποδέχεται, καὶ τῶν περὶ αὐτοὺς ὑποχωρησάντων, ὁμολογίαι γίνονται, Μιθριδάτην μὲν Ῥωμαίοις ἐχχωρεῖν τῆς Ἀσίας, καὶ Βιθυνῶν δὲ καὶ Καππαδοκίας ἄρχειν τοὺς ἐκ γένους βασιλέας· βεβαιωθῆναι δὲ Μιθριδάτῃ τοῦ Πόντου παντὸς τὴν βασιλείαν, παρασχεῖν δὲ ἰδίως Σύλλᾳ τριήρεις π' καὶ τάλαντα τρισχίλια πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπὶ τὴν Ῥώμην κάθοδον· καὶ Ῥωμαίους μηδὲν ταῖς πόλεσι μνησικαχῆσαι, ἀνθ' ὧν μετέβαλλον εἰς Μιθριδάτην· (3) εἰ καὶ μὴ κατὰ τὰς ὁμολογίας τοῦτο συνέβη· πολλὰς γὰρ ὕστερον τῶν πόλεων ἐδουλώσαντο. Σύλλας μὲν οὖν οὕτω λαμπρῶς εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀφίκετο, καὶ Μάριος αὐτῷ τῆς πόλεως ἐπεχώρησε, καὶ Μιθριδάτης ἀνέστρεψεν οἴκαδε, πολλὰ τῶν διὰ τὴν ἐν ἧ κατηνέχθη συμφορὰν ἀποστάντων ἔθνῶν ἐξ ὑπαρχῆς χειρωσάμενος.

XXXVI. Παρὰ τῆς συγκλήτου δὲ Μουρήνας ἡγεμῶν πέμπεται, καὶ Μιθριδάτης διαπρεσβεύεται πρὸς αὐτὸν, τὰς περὶ Σύλλαν ὁμολογίας ἅμα τε προτείνων καὶ βεβαίους ἀξιῶν εἶναι. Ὁ δὲ μὴ θέμενος τῇ πρεσβείᾳ (καὶ γὰρ καὶ οἱ πρέσβεις, Ἕλληνες ὄντες καὶ τὸν βίον φιλόσοφοι, τὸν Μιθριδάτην μᾶλλον διέσυρον ἢ συνίστων) ὤρμητο ἐπὶ τὸν Μιθριδάτην· καὶ τῷ τε Καππαδοκίας Ἀριοβαρζάνῃ τὴν ἀρχὴν βεβαιωτέραν ἐποίει, καὶ ἐπὶ ταῖς εἰσβολαῖς τῆς Μιθριδάτου βασιλείας κτίζει πόλιν Ἐκίνειαν. (2) Ἐν τούτοις δ' τε Μουρήνας καὶ ὁ Μιθριδάτης διαπρεσβεύονται πρὸς Ἡρακλεῶτας, ἀνὰ μέρος ἑκάτερος κατὰ τοῦ ἑτέρου καλῶν ἐπὶ συμμαχίᾳ. Τῶν μὲν οὖν Ῥωμαίων τὴν ἰσχύον φοβερὰν ἠγοῦντο, ὠρρώδουν δὲ καὶ τὴν γειτνίασιν τοῦ Μιθριδάτου. Διὸ ἀποκρίνονται τοῖς παρ' αὐτῶν πρέσβεσιν, ὡς τοσοῦτων πολέμων ἀναρραγέντων μόλις ἂν τὴν ἰδίαν τηρεῖν δύνασθαι, μήτι γε ἑτέροις ἐπικουρεῖν. (3) Ἀλλὰ γὰρ Μουρήνα μὲν συνεβούλευον οὐκ ὀλίγοι πρὸς τὴν Σινώπην ὄρμαῖν, καὶ περὶ τοῦ βασιλείου κινεῖν τὸν πόλεμον, ὡς, εἰ ταύτην ἔλοι, τῶν λοιπῶν κρατήσει ῥαδίως. Ὁ δὲ Μιθριδάτης πολλῇ δυνάμει κατασφαιλισάμενος ταύτης εἰς αὐτοπρόσωπον πόλεμον καθειστήκει. Καὶ πείραις μὲν ταῖς κατ' ἀρχὰς ἐπικρατέστερα ἦν τὰ τοῦ βασιλέως, εἶτα εἰς ἀγχώμαλον ἢ μάχη συνεστράφη, καὶ

mile, propter injurias in illum, sibi exilium irrogaretur, missa legatione de pace cum Romanis consilia Mithridati suggestit. Quo pacem cupide amplexo, et rogante, ut ad paciscendum convenirent, ille prompte se dat in viam. (2) Quumque per aliquod in medio spatium alter in alterius occursum processissent, Dardanum ad transigendum illis hospitium dedit. Ibi, jussis secedere ministris et comitibus, pacta fiunt in hunc modum: « Mithridates Romanis Asia concedat, Bithynis et Cappadocibus reges præsent gentiles, Mithridati totius Ponti regnum sit confirmatum; peculiariter vero Syllæ expediat triremes octoginta et tria millia talentum, ad reditum, quem ipse Romam instituisset; civitatibus apud Romanos haud sit noxæ, quod ad Mithridatem defecerint. » (5) Quamquam hoc juxta pacis formulam non habuit eventum; nam multas postea servili jugo oppreserunt. Honorifice dehinc Sylla in Italiam remeat, Mariusque denuo urbe excedit: et Mithridates ad sua se refert; multasque denuo gentes, quæ propter adversam ejus fortunam desciverant, sub manum redegit.

XXXVI. Post hæc Murena a senatu bello præficitur. Ad quem legatos amandat Mithridates, pacis cum Sylla initæ leges prætexens, et, ut ratæ sint firmæque, contendens. At is legationi non subscribens, (erant enim natione Græci et vitæ genere philosophi, qui plus culparent Mithridatem quam commendarent), in regem movit, et Ariobarzani regnum Cappadociæ magis confirmat: et circa ingressum regni Mithridatici urbem condit Ecineam. (2) Inter hæc Murena et Mithridates pro se quisque contra alterum Hæraclienses de auxiliis sollicitant. Sed quum potentia Romanorum formidabilis videretur ipsis, et Mithridatis vicinitatem etiam timerent, legatis respondent: in tanta bellorum tempestate difficulter proprios se lares tueri, nedum aliis auxiliari posse. (3) Murenæ tamen non pauci dant consilium, ut Sinopen invadens de regia ipsa bellum moveat: si enim hanc ceperit, facile etiam cetera in potestatem ventura. At Mithridates, validis hæc præsidiis communita, ipse bello gerendo incumbit. Interque initia, ubi ad manus ventum erat, regii viribus præpollent; postea fortunæ pugnæ exæ-

XXXV. 1. ἀποτίσῃ] Scaliger; ἀπαιτήσῃ libri. — ὑποβαλλόμενος] « Non suggestum a Sylla Mithridati colloquium de pace, sed ab ipso Mithridate per Archelaum legatum enixe efflagitatum, testatur Appianus, quem vide c. 54-58. » *Orelli*. — 2. τῶν ἀναμεταξὺ] Num πρὸς τὰ ἀναμεταξὺ? — καὶ Βιθυνῶν] καὶ abundat. *Scaliger*. — κατενέχθη] A. κατενέχθησαν celt.

XXXVI. 1. ἅμα τε] A; ἄ τε celt. — ὁ δὲ μὴ θέμενος τῇ πρ.] V. Appian. c. 64. — καὶ γὰρ καὶ οἱ πρέσβεις etc.] « Auctore Appiano l. I. non legati, sed Archelaus, cui prodicionis suspecto insidiatus fuerat Mithridates, ad Murenam confugiens ipsum adversus regem irritavit. » *Orelli*. — Ἐκίνειαν] urbs aliunde non nota; nomen forte corruptum; cod. Marg. Ἐκίνειαν. — 2. καλῶν ἐπὶ συμμαχ.] sic ed. Bekk., vulg. κ. καὶ ἐπὶ σ. Stephanus vocem καλῶν tamquam glossema expunxit, retinens καί.



κυριεῦσαι ὑμᾶς καὶ ἀγαγεῖν εἰς τὴν Εὐρώπην, τοὺς δὲ  
κατοικοῦντας ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὴν παραλίαν Θρᾶκας τῆς  
τε Προποντίδος καὶ Ἑλλησπόντου ἀναλύουσιν ὑμῖν ἀπὸ  
τῆς στρατείας ἐπίθεσιν ποιήσασθαι περὶ τὴν τῶν Αἰ-  
νιαίων χώραν καὶ τινὰς διαφθεΐραντας ἀφελέσθαι μέρος  
τι τῆς προνομῆς, διασωθέντων δὲ τῶν ἄλλων καὶ κω-  
μισθέντων εἰς Ῥώμην ἔσεσθαι συνθήκας πρὸς βασιλέα  
Ἄντιοχον, ἐφ' ᾧ χρήματα μὲν εἰσίοισι καὶ χώρας τινὸς  
ἀποστήσεται. » Ἀναγορεύσας δὲ ταῦτα ἀνεκεκράγει  
μεγάλῃ τῇ φωνῇ λέγων τάδε· « Ἐκ τῆς Ἀσίας ὄρω  
διαβαινούσας δυνάμεις χαλκοστέρνους καὶ βασιλέας  
ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους καὶ ἔθνη παντοδαπὰ ἐπὶ τὴν  
Εὐρώπην, ἵππων τε κτύπον δοράτων τε ψόφον καὶ  
φόνον αἱματοφύρτον λεηλασίαν τε δεινὴν πτώσεις τε  
πύργων καὶ τειχῶν κατασκαφὰς ἐρημίαν τε χθονὸς

ἀμυθῆτου. » Ταῦτα δὲ εἰπὼν ἔλεξεν αὖθις ἐν ἔπεισι  
τάδε·

Ἦνίκα Νισαῖοι χρυσάμπυκας ἀργέται ἵπποι  
βῶσιν ἐπὶ χθόνα δῖαν, ἐὴν προλιπόντες ἐφέδρην,  
οὓς ποτ' ἐν ἄστει τεύξε Συρηκοσίων πολυόλβων  
Δαίδαλος Ἡετίων, φιλίαν πολυήρατον αὖξων,  
δαίτ' ἐπὶ χαλκείῃ, δεσμοῖς δ' ἐπὶ δεσμὸν ἵαλλεν,  
χρῦσον ἐν δ' αὐτὸν πᾶσιν Ὑπερίονος υἱὸν  
ἤρμοσεν ἀκτίνεσσι καὶ ὄμμασι μαρμαίροντα·  
καὶ τότε σοί, Ῥώμη, χαλέπ' ἄλγεα πάντα τελεῖται.  
Ἦξει γὰρ στρατὸς εὐρύς, ὃς οὐ (Ι. ὃ σου) χθόνα πᾶσαν  
[ὀλέσσει,

χρῶσει δ' ἀγορὰς, ἄστυ δὲ τε πυρπόλα θῆσει,  
αἷματι δὲ πλήσει ποταμούς, πλήσει δὲ καὶ ἄδην,  
δουλοσύνην τ' οἰκτρῆν, στυγερῆν, ἀτέκμαρτον ἐφέσσει.  
Οὐδὲ γυνὴ πόσιν ὅν γ' ὑποδέξεται ἐκ πολέμοιο  
νοστήσαντ', αἰδῆς δὲ καταχθόνιος, μελανείμων,  
ἔξει ἐνὶ φθιμένοισιν ὁμοῦ τέκνα μητρὸς ἀπούρας,  
Ἄρης δ' ἄλλοδαποῖς περιθήσει δούλιον ἡμᾶρ.

Ἀποφθεγξάμενος δὲ ταῦτα ἐσιώπησεν καὶ πορευθεὶς ἔξω  
τοῦ στρατοπέδου ἀνέβη ἐπὶ τινὰ ὄρυν. Ἐπακολουθή-  
σαντος δὲ τοῦ ὄχλου προσεκαλέσατο αὐτοὺς καὶ εἶπε  
τάδε· « Ἐμοὶ μὲν, ὧ ἄνδρες Ῥωμαῖοι καὶ οἱ λοιποὶ  
στρατιῶται, καθήκει τελευτήσαντι ὑπὸ λύκου πυρροῦ  
εὐμεγέθους καταβρωθῆναι ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ, ὑμεῖς  
δὲ τὰ ῥηθέντα ὑπ' ἐμοῦ γινώσκετε συμβησόμενα ὑμῖν  
πάντα, τεκμηρίοις χρώμενοι τῇ νῦν ἐσομένη ἐπιφανείᾳ  
τοῦ θηρίου τε καὶ τῇ ἐμῇ ἀναίρεσει, ὅτι ἀληθῆ εἴρηκα  
ἔκ τινος θείας ὑποδείξεως. » Τοσαῦτα δὲ εἰπὼν ἐκέλευ-  
σεν αὐτοὺς ἀποστήναι καὶ μηδένα κωλύσαι τὸ θηρίον  
προσελθεῖν, φάσκων, ἔὰν ἀποστρέψωσιν, οὐ συνοίσειν  
αὐτοῖς. Ποιήσαντος δὲ τοῦ πλήθους τὸ προσταχθὲν  
οὐκ εἰς μακρὰν παραγίνεται ὁ λύκος. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ

Ex Asia, Europæque educet finibus amplæ.  
Te subiget, viduasque domos, murosque relinquet;  
Servitioque premet, spe libertatis adempta.  
Atque hæc ob sævam fient Tritonidis iram.

His pronuntiatis tunicatus e tentorio se proripuit, et soluta oratione ita est locutus: « Significamus, milites atque cives, vos ex Europa in Asiam digressos, Antiochum regem terra marique commissis superasse præliis; subegisse quidquid est citra Taurum regionis, et urbium in ea conditarum, expulso in Syriam Antiocho; regionem eam et urbes Attali filiis vos tradidisse; Galatas, qui in Asia degunt, vobiscum pugna congressos succubuisse; mulieres eorum, liberos et omnia impedimenta vos cepisse et in Europam duxisse. A Thracibus vero, qui in Europa oram Propontidis et Hellespontii accolunt, redeuntes vos apud Ænianum regionem invasum iri, et eos nonnullis occisis partem prædæ vobis erepturos: reliquis salvis Romam perlatis cum rege Antiocho sædus exstiturum, ea conditione, ut is certam pendat pecuniam, et quadam regione cedat. » His dictis, magna voce in hæc verba clamavit: « Video ex Asia trajicere exercitus ferreis pectoribus, regesque in unum conductos, et gentes varias in Europam, strepitumque equorum, et hastarum fragorem, cædem cruentam, prædationem gravem, ruinam turrium, et murorum dejectiones, ac evastationem immensæ terræ. » Secundum hæc rursum versus profulit, quorum hæc fuit sententia:

Nisææ quando frenis auroque superbæ  
Egredientur equæ propriis de sedibus albæ  
(Arte Syracusis quas in locupletibus olim  
Dædalus Eetion jucundæ nobile pignus  
Fecit amicitiae, præsepia ad ærea stantes,  
Aureaque inter se connectunt vincula cunctas:  
Quis super insignis radiis, oculosque coruscans,  
Invehitur famosi Hyperionis inclyta proles):  
Tum gravium te, Roma, attinget summa malorum.  
Nam maguus veniens exercitus omnia perdet.  
Civibus orbabit fora, et urbes igne cremabit,  
Sanguineque implebit rivos, et sanguine manes,  
Servitioque premet, spe libertatis adempta.  
Nulla virum e bello reducem tunc femina diro  
Excipiet; Pluto nigro sed tristis amictu  
Sub terras rapiet natos matresque patresque,  
Marsque peregrinis coget servire relictos.

Sic fatus conticuit: egressusque castris quercum quandam conscendit; sequentemque multitudinem advocans, hæc dixit: « Mihi quidem, Quirites ceterique milites, convenit ut a lupo rufo magno vorer hodie. Vos autem scitote, eventura vobis omnia, quæ prædixi: ac vera me, numine quodam demonstrante, prædixisse, hoc certissimo intelligite signo, quod mox lupo aderit, et me interficiet. » Hæc locutus, discedere eos jussit, et lupo non impedire quominus accedat, dicens, si eum arcerent, male id ipsis versurum. Obtemperante dictis multitudine, paulo post ac-

Πόπλιος κατέβη ἀπὸ τῆς δρυὸς καὶ ἔπεσεν ὑπτίως, ὁ δὲ λύκος ἀνασχίσας αὐτὸν κατεδαίνυτο πάντων δρώντων. Ἀναλώσας δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ πλὴν τῆς κεφαλῆς ἐτράπετο εἰς τὸ ὄρος. Προσελθόντος δὲ τοῦ ὄχλου καὶ βουλομένου ἀνελεῖσθαι τὰ ἀπολελειμμένα, κτερίσαι τε αὐτὸν νομίμως, ἡ κεφαλὴ κειμένη ἐπὶ τῆς γῆς ἀνεῖπε τοὺς στίχους τούτους·

Μὴ ψαῦ' ἡμετέρης κεφαλῆς· οὐ γὰρ θέμις ἐστὶν,  
εἰσὶν Ἀθηναίη χόλον ἄγριον ἐν φρεσὶ θῆκεν,  
ἄπτεισθαι θείοιο καρῆατος· ἀλλὰ πέπαυσσα,  
μαντοσύνην τ' ἐπάκουσον, ἀληθεῖα ἤπερ ἐρεῖ σοι.  
"Ἦξει γὰρ χθόνα τήνδε πολὺς καὶ καρτερὸς Ἄρης,  
ὅς λαὸν μὲν ἐνοπλον ὑπὸ σκότον ἀΐδι πέμψει,  
ῥήξει δ' αὖ λιθίνους πύργους καὶ τείχεα μακρὰ,  
ὄλθον δ' ἡμέτερον καὶ νήπια τέχν' ἀλόχους τε  
μάρψας εἰς Ἀσίην ἄξει διὰ κῦμα περήσας.  
Γαῦτά σοι εἴρηκεν νημερτέα Φοῖβος Ἀπόλλων  
Πύθιος, ὅς μοι ἐὼν κρατερόν θεράποντ' ἐπιπέμψας  
ἤγαγεν εἰς μακάρων τε δόμους καὶ Περσεφονείης.

Ἀκούσαντες δὲ τῶν ἐπιπέμψων τούτων οὐ μετρίως ἐταράχθησαν, ἰδρυσάμενοί τε ναὸν Ἀπόλλωνος Λυκίου καὶ βωμόν, οὐπερ ἔκειτο ἡ κεφαλὴ, ἐνέβησαν εἰς τὰς ναῦς καὶ ἀπέπλεον ἕκαστος ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας. Καὶ συνέβη ἅπαντα τὰ ὑπὸ τοῦ Πόπλιου ῥηθέντα γενέσθαι.

33.

Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος καὶ Δικαίαρχος καὶ Κλίταρχος (1. Κλέαρχος) καὶ Καλλίμαχος καὶ ἄλλοι τινὲς περὶ Τειρεσίου τάδε. Τειρεσίαν τὸν Εὐήρους ἐν Ἀρκადίᾳ ἄνδρα ὄντα ἐν τῷ ὄρει τῷ ἐν Κυλλήνῃ ὄφεις ἰδόντα ὀχεύοντας τρῶσαι τὸν ἕτερον καὶ παραχρῆμα μεταβα-

cessit lupus, quem quum videret Publius, de quercu descendit et supinus concidit. Lupus autem eum laniavit et voravit, omnibus videntibus: quumque, praeter caput, omnia consumpsisset, montem petiit. Porro turba accedente, et reliquias tollere ac sepelire, uti leges jubebant, volente; caput, humi jacens, hoc carmen pronuntiavit:

Non continge caput nostrum; fas non sinit illos,  
Quos animo infenso Jovis odit filia Pallas,  
Contrectare caput sacrum: tu tangere cessa,  
Et, quæ vera canam tibi nunc, oracula serva.  
Diens in has mittet Mars agmina fortia terras,  
Qui nigrum armatas turbas demittet ad Orcum;  
Prosternetque solo turre, et mœnia longa:  
Nostras divitias, teneram et cum conjuge prolem  
Abripiens, Asiæ vehet ille per æquor in oras.  
Hæc tibi fata canit veracia Phœbus Apollo  
Pythius: is forti misso me, crede, ministro  
Ad sedes duxit, quas obtinere beati,  
Qua manes inter Proserpina candida regnat.

Quod quum audivisset multitudo, non leviter perturbata, fanum posuerunt Apollini Lycio sive Lupino, aramque eo loco, ubi caput jacebat. Tum, navibus conscensis, domum quisque suam navigarunt. Ceterum evenerunt omnia, quæ erant a Publio prædicta.

33.

Hesiodus, Dicæarchus, Clearchus, Callimachus, alii- que nonnulli, de Tiresia hæc narrant. Tiresiam, Eueris

λεῖν τὴν ιδέαν· γενέσθαι γὰρ ἐξ ἀνδρὸς γυναῖκα καὶ μιγθῆναι ἀνδρὶ. Τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος αὐτῷ χρήσαντος, ὡς ἂν τηρήσας ὀχεύοντας ὁμοίως τρώσῃ τὸν ἕνα ἔσται οἶος ἦν, παραφυλάξαντα τὸν Τειρεσίαν ποιῆσαι τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ῥηθέντα καὶ οὕτως κομίσασθαι τὴν ἀρχαίαν φύσιν. Διὸς δὲ ἐρίσαντος Ἦρας καὶ φαμένου, ἐν ταῖς συνουσίαις πλεονεκτεῖν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς τῆς τῶν ἀφροδισίων ἡδονῆς, καὶ τῆς Ἦρας φασκούσης τὰ ἐναντία, δόξαι αὐτοῖς μετὰπειψαμένοις ἐρέσθαι τὸν Τειρεσίαν διὰ τὸ τῶν τρόπων ἀμφοτέρων πεπειρᾶσθαι. Τὸν δὲ ἐρωτώμενον ἀποφῆνασθαι, διότι μοιρῶν οὐσῶν δέξα τὸν ἄνδρα τέρπεσθαι τὴν μίαν, τὴν δὲ γυναῖκα τὰς ἐννέα. Τὴν δὲ Ἦραν ὀργισθεῖσαν κατανύξαι αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς καὶ ποιῆσαι τυφλὸν, τὸν δὲ Δία διωρήσασθαι αὐτῷ τὴν μαντικὴν, καὶ βιοῦν ἐπὶ γενεᾶς ἑπτὰ.

34.

Οἱ αὐτοὶ ἱστοροῦσι, κατὰ τὴν Λαπιθῶν χώραν γενέσθαι Ἐλάτῳ τῷ βασιλεῖ θυγατέρα, ὀνομαζομένην Καινίδα· ταύτῃ δὲ Ποσειδῶνα μιγέντα ἐπαγγεῖλασθαι ποιῆσαι αὐτὴν ὅτι ἐθέλη, τὴν δὲ ἀξιῶσαι μεταλλάξαι αὐτὴν εἰς ἄνδρα, ποιῆσαι τε ἄτρωτον. Τοῦ δὲ Ποσειδῶνος κατὰ τὸ ἀξιωθὲν ποιῆσαντος, μετονομασθῆναι Καινέα.

35.

Καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ ποταμῷ ἐγένετο ἀνδρόγυνος, ἄρχοντας Ἀθήνησιν Ἀντιπάτρου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Βινικίου καὶ Τίτου Στατιλίου Ταύρου, τοῦ Κουρβίνου ἐπικληθέντος. Παρ-

filium, in Arcadia quum esset inas in monte Cyllene, serpentum, quos coire videbat, alterum vulnerasse: illicoque, mutato sexu, in feminam mutatum esse, ac cum viro concubuisse. Monitum autem oraculo Apollinis, ut, quum coeuntes serpentes iterum deprehendisset, alterum itidem sauciaret, ita enim in pristinum sexum rediturum, observata opportunitate, consilio dei fuisse obsecutum, itaque recuperasse pristinam naturam. Porro Jove cum Junone altercante, illoque contendente, plus voluptatis e re venerea feminas percipere quam viros, Junone contrarium asserente; placuisse ut accitus ea de re pronuntiaret Tiresias, utpote utrumque sexum expertus. Hunc interrogatum respondisse, decem in partes voluptate illa divisa, unam viro, mulieri novem obtingere. Junonem iratam eum oculis confossis excæcasse; Jovem ei vaticinandi artem dono dedisse, et vitam septem seculorum.

34.

Idem perhibent, apud Lapithas Elato regi filiam fuisse, nomine Cænidem: cum hac Neptunum congressum, promississe, facturum se ei quodcumque vellet: ipsam petiisse, ut ab eo in virum mutaretur, fieretque invulnerabilis; præstitisse id Neptunum, nomenque viro Cæneus factum.

35.

Antiochiæ etiam, quæ est ad Mæandrum sita, homo mixto sexu, quem androgynum appellant, fuit, archonte Athenis Antipatro, Romæ M. Vinicio, et T. (deb. M.) Sta-

θένος γὰρ γονέων ἐπισήμων τρισκαιδεκαέτης ὑπάρχουσα ὑπὸ πολλῶν ἐμνηστεύετο, οὔσα εὐπρεπής. Ὡς δ' ἐνεργυήθη ὃ οἱ γονεῖς ἐβούλοντο, ἐνστάσης τῆς ἡμέρας τοῦ γάμου, προῖεναι τοῦ οἴκου μέλλουσα αἰφνιδίως πόνου ἐμπεσόντος αὐτῇ σφοδροτάτου ἐξεβόησεν· ἀναλαβόντες δὲ αὐτὴν οἱ προσήκοντες ἐθεράπευον, ὡς ἀλγήματα ἔχουσαν κοιλίας καὶ στρόφους τῶν ἐντός· τῆς δὲ ἀλγηδόνος ἐπιμενούσης τρισὶν ἡμέραις ἐξῆς, ἀπορίαν τε πᾶσι τοῦ πάθους ποιούντος, τῶν πόνων οὔτε νυκτὸς οὔτε ἡμέρας ἐνδοσιν λαμβανόντων, καίτοι πᾶσαν μὲν θεραπείαν αὐτῇ προσφερόντων τῶν ἐν τῇ πόλει ἰατρῶν, μηδεμίαν δὲ τοῦ πάθους δυναμένων αἰτίαν εὑρεῖν, τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν περὶ τὸν ὄρθρον μείζονα τῶν πόνων ἐπίδοσιν λαμβανόντων, σὺν μεγάλῃ οἰμωγῇ ἀνακραγούσης, ἄφνω αὐτῇ ἀρσενικὰ μόρια προέπεσε, καὶ ἡ κόρη ἀνὴρ ἐγένετο. Μετὰ δὲ χρόνον εἰς Ῥώμην ἀνηνέχθη πρὸς Κλαύδιον Καίσαρα, ὃ δὲ τούτου ἕνεκα τοῦ σημείου ἐν Καπετωλίῳ Διὶ Ἀλεξικάκῳ ἰδρύσατο βωμόν.

36.

Ἐγένετο καὶ ἐν Μηουανία, πόλει τῆς Ἰταλίας, ἐν Ἀγριππίνης τῆς Σεβαστῆς ἐπαύλει ἀνδρόγυνος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Διονυσιοδώρου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Δέχμου Ἰουνίου Σιλανοῦ Τορχουάτου καὶ Κοίντου Ἀτερρίου Ἀντωνίου. Φιλωτὶς γάρ τις ὀνόματι παρθένος, Σμυρναία τὸ γένος, ὡραία πρὸς γάμον ὑπὸ τῶν γονέων κατεγγεγυημένη ἀνδρὶ, μορίων αὐτῇ προφανέντων ἀρσενικῶν ἀνὴρ ἐγένετο.

37.

Καὶ ἄλλος δὲ τις ἀνδρόγυνος κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐγένετο ἐν Ἐπιδαύρῳ, γονέων ἀπόρων παῖς, ὃς

tilio Tauro, cui Corvini cognomentum fuit, consulibus (an. 797 a. U; 45 p. C.). Etenim virgo quaedam, parentibus nata illustribus, quum annorum esset tredecim, multis prois petita ob pulchritudinem, postquam de parentum sententia desponsata esset, nuptiarum die appetente domo progressura, subito dolore vehementissimo correpta exclamavit. Domestici eam reductam in aedes ita curaverunt, ut quae doloribus ventris et conversionibus intestinorum laboraret. Sed dolore per triduum continuum permanente, omnibusque eum ob casum anxiiis, cruciatibus neque interdium neque noctu remittentibus, quum omnes ejus urbis medici ipsam curarent, nullam tamen affectus causam invenirent: quarta die sub auroram, intendentibus se acrius doloribus, puellaque magno cum ejulatu exclamante, subito virilia prodierunt, ac e virgine vir est factus: qui aliquanto post Romam fuit ad Claudium Caesarem adductus: atque hic, prodigii illius causa, in Capitolio Jovi Averrunco aram posuit.

36.

Alius fuit Androgynus Mevaniae, quae est urbs Italiae, in diversorio Agrippinae Augustae, praeside Athenis Dionysodoro (Ol. 208, 1. an. 805 a. U., 56 p. C.), Romae D. Junio Silano Torquato et Q. Haterio Antonino consulibus. Nam

ἐκαλεῖτο πρότερον Συμφέρουσα, ἀνὴρ δὲ γενόμενος ὀνομάζετο Συμφέρων, κηπουρῶν δὲ τὸν βίον διῆγεν.

38.

Καὶ ἐς Λαοδίκειαν δὲ τῆς Συρίας γυνή, ὀνόματι Αἰτητή, συνοικοῦσα τῷ ἀνδρὶ ἔτι μετέβαλε τὴν μορφήν καὶ μετωνομάσθη Αἰτητὸς ἀνὴρ γενόμενος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Μακρίνου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Λουκίου Λαμίας καὶ Αἰλιανοῦ Οὐέτερος (1. Λουκίου Αἰμυλίου Αἰλιανοῦ καὶ [ Λουκίου Ἀντιστίου ] Οὐέτερος). Τοῦτον καὶ αὐτὸς ἐθεασάμην.

39.

Ἐγεννήθη καὶ ἐπὶ Ῥώμῃς ἀνδρόγυνος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ἰάσονος, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Πλαυτίου καὶ Σέξτου Καρμινίου, \*\* (1) Ὑφαίου καὶ Μάρκου Φουλβίου Φλάκκου· δι' ἣν αἰτίαν ἡ σύγκλητος ἐκέλευσεν τοὺς ἱερομνήμονας ἀναγνῶναι τοὺς Σιβύλλης χρησμούς, καὶ ἐξηγήσαντο τοὺς χρησμούς. Εἰσὶν δὲ οἱ χρησμοὶ οἷδε·

(1) « Recte Meursius intellexit duas historias diversas in unam coaluisse. Scribi vult Μάρκου Πλαυτίου καὶ Σεντίου Ἀγουρίνου ex fast. cons. s. a. 909. 157; sed ibi legitur *M. Ceionius Silvanus C. Serius Augurinus*. Fort. pertinent haec ad a. 751. 2, ubi in fast. *M. Plautius M. f. A. n. Silvanus. L. Caninius Gallus*, ut scribendum sit Μάρκου Πλαυτίου καὶ Λουκίου Κανινίου. Deinde excidit praeter alia nomen archontis Attici et consulis praenomen atque nomen Μάρκου Πλαυτίου. Namque in fast. ad a. 628. 125. *M. Plautius Hypsaeus. M. Fulvius M. f. Q. n. Flaccus*. Ὑφαίου restituit Meurs., vulg. Μάρκου Πλατίου καὶ Σέξτου Καρμινίου, Υἱαίου, καὶ Μ. Φ. Φ. « WESTERM. Carmen cum Westermanno intactum fere relinquimus. « Ego ita verti, ut qui in nugis difficilibus nugari libere statuissem. » XYLANDER.

virgo quaedam, Smyrnae nata, Philotis nomine, quum matura viro nuptum tradita esset a parentibus, masculino enato membro, in virum abiit.

37.

Eodemque tempore Epidauri alius fuit androgynus, natus inopibus parentibus, cui nomen prius erat Sympherusa; in virum autem mutatus, Sympheron coepit vocari, vitamque colendis hortis trivit.

38.

Quin et Laodiceae, quae est in Syria, mulier Aeteta nomine, etiamnum cum marito degens, e femina vir exstitit, cui nomen Aetetus: archonte Athenis Macrino, Romae consulatum gerentibus Aemiliano Aeliano et L. Antistio Vetere (an. 868 a. U., 116 p. C.). Hunc ipse quoque vidi.

39.

Fuit et Romae androgynus, archonte Athenis Iasone: Romae M. Plautio et Sexto Carminio cons. \*\* Hypsaeo ac M. Fulvio Flacco consulibus. Quam ob causam senatus iussit, a sacerdotibus Sibyllae oracula recitari, atque exponi. Sunt autem haec:

“Όσα τέρα καὶ ὄσα παθήματα δαίμονος αἴσης  
 ἰσθὸς ἔμδς λύσει, τάδ’ ἐνὶ φρεσὶν αἴκε νοήσης,  
 ῥώμῃ ἐῆ πίσυνοσ· καὶ τοί ποτε φημὶ γυναῖκα  
 ἀνδρόγυνον τέξεσθαι ἔχοντά περ ἄρσενα πάντα,  
 νηπίαχοί θ’ ὄσα θηλύτεροι φαίνουσι γυναῖκες.  
 Οὐκ ἐτι δὴ κρύψω, θυσιάσ δέ τοι ἐξαγορεύσω  
 προφρονέωσ Δήμητρι καὶ ἀγνή Περσεφονείῃ.  
 Ἴστω δ’ αὐτὴ ἄνασσα θεὰ, τὰ μὲν εἶκε πύθαι  
 σεμνοτάτῃ Δήμητρι καὶ ἀγνή Περσεφονείῃ.  
 Θησαυρόν μὲν πρῶτα νομίσματοσ εἰσ ἐν ἀθροίσασ,  
 ὅττι θέλεισ ἀπὸ παμφύλων πόλεωσ τε καὶ αὐτῶν (ἀστέωσ?),  
 μητρί Κόρησ Δήμητρι κέλευ θυσίαν προτίθεσθαι.  
 Αὐτὰρ δημοσίᾳ κέλομαί σε τρισ ἐννέα ταύρουσ  
 φανάσ ἤυκέρουσ θυέμεν λευκότριχασ, αἷ κεν  
 ὑμετέρᾳ γνώμῃ κάλλει προφερέσταται ὤσιν.  
 Παῖδασ, ὄσασ πάροσ εἶπα, κέλευ Ἀχαῖστί τάδ’ ἔρδειν  
 ἀθανάτην βασιλίσσαν ἐπευχομένησ θυέεσσιν  
 σεμνώσ καὶ καθαρώσ· τότε δὴ μετέπειτα δεχέσθω  
 ἔμπεδ’ ἀφ’ ὑμετέρωσ ἀλόχωσ ἱρ’, αὐτὰρ ἐπ’ αὐτοῖσ  
 ἰστώ ἔμῳ πίσυνοί λαμπρόν φάοσ αἶδε φερόντων  
 σεμνοτάτῃ Δήμητρι, τὸ δεύτερον αὐταί (αὐτὰ ΧyI. αὐτε W.)

[ λαβοῦσαι

τρισ τόσα νήφαλα πάντα πυρὸσ μαλεροῖο τιθέντων,  
 ὄσασι ἐπισταμένωσ θυσίαν γρααὶ προτίθενται.  
 Προφρονέωσ δ’ ἄλλαι Πλουτωνίδι τόσσα λαβοῦσαι,  
 ὄσασι ἐν ἡλικίῃ νεοθαλέα θυμόν ἔχουσιν  
 νηπίαχοί, σεμνήν Πλουτωνίδα παντοδίδακτον  
 ἐν πάτρᾳ εὐχέσθωσ μίμνειν πολέμου κρατέοντοσ,  
 λήθην Ἑλληγεσσὶ πεσεῖν πόλεωσ τε καὶ αὐτήσ.  
 Θησαυρόν δ’ ἔταροί καὶ παρθένοι ἐνθα φερόντων,  
 ἰστώ θειοπαγεῖ νυμφάσματα ποικίλα σεμνήν,  
 Πλούτωνι κοσμεῖτο ὅπωσ σχέσισ ἦσι κακοῖσι.  
 Προφρονέωσ δ’ ὅτι κάλλιστον καὶ εὐκτόν ἐπ’ αἶαν  
 ὡσ θνητοῖσιν ιδέσθαι ἐπέπλετο, καὶ τὸ φέρεσθαι

ἰστώ σύμμικτον δῶρον βασιληίδι κόρῃ·  
 αὐτὰρ ὅτ’ ἀν Δήμητρι καὶ ἀγνή Περσεφονείῃ·  
 γαίας ὑμετέρασ ἀπερυκέμεναι ζυγὸν αἰεὶ,  
 Αἰδῶνῃ Πλούτωνι βοὸσ κυανότριχοσ αἶμα,  
 λαμπροῖσ εἶμασι κοσμητοῖσ μετὰ ποιμένοσ, ὅσισ  
 ἡματίῳ πίσυνοσ βοὸσ ἄρτεμοσ αὐτόσ ὁ δ’ ἔσται  
 ὄσσοι τ’ ἄλλοι ὁμοῦ πίσυνοί κατὰ πατρίδ’ ἔασι·  
 μὴ γὰρ ἀπιστόφιλοσ θυσίαισιν ἀνήρ παρεπέσθω·  
 ἔξω δ’ ἐνθα νομιστόν ἐπέπλετο φωτὶ τάδ’ ἔρδειν,  
 νούπιστοι καταδαιτόν ἔχειν θυσίαν, κατὰ δ’ αὐτήν  
 ὅσισ ἀν ἡμετέρωσ χρησμοῶν ἴδρισ ἐσ τόδ’ ἔκηται  
 σεμνὸν Φοῖβον ἀνακτα μετελθέτω ἐν θυσίαισι,  
 προφρονέωσ βωμοῖσ ἐπὶ πίονα μηρία καύσασ,  
 αἰγῶν παλλεύκωσ νεάτην· ἀτὰρ οἶδατε πάντεσ,  
 λισσέσθω Φοῖβον παίηονα κράτα πυκάσσασ,  
 ἱκτῆρεσ πίπτοντεσ ὅπωσ λύσισ ἦσι κάχοιο·  
 νοστήσασ δ’ ἀπὸ τοῦ βασιληίδα πότυιαν Ἡρόν,  
 ἀργήν βοῦν θύωσ πατρίοισι νόμοισι κατ’ αἶσαν,  
 ὕμνεῖν αἴκε γένει προφερέστεραι ὡσ’ ἐνὶ λαοῖσ,  
 καὶ νήσωσ ναέται τὴν ἀντιπάλωσ (τῶν ἀγχιάλωσ) ὅτ’ ἀν  
 αἶαν (εἶεν?)·

οὐ δόλω, ἀλλὰ βίᾳ Κυμαΐδα πρόφρονεσ αὐται,  
 νάσσωνται σεμνήσ βασιληίδοσ οἷσ ἐτίθενται,  
 ἐν πατρίοισι νόμοισ Ἡρασ ξοάνόν τε κατ’ οἶκον,  
 ἔξει δ’ ἀν μῦθοισιν ἐμοῖσ τάδε πάντα τίθηνται,  
 σεμνοτάτην βασιλίσσαν ἐπέλθησ ἐν θυσίαισιν·  
 ἐν πολλῷ χρόνω αὐ τότ’ ἐφ’ ὕστερον ὅσ κεν ἐπ’ αὐτοῖσ  
 νήφαλά κεν ῥέξασ ὄσα ἡμέραι εἰσ ἐνιαυτόν.  
 Ὅσ κε τάδε ῥέξει, κείνου κράτοσ ἔσσεται αἰεὶ.  
 Νηφαλίμων ἀρνῶν τε ταμῶν χθονίοισ τάδε ῥέξον,  
 ἡμοσ ἀν ἦδη ἔχοισ μεγαλήτην οὐκ ἀπάντη  
 ξεστοδόταν ξοάνησιν καὶ τάλλ’ ὅσ ἐλεξασαφι,  
 ἐν πετάλοισιν ἐμοῖσ ὑπὸ κερκίδοσ ἀμφὶ καλύπτρασ  
 ἡμερτόσ σε βάλεν γλαυκῆσ ἐλάασ πολυκάρπου,

Omnia prodigia et fatales ordine casus  
 Tela mea expediet, si condita mente tenebis,  
 Roma mihi parens. Nam partum femina quondam  
 Ancipitis sexus edet, cui nulla virilis  
 Membra absint sexus: sed et omnia prolinus adsint  
 Conspicienda, gerunt quæ prima ætate puellæ.  
 Disce quibus jam tunc operandum sit tibi sacris  
 Et Cereri et natæ Cereris: num dicta facessas,  
 Ipsa mihi testis fuerit regina monenti.  
 Persephonæ in primis castæ, et Cereri venerandæ,  
 Thesaurum ex multis cura componere nummis,  
 Sive voles ex omnigenis hunc urbibus auctum,  
 Hunc Cereri sacrum pones, propriumque dicabis.  
 Hinc coram populo novies ter ducere vaccas  
 Pulchras, cornutas, nitidas candore pilorum,  
 Et quas vos cunctis forma præstare putetis.  
 Et totidem ritu peragant hæc sacra Pelasgo,  
 Reginam leti exsortem celebrentque puellæ  
 Et pure et caste. Nec non uxoribus inde  
 A vestris stabiles divæ exhibeantur honores,  
 Hæ, telæ rursus nostræ concepta tenentes,  
 Magnificæ Cereri splendentia lumina gesticent:  
 Ter totidem jactentque in flammæ sobria sacra,  
 Quæ ritus vetulæ norunt, formamque sacrorum.  
 Ast aliæ totidem Plutonidi munera mittant,  
 Quarum ætas tenera, et gravibus mens libera curis.  
 Et venerandam orent Hecaten, ac cuncta scientem,  
 Ut surgente domi maneat dea maxima bello,  
 Ne patriæ atque sui Græcos oblivio tangat.  
 Inde ferant alii gazam, junctæ hisque puellæ,  
 Licet divino varia et circumdata malo,  
 His exornatus composescat uti mala Pluto.  
 Tum quod præ cunctis pulchrum atque optabile tellus

Educat, id malo cunctum, textoque feratur  
 Munus reginæ, Cerere est quæ nata puellæ.  
 Jamque deas, ut servitii miseranda precatus  
 Avertant patria vestra juga: sanguine nigro  
 Plutoni Diti tum cœrulei bovis, omnes  
 Vestibus ornatos nitidis, et pastor ut adsit  
 Ipse bovis ductor, nec non alii quoque vestra  
 Parentes nutrit quos patria religioni.  
 Nemo etenim sacris incredulus impius adsit.  
 Turba profana foras, divûm decedite templis.  
 Tractent sacra pii, et qui nostra oracula callent,  
 Hi Clario caste sacris operentur, et aris  
 Pinguia caprarum candentum sumina ponant,  
 Velatoque deum capite ante altaria proni  
 Suppliciter pacem Pœona poscite votis.  
 Hinc regina deûm Juno placanda precando.  
 Vacca tibi ritu patrio mactabitur alba,  
 Matronæque canant illam, celebrentque tuarum  
 Præcipuæ, et si quas medio tenet insula ponto.  
 Non astu, sed vi Cumanam quippe coactam  
 Illæ habitant terram, venerandæ patria quarum  
 Reginæ Junonis habet sculptum simulacrum.  
 Ipsa aderit, si nostra illam præcepta secutus,  
 Rite coles a me monstratis jam tibi sacris,  
 Insuper agnorum quoque sobria sacra quotannis  
 Exhibeas, lucas anni totius in omnes,  
 Manibus assidua cum religione deinceps.  
 Sic tibi propitiam divam facilemque tenebis:  
 Cetera sub radiis velo occultata videbis  
 In foliis nostris \* \* \*  
 Te desiderium quia dulce feracis olivæ  
 Corripuit, folia accipies medicamen ab illa  
 Dum mala felici decedant tristia fine.

ἀγλαὰ φύλλα λαβοῦσα λύσιν κακοῦ ἤμος ἂν ἔλθῃ  
ἕμμι χρόνος μάλα κείνος, ἐν ᾧ πατε τᾶλλα νεόγνη·  
τρωσθητε παύσει σε κακῶν, ἅμα δ' Ἑλλάδος ἐκ γῆς·  
αὐτὰρ σοῦ μεταβάσαν ἐποτρύνεις ἀγορεῦσαι.

40.

Ἐν δὲ Μεσσήνῃ οὐ πρὸ πολλῶν ἐτῶν, ὡς φησιν Ἀπολλώνιος, συνέβη πίθον λίθῳ πεποιημένον βραγῆναι χειμῶνων βία καὶ ὕδατος πολλοῦ ἐπενεχθέντος, προχυθῆναι δὲ αὐτοῦ κεφαλὴν τριπλασίαν τῆς ἀνθρωπίνης· τοὺς δὲ ὀδόντας ἔχειν διστοίχους· ἀναζητούντων δὲ τίνος εἴη ἡ κεφαλὴ, δηλῶσαι τὴν ἐπιγραφὴν· « Ἴδεω » γὰρ ἐγκεχάρακτο. Ἔτερον οὖν δημοσίᾳ κατασκευάσαντες πίθον ἐνέθεσαν καὶ ἀσφαλέστερον ἐκῆδυσαν τὸν ἥρωα οἱ Μεσσήνιοι, τοῦτον ἰδόντες ὄντα, περὶ οὗ φησιν Ὅμηρος·

Ἴδεώ θ' ὅς κάρτιστος ἐπιχθονίων γένητ' ἀνδρῶν,  
τῶν τότε· καὶ ῥα ἀνακτος ἐναντίον εἴλετο τόξον  
Φοίβου Ἀπόλλωνος, καλλισφύρου εἵνεκα νύμφης.

41.

Ἐν Δαλματία τε ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος καλουμένῳ σπηλαίῳ ἔστιν ἰδεῖν πολλὰ σώματα, ὧν τὰ τῆς πλευρᾶς ὅστ' ἄ υπερβάλλει ἐκκαίδεκα πῆχεις.

42.

Ἀπολλώνιος δὲ ὁ γραμματικὸς ἱστορεῖ, ἐπὶ Τιβερίου Νέρωνος σεισμὸν γεγενῆσθαι καὶ πολλὰς καὶ ὀνομαστάς πόλεις τῆς Ἀσίας ἄρδην ἀφανισθῆναι, ἃς ὕστε-

Exoptata dies vobis, votisque petita  
Quæ solvat tandem ærumnis, reddatque quietem.  
Hæc tu me terris excitam fata Pelasgis  
Eventura tibi quondam prædicere cogis.

40.

Messenæ ante annos non multos, ut Apollonius auctor est, dolium ex lapide confectum, vi tempestatum et alluvione copiosæ aquæ, ruptum est; et ex eo dolio effusum caput, triplæ ad humanum quantitatis, duos habens dentium ordines. Quum vero quæreretur cujus id fuisset: inscriptio id manifestavit. Erat enim inscriptum, ΙΔΕΩ, ΙΔÆ. Publico itaque sumptu aliud dolium Messenii curaverunt, inque id caput reposuerunt: atque accuratius herois ejus reliquias coluerunt, quum viderent hunc esse, de quo Homerus (Il. 9, 558) ita scripsit:

Ιδæ, mortales valido qui robore cunctos  
Tempestate illa superavit: quique decoram  
Ob sponsam, rigidum tulit imperterritus arcum,  
Aggressus telis magno contendere Phæbo.

41.

In Dalmatia quoque, in spelunca quæ Dianæ dicitur, videre licet multa corpora, quorum costæ sedecim ulnas excedunt.

42.

Apollonius grammaticus narrat, Tib. Neronis ætate terræ motum fuisse, quo multæ ac celebres Asiæ urbes funditus

ρον ὁ Τιβέριος οἰκείᾳ δαπάνῃ πάλιν ἀνώρθωσεν. Ἄνθ' ὧν κολοσσόν τε αὐτῷ κατασκευάσαντες ἀνέθεσαν παρὰ τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ, ὃ ἐστὶν ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ, καὶ τῶν πόλεων ἐκάστης ἐφεξῆς ἀνδριάντας παρέστησαν.

43.

Ἐπαθον δὲ καὶ τῆς Σικελίας ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ οὐκ ὀλίγαι πόλεις καὶ τὰ πλησίον Ῥηγίου. Ἐσείσθη δὲ οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν ἐν Πόντῳ ἔθνῶν. Κατὰ δὲ τῆς γῆς τὰς διαστάσεις ἐφάνη σωμάτων μεγέθη, ἃ ἐκπλαγέντες οἱ ἐπιχώριοι κινῆσαι μὲν ὄκνησαν, δείγματος δ' ἐνεκεν ἔπεμψαν εἰς τὴν Ῥώμην ὀδόντα ἐνός, οὐ ποδιαῖον μόνον, ἀλλ' ὑπερβάλλοντα καὶ τοῦτο τὸ μέτρον. Ἐπιδείξαντες δὲ Τιβερίῳ οἱ πρέσβεις εἶροντο, εἰ βούλεται κοιμισθῆναι τὸν ἥρω πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἐμφρόνως ἐβουλεύσατο, μήτε τῆς γνώσεως τοῦ μεγέθους ἑαυτὸν ἀποστερήσας, τό τε ἀνόσιον τῆς νεκροσυλίας παραιτησάμενος. Γεωμέτρην γάρ τινα τῶν οὐκ ἀφανῶν, Πούλχρον ὀνόματι, τιμώμενον ὑπ' αὐτοῦ διὰ τὴν τέχνην, καλέσας πρόσωπον ἐκέλευσε πλάσαι πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ ὀδόντος. Ὁ δὲ σταθμησάμενος, ἡλίχον ἂν γένοιτο τό τε σύμπαν σῶμα καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τῷ τοῦ ὀδόντος ὄγκῳ, ἐργασάμενος διὰ ταχέων ἐκόμισε τῷ αὐτοκράτορι. Κακεῖνος εἰπὼν ἀρκεῖσθαι τῇ θεᾷ ταύτῃ, ἀποπέμπει τὸν ὀδόντα ἐκεῖσε ὅθεν καὶ ἐκομίσθη.

44.

Οὐ χρὴ δὲ ἀπιστεῖν τῷ εἰρημένῳ, ἐπεὶ καὶ τῆς Αἰ-

deletæ sint, quas deinde Tiberius suo sumptu instauravit. Propter quod beneficium Asiani colossum ei confecerunt, ac posuerunt in foro Romano, pone fanum Veneris, et singularum deinceps urbium statuas subjunxerunt.

43.

Sed et Siciliæ non paucæ numero urbes eo terræ motu afflictæ fuerunt, et loca Rhegio vicina: et Ponticæ eum non paucæ gentes senserunt. Enimvero quibus locis terra a se divulsa fuit, ingentia sunt reperta cadavera, quorum magnitudine stupefacti incolæ, non ausi ea loco movere, indicii causa Romam miserunt dentem uni exemptum, qui pedis mensuram non attigit modo, sed etiam superavit: quem legati Tiberio ostendentes, simul etiam quæsiverunt, velletne ad se heroem, cujus is fuerat, afferri? Ibi Tiberius prudenter consilium eo direxit, ut neque cognitione magnitudinis se ipsum privaret, et spoliandorum cadaverum flagitium evitaret. Insignem quendam geometram, nomine Pulchrum, quem ob artem apud se honorifice habebat, accitum, faciem jussit fingere, proportionem denti respondentem. Qui dimensus, dentis quantitate perspecta, quanta facies, et quæ totius corporis moles futura esset, celeriter opus absolvit, et ad imperatorem attulit, isque sufficere sibi hoc spectaculum dicens, dentem eo unde erat allatus remisit.

44.

Neque est huic fides deroganda narrationi, quum in Ægypto

γύπτου Λίτραι εἰσὶν τόπος, ἐν αἷς δείκνυται σώματα οὐκ ἐλάττω τούτων, οὐ κεκρυμμένα γῆ, ἀλλ' ἐμφανῆ ἀφειμένα, οὔτε συγχέχεται οὔτε συμπεφόρηται, ἀλλ' ἐν τάξει κεῖται, ὡς γνωρίσαι προσελθόντα τοῦτο μὲν μηρῶν ὄστᾶ, τοῦτο δὲ κνημῶν καὶ τῶν ἄλλων μελῶν. Διὸ οὐ χρῆ οὐδὲ τούτοις ἀπιστεῖν, ἐννοουμένους ὅτι κατ' ἀρχὰς μὲν ἡ φύσις ἀκμάζουσα ἅπαντα ἐγγὺς θεῶν ἐκουροτρόφει, μαραινομένου δὲ τοῦ χρόνου, συμμεμάρανται καὶ τὰ μεγέθη τῶν φύσεων.

45.

Καὶ τὰ ἐν τῇ Ῥόδῳ δὲ παρειλήφασμεν ὄστᾶ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, ὡς παραβάλλομένους τοὺς νῦν ἀνθρώπους πολὺ καταδεστέρους εἶναι.

46.

Ὁ δὲ αὐτός φησιν, πλησίον Ἀθηνῶν νῆσόν τινα εἶναι, ταύτην δὴ τοὺς Ἀθηναίους βούλεσθαι τειχίσαι· σκάπτοντας οὖν τοὺς θεμελίους τῶν τοίχων εὐρεῖν σορὸν ἑκατὸν πηχῶν, ἐν ᾗ εἶναι σκελετὸν ἴσον τῇ σορῷ, ἐφ' ἧς ἐπιγέγραπται τάδε·

Τέθαμμ' ὁ Μακρόσειρις ἐν νήσῳ μακρᾷ,  
ἔτη βιώσας πεντάκις τὰ χίλια.

47.

Εὐμαχος δὲ φησιν ἐν Περιηγῆσει, Καρχηδονίου περιταφρεύοντος τὴν ἰδίαν ἐπαρχίαν εὐρεῖν ὄρυσσοντας δύο σκελετοὺς ἐν σοροῖς κειμένους, ὧν τοῦ μὲν εἰκοσιτέσσαρας εἶναι πήχεις τὴν σύνθεσιν, τοῦ δὲ ἑτέρου εἰκοσιτρεῖς.

quoque locus sit, Litræ appellatus, ubi corpora istis non minora ostenduntur, non obruta terra, sed in conspectu posita : neque confusa aut conturbata ea, sed ordine suo collocata : ut, qui accedit, cognoscere possit, quæ femorum ossa sint, quæ crurum aut aliorum membrorum. Itaque ne hæc quidem aliena a vero putanda : sed cogitandum est quod initio natura, vicens viribus, omnia deorum naturæ æmula educavit; successu autem temporis, quum emarcesceret, naturarum quoque quantitates decreverunt.

45.

Sed et Rhodi accepimus ossa tanta esse, ut comparati cum iis nostri homines sint multo minores.

46.

Idem ait, prope Athenas insulam esse quandam, quam Athenienses quum vellent muris munire, dum foderent fundamenta, invenerint sepulcrum longitudine centum cubitorum, atque intus cadaver, ad ossa usque absumptum, cum inscriptione :

Sepultus ego Macrosiris in longa insula  
Vitæ peractis annis mille quinquies.

47.

Eumachus in Periegesi seu Orbis terrarum enarratione, scribit, Carthaginenses, quum circum suam provinciam agerent fossam, dum terram exhauriunt, incidisse in duo

48.

Θεόπομπος δὲ φησιν ὁ Σινοπεὺς ἐν τῷ Περὶ σεισμῶν, ἐν τῷ Κιμμερικῷ Βοσπόρῳ αἰφνιδίως σεισμοῦ γενομένου, τὸν παρ' αὐτοῖς τινα ἀναρραγῆναι λόφον καὶ ἀναβαλεῖν ὄστᾶ ὑπερμεγέθη, ὥστε τὴν σύνθεσιν τοῦ σκελετοῦ πηχῶν εὐρεθῆναι εἰκοσιτεσσάρων. Ταῦτα δὲ φησιν τὰ ὄστᾶ τοὺς περιοικοῦντας βαρβάρους εἰς τὴν Μαιώτιν ῥίψαι λίμνην.

49.

Παιδίον πρὸς Νέρωνα ἐκομίσθη τετρακέφαλον, ἀνάλογα ἔχον καὶ τὰ ἄλλα μέλη, ἄρχοντος Ἀθήνησι Θρασύλλου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Ποπλίου Πετρωνίου Τουρπιλιανοῦ καὶ Καισιωνίου Παίτου.

50.

Καὶ ἕτερον ἐγεννήθη ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ ὤμου κεφαλὴν ἐκπεφυκυῖαν ἔχον.

51.

Ἐγένετο σημεῖον παράδοξον ἐπὶ Ῥώμης, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δεινοφίλου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Κοίντου Οὐγρηνίου καὶ Γναίου Πομπηίου Γάλλου. Παικίου γὰρ Ταύρου, ἀνδρὸς στρατηγικοῦ, τῆς γυναικὸς θεράπαινα τῶν τετιμημένων ἀπεκύησε πίθηκον.

52.

Κορνηλίου Γαλλικανοῦ ἡ γυνὴ παιδίον ἔτεκε, κεφαλὴν ἔχον Ἀνουβιδος ἐπὶ Ῥώμης, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Δημοστράτου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Αὔλου

osse cadavera, condita arcis : quorum alterius compages longa fuerit viginti quattuor cubitos, alterius viginti tres.

48.

Theopompus Sinopensis in libro De terræ motibus scribit, in Bosporo Cimmerico subita terræ concussione quendam colliculum dissiluisse, ejectaque ingentia fuisse ossa, ita ut compage eorum in morem humani corporis composita, longa ea fuerit viginti quattuor cubitos; atque circum accolentes barbaros ossa ea in Mæotidem abjecisse paludem.

49.

Ad Neronem allatus est infans quadriceps, respondentibus proportione etiam ceteris membris, Athenis præfecto Thrasyllo, Romæ P. (deb. C.) Petronio Turpiliano et C. Cæsonio Pæto (813 a. U., 61 p. C.) consulibus.

50.

Natus est et alius, caput habens e sinistro enatum humero.

51.

Athenis præfecto Dinophilo, Romæ Q. Veranio et Cn. Pompeio Gallo consulibus (801 a. C. 49 p. C.), Ræcii Tauri, viri prætorii, uxoris ancilla Romæ simiam peperit.

52.

Cornelii Gallicani uxor Romæ infantem partu edidit, capite Anubidis, Athenis præside Demonstrato, Romæ A.

Λικιννίου Νερούα Σιλανιανού καὶ Μάρκου Ουεστίνου Ἀττικῶ.

53.

Γυνὴ ἀπὸ πόλεως Τριδέντου τῆς Ἰταλίας ἀπεκύησεν ὄφεις ἐσφαριωμένους, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Δομετιανῶ Καίσαρος τὸ ἕνατον καὶ Πετιλίου Ῥούφου τὸ δεύτερον, ἐν Ἀθήναις ἀναρχίας οὔσης.

54.

Ἐν Ῥώμῃ δικέφαλόν τις ἀπεκύησεν ἔμβρυον, ὃ ὑποθήκαις τῶν θυοσκῶν εἰς τὸν Τίβεριν ποταμὸν ἐνεβλήθη, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀδριανῶ τοῦ αὐτοκράτορος γενομένου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ αὐτοκράτορος Τραϊανῶ τὸ ἕκτον καὶ Τίτου Σεξτίου Ἀφρικανῶ.

55.

Δωρόθεος δέ φησιν ὁ ἱατρὸς ἐν Ὑπομνήμασιν, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ κατ' Αἴγυπτον κίναιδον τεκεῖν, τὸ δὲ βρέφος ταριχευθὲν χάριν τοῦ παραδόξου φυλάττεσθαι.

56.

Ἐν Γερμανίᾳ ἐν τῷ στρατῷ τῶν Ῥωμαίων, ὃς ἦν ὑπὸ Τίτῳ Κουρτιλίῳ Μαγίᾳ, τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐγένετο. Δοῦλος γὰρ στρατιώτου ἔτεκεν, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Κόνωνος, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Κοίντου Οὐλουσίου Σατορνίνου καὶ Ποπλίου Κορνηλίου Σχιπίωνος.

57.

Καὶ Ἀντίγονος δὲ ἱστορεῖ, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μίαν γυ-

Licinio Nerva Siliano (*Siliano*) et M. Vestino Attico consulibus (817 a. U., 65 p. C.).

53.

Mulier Tridenti urbe Italiae nata, serpentes enixa est, globi in morem convolutos, Romae Domitiano Caesare IX et Petilio Ruso II consulibus, Athenis magistratu vacantibus (835 a. U., 83 p. C.).

54.

Romae quaedam bicipitem edidit foetum, qui aruspicum jussu in Tiberim amnem est abjectus: Athenis praeside Hadriano, qui deinde Imperator est factus; Romae, Trajano imperatore VI et T. Sextio Africano consulibus (864 a. U., 112 p. C.).

55.

Dorotheus medicus in Commentarios suos retulit, Alexandriae in Aegypto cinædum peperisse: foetum conditum miraculi causa, asservari.

56.

In Germania, in exercitu Romano, quem T. Curtilius Mancias duxit, servus militis peperit: Athenis Conone praeside, Romae Q. Volusio Saturnino et P. Cornelio Scipione consulibus (808 a. U., 56 p. C.).

57.

Sed et Antigonus (*Virab.* c. 110) narrat, Alexandriae

ναῖκα ἐν τέτρασι τοκετοῖς εἴκοσι τεκεῖν καὶ τὰ πλεῖστα τούτων ἐκτραφῆναι.

58.

Καὶ ἑτέρα τις γυνὴ κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν πέντε ἐν ἐνὶ τοκετῷ ἀπεκύησε παῖδας, τρεῖς μὲν ἄρρενας, δύο δὲ θηλείας· οὓς αὐτοκράτωρ Τραϊανὸς (l. Ἀδριανὸς ex Dig. 34, 5, 8. *Meurs.*) ἐκέλευσεν ἐκ τῶν ἰδίων χρημάτων τρέφεσθαι· πάλιν δὲ μετ' ἐνιαυτὸν ἄλλα τρία ἢ αὐτὴ γυνὴ ἔτεκεν.

59.

Ἰππόστρατος δὲ φησιν ἐν τῷ Περὶ Μίνω, Αἴγυπτον ἐκ μιᾶς γυναικὸς Εὐρυόπης τῆς Νείλου πεντήκοντα υἱοὺς γεννῆσαι.

60.

Δαναός τε ὁμοίως ἐκ μιᾶς γυναικὸς τῆς Νείλου Εὐρυόπης πεντήκοντα θυγατέρας ἔσχεν.

61.

Κρατερὸς δὲ φησιν, ὁ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως ἀδελφὸς, γινώσκειν τινὰ ἄνθρωπον, ὃν ἐν ἑπτὰ ἔτεσι παῖδα γενέσθαι καὶ μειράκιον καὶ ἄνδρα καὶ γέροντα καὶ γήμαντα καὶ παιδοποιησάμενον ἀποθανεῖν.

62.

Μεγασθένης δὲ φησιν, τὰς ἐν Παλαιᾷ (l. Πανδαίᾳ) κατοικούσας γυναῖκας ἑξαετείς γινομένας τίχτειν.

63.

Εὐρέθη ἐν Σαύνῃ, τῆς Ἀραβίας πόλει, ἵπποκένταυρος

mulierem quandam/ quattuor partibus XX factus edidisse, quorum major pars enutrita sit.

58.

Eademque in urbe alia mulier quinque infantes una peperit, tres masculos, duas feminas, quos suis sumptibus ali jussit Trajanus (*Hadrianus*) imperator: eademque mulier, circumacto exinde anno, tres infantes peperit.

59.

Hippostratus in libello De Minoe, Aegyptum perhibet ex una uxore Euryopa, Nili filia, quinquaginta filios procreasse.

60.

Itemque Danaus ex unica Euryopa, Nili filia, quinquaginta tulit filias.

61.

Craterus, Antigoni regis frater, novisse se scribit quendam hominem, qui spatio septennii et puer fuerit, et adulescens et vir et senex, et uxorem duxerit et progenerata prole mortuus sit.

62.

Megasthenes auctor est, mulieres Pandæae habitantes, sex annos natas parere.

63.

Arabiae urbs est Sauna. In ea inventus est hippocentaurus

ἐπὶ ὄρους μάλα ὑψηλοῦ, ὃ ἐστὶ γέμον φαρμάκου θανα-  
σίμου. Καλεῖται δὲ τὸ φάρμακον ὁμώνυμον τῇ πόλει,  
ὀξύτατον δὲ καὶ ἀνυτικώτατον τῶν ὀλεθρίων καθέστηκε.  
Τὸν δὲ ἵπποκένταυρον συλλαβὸν ὁ βασιλεὺς ζῶν ἀπο-  
πέμπει σὺν ἑτέροις δώροις πρὸς Καίσαρα εἰς τὴν Αἴ-  
γυπτον. Τροφή δὲ ἦν αὐτοῦ κρέα. Οὐ φέρων δὲ τὴν με-  
ταβολὴν τοῦ ἀέρος τελευτᾷ, καὶ οὕτως ὁ ἑπαρχὸς τῆς  
Αἰγύπτου ταριχεύσας ἀπέστειλεν εἰς Ῥώμην. Καὶ  
πρῶτον ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπεδείχθη, τὸ μὲν πρόσω-  
πον ἀγριώτερον τοῦ ἀνθρωπίνου ἔχων, χεῖρας δὲ καὶ  
τοὺς τούτων δακτύλους τετριχωμένους, πλευρὰ δὲ  
συναφῆ τοῖς πρώτοις σκέλεσι καὶ τῇ γαστρὶ. Ὅπλα  
δὲ ἦσαν αὐτῷ ἵππου στερεὰ καὶ ἐπίξανθοι χαῖται,  
καίπερ ὑπὸ τῆς ταριχείας συμμελαινόμεναι τῷ δέρματι.  
Μέγεθος δὲ ἦν οὐχ οἰοίπερ οἱ γραφόμενοι, οὐδ' αὖ πάλιν  
μικρόν.

64.

Ἐν δὲ τῇ προειρημένῃ πόλει Σαύνη ἐλέγοντο καὶ  
ἕτεροι εἶναι ἵπποκένταυροι. Τὸν δὲ πεμφθέντα εἰς Ῥώ-  
μην εἴ τις ἀπιστεῖ, δύναται ἱστορῆσαι· ἀπόκειται γὰρ  
ἐν τοῖς ὀρείοις (ὄρτοις Xyl., ὀρείοις, *horreis*, Meurs.,  
θησαυροῖς Bochart.) τοῦ αὐτοκράτορος τεταριχευμένος,  
ὡς προεῖπον.

## E SCRIPTO INCERTO.

65.

Flav. Vopiscus in Saturnino init. : *Ac ne quis  
mihi Ægyptiorum irascatur, et meum esse credat  
quod in literas retuli, Adriani epistolam ex libris  
Phlegontis, liberti ejus, proditam, ex qua penitus  
Ægyptiorum vita detegitur, indidi :*

in monte admodum excelso, qui letali abundat veneno :  
cui veneno idem est cum urbe nomen. Omnium pestifero-  
rum acutissimum atque efficacissimum. Hippocentaurum  
rex quum cepisset vivum, cum donis ad Cæsarem aliis in  
Ægyptum misit. Vescebatur carnibus : sed aeris mutati  
impatiens, mortuus est. Eum conditum præfectus Ægypti  
Romam misit ; primumque in palatio est monstratus. Facies,  
quanquam humana, fuit ei truculentior : manus et earum  
digili pilis intecti ; latera ventri et prioribus pedibus con-

« *Adrianus Aug. Serviano Cos. S. — Ægyptum  
quam mihi laudabas, Serviane carissime, totam  
didici, levem, pendulam et ad omnia famæ mo-  
menta volitantem. Illi qui Serapin colunt, Chri-  
stiani sunt, et devoti sunt Serapi, qui se Christi  
episcopos dicunt. Nemo illic archisynagogus Ju-  
dæorum, nemo Christianorum presbyter non ma-  
thematicus, non aruspex, non aliptes. Ipse ille  
patriarcha quum Ægyptum venerit, ab aliis Sera-  
pidem adorare, ab aliis cogitur Christum. Genus  
hominum seditiosissimum, vanissimum, injurio-  
sissimum : civitas opulenta, dives, fecunda, in qua  
nemo vivat otiosus. Alii vitrum conflant ; ab aliis  
charta conficitur ; alii linyphiones sunt : omnes  
certe cujuscumque artis et videntur et habentur.  
Podagrosi quod agant habent : habent cæci quod  
faciant : ne chiragrici quidem apud eos otiosi vi-  
vunt. Unus illis deus est. Hunc Christiani, hunc  
Judæi, hunc omnes venerantur gentes. Et uti-  
nam melius esset morata civitas, digna profecto sui  
profunditate, quæ pro sui magnitudine totius  
Ægypti teneat principatum. Huic ego cuncta con-  
cessi, vetera privilegia reddidi, nova sic addidi,  
ut præsentem gratias agerent. Denique ut primum  
inde discessi, et in filium meum Verum multa  
dixerunt, et de Antonino quæ dixerunt, comperisse  
te credo. Nihil illis opto, nisi ut suis pullis alan-  
tur, quos quemadmodum fœcundant, pudet dicere.  
Calices tibi allassontes (versicolores) transmisi,  
quos mihi sacerdos templi obtulit, tibi et sorori  
meæ specialiter dedicatos, quos tu velim festis die-  
bus conviviis adhibeas. Caveas tamen ne his Afri-  
canus noster indulgenter utatur.»*

64.

Feruntur in nominata urbe etiam alii hippocentauri esse.  
Sed eum, qui Romam missus est, si quis non credit, videre  
potest. Repositus est enim in horreis Imperatoris, conditus,  
ut dixi.



# CEPHALION.

Photius Bibl. cod. 68, p. 34 ed. Bekk. : Ἀνεγνώσθη Κεφαλίωνος ( sic Bekk. Κεφαλαίωνος vulg. ) σύντομον ἱστορικόν. Ἄρχεται ἀπὸ τῆς βασιλείας Νίνου καὶ Σεμιράμεως, καὶ κάτεισι μέχρι τῶν τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου χρόνων. Συμπεραίνεται δὲ αὐτοῦ ἡ ἱστορία ἐν λόγοις θ' κατ' ἐπωνυμίαν τῶν θ' Μουσῶν, Κλειοῦς, Θαλείας, Πολυμνίας, Μελπομένης, Τερψιχόρης, Εὐτέρπης, Καλλιόπης, Ἐρατοῦς, Οὐρανίης· ἐν ᾗ καὶ τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα διεξέειπεν. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν ἰωνίζων, καὶ τοῦ προσήκοντος πλέον τῆς συντομίας ἀποχρώμενος, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν ἄξιον θαυμάσαι καὶ ζηλωσαι ἐνδεικνύμενος πλὴν τῆς κατὰ τὴν ἱστορίαν μαθήσεως. Οὗτος τὸ μὲν γένος αὐτοῦ καὶ πατρίδα, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνός φησιν, ὡς περ Ὀμηρος ἀποσιωπᾷ, ὅτι δὲ διατρέβων ἐν Σικελίᾳ φυγῆς ἕνεκα τὴν ἱστορίαν συνέταξεν, ἀποφαίνεται, τὸ μὲν ἀναγκαῖον, πατρίδα εἰπεῖν καὶ γένος, παρεῖς, τὸ δὲ καὶ μικροψυχίαν ἐμφαίνον ἐν μνήμῃ πεποιηκώς. Καὶ τὸ ἐκ τόσων δὲ καὶ τόσων συνειλέχθαι αὐτῷ τὴν ἱστορίαν σεμνύνεσθαι οὐ πάνυ ψυχῆς τὸ μικρολόγον τε καὶ τὴν παιδαριώδη φιλοτιμίαν ἀποσειομένης ἀπόδειξις. Φησὶ δ' ὅμως τὸν πρῶτον αὐτῷ τῆς ἱστορίας συνειλέχθαι ἐκ λόγων μὲν φ', ὧν πατέρας λ' καὶ α' ἀπομνημονεύει· τὸν δὲ δεύτερον ἐκ βιβλίων σή', συγγραφέων δὲ κ'· καὶ τὸν τρίτον δὲ ἐκ βιβλίων μὲν χ', συγγραφέων δὲ κς'· τὸν μὲντοι τέταρτον ἐκ βιβλίων μὲν ων', συγγραφέων δὲ λβ'· καὶ τὸν πέμπτον δὲ ἐκ βιβλίων μὲν σ', συγγραφέων δὲ κς' ( κα' vel κδ' cod. Ven. )· τὸν δὲ ἕκτον ἐκ βιβλίων μὲν \*\*, συγγραφέων δὲ \*\*. τὸν δὲ ἕβδομον ἐκ βιβλίων μὲν \*\*, συγγραφέων δὲ \*\*. τὸν δὲ ὄγδοον ἐκ βιβλίων μὲν \*\*, συγγραφέων δὲ \*\*, καὶ τὸν ἕννατον δὲ ἐκ βιβλίων μὲν \*\*, συγγραφέων δὲ τριάκοντα· ἐν οἷς καὶ ἡ Κεφαλίωνος ἱστορία.

Idem cod. 70 ( p. 35, a, 3 ), de Diodori Siculi Bibliotheca : Ἔστι δὲ πολλῶν πλατύτερος τοῦ Κεφαλίωνος, ἐν οἷς τοὺς αὐτοὺς χρόνους συμβαίνει αὐτοῖς ἀναγράφειν.

Idem cod. 161 ( p. 104, b, 13 ), de Sopatris Eclogis : Δέκατος δὲ ( λόγος ) συνηθροίσθη ἐκ τε τῆς Κεφαλίωνος Ἐρατοῦς, διαλαμβανούσης τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον.

Suidas : Κεφαλίων ἢ Κεφάλων, Γεργίθιος, ῥήτωρ καὶ ἱστορικὸς, γεγονώς ἐπὶ Ἀδριανοῦ. Ἐφυγε δὲ τὴν πατρίδα δι' ἀπέχθειαν δυναστῶν, καὶ ἐβίω ἐν Σικελίᾳ. Ἐγραψε Παντοδαπὰς ἱστορίας ἐν βιβλίοις θ', ἅτινα ἐπιγράφει Μούσας, Ἰάδι διαλέκτῳ· Μελετάς τε ῥητορικάς καὶ ἄλλα τινὰ ( καὶ ἄλλα πολλά Eudocia p. 268 ).

Duos Cephaliones Suidas confundit, nostrum scilicet, qui patriam suam ambitiose celavit, et Cephalionem Gergithium, de quo vidimus supra p. 68

sqq. — De rhetoricis Cephalionis scriptis aliunde non constat. — In Musarum libris novem ( quos Eusebius quoque inter fontes suos recenset in Chron. p. 195 ed. Mai. ) auctor ab Assyriorum historia exorsus descendit usque ad mortem Alexandri; qui finis historiarum aptissimus est. Quodsi apud Photium in cod. 161 Cephalion res Alexandri in Erato ( i. e. in libro VIII sec. cod. 68 ) narrasset dicitur, quum idem in cod. 68 ad Uraniam, postremam Musarum, referatur, alterutro loco erratum est. Aut Erato pro Urania in cod. 161 posuit memoria lapsus; aut in cod. 68, Erato Musa collocanda est ultima. Lobeckius in Aglaophamo p. 997 utrumque locum conciliari inter se posse censuit, si Alexandri historiam libro octavo coeptam, nono absolutam esse statuamus. Id vero propterea minus est probabile, quod Photius de libro nono dicit : ἐν ᾗ καὶ τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον, adeo ut ne nonus quidem liber Alexandri historia totus absumptus sit. — Num praeterea peculiare De Alexandro opus Cephalion scripserit, idque ipsum inter libros, ex quibus Musa nona compacta sit, recensuerit, an de alio Cephalione cogitari praestet, tu videas.

Fragmenta quæ de Assyriorum historia servata habemus, multæ levitatis virum coarguunt. Reliqua pertinent ad Græcas fabulas, quas auctor in iisdem Musarum libris ἀμούσως sanequam interpretatus est. Cum Palæphato similibusque mythorum explicatoribus componitur apud Tzetzem in Exeg. II. p. 4 : Κεφαλίων καὶ Παλαίφατος καὶ Δομνῖνος περὶ τῶν ἡρώων καὶ τεραστίων ῥητορικῶς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ οὐ φυσικῶς ἢ μαθηματικῶς ἠλληγόρησαν. Idem ad Lycophr. v. 177 ( p. 26 ) : Ἀλληγορεῖν ἐπιστάμεθα ὑπὲρ καὶ Παλαίφατον καὶ Δομνῖνον καὶ Κεφαλίωνα καὶ Ἡράκλειτον καὶ τοὺς ἄλλους.

## ΙΣΤΟΡΙΑΙ

### EN BIBΛΟΙΣ ENNEA.

#### LIBER PRIMUS.

#### ΚΛΕΙΩ.

#### I.

Syncell. p. 167, A : Ὅτι δὲ ἀσυμφώνως οἱ τῶν Ἑλλήνων ἱστορικοὶ γεγράφασι περὶ τῶν χρόνων καὶ τῶν βασιλέων τούτων, παρέστω Κεφαλίων ἐπίσημος εἷς,

οὐχ ὁ τυγῶν, οὕτω φάσκων· « Ἄρχομαι γράφειν ἀφ' ὧν ἄλλοι τε ἐμνημόνευσαν καὶ τὰ πρῶτα Ἑλλάνικός τε ὁ Λέσβιος καὶ Κτησίης ὁ Κνίδιος, ἔπειτα Ἡρόδοτος ὁ Ἄλικαρνασεύς. Τὸ παλαιὸν τῆς Ἀσίας ἐβασίλευσαν Ἀσσύριοι, τῶν δὲ ὁ Βήλου Νίνος. » Εἴτ' ἐπάγει γένεσιν Σεμιράμεως καὶ Ζωροάστρου μάγου ἔτη τε νβ' τῆς Νίνου βασιλείας. Μεθ' ὃν Βαβυλῶνα, φησὶν, ἡ Σεμίραμις ἐτείχισε, τρόπον ὡς πολλοῖσι λέλεκται, Κτησία, Ζήνωνι (l. Δείνωνι), Ἡροδότῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτούς· στρατείην τε αὐτῆς κατὰ τῶν Ἰνδῶν καὶ ἤτταν, καὶ ὅτι τοὺς ἰδίους ἀνεῖλεν υἱοὺς καὶ ὑπὸ Νινύου τῶν παιδῶν ἐνὸς ἀνηρέθη, τοῦ διαδεξαμένου τὴν ἀρχήν. Καὶ μεθ' ἕτερα· « Καὶ τῶν λοιπῶν εἰς α' ἐτῶν ἀριθμὸν ἤρχον, παῖς παρὰ πατρός ἐκδεχόμενος τὴν ἀρχήν καὶ ἔχων ἤττον αὐτῶν οὐδὲ εἰς ἐτελεύτησεν (διετέλεσεν?) ἐτῶν κ'· τὸ γὰρ ἀπόλεμον καὶ ἀφιλοκίνδυνον καὶ γυναικῶδες αὐτοῖς ἦν ἀσφαλές. Ἐνδον γὰρ ἔμενον, οὐδέ τι αὐτοῖς ἔνεργον (ἦν ἔργον codd.; ὧν ἔργον Scal. Dindf.; ἐν ἔργ. Mai) ἐπρήσσετο, οὐδὲ ἐώρα τις αὐτοὺς πλὴν αἴτε παλλακίδες καὶ τῶν ἀνδρῶν οἱ γυναικῶδεις. Τοὺς δὲ βασιλεῖς τούσδε εἴ τις εἰδῆσαι βούλεται, Κτησίας ἐστὶν ὁ λέγων ὀνόματα αὐτῶν κ' οἶμαι καὶ γ'. Ἐμοὶ δὲ ἡ γραφή τί τερπνὸν ἢ τί χάριεν ἤμελλεν ἔξειν, ὀνομακλήδην ἀνευ πράξεων βαρβάρους φωνέοντι τυράννους δειλοὺς καὶ μαλακοὺς (\*); » Πρὸς οἷς ἐπάγει τὰ περὶ τῶν ἐτῶν αὐτῶν· « Ἐτέων δὲ ὄντων ἀπὸ Νίνου τεσσαράκοντά που καὶ χ' Βέλιμος ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων. Καὶ ἀφικνεῖται Περσεὺς ὁ Δανάης εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ, ναῦς ἄγων ρ'. Ἐφευγε δὲ Περσεὺς Διόνυσον τὸν Σεμέλης υἱέα. » Καὶ μετέπειτα· « Ὑστέρη δὲ γενεῇ κατὰ Πανύαν ἀρχοντα ὁ τῶν Ἀργοναυτῶν στόλος ἐπλευσεν ἐπὶ τε Φάσιν καὶ Μηδείην τὴν Κολχίδα, καὶ Ἡρακλέα πλανηθέντα ἀπὸ τῆς νεῶς διὰ τὸν ἔρωτα τὸν Ὑλα λέγουσι περὶ τοὺς Καππαδόκας ἀληθῆναι. » Καὶ αὐθις· « α' δὲ ἐτέων ἀπὸ Σεμιράμεως εἰς Μητραῖον (l. Μιθραῖον) βασιλέα ἂν ἀριθμοὶ τὸ περιτελλόμενον· [ἐφ' οὗ vel simile quid excidit] Μηδεία Κολχίς ἀνεχώρησεν Αἰγέως, ἧς υἱὸς Μῆδος, ἐξ οὗ Μῆδοι καὶ ἡ χώρα ἐκλήθη Μῆδεια. » Εἰτά φησι· « Μητραίου δὲ τὴν ἀρχὴν διαδέχεται Ταύτανος (l. Τεύταμος), ζῶν καὶ αὐτὸς κατὰ ἔθνη τὰ Ἀσσυρίων καὶ νόμους. Καὶ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐγένετο οὐδὲ ἐπὶ τούτου καινὸν ἔργον· Ἀγαμέμνων δὲ καὶ Μενέλαος οἱ Μυκηναῖοι ἐστρατεύσαντο σὺν Ἀργείοισι καὶ τοῖσι ἄλλοισιν Ἀχαιοῖς τῆς εἰς Ἴλιον πόλιν Πριάμου τοῦ Φρυγὸς στρατηγίης. »

Eusebius Chron. p. 41 Mai : CEPHALIONIS HISTORICI DE REGNO ASSYRIORUM. — « *Ea scribere aggregior, quorum alii quoque meminerunt, in primis Hellenicus Lesbicus et Ctesias Cnidius, nec non Herodotus Halicarnassensis. Principio Assyrii domi-*

(\*) Post μαλακοὺς codd. præbent βαρβάρους οὖς; quæ eiecerunt editores Syncelli; apud Eusebium est *mollium et prope silvestrium* (θηριώδεις). Scripserim : καὶ βορβόρω ἰσους, quod ad traditas literas proxime accedit.

*nati sunt Asice, ex quibus erat (deb. : his autem) Ninus Belides : quo regnante multæ res et facinora maxima contigerunt. » Deinde addit Samiramidis genituram : itemque (narrat) de Zaravaste, mago Bactrianorum rege, et de bello quo hic a Samiramide superatus est : de annis denique quibus Ninus regnavit, duobus videlicet supra quinquaginta, nec non de ejus obitu. Postea regnantem Samiramidem Babylonis mœnia excitavisse (ait) ea ratione, quæ a multis dicta est, nempe a Ctesia, a Zenone, ab Herodoto aliisque deinceps. Præterea Samiramidis narrat expeditionem in Indiam, ejusque cladem et fugam : cædem etiam filiorum suorum ab ipsamet patratam : utque eadem a filio item suo Ninus interempta sit, postquam annis duobus supra quadraginta regnasset. Hic vero, qui in imperium successit, a Cephalione dicitur nihil dignum memoria gessisse. Tum reges alios singillatim recenset, quorum dominationem mille annis mansisse docet, potestate a patre ad filium manante; neminemque eorum minus viginti annis (sceptum) tenuisse. « Nam imbellis et quieta et feminea eorum indoles tutos cautosque servabat : quippe qui penetralibus se continebant, nihilque agebant atque a nemine præterquam a pellicibus et a viris effeminatis conspiciabantur. Si quis tamen avet hos reges apprime cognoscere, Ctesias diserte eos nominatimque recenset, quod ego quidem sciam, tres supra viginti. Sed enim qua ego voluptate vel animi jucunditate barbarâ nomina appellem, cassa omnino gestis præclaris, tyrannorum, inquam, imbecillium et mollium et prope silvestrium? » Deinde addit anno istius dominationis quadragesimo supra sexcentesimo, rege Assyriorum Belimo, Perseum Danaes (filium) centum naves ad illorum regionem appulisse. Fugam scilicet arripuerat Perseus a Baccho victus Semeles filio. Deinde omisso Perseo Bacchique triumpho, ait, sequiore ætate, imperante apud Assyrios Panya, classem Argonautarum venisse ad Phasim annem et ad Colchidem Medeam : tum et Herculem insano Hylæ amore correptum, nave relicta Cappadociam versus, ut aiunt, errabundum contendisse. Dicit præterea : si quis mille annos a Samiramide ad Mithræum numeret, eum rationes constare deprehensurum. Ab Ægeæ rege discessit (sc. Mithræi temporibus) Medea Colchis femina saga. Hujus filius erat Medus, unde regio Media dicta. Mithræi, inquit, imperium excipiebat successor Teutamus, qui ad mores legesque Assyriorum vitam suam exigebat, nihilque novi per eum fiebat. Agamemnon et Menelaus Mycenæi expeditionem cum Argivis faciebant adversus Ilium urbem, in qua Priamus Phryx militarem præfecturam gerebat. Priami (exemplar quoque literarum ad Teutamum circumfertur ejus-*

modi): « Militari vi, inquit, in regione tua a Grecis irruentibus appetitus sum, belloque certatum est varia fortuna. Nunc vero et filius meus Hector exstinctus est, et aliorum multa proles ac strenua. Copiarum igitur valido sub duce nobis suppetias mitte. » Hinc diserte ait missum esse a Teutamo auxilium ducemque exercitus Memnonem, Tithoni filium, quem insidiis exceptum Thessali interemerunt. Ait postea diserte, Sardanapallum anno tertio decimo supra millesimum Assyriorum regem creatum: cujus et exitium memorat. Tum, sublato Sardanapallo, Assyriorum imperium a Varbace exstinctum et ad Medos esse translatum. Hæc omnia Cephalion.

Verba exemplar quoque literarum.. ejusmodi Mainus supplevit e Syncell. p. 155, A, ubi: Φέρεται δὲ καὶ ἀντίγραφος τῆς Πριάμου ἐπιστολῆς.

2.

Moses Chorenens. I, c. 16, p. 47: Ea igitur æstate semper in aquilonis partes, ad urbem æstivam, quam ipsa in Armenia condidit, profecta (Semiramis), Assyriæ Ninivesque præfecturam Zoroastri Mago Medorum principi dedit. Quumque id ita per longum tempus fecisset, universum tandem imperium suum ejus fidei commisit. A filiis autem suis propter impuros et meretricios mores sæpe atque acriter reprehensa, cunctos interfecit præter Ninyam natu minimum, atque amicis et procis suis imperium atque thesauros dispertiens, filios nihili pendebat. Quippe vir ejus Ninus, non, ut fertur, mortuus in Ninives regia ab ea sepultus erat, sed ubi impudicitiam ejus ac mores flagitiosos perspexit, relicto regno, in Cretam confugit. Quum vero filii ejus adoluisent, atque intelligentia præditi essent, de omnibus hisce rebus eam commonuerunt, eo animo, ut diras ejus libidines coercerent atque efficerent ut regnum et thesauros filiis suis traderet. Quod ea graviter ferens, universos, ut supra diximus, præter unum Ninyam trucidavit. Ceterum quum Zoroastres in reginam deliquisset, et dissidium inde exoriretur, bello eum Semiramis lacessit: Medus enim dominari et rerum potiri per vim ipse cogitabat. Ingravescente autem bello, Semiramis a Zoroastre in Armeniam fugam cepit, atque pœnas luit; Ninyas enim occasionem nactus matrem necavit, ipseque Assyriæ et Ninivæ impe-

ritavit. Et jam quidem Semiramidis mortem, unde ei et quomodo contigerit, declaravimus.

QUOD CERTUM SIT SEMIRAMIDEM PRIMO BELLUM INDIS INTULISSE ET DEINDE IN ARMENIA INTERISSE.

Eustath. ad Hom. II. σ, 491, p. 1156, 30 : Τὰς δὴ πόλεις ταύτας τὰς δύο, Ἀγαλλίας τις, Κορκυραῖος ἀνὴρ, Ἀθήνας φησὶν εἶναι καὶ Ἐλευσίνα, προάγων οὕτω τὸ εἶδος τοῦ λόγου· γάμους γὰρ καὶ ὑμεναίους ἐν Ἀθήναις πρῶτον ἀχθῆναι ὑπὸ Κέκροπος, ὅθεν καὶ διφυῆ τὸν Κέκροπα λέγεσθαι ὁ Χάραξ φησὶν, διότι τὸ νομίμως ἐκ δυοῖν φύεσθαι δι' αὐτὸν ἐπέγων οἱ ἀνθρωποι τῇ τοῦ γάμου εὐρέσει. Eadem brevius et Characis mentione omissa Schol. Venet. ad II. σ, 491, ubi : Ἀγαλλίας ὁ Κορκυραῖος ὁ Ἀριστοφάνει γινώριμος. Contra in schol. Victoriano ad II. σ, 483, ubi eadem, adjecta Characis mentione, leguntur, laudatur Δάλις ἢ Κορκυραία. Lege Ἀναγαλλίς, quam Corcyræam grammaticam laudat Athenæus I, p. 14, D. Agallia filia fuerit. Commentarios in Homerum alii patri, alii filia tribuisse videntur, sicuti Pamphilæ grammaticæ scripta a nonnullis ad patrem ejus referebantur. Cf. Eustath. in II. σ, 509, p. 1159, 3, ubi iterum laudat de eadem re grammaticum verbis :

filius sorte obtinuit ab eoque Doris olim appellabatur, postea vero nomine mutato Histiaëotis vocata est. »

9.

Hyllis etiam tribus est apud Argivos, Dorienses et Træzenios. Tribulis Hyllensis. Charax libro nono : « Et Pamphyli et Hyllenses. »

10.

Duas hasce urbes (*in clypeo Achillis*) Agallias quidam Corcyræus Athenas esse ait et Eleusinem, eo comprobare sententiam studens quod nuptias et hymenæos Athenis primum acta sint sub Cecrope : unde etiam duplici natura præditum eum vocari Charax ait, quod legitime ex duobus nasci per eum homines didicerint inventionem nuptiarum.

Ὁ Κυρκυραῖος σοφός. Wolf. Prolegg. p. 216; Welcker. *Cycl.* p. 193 n.

## 11.

Tzetzes ad Lyc. 111 : Ἐλθὼν γὰρ (ὁ Κέκροψ) ἀπὸ Σάειος πόλεως Αἰγύπτου τὰς Ἀθήνας συνώκισε. Σαίς δὲ κατ' Αἰγυπτίους ἢ Ἀθηναῖα λέγεται, ὡς φησι Χάραξ. Eadem Eudocia p. 252.

## 12.

Anonymus De incredib. c. 15, p. 324 in Mythogr. ed. Westermann. : Περὶ Ἰοῦς καὶ Ἄργου. Ἰὼ ἢ Ἀρέστορος ἱερᾶτο τῇ Ἥρᾳ. Πρὸ γάμου δὲ κυήσασαν γνοὺς ὁ πατήρ (οὐ γὰρ ἔτι αὐτῇ ἢ ὄψις παρθένος ἦν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀφροδισίου ἀκμῆς μείζων καὶ καλλίων αὐτῆς ἐφαίνετο, ὡς καὶ βοῦς ὑπὸ τῶν Ἀργείων ἐπονομάζεσθαι), ἐχαλέπαινε τε καὶ ἐν φρουρᾷ εἶχεν αὐτήν, φύλακα ἐπιστήσας αὐτῇ τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφὸν Ἄργον. Καὶ ὁ μὲν Ἄργος αὐπνός ὢν καὶ πάντῃ ἀφυκτος οὐδαμῶς αὐτὴν ἀνίει, ὅθεν καὶ Πανόπτης ἔσχεν ἐπίκλησιν. Τῶν δὲ ἐπιχωρίων Ἑρμάων, βουλομένης Ἰοῦς, λαθὼν κτείνει τὸν Ἄργον, ἢ δὲ Ἰὼ ἐλευθερωθεῖσα φεύγει σὺν τοῖς πράξασιν ἐπιβᾶσα νεὸς φορτίδος, ὑπὸ δὲ χειμῶνος φορηθεῖσα ἀνὰ τὸ πέλαγος, ὃ καλεῖται Ἰόνιον, καὶ πολλαχοῦ προσπελασθεῖσα εἰς Ἀερίαν ἐκομίσθη καὶ θεὸς ἐνομίσθη διὰ τὸ κάλλος. Οὕτω Χάραξ ἐν Ἑλληνικοῖς. Cf. Palæphat. fab. 43. Apollodor. II, 1, 3.

## 13.

Idem ib. c. 16 : Περὶ Διονύσου. Ὁ Χάραξ οὕτω φησὶν, ὅτι Σεμέλη ἢ Κάδμου θυγάτηρ λέγεται κυῆσαι πρὸ γάμου· ἐν δὲ ταῖς γοναῖς κεραυνοῦ κατασκήφαντος, αὐτῇ μὲν ἠφανίσθη, τὸ δὲ βρέφος περιεγένετο. Ἐκείνην μὲν οὖν, ὅποια ἐπὶ τοῖς διοβλήτοις λέγεται,

θείας μοίρας λαχεῖν ᾤθησαν καὶ Θουωνην ὠνόμασαν, τὸν δὲ παῖδα θεϊότατον ὄντα ὁ Κάδμος, διότι ἐκ πυρὸς ἐσίωθη, περιεῖπε, καὶ τίθεται αὐτῷ Αἰγυπτίου Διονύσου πάτριον ὄνομα. De Cadmo Ægyptio cf. Diodor. I, 23, 4.

## 14.

Eustath. ad Dionys. Perieg. 689 : Ὁ Χάραξ τὸ χρυσοῦν δέρμα μέθοδον εἶναι λέγει χρυσογραφίας μεμβράναις ἐμπεριειλημμένην, δι' ἣν, ὡς λόγου ἀξίαν, τὸν τῆς Ἀργοῦς καταρτισθῆναι στόλον φησί. Cf. Suidas v. δέρας : Τὸ χρυσομαλλον δέρας... βιβλίον ἦν ἐν δέρμασι γεγραμμένον, περιέχον ὅπως δεῖ γίνεσθαι διὰ χημείας χρυσόν· εἰκότως οὖν οἱ τότε χρυσοῦν ὠνόμαζον αὐτὸ δέρας, διὰ τὴν ἐνέργειαν τὴν ἐξ αὐτοῦ. Eadem Suidas v. χημεία, Eudoc. p. 108, Favorin. v. δέρας et Anonym. Περὶ ἀπίστων p. 321 in Mythographis Westermann. Suidam sua sumpsisse ex Joanne Antiochense monet Salmasius ad Solin. p. 772, B. Cf. Müller. *Min.* p. 172.

## 15.

Schol. ad Dionys. 687 : Χάραξ δὲ φησι πολλαῖς ναυσὶν ἐκπλεῦσαι τοὺς Ἀργοναύτας, ὧν ἀποπλανηθεῖσα μία ναὺς προσηράχθη τῇ Μαιώτιδι. Οἱ δὲ ἐμπλέοντες Τέλχης καὶ Ἀμφίτος ἠνίοχοι τῶν Διοσκούρων ὄντες αὐτόθι μείναντες ἤρξαν, ἀφ' ὧν συνέβη τοὺς ἐνοικοῦντας ἐκεῖσε ἠνιόχους καλεῖσθαι. Ὅθεν καὶ Διοσκοουρίας ἦν ἐκεῖσε λεγομένη ἢ πόλις.

Eustathius ad Dionys. l. 1. : ἠνίοχοι καὶ οἱ Ζύγιοι, ἔθνος ἀγριώτατον, ὡς ἡ ἱστορία φησὶν, Πελασγῶν ἔχγονοι. Ἱστορεῖ δὲ Χάραξ τοὺς Ἀργοναύτας οὐ μίαν νηὶ κατὰ τὸν πολλὸν περὶ τῆς Ἀργοῦς λόγον, ἀλλὰ πολ-

## 11.

Cecrops e Sai Ægypti urbe in Atticam veniens, hominibus e pagis in unam urbem congregatis, Athenas condidit. Sais vero apud Ægyptios Minerva dicitur.

## 12.

De Io et Argo. Io, Arestoris filia, Junonis erat sacerdos. Quam quum gravidam ante nuptias pater cognovisset (neque enim virginis speciem amplius habebat, sed Veneris flore et maturitate major et venustior quam pro virgine esse videbatur; adeo ut etiam *dos* ab Argivis cognominaretur), ægre id ferens in custodia eam detinebat, custodemque ejus constituit matris fratrem Argum. Is quum nunquam dormiret neque effugere sibi quidquam pateretur, minime eam dimittebat; unde etiam *Panoptes* (*omnia cernens*) cognomen tulit. Verum ex indigenis Hermaon, volente Ione, clam Argum interfecit, atque Io libertati reddita cum cædis auctoribus, conscensa nave actuaria, fugam arripuit. Tempestate autem per mare Ionium, quod vocant, delata, multisque locis appulsa, tandem in Aeriam (*Ægyptum*) venit, ubi pro dea habita est propter formæ pulchritudinem. Sic Charax narrat in Hellenicis.

## 13.

De Baccho. Charax ita habet : « Semele Cadmi filia ante nuptias gravida facta, in puerperio fulmine tacta periit, infans vero superstes fuit. Illam igitur, sicuti de Jove tactis dici solet, divini sortis participem factam putarunt, Thyonenque vocarunt; infantem vero qui divinam originem eo quod e flammis servatus esset, quam maxime arguebat, Cadmus summo studio tuebatur, eique de Baccho Ægyptio, avo suo, nomen imposuit. »

## 14.

Charax vellus aureum fuisse dicit methodum chrysographiæ membranæ inclusum, ob quam utpote rem magnam Argus expeditio instructa sit.

## 15.

Charax ait multis navibus profectos esse Argonautas, quarum una aberrans in Mæotidis oram impexit. Vectores Telchin et Amphitum, Dioscurorum aurigas, ibi remanentes imperasse, ab iisque incolas hujus regionis Heniochos vocari. Hinc etiam Dioscurias urbs ibi nominata est.

Heniochi et Zygii, gens ferocissima, ut historia tradit, Pelasgorum posterii sunt. Narrat Charax Argonautas non

λοῖς πλοίοις εἰσπλεῦσαι τὸν Εὐξείνιον. Καί τινες αὐτῶν ἀποπλανηθῆναι, καὶ ἐν μιᾷ τῶν νηῶν εἶναι τοὺς τῶν Τυνδαριδῶν ἠνιόχους, ἤτοι τοὺς τῶν Διοσκούρων, ἀφ' ὧν κληθῆναι τὰ ἔθνη τοὺς ἠνιόχους καὶ τοὺς Τυνδαρίδας· ναὶ μὴν καὶ τὴν Διοσκουρίδα χώραν, τὸν τοῦ Εὐξείνου μυχὸν, ἤγουν τὸν ἔσχατον πρὸς τῇ Καλχικῇ Τραπεζοῦντι πλοῦν. Cf. Strabo XI, p. 496; Justin. XLII, 3; Plinius VI, 5.

16.

Schol. ad Dionys. Perieg. 64, de columnis Herculis: Ὄνομα δὲ τῇ μὲν Εὐρωπαϊᾷ κατὰ μὲν βαρβάρους Κάλπη, κατὰ δὲ Ἑλληνας Ἀλύβη· τῇ δὲ Λιβυκῇ κατὰ μὲν Ἑλληνας Κυνηγετικῇ, κατὰ δὲ βαρβάρους Ἀβεννα (Ἀβίνα var. I.), ὡς Χάραξ ἱστορεῖ. Ἄθται δὲ πρότερον Κρόνου ἐλέγοντο στῆλαι, διὰ τὸ μέχρι τῶν τῆδε ὀρίζεσθαι δῆθεν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ. Δεύτερον δὲ ἐλέχθησαν Βριάρευ, ὡς φησιν Εὐφορίων, τρίτον δὲ Ἡρακλέους.

Eadem Eustathius suppresso nomine auctoris. Cf. Müller. Dor. I, p. 452 et quos laudat, Forbiger Alte Geogr. tom. II, p. 866 sq. Quæ mox subjunguntur: Φασὶ δὲ ὅτι καὶ Ἡρακλέους βάρεις καλοῦνται (sc. columnæ), corrige: Ἡ. βάρεις (i. e. πύργους) καλοῦνται. Similiter Toupus ad Suidam v. Καινοπρεπὲς emendavit: Ἀποκλείει τὰς ὄχθας δι' αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ, ἐκατέρωθεν σκευάσας βάρεις (vgo Δαρείους).

17.

Jo. Lydus frgm. De mens. p. 274 ed. Hase: Καὶ βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν (sc. τὸν Κρόνον) ἡ ἱστορία παραδίδωσι... κατὰ τε τὴν Λιβύην καὶ Σικελίαν, [οἰκίσαι τε τοὺς τόπους καὶ [πόλιν] κτίσαι, ὡς δὲ Χάραξ φησὶ, τ[ὴν τότε μὲν λεγ]ομένην Κρονίαν, νῦν δὲ Ἰερὰν πόλιν, ὡς Ἰσιγον[ος] περὶ Ἑλληνικῶν θεῶν καὶ Πολέμων

(fr. 102) καὶ Αἰσχύλος ἐν τῇ Αἴτνῃ (I. Αἰτναίαις) π[αραδιδοῦσιν]. Supplementa sunt B. Hasi.

18.

Malala p. 81, 11 ed. Bonn.: Μετὰ δὲ Τρώων ἐβασίλευσε τῶν Φρυγῶν ὁ Ἴλιος· ἐν αὐτῷ δὲ τῷ καιρῷ ἐλαλεῖτο ἡ νίκη τοῦ ἀγῶνος Πέλοπος τοῦ Λυδοῦ καὶ Οἰνομάου τοῦ Πισαίου, ἐπιτελεσθεῖσα ἐν τῇ Ἡλιακῇ ἑορτῇ. Ἄτινα συνεγράψατο Χάραξ ὁ ἱστορικός.

19.

Malala p. 175: Equestre certamen bigis primus celebravit Enyalius (Eualius Cram. An.; I. Enalium), Neptuni filius, qui Libyen, Ius et Jovis Pici filiam, duxerat et Africæ partem subactam de nomine uxoris Libyam nominaverat. Sic Callimachus in Ætiis (quem Malalas ex ipso Charace adduxerit. Fragg. 6 item Callimachi testimonio Charax utitur): Μετ' αὐτὸν δ' Ἐριχθόνιος ἐπετέλεσε τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἄρμασι τετραπύλοις· διὸ καὶ περιβόητος ἐγένετο, καθὰ ἐν ταῖς Χάρακος ἐμφέρεται ἱστορίαις· ὅς συνεγράψατο καὶ ταῦτα, ὅτι τοῦ ἵπποδρομίου τὸ κτίσμα εἰς τὴν τοῦ κόσμου διοίκησιν ὑποδομήθη, τοῦτ' ἐστὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης· τὰς δὲ δεκαδύο θύρας τοὺς δώδεκα οἴκους ἱστῶρησε τοῦ ζωδιακοῦ τοῦ διοικουῦντος τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸν παροδικὸν τοῦ βίου δρόμον. Τὸ δὲ πέλημα τοῦ ἵπποδρομίου τὴν γῆν πᾶσαν εἶναι, τὸν δὲ εὐριπὸν τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῆς γῆς μεσαζομένην, τὸν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτὸν τὴν ἀνατολήν, τὸν δὲ ἐπὶ τὴν σφενδόνην τὴν δύσιν, τὰ δὲ ἐπτὰ σπάτια τὸν δρόμον καὶ τὴν κίνησιν (τῆς ἀστρονομίας) τῶν ἐπτὰ ἀστέρων (τῆς μεγάλης ἄρκτου).

Eadem ex Characis Historiis afferuntur ab Anonymo in Cramerii Anecd. Parisin. tom. II, p. 291 (ubi mendas quamplurimas ex Malala, Chronico Paschali et Cedreno, tum in his tum in aliis tollere

una nave, ut vulgata de Argo fabula perhibet, sed compluribus in Pontum Euxinum innavigasse. Nonnullas vero a via aberrasse, quarum in una fuisse Tyndaridarum sive Dioscurorum aurigas (ἠνιόχους), a quibus Heniochi et Tyndaridæ gentes nomen habeant; nec non Dioscuridem regionem, quæ in ultimo Euxini Ponti recessu ad Trapezuntem Colchicam sita est, hinc appellatam esse.

16.

Europæa Herculis columna apud barbaros Calpe, apud Græcos Alybe; Libyca vero apud Græcos Cynegetice, apud barbaros Abenna vocatur, ut Charax narrat. Hæ primum Saturni columnæ nominabantur, quod hucusque regnum ejus pertineret; deinde dicebantur Briarei columnæ, ut Euphorio ait, tum vero Herculis.

17.

Saturnus traditur regnasse in Sicilia, locosque ibi ineolis frequentasse urbemque condidisse, Charace teste, quæ primum Cronia appellata sit, nunc vocetur Hierapolis, ut Isigonus De diis Græcis et Polemo et Æschylus in Ætna (in Ætnæis) tradunt.

18.

Post Troum Phrygibus imperavit Ilius. Hoc ipso tempore sermonibus celebrabatur victoria illa, quam Pelops Lydus cum Ænomaio Pisata certans ludis Eliacis reportavit. Quæ libris consignavit Charax historicus.

19.

Post Enyalium (Enalium) Erichthonius (Ænomaus) certamen hoc equestre quadrigis peregit: unde magnum sibi nomen comparavit, sicuti scriptum reliquit Charax. Qui præterea addit exstructum fuisse hippodromum ad formam universi, nempe ut cælum, terram et mare repræsentaret: fores duodecim ad zodiaci domus duodecim retulit, qui terras et maria gubernat vitamque hominum transitoriam. Porro aream hippodromi terram, euripum (s. spinam) mare in media terra positum; flexum qui ad ostia, orientem; qui ad fundam, occasum; septem denique spatia motum et cursum astronomicum septem planetarum (et ursæ majoris) designare censet.



editor potuisset) et in Chron. Pasch. p. 208 ed. Bonn., coll. Cedreno p. 147. — Ἐριγθόνιος | Οἰνόμαος Anecd. Paris. : fortasse rectius. — σπάτια ] nomen pure latinum; sic Cedrenus. σπαθία Malala et Chron. Alex.; σπαθέα Anecd. Parisin. — τὸν δρόμον κτλ.] sic etiam An. Paris.; Chron. Alex. : τὴν κίνησιν τὴν ἀστρώαν τῶν ἑπτὰ ἀστέρων καὶ τῆς μεγάλης ἄρκτου. Cedrenus nihil nisi hoc : τὸν δρόμον τῶν ἑπτὰ πλανητῶν; idque præferendum. Ceterum quæ similia Malalas in antecedentibus disputat de ludorum significatione allegorica, bonam partem ex eodem Charace fluxerint.

## 20.

Suidas v. Ὅμηρος : Ὅμηρος ὁ ποιητὴς Μέλῃτος τοῦ ἐν Σμύρνῃ ποταμοῦ καὶ Κριθηίδος, ὡς δὲ ἄλλοι, Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης τῆς Μούσης, ὡς δὲ Χάραξ ὁ ἱστορικός, Μαίονος ἢ Μητίου καὶ Εὐμητίδος μητρὸς, κατὰ δ' ἄλλους Τηλεμάχου τοῦ Ὀδυσσεύς καὶ Πολυκάστης τῆς Νέστορος. Ἔστι δ' ἡ τοῦ γένους τάξις κατὰ τὸν ἱστορικὸν Χάρακα αὕτη· Αἰθούσης (Θούσης Agon) Θράσσης Λίνος, τοῦ δὲ Πίερος, τοῦ δ' Οἰαγρος, τοῦ δ' Ὀρφεύς, τοῦ δὲ Δρῆς (Ὀρτης Ag., Δωρίων Proclus), τοῦ δὲ Εὐκλῆς (Εὐκλῆς Pr., Ἀρμονίδης Ag.), τοῦ δ' Ἰδμονίδης, τοῦ δὲ Φιλοτέρπης (hunc om. Agon), τοῦ δ' Εὐφημος (Χαρίφημος Pr.), τοῦ δ' Ἐπιφράδης, τοῦ δὲ Μελάνωπος, τοῦ δ' Ἀπελλῆς (Ἀπελλαῖος Ag.), τοῦ δὲ Μαίων, ὃς ἦλθεν ἕκτα ταῖς Ἀμαζόσιν ἐν Σμύρνῃ, καὶ γήμας Εὐμητιν τὴν Εὐέπουσ τοῦ Μνησιγένους (scr. Μελησιγένους) ἐποίησεν Ὅμηρον. Fuse de his disputarunt Lobeck. Aglaopham. p. 323 sq. et Welckerus Cycl. Hom. p. 147. Characis stemma, cum quo in plurimis consentiunt Agon Hom. et Proclus, ex Ephoro fluxisse videtur.

## ΙΤΑΛΙΚΑ.

## 21.

Eustath. ad Hom. II. IX, 48, p. 734 48 : Κατὰ

## 20.

Homerus poeta, Meletis, fluvii Smyrnæi; vel, ut alii, Apollinis et Calliopes Musæ filius; vel, ut Charax historicus tradit, Mæonis aut Metii et Eumetidis matris; ut alii, filius Telemachi, qui patrem habuit Ulysses, et Polycastæ Nestoris filiæ. Est autem series generis Homerici hæc secundum Characem historicum : Æthusæ Thraciæ mulieris filius fuit Linus; hujus Pierus; hujus Cæger; hujus Orpheus; hujus Dres; hujus Euclees; hujus Idmonides; hujus Philoterpes; hujus Euphemus; hujus Epiphraides; hujus Melanopus; hujus Apelles; hujus Mæon, qui cum Amazonibus Smyrnam venit, et ducta uxore Eumetide, Euepus Mnesigenis filii filia, procreavit Homerum.

## ITALICA.

## 21.

Secundum Heraclidem Alexandrinum quemadmodum a πατῶ fit πάτος, a στείβω, στίβος, sic ab ἐλεύθω ἐλευθος, et

γὰρ τὸν Ἀλεξανδρέα Ἡρακλεῖδην, ὡς πατῶ πάτος, στείβω στίβος, οὕτως ἐλεύθω ἐλευθος, καὶ πλεονασμῶ τοῦ κ κέλευθος, ὅ γ' λόγῳ καὶ τὴν Αὐλωνίαν Χάραξ Καυλωνίαν φησὶν ἐν Ἱταλικοῖς· « Οὕτω δὲ, φησὶ, καὶ τὰ ἀνθήλια κανθήλια. » Cf. Steph. Byz. : Καυλωνία... ἦν Αὐλωνίαν Ἐκαταῖος καλεῖ διὰ τὸ μέσσην αὐλῶνος εἶναι κτλ. Similia multa congesit Welcker. Trilog. p. 130.

Apud Herodianum p. 19, 9 ed. Dindf., leguntur hæc : Ἔστιν Ἴς [καὶ] τῆς Ἱταλίας, ὡς Πάρθαξ ἐν τῷ β' τῶν Ἱταλικῶν· « Ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο εἰς τὴν Ποσειδωνίαν ὁ Ἡρακλῆς· ἔστι δὲ ποταμὸς Ἴς καλούμενος μέγας. » Fort. Πάρθαξ corruptum est ex Χάραξ. Attamen nescio an Parthacis cujusdam indicetur scriptum poeticum. Certe postrema, si ἔστι in ἔστιν mutaveris, trimetrum efficiunt. Fort. igitur in antecc. legendum : Ἔχει δέ· « Ἀφίκετο Ποσ. ὁ Ἡρ. Similiter in antecc. apud Herod. legerim : Οὕτω καὶ Σκύμνος (Σκυθῖνος?) ἐν τῷ τῆς Ἀσίας Περίπλῳ (scripto prosaico. V. Mein. ad Scym. Ch. p. xx) εὐρέθη ἔχειν τάδε· « Κελένδερικς κτλ. vel ἔχειν· « Εἶτα Κελένδερικς, pro vg. ἔχεται κελ.

## 22.

Etym. M. p. 525, 39 : Φασὶ γὰρ ποτε τὸν Διόνυσον ἐπὶ τὸν πρὸς Τυρσηνοὺς ἀπιόντα πόλεμον τοὺς γεγηρακότας τῶν Σειληνῶν μετὰ τῆς ἀχρήστου ἡλικίας ἐν Ἱταλία καταλιπεῖν· τοὺς δὲ τραπῆναι ἐπὶ ἀμπέλων ἐπιμέλειαν, καὶ εὖοινον γενέσθαι τὴν Ἱταλίαν· τοὺς δὲ γεωργοὺς οἱ Ἱταλοὶ κολώνους ἐκάλουν· ὡς καὶ ἰδρύσασθαι τοιαῦτα ἀγάλματα οἰνοφοροῦντα ἐν ἀσχοῖς. Ἐσπούδαζον δὲ, καὶ ἄς ὄκουν πόλεις οἱ Ἱταλοὶ, τιμὴν ταύταις παρέχειν, ἀνιστάντες δαίμονά τινα ὡς πρεσβύτην ὅμοιον Σειληνῶ, ἵνα καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἱερῶν συγχεραθῶσιν. Αἱ δὲ πέδαι περιτιθέμεναι δηλοῦσι τὸ ὑπήκοον, τῷ συνδεδέσθαι αὐτοῖς τὰς πόλεις τὰς ἐχούσας τὰ τοιαῦτα ἀγάλματα. Ταῦτα εἴρηται Χάρακι ἱστοριογράφῳ.

addita litera κ pleonastice, κέλευθος. Qua ratione etiam Aulonium Charax Caulonium dicit in Italicis. « Eodem modo, ait, etiam κανθήλια dicunt pro ἀνθήλια. »

## 22.

Ferunt Bacchum quondam ad bellum contra Tyrrenos profecturum Silenos, quotquot eorum senio decrepiti erant, cum inutili ad bellum ætate in Italia reliquisset. Hos vero ad vinearum culturam se convertisse, atque sic vini feracem evasisse Italiam. Agricolas vero Itali colonos vocabant. Quare etiam imagines personarum vinum ferentium in utribus collocare solent, et honorem urbibus, quas Itali illi incolebant, habendum curabant, signum dæmonis, qui senem et Sileni formam referebat, erigentes, ut eas etiam sacrorum communitate sibi adjungerent. Vincula autem quod ei circumdantur, significat subjectas esse et quasi vinculis conjunctas ipsis urbes, quæ ejusmodi imagines habent. Dicit hæc Charax historicus.

## ΧΡΟΝΙΚΑ.

## E LIBRO PRIMO.

23.

Stephan. Byz. : Ὀγυγία... ἐλέγετο καὶ ἡ Ἀττικὴ πᾶσα Ὀγυγία, ὡς Χάραξ φησὶν ἐν τοῖς Χρονικοῖς.

24.

Idem : Αἴγυπτος καὶ ἡ χώρα καὶ ὁ ποταμὸς ἐκλήθη ἀπὸ Αἰγύπτου, ὡς Χάραξ· « [Αἴγυπτος] Βήλου παῖς ὢν καὶ Ἀερίας τῆς καὶ Ποταμίτιδος, βασιλεύσας ἔτη τετταράκοντα τρία. » Locus mutilus.

25.

Idem : Παρρασία, πόλις Ἀρκαδίας... κέκληται ἀπὸ Παρρασοῦ, ἑνὸς τῶν Λυκάονος παίδων. Χάραξ δὲ κτίσμα Πελασγοῦ ἐν πρώτῳ Χρονικῶν οὕτω· « Πελασγὸς Ἀρέστορος παῖς τοῦ Ἐκβάσου τοῦ Ἄργου μετακίησας ἐξ Ἄργους εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνου μὲν τότε Πελασγίαν, ὕστερον δὲ Ἀρκαδίαν κληθεῖσαν, ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσι πέντε καὶ πόλιν Παρρασίαν ἔκτισε. »

## E LIBRO SEGUNDO.

26.

Idem : Ἀγρίαι, ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιονίας μεταξὺ Αἰμοῦ καὶ Ῥοδόπης... Λέγονται καὶ Ἀγριᾶνες... Τὸ κτητικὸν Ἀγριανικὸς, ὡς Χάραξ ἐν δευτέρῳ Χρονικῶν.

27.

Idem : Ἄστυρα, πόλις Μυσίας... Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης κατὰ Ῥόδον, ἐν ἣ ἔτιμᾶτο ἡ Ἀθηναῖα Ἄστυρίς. Ἔστι καὶ Βοιωτίας πρὸς ταῖς Ποτνιαῖς, ὡς Χάραξ ἐν δευτέρῳ. Urbem Bœotiae ex Phœnicia repetiverit Charax.

## CHRONICA.

23.

Universa quoque Attica appellabatur Ogygia, ut Charax in Chronicis ait.

24.

Ægyptus et regio et fluvius ab Ægypto nomen habet, ut Charax ait : « Ægyptus Beli filius et Aeriæ, quæ et Potamitis dicebatur, regno potitus per annos quadraginta tres. »

25.

Parrhasia, urbs Arcadiæ, nomen habet a Parrhaso, uno ex Lycaonis filiis. Charax vero a Pelasgo conditam dicit in primo Chronicorum libro ita scribens : « Pelasgus Arestoris filius, Echasi nepos, Argi pronepos, ex Argis migravit in regionem quæ tunc ab ipso Pelasgia, postea Arcadia vocata est, ibique annis viginti quinque regnavit atque Parrhasiam urbem condidit. »

26.

Agriæ, genere masculino, gens Pæoniæ inter Hæmum et

28.

Idem v. Ἀθῆναι· Φησὶ Χάραξ, ὅτι ὁ Θησεὺς τὰς ἑνδεκα πόλεις τὰς ἐν τῇ Ἀττικῇ συνοικίας εἰς Ἀθήνας συνοικία ἐορτὴν κατεστήσατο.

## E LIBRO TERTIO.

29.

Idem : Λάρανδα, πόλις Λυκαονίας· ὁ πολίτης Λαρανδεύς. Χάραξ τρίτῳ Χρονικῶν.

## E LIBRO QUARTO.

30.

Idem : Ἡφαιστία, πόλις ἐν Λήμνῳ. Ἐκαταῖος Εὐρώπη. Χάραξ δ' ἐν δεκάτῳ Χρονικῶν φησιν, ὅτι Μυριναῖοι τῶν Πελασγικῶν ὑποσχέσεων οὐ φροντίσαντες ἀπέκλεισαν τῷ Μιλτιάδῃ τὰς πύλας, κακείνος πολιορκία περιεστήσατο αὐτούς. Τῶν δ' (1. Ἑρμῶν δ') Ἡφαιστιέων τύραννος ὢν, φοβηθεὶς τὴν δύναμιν, ἔφη χαριζόμενος τοῖς Ἀθηναίοις φίλοις οὔσιν ἐμπεδοῦν τὰ ὁμολογηθέντα ὑπὸ τῶν Πελασγῶν, καὶ ἀμαχεὶ παρέδωκε τὴν πόλιν.

Ἐν δεκάτῳ ] scribe ἐν δ'. Hoc enim postulant tempora Miltiadis. Libro decimo jam sermo est de temporibus quibus contra Viriathum Romani pugnarunt. — ὑποσχέσεων pro vulg. ὑποθέσεων correxit Valckenar. — περιεστήσατο ] παρεστήσατο codd.; quod retinentes editores scripserunt τὴν πολιορκίαν... αὐτοῖς. Cf. Müller. *Min.* p. 446, 3. Historiam (ex ipso Charace nostro, ut suspicatur Rhodius De Reb. Lemnior. p. 47) narrat Zenobius Prov. III, 85 : Ἑρμῶν εἰς χάρις : Πελασγοὶ τινες τὴν Λῆμνον οἰκοῦντες ἦλλον ἐν ναυσὶν εἰς Βραυρωῖνα τῆς Ἀττικῆς, καὶ τὰς γυναῖκας ἐκέϊθεν ἤρ-

Rhodopen. Vocantur etiam Agrianes... Possessivum *Agrianicus*, ut Charax in secundo Chronicorum.

27.

Astyra, Bœotiae oppidum prope Potnias, ut Charax ait libro secundo.

28.

Ait Charax Theseum quum undecim, quæ in Attica erant civitates in unam Athenarum urbem conjunxisset, festum instituisse quod συνοικία vocant.

29.

Laranda, urbs Lycaoniæ. Civis Larandensis. Charax tertio Chronicorum.

30.

Hephaestia, urbs Lemni, ut Hecataeus in Europa ait. Charax vero in quarto Chronicorum refert Myrinæos, Pelasgica promissa flocci facientes, Miltiadæ portas clausisse, illum vero obsidione urbem cinxisse. Tum Hermon, Hephaestienus tyrannus, copias ejus metuens, Atheniensibus, utpote amicis, gratificans, dixit se Pelasgorum pacta sancire, et sine prælio iis urbem tradidit

πασαν. Λοιμῶ δὲ περιπεσόντες προσετάχθησαν δίχας δίδοναι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ οὕτως ἀπαλλαγῆσθαι τοῦ λοιμοῦ. Κελευόντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐκλιπεῖν τὴν Λῆμνον, εἶπον οἱ Πελασγοὶ, εἴ τις αὐθημερὸν Ἀθήνηθεν Βορέα χρησάμενος, καταπλεύσειεν εἰς τὴν Λῆμνον, ἐκστήσονται τῆς χώρας αὐτῶν. Ὑστερον δὲ Δαρείου τοῦ Πέρσου περὶ Θράκην ὄντος καὶ πάντα χειρουμένου τὰ πέριξ, Μιλτιάδης Ἀθηναῖος ἐκ τῆς Χερρονήσου ἀφείς ἐς τὸ πέλαγος καταλαμβάνει τὴν Λῆμνον, καὶ πρὸς τοὺς Πελασγοὺς ἔφη, Βορέα χρησάμενος αὐθημερὸν ἔκειν. Ἐρμῶν δὲ βασιλεύων τῶν Πελασγῶν ἐξέστη τῆς χώρας, τῇ μὲν ἀληθείᾳ τοῦ Δαρείου τὴν δύναμιν φοβηθεὶς, προσποιησάμενος δὲ ἐκὼν δίδοναι τοῖς Ἀθηναίοις τὴν χάριν. Cf. Diodor. Exc. Vatic. XIX, 10, 6. Interpret. ad Herodot. VI, 36; Cornel. Nepot. Miltiad. c. 1.

## E LIBRO SEXTO.

31.

St. Byz. : Ὠρεὸς, πόλις Εὐβοίας... Τούτου τὸ ἐθνικὸν διὰ τῆς εἰ διφθόγγου γράφεται Ὠρείτης... Μέννηται τοῦ ἐθνικοῦ καὶ Χάραξ ἐν Χρονικῶν ἐκκαιδεκάτῳ « Ἀθηναῖοι ἅμα Χαλκιδεῦσι τοῖς ἐν Εὐβοίᾳ καὶ Μεγαρεῦσι στρατεύσαντες εἰς Ὠρεὸν Φιλιστίδην τὸν τύραννον ἀπέκτειναν καὶ Ὠρείτας ἠλευθέρωσαν.

Pro ἐν Χρονικῶν 15' olim fuerit ἐν τῷ 5' Χρ., unde alii fecerunt solenni confusione ἐν τῷ 15'. Nam ad tempora Philippi et Alexandri, quæ sexto libro exponebantur ( vid. seq. fragm. ) res pertinet. De Philistide tyranno Oritarum a Philippo constituto v. Demosthen. p. 119, 22. 126, 11. 248, 15. 252, 17; Strabo X, p. 445.

32.

Idem : Φράδα, πόλις ἐν Δράγγαις, ἣν Ἀλέξανδρος Προφθασίαν μετωνόμασεν, ὡς Χάραξ ἐν ἕκτῳ Χρονικῶν.

31.

Charax Chronicorum libro sexto : « Athenienses cum Chalcidensibus Eubœæ et Megarensibus contra Oreum profecti Philistidem tyrannum interfecerunt Oritasque in libertatem vindicarunt ( an. 341 a. C. ). »

32.

Phrada, urbs in Drangis, quam Alexander Prophthasiam mutato nomine vocari jussit, uti Charax ait sexto Chronicorum.

33.

Autariatæ, gens Thesprotica. Charax septimo Chronicorum, Favorinus in Omnigenis et Eratosthenes.

34.

Alaburium, urbs Syriæ. Charax octavo Chronicorum.

35.

Philotera, urbs ad Troglodyticen sita, a Satyro condita.

## E LIBRO SEPTIMO.

33.

Idem : Αὐταριᾶται, ἔθνος Θεσπρωτικόν. Χάραξ ἐν ἑβδόμῃ Χρονικῶν καὶ Φαβωρίνος ἐν Παντοδαπαῖς καὶ Ἐρατοσθένης.

## E LIBRO OCTAVO.

34.

Idem : Ἀλαβούριον, πόλις Συρίας. Χάραξ ὀγδόῃ Χρονικῶν.

35.

Idem : Φιλωτέρα, πόλις περὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, Σατύρου κτίσμα. Ἀπολλύδωρος δὲ Φιλωτερίδα καλεῖ. Ἔστι καὶ κοίλης Συρίας Φιλωτέρα, ὡς Χάραξ ἐν ὀγδόῃ Χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν ταύτης Φιλωτέριος, διὰ τὸ τινὰς καὶ Φιλωτερίαν αὐτὴν εἰρηκέναι. Τῆς δ' Αἰγυπτίας Φιλωτερίτης, διὰ τὸ σύνηθες τοῦ ἐπιχωρίου τύπου.

## E LIBRO DECIMO.

36.

Constantin. Porphyg. De adm. imp. c. 24 : Πρόθεν εἴρηται Ἰσπανία; ἀπὸ Ἰσπάνου γίγαντος οὕτω καλουμένου, Ἰσπανίαι δύο τῆς Ἰταλίας ἐπαρχίαι, ἡ μὲν μεγάλη, ἡ δὲ μικρά. Ταύτης ἐμνήσθη Χάραξ ἐν ἰ' Χρονικῶν « Ἐν Ἰσπανίᾳ τῇ μικρᾷ τῇ ἔξω Λουσιτανῶν πάλιν ἀποστάντων ἐπέμφθη ὑπὸ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπ' αὐτοὺς Κύντος ». Ὁ αὐτὸς δημοῦ περὶ τῶν δύο « Κύντος δὲ τῶν Ῥωμαίων πολέμαρχος ἐν ἀμφοτέραις ταῖς Ἰσπανίαις, ἡσώμενος ὑπὸ Οὐριάθου σπονδὰς πρὸς αὐτὸν ἐποίησατο. »

37.

Stephan. Byz. : Ἄρσα, πόλις Ἰσπανίας, ὡς Χάραξ ἐν δεκάτῃ Χρονικῶν.

Apollodorus vero Philoteridem vocat. Est etiam Cœlesyriæ urbs Philotera, ut Charax refert octavo Chronicorum. Hujus gentile Philoterius est, quod nonnulli urbem etiam Philoteriam vocant; gentile vero urbis Ægyptiæ est Philoterites, quæ forma apud indigenas invaluit.

36.

Unde dicitur Hispania? Ab Hispano hujus nominis gigante. Hispaniæ duæ Italiæ provinciæ, altera magna, altera parva. Hujus meminit Charax libro decimo Chronicorum : « In Hispaniam minorem, exteriorem, Lusitanis rursum deficientibus, a Romanis exercitus dux missus est Quintus. » Idem de utraque simul : « Quintus, qui in utraque Hispania belli præfecturam gerebat, a Viriatho superatus foedus cum illo iniit. »

37.

Arsa, urbs Hispaniæ, ut Charax decimo Chronicorum.

## 38—39.

Steph. Byz. : Σάλυες, ἔθνος Λιγυστικόν, πολεμῆσαν Ῥωμαίοις, ὡς Χάραξ ἐν δεκάτῳ Χρονικῶν.

Idem : Κοσίανα, φρούριον Παλαιστίνης. Χάραξ ἐν δεκάτῳ, ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Συρίας.

## E LIBRO UNDECIMO.

## 40.

Idem : Δῶρος, πόλις Φοινίκης... Χάραξ ια'. « Τρύφων, ἐν Δώρῳ τῆς Κοίλης Συρίας πόλει πολιορκούμενος ὑπ' Ἀντιόχου, ἔφυγεν εἰς Πτολεμαίδα, τὴν Ἀκην λεγομένην. »

## E LIBRO DUODECIMO.

## 41—42.

Idem : Φιδήνη, πόλις Ἀλβανῶν. Τὸ ἐθνικὸν Φιδηναῖος. Ἔοικε καὶ Φίδηνα λέγεσθαι, ὡς Ῥάβεννα, καὶ Φιδηνάτης, ὡς Ῥαβεννάτης· οὕτω γὰρ Χάραξ ιβ' κέχρηται Φιδηνάτης.

Idem : Κούριοι, ἔθνος Σαβίνων, πολεμῆσαν Ῥωμαίοις. Χάραξ ιβ'.

## E LIBRIS INCERTIS.

## 43—47.

Idem : Ἀνθάνα, πόλις Λακωνικῆ, μία τῶν ἑκατόν... Χάραξ Ἀνθήνην αὐτὴν φησιν.

Idem : Ἀμοργός, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων. Λέγεται καὶ Ἀμόργιον, ὡς φησι Χάραξ.

## 38—39.

Salges, Lignum gens, quæ contra Romanos bellum gessit, ut Charax ait decimo Chronicorum.

Cosiana, castellum Palæstinæ, ut Charax ait libro decimo, in Syriæ ora maritima.

## 40.

Dorus, urbs Phœnicix. Charax libro undecimo : « Trypho in Doro Cœlesyriæ urbe ab Antiocho obsessus, in Ptolemaidem, quæ Ace vocatur, confugit. »

## 41—42.

Fidenæ, urbs Albanorum. Gentile Fidenæus. Videtur etiam Fidena dici, sicut Ravenna, et Fidenates, sicut Ravennates. Sic enim Charax in duodecimo, gentili Fidenates utitur.

Curii, gens Sabinorum, quæ contra Romanos belligeravit. Charax libro duodecimo.

## 43—47.

Anthana, una ex centum Laconix oppidis. Charax eam Anthenen vocat.

Amorgus, una ex Cycladibus insulis. Dicitur etiam Amorgum, Charace teste.

Idem : Ἱερὰ, νῆσος ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει, ὡς Χάραξ.

Idem : Τέμβριον, πόλις Φρυγίας. Χάραξ δὲ Τύμβριον αὐτὴν φησι.

Idem : Ἴσαυρα, οὐδετέρως, πόλις Ἰσαυρίας μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας πρὸς τῷ Ταύρῳ. Χάραξ δὲ θηλυκῶς.

## 48.

Idem : Ἀλάβανδα, πόλις Καρίας, ἢ ποτὲ Ἀντιόχεια. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀλαβάνδου τοῦ Εὐτίππου, ὡς Χάραξ. Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις Καρῶν εὐτυχεστάτη, ἀφ' ἧς ἡ παροιμία, Ἀλάβανδα Καρῶν εὐτυχεστάτη. Κτίσμα δὲ Καρὸς ἦν, ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ κληθεῖσα τοῦ γεννηθέντος ἀπὸ Καλλιρρόης τῆς Μαιάνδρου, μετὰ νίκην ἵππομαχικὴν, καὶ κληθέντος Ἀλαβάνδου, ὃ ἔστι κατὰ τὴν Καρῶν φωνὴν Ἴππόνικος· ἄλλα γὰρ τὸν ἵππον, βάνδα δὲ τὴν νίκην καλοῦσιν. Quod Cares *ala*, idem Perrhæbi *phala* dixerint. Hinc explicaverim Stephani locum : Φάλαννα, πόλις Περραιβίας... Ἐκαταῖος Ἱστοριῶν α' Ἴππίαν αὐτὴν καλεῖ.

## 49—51.

Idem : Ἑβραῖοι. Οὕτως Ἰουδαῖοι ἀπὸ Ἀβραμῶμος, ὡς φησι Χάραξ.

Idem : Ἀγβάτανα, πολίχνιον Συρίας. Ἡρόδοτος τρίτῳ (cap. 4 et 92). Οἱ δὲ νῦν Βατάνειαν αὐτὴν καλοῦσι. Τὸ ἐθνικὸν Βατανεῶται, ὡς Ῥαφάνεια Ῥαφανεῶται. Δημήτριος δὲ φησιν Ἀγβάτανα διττὰ, τὰ τῆς Μηδίας, τὰ δὲ τῆς Συρίας. Κτησίας δὲ πανταχοῦ τῶν Περσικῶν τὰ παρὰ Μήδοις Ἀγβάτανα διὰ τοῦ α

Hiera, insula in mari Cretico, ut Charax ait.

Tembrium, urbs Phrygiæ. Charax vero Tymbrium eam dicit.

Isaura, neutro genere, urbs Isaurix inter Lycaoniam et Ciliciam ad Taurum sita. Charax Isauram feminino genere dicit.

## 48.

Alabanda, urbs Carix, quæ quondam Antiochia. Nomen habet ab Alabando Euippi filio, ut Charax perhibet. Est item alia urbs Carum fortunatissima, de qua proverbium est : *Alabanda Carum fortunatissima*. A Care condita est, et a filio ejus, quem e Callirrhoe Mæandri filia suscepit, denominata, qui post victoriam equestri prælio reportatam Alabandus dictus est, quod Carum lingua Hipponicum denotat : *ala* enim equum, et *banda* victoriam dicunt.

## 49—51.

Hebræi Judæi vocantur ab Abramome, ut Charax ait.

Agbatana, Syriæ oppidum. Herodotus libro tertio. Nunc vero Bataneam dicunt. Gentile, Bataneotæ, ut a Raphanea fit Raphancotes. Demetrius autem inquit gemina esse Agbatana, altera Mediæ, altera Syriæ. Ctesias in Persicis ubique Medorum urbem per *a* literam scribit, *Agbatana* ;

γράφει. Παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις διὰ τοῦ ε τὸ Περσικόν, ὡς δειχθήσεται. Παρὰ Χάρακι δὲ καὶ αὕτη διὰ τοῦ ε, ἣν καὶ Ἐπιφάνειάν φασι κεκληθῆσθαι.

Et. Byz. : Ζαρίασπα ἢ Ζαριάσπη, πόλις Βακτριανή. Στράβων ἐνδεκάτῃ (p. 514). Ἡ ἐκαλεῖτο καὶ Βάκτρα. Χάραξ δὲ οὐδετέρως τὰ Ζαρίασπα.

52—53.

Idem : Κάμικος, πόλις Σικελίας, ἐν ἣ Κώλακος ἦρχεν ὁ Δαιδάλου \*\*. Χάραξ δὲ Ἰνυκον ταύτην φησίν. Non dixit Charax Camicum eandem cum Inyco esse ; sed quum alii Camicum Cocali sedem regiam dicant, Characem pro eo posuisse Inycom. Sic locum ab excerptore turbatum intelligendum esse jam Cluverius monuit. V. Berkel. ad h. l. Cum Characē facit Pausanias VII, 4, 6.

Idem : Ἀχραδινή, νῆσος ἔχουσα πόλιν πρὸς ταῖς Συρακούσας, ἣν ἐπολιόρησε Μάρκος ὁ Ῥωμαίων στρατηγός· ἀλλὰ καὶ Ἀχραδινὴ μοῖρα Συρακουσῶν. Χάραξ δὲ χώραν αὐτὴν καλεῖ καὶ νῆσον.

54.

Idem : Ἀζιλις, πόλις Λιβύης. Οἱ δὲ περὶ Σαλούστιον οὐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον φασὶ καὶ ποταμὸν εἶναι. Τινὲς δὲ Ἀζιριν μετὰ τοῦ ρ λέγουσι τὸν χῶρον. Χάραξ δὲ Ἀξιρον λέγει αὐτήν. Hujus loci Charax mentionem fecerit eo loco, ubi de Cyrenis a Batto conditis egit. V. Herodot. IV, 157. Müller *Min.* p. 343.

55.

Idem : Τροϊζήν, πόλις Πελοποννήσου. Ἔστι καὶ ἄλλη

Τροϊζήν ἐν Μασσαλία τῆς Ἰταλίας, ἣν Χάραξ Τροϊζηνίδα χώραν φησὶ. Cf. Eustath. ad II. 2, 561, p. 287, 12 : Ἔστι δὲ, φασὶ, καὶ ἕτερα (Τροϊζήν) ἐν Ἰταλία Μασσαλιωτική. Exspectabam ἐν Γαλλία. Ceterum locus ignotus, nisi idem forte est cum *Tauroente* quem Apollodorus dicit ap. Steph. B. v. Ταυρόεις.

56—58.

Idem : Ἀβοριγίνες, ἔθνος Ἰταλικόν, ὡς Ἰόβας ἐν Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας πρώτη· « Μέχρι μὲν οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου τὴν ἀρχαίαν Ἀβοριγίνων ὀνομασίαν διέσωζον, Λατίνου δὲ βασιλεύσαντος, οὕτω προσηγορεύθησαν. Ἐὰ αὐτὰ καὶ Χάραξ.

Idem : Ἄλθα, πόλις Ἰταλίας. Κλίνεται δὲ Ἄλθας, ὡς Χάραξ.

Idem : Ἄρδεα, κατοικία τῆς Ἰταλίας. Στράβων πέμπτῃ (p. 228). Ἐκλήθη ἀπὸ ἐνὸς τῶν παίδων Ὀδυσσεύς καὶ Κίρκης. Αὕτη Τροία ἐλέγετο, ὡς Χάραξ. « Dionysius Hal. A. R. I, p. 43, testatur castra, sive χάρακα, quæ apud Laurentum in Italia primo posuit Æneas, Trojam ab eo fuisse appellatam. Unde nescio, an non ejus locum respexerit et male detruncaverit hic Stephanus. » HOLSTENIUS.

59.

Idem : Ἀλλόβρυγες, ἔθνος δυνατώτατον Γαλατικόν, ὡς Ἀπολλόδορος. Πολύβιος δὲ διὰ τοῦ ι αὐτοὺς καλεῖ Ἀλλόβριγας, Χάραξ δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ Ἀλλόβρογας· οἱ πλείους δὲ διὰ τοῦ υ.

sed apud antiquos urbs Persica per e literam scribitur, uti demonstrabitur. A Charace autem hæc quoque Syriæ urbs per e scribitur, quam etiam Epiphaniam vocatam esse dicunt.

Zariaspa sive Zariaspe, urbs Bactriana, quæ etiam Bactra vocabatur. Charax vero neutro genere τὰ Ζαρίασπα dicit.

52—53.

Camicus, urbs Siciliæ in qua Cocalus regnavit, ad quem Dædalus venit. Charax vero (de Dædalo ad Cocalum in Siciliam veniente loquens) pro Camico ponit Inycom.

Achradine, insula urbem habens ad Syracusas, quam Marcus Marcellus Romanorum dux obsidione cinxit. Est etiam Achradine pars Syracusarum. Charax eam et regionem et insulam dicit.

54.

Azilis, urbs Libyæ. Sallustius vero non urbem, sed locum et fluvium esse dicit. Nonnulli Azirim per r literam locum hunc vocant. Charax autem *Azirum* dicit.

55.

Troezen, urbs Peloponnesi. Est etiam alia Troezen in Massiliotica Italia (*Gallia*), quam Charax Troezenidem regionem dicit.

56—58.

Aborigines, gens Italica, ut Juba in primo Romanæ historiæ : « Usque ad Troicum bellum antiquum Aboriginum nomen servarunt, deinde a Latino rege Latini nominati sunt. » Eadem etiam Charax.

Alba, urbs Italiæ, genitivo casu est Ἄλθας, ut Charax.

Ardea, Italiæ colonia. Strabo libro quinto. Nomen habet ab uno filiorum Ulyssis et Circes. Hæc olim Troja appellabatur, uti Charax auctor est.

59.

*Allobryges*, gens Gallica potentissima, ut Apollodorus. Polybius eos per ι literam *Allobriges*, Charax vero per ο breve *Allobroges* vocat.

# SCRIPTORES BELLI PARTHICI

QUI APUD LUCIANUM IN LIBRO DE HISTORIA RECTE SCRIBENDA COMMÉMORANTUR.

CREPEREUS CALPURNIANUS POMPEIOPOLITANUS ( fr. 2 ). CALLIMORPHUS MEDICUS ( fr. 3 ). ANTIOCHIANUS ( fr. 13 ). DEMETRIUS SAGALASSENSIS ( fr. 15 ). ANONYMUS MILESIUS ( fr. 1 ). ANONYMUS CORINTHIUS ( fr. 12 ). PHILOSOPHUS QUIDAM STOICUS ( fr. 4 ). ALII ANONYMI ( fr. 5-11 et 14 ).

C. HERMANNUS in edit. libelli Luciani p. XIV : « Bellum Parthicum, quod a L. Vero Aug. per duces Avidium Cassium, Martium Verum et Statium Priscum intra quadriennium præclarissimis rebus gestis profligatum, tantas historicorum adulationes atque ineptias provocarat, ut temperare sibi Lucianus non posset, quominus acerba earum nugarum censura instituta, rectiores ejus rei tractandæ leges ex antiquorum exemplis depromptas adque sobriam et severam artis disciplinam accommodatas publice ad imitandum proponeret. Cujus belli et causas et eventus brevissime tradere constitui; pluribus, etiamsi per hujus præfationis angustias liceret, propter auctorum inopiam non possem. Nam quamlibet magnum fuisse numerum eorum, qui de eo scripserunt, nostro e libro apparet, imbecilliores tamen ad unum omnes fuisse videntur, quam ut ad nostra usque tempora durare possent; quorum ne nomina quidem, quotquot eorum tacere Lucianus maluit, novimus. Neque enim huc Iamblichus pertinet, de quo Photius cod. 94 agit ( v. not. ad fr. 14 ); neque de Antiocho illud affirmare ausim, quem eo tempore historiam scripsisse narrat Philostratus in *Vitis Sophist.* II, 4, p. 570, neque de Arriano, cujus Parthica laudat Stephanus Byz. v. Ἐλέγεια, neque de Asinio Quadrato, quem Parthici belli scriptorem passim testem citant illarum rerum auctores. Παρθυηνικά libros suos scripserat, quo nomine aliquoties laudantur a Stephano Byzantio. Qui si idem fuit, quem historiam Romanam mille annorum usque ad Philippum Augustum quindecim libris Ionica dialecto scripsisse Suidas auctor est, respici sane a Luciano non potuit. Vixerunt præterea illa ætate Polyænus orator et Ælius Aristides rhetor, quorum ille in *Strategematum* Præf. lib. I et VI, hic præsertim in *Sacris sermonibus* (\*), i. e. in somniis,

(\*) V. c. Serm. I, tom. I, p. 281 ed. Jebb. : Δωδεκάτη ἐδόκουν Ἀντωνῖνον τὸν αὐτοκράτορα τὸν πρεσβύτερον καὶ τὸν τῶν πολεμίων βασιλέα σπονδὰς καὶ φιλίαν ποιῆσαι πρὸς ἀλλήλους, προσιόντων δὲ τῶν περὶ Βολόγισσον φωνὴν εἶναι οὐκ ὀλίγην καὶ δοκεῖν αὐτοὺς ἑλληνίζειν κτλ.

illius belli mentionem injiciunt, neuter tamen ita, ut ad interiorum ejus notitiam profici quidquam inde possit. Quem autem copiosissime illud libro LXXI exposuisse consentaneum est Dionem Cassium, ejus e magno naufragio pauca tantum a Xiphilino fragmenta servata sunt. Neque ipse Lucianus alio loco ejus belli meminit, nisi quod *Pseudom.* c. 27 simulati illius Glyconis vaticiniis fretum Severianum Gallum Romanorum ducem Armeniam invasisse ait, quo cum exercitu ad internecionem cæso vana illius oracula reperta esse. Posteaquam enim Hadrianus Aug. vix imperium adeptus, omnis quæ Trajanus de Parthis ceperat, cum Vologeso II Parthorum rege pacem fecerat ita, ut Armenia sui juris esset, quæcunque præterea trans Euphratem essent, Parthorum ditioni accederent (*Æl. Spart. V. Hadrian. c. 5*): per annos circiter XLIV tranquillus ab illa regione imperii status fuit. Sub mortem denique Antonini Pii Aug. quum Vologesus III Parthorum rex, qui a. 149 p. Chr. patri successerat ( *Tychsen. De numis vet. Pers. Comm. IV, p. 42* ), occupandæ Armeniæ consilia haud dubio prodidisset, missus ad firmandos sociorum animos Severianus cum legione ad Elegiam Armeniæ castellum ab Osroë, ut Lucianus nostro in libro c. 21, vel ut in *Pseudom. l. l.*, ab Othryade aliquo cæsus est. Ejusdem hæc nomina viri esse Solano placet; non tamen persuasit Reimaro, qui ad *Dion. Cass. LXXI, 2*, Othryadem quidem Parthorum ducem, Osroem autem regulum esse vult ex stirpe Arsacidarum Armeniæ a Parthis impositum, quo deinde pulso restitutum esse a Romanis Soænum ex Dionis fragmento apud Suidam ( v. Μάρτιος ) et Iamblichi loco ap. Phot. l. l. probabiliter Valesius collegit. Nam quum Vologesus ipse Syriam quoque, fugato Atidio Corneliano, qui eam tum administrabat ( *Jul. Capit. Vit. M. Anton. c. 8* ), hostili impetu cepisset, Lucius Verus Aug. ejus belli curam sibi imponi passus est. Qui etsi ipse nunquam ultra Euphratem processerit, plurimum autem temporis hiemem Laodiceæ, æstatem apud Daphnen, reliquam anni partem Antiochiæ in de-

liciis egerit ( Jul. Cap. Vit. L. Veri c. 7 ), adeo tamen per legatos ejus strenue bellum administratum est, ut fugato ad Europum Parthorum exercitu, Avidius Cassius Vologesum a sociis desertum insecutus Babylonem usque perveniret, mox Seleucia, quia fidem Romanis datam non servasset, direpta et incensa, in Mediam quoque penetraret et Ctesiphontem Vologesi regiam solo æquaret; Staius Priscus autem captis Artaxatis Armeniam vindicaret ( Jul. Cap. M. Anton. c. 9 ). Regem Armenis datum numi testantur ( Patin. Imp. Rom. Num. p. 204; Beger. p. 77 ); quem Soæmum fuisse videri modo indicavi. L. Verus Aug. triumphans Romam rediit. Imperatorum utrique et Armeniaci et Parthici nomen ob id bellum delatum est. Quod quum statim ab initio imperii M. Antonini L. Veri Augg. per quadriennium gestum sit, integros annos 162-165 occupasse videtur; quod si nostrum libellum sub ipsum belli exitum scriptum esse supra (\*) comprobavimus, ipso a. p. Chr. 165, U. c. 918 scriptum consentaneum est, quo tempore Lucianus, si circiter a. p. Chr. 120 natus esse statuimus, quadragesimum quintum ætatis annum maxime agebat. »

Cap. 1-13 Lucianus in universum agit de historiæ conscribendæ fine et consilio, quod a plerisque illius ævi historicis perperam considerari intellexis-

(\*) Scilicet pag. xiii Hermannus monet Lucianum jam novisse quidem belli Parthici exitum victosque in ipsa Media hostes ( c. 30 ), nondum tamen, quo tempore librum scriberet, rediisse legiones nec triumphum actum esse ( c. 31, fr. 14 ). Ibidem postquam demonstravit Lucianum rem suam non ita usquequaque pertractasse, nec tam perpolitum libellum esse, ut elegantissimi viri ingenium ubique agnoscas, addit hæc: « Nec mihi quidem dubium est, quin aliquanto majoris operis ipse ab initio consilium animo susceperit, mox sive amicorum impatientia victus, affectum librum, non perpolitum in vulgus ediderit; nisi fortasse eam festinationis causam fuisse existimas, quod metuerit, ne si diutius in illo negotio desudaret, eorum, quibus in priori opusculi parte perstringendis tanto cum studio immoratus esset, historiæ, quæ earum imbecillitas esset, ut flores vere nati, antequam edere librum suum posset, evanescerent. »

## ANONYMUS MILESIUS.

## 1.

Jam equidem narrabo quæ memini nuperrime in Ionia ex historicis quibusdam, et mebercule in Achaia quoque, non ita pridem audire idem hoc bellum narratione persequentibus. Et per ego vos Gratias obsecro, nemo his quæ dicentur fidem deroget: vera enim esse dejerare etiam possum, si urbanum esset jusjurandum scripto interponere. Unus quidem illorum aliquis a Musis etiam initium fecit, precatus deas, ut manum scriptioni secum admoveant. Videt' quam concinnum principium et apte conveniens histo-

set. Quibus absolutis, ad peccata in ipsa rei tractatione fere commissa singularibus quibusdam exemplis illustranda transit, et ita quidem, ut primum agat de prava et servili veterum scriptorum æmulatione doctrinæque ostentandæ studio ( c. 14-19 ), deinde de propriis quorundam vitiis in dictione vel dispositione conspicuis disserat ( c. 20-23 ), postremo omnium gravissime perstringat eos qui in ipsa inventione rerumque gestarum expositione vel negligentia vel inepto delectu vel tumida jactatione mendaciisque peccavissent.

## ΑΝΩΝΥΜΟΣ ΜΙΛΗΣΙΟΣ.

## 1.

Lucianus Quom. hist. conscrib. c. 14, p. 260 ed. Didot. : Ἐγὼ δ' οὖν καὶ διηγῆσομαι ὀπόσα μέμνημαι ἔναγχος ἐν Ἰωνίᾳ συγγραφέων τινῶν, καὶ νῆ Δία ἐν Ἀχαΐᾳ πρόφην ἀκούσας τὸν αὐτὸν τοῦτον πόλεμον διηγουμένων· καὶ πρὸς Χαρίτων μηδεὶς ἀπιστήσῃ τοῖς λεχθησομένοις· ἔτι γὰρ ἀληθῆ ἔστι καὶ ἐπωμοσάμην, εἰ ἀστεῖον ἦν ὄρκον ἐντιθέσθαι συγγράμματι. Εἰς μὲν τις αὐτῶν ἀπὸ Μουσῶν εὐθὺς ἤρξατο παρακαλῶν τὰς θεὰς συνεράψασθαι τοῦ συγγράμματος. Ὁρᾷς ὡς ἐμμελῆς ἡ ἀρχὴ καὶ περὶ πόδα τῆ ἱστορίας καὶ τῷ τοιούτῳ εἶδει τῶν λόγων πρέπουσα; Εἶτα μικρὸν ὑποβάς Ἀχιλλεῖ μὲν τὸν ἡμέτερον ἄρχοντα εἶκαζε, Θερσίτη δὲ τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, οὐκ εἰδὼς ὅτι ὁ Ἀχιλλεὺς ἀμείνων ἦν αὐτῷ, εἰ Ἐκτορα μᾶλλον ἢ Θερσίτην καθήρει, καὶ εἰ πρόσθεν μὲν ἔφευγεν ἐσθλός τις,

ἐδίωκε δὲ μιν μέγ' ἀμείνων.

Εἶτ' ἐπῆγεν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκώμιον, καὶ ὡς ἄξιός εἰη συγγράψαι τὰς πράξεις οὕτω λαμπρὰς οὕσας. Ἦδη δὲ κατιῶν ἐπῆνει καὶ τὴν πατρίδα τὴν Μίλητον, προστιθεὶς ὡς ἀμείνων ποιῶ τοῦτο τοῦ Ὀμήρου μηδὲν μνησθέντος τῆς πατρίδος. Εἶτ' ἐπὶ τέλει τοῦ προοιμίου ὑπισχνεῖτο διαρρήδην καὶ σαφῶς, ἐπὶ μεῖζον μὲν ἀρεῖν τὰ ἡμέτερα, τοὺς βαρβάρους δὲ καταπολεμήσειν καὶ αὐτὸς, ὡς ἂν δύνηται· καὶ ἤρξατό γε τῆς ἱστορίας οὕτως, αἴτια ἅμα τῆς τοῦ πολέμου ἀρχῆς διεξιὼν· « Ὁ γὰρ

riæ, quodque tale orationis genus deceret? Tum paullum progressus Achilli quidem nostrum principem (L. Verum) comparabat, Thersitæ autem regem Persarum, ignarus tanto sibi præstantiorem futurum fuisse Achillem, si Hectorem potius quam Thersiten interemisset, et si ante quidem fugisset fortis aliquis, hunc autem « egisset multum præstantior alter. » Deinde subjunxit de se ipso encomium quoddam, quamque dignus sit scriptor claris adeo rebus gestis. Jam vero progressus Miletum laudabat patriam suam, subjiciens melius hac in re facere se quam Homerum, qui mentionem patriæ nusquam injecerit. Deinde in fine procemii pollicetur disertis verbis et clare, se elaturum in majus res nostras, barbaros autem, quantum in se esset,

μιαρώτατος καὶ κάκιστα ἀπολούμενος Οὐολόγεσος ἤρξατο πολεμεῖν δι' αἰτίαν τοιάνδε. »

Καὶ νῆ Δία ἐν Ἀχ. ] Sensus : Ionum loquacitati multa ignoscas ; at a Græciæ hominibus, qui ad Atticorum exemplum se componere solent, monstra ista historiæ, quæ in seqq. nobis ostendit Lucianus, proficisci potuisse jure mireris. Ceterum innuit Lucianus Historias Corinthii, de quo v. fr. 12. — Ἀμεινον... τοῦ Ὀμήρου ] Contra in hoc quoque Homerum imitandum duxit Cephalion Musarum auctor ( v. supra ). — Αἴτια ἅμα κτλ. ] « Ad Herodoti videlicet Thucydidisve exemplum, quorum ille : τὰ τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι, hic autem ( I, 23 ) : διότι δ' ἔλυσαν, τὰς αἰτίας ἔγραψα πρῶτον. » HERMANN.

### ΚΡΕΠΕΡΗΣ ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΑΝΟΣ ΠΟΜΠΗΙΟΥΠΟΛΙΤΗΣ.

2.

Idem c. 15 : Οὗτος μὲν τοιαῦτα. Ἐτερος δὲ Θουκυδίδου ζηλωτῆς ἄκρος, οἷος εἶ μάλα τῷ ἀρχετύπῳ εἰκασμένος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς ἐκεῖνος σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἤρξατο, χαριστάτην ἀρχῶν ἀπασῶν καὶ θύμου τοῦ Ἀττικῶ ἀποπνέουσαν. Ὅρα γάρ· « Κρεπέρης Καλπουρνιανὸς Πομπηίουπολίτης ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Παρθυαίων καὶ Ῥωμαίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς ξυνισταμένου. » Ὡστε μετὰ γε τοιαύτην ἀρχὴν τί ἂν σοι τὰ λοιπὰ λέγοιμι, ὅποια ἐν Ἀρμενίᾳ ἐδημηγόρησε τὸν Κερκυραῖον αὐτὸν ῥήτορα παραστησάμενος, ἢ οἷον Νισιβηνοῖς λοιμὸν τοῖς μὴ τὰ Ῥωμαίων αἰρουμένοις ἐπήγαγε παρὰ Θουκυδίδου χρησάμενος ὄλον ἄρδην πλὴν μόνου τοῦ Πελασγικοῦ καὶ τῶν τειχῶν τῶν μα-

bello et ipsum oppressurum : atque incipiebat hoc modo historiam : « *Impurissimus enim ille et pessimis exemplis periturus Vologesus bellare cepit propter causam ejusmodi.* »

### CREPEREUS CALPURNIANUS POMPEIOPOLITANUS.

2.

Hic quidem talia. Alius vero Thucydidis æmulus absolutissimus scilicet et quammaxime ad archetypi sui similitudinem compositus, initium itidem ut ille a suo nomine fecit, elegantissimum omnium exordium, et quod thymum Atticum redoleat. Ecce enim : « *Crepereus Calpurnianus Pompeiopolitanus descripsit bellum Parthorum et Romanorum, ut inter se pugnarunt ; initio facto ab eo tempore, quo constat est.* » Et post tale exordium quid reliqua tibi dicam, quales in Armenia conciones habuerit, in medio producto ipso illo Coreyræorum oratore, aut qualem Nisibenis, quod Romanas partes non essent se-

κρῶν, ἐν οἷς οἱ τότε λοιμώξαντες ἤκησαν ; Τὰ δ' ἄλλα καὶ ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο, ὥστε καὶ ἐς Αἴγυπτον κατέβη καὶ ἐς τὴν βασιλέως γῆν τὴν πολλήν, καὶ ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινε εἰς ποιῶν. Ἐγὼ γοῦν θάπτοντα ἔτι αὐτὸν καταλιπὼν τοὺς ἀθλίους Ἀθηναίους ἐν Νισίβι ἀπῆλθον ἀκριβοῦς εἰδὼς καὶ ὅσα ἀπελθόντος ἔρειν ἔμελλε. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἐπεικῶς πολὺ νῦν ἐστι, τὸ οἶσθαι τοῦτ' εἶναι τοῖς Θουκυδίδου εἰκότα λέγειν, εἰ ὀλίγον ἐντρέψας τὰ αὐτοῦ ἐκεῖνου λέγοι τις, [ μικρὰ κάκεινα, ὅπως καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, οὐ δι' αὐτὴν \* ἴδια ]. Κακεῖνο ὀλίγου δεῖν παρέλιπον· ὁ γὰρ αὐτὸς οὗτος συγγραφεὺς πολλὰ καὶ τῶν ὅπλων καὶ τῶν μηχανημάτων, ὡς Ῥωμαῖοι αὐτὰ ὀνομάζουσιν, οὕτως ἀνέγραψε, καὶ τάφρον ὡς ἐκεῖνοι καὶ γέφυραν καὶ τὰ τοιαῦτα. Καὶ μοι ἐννόησον ἡλικὸν τὸ ἀξίωμα τῆς ιστορίας καὶ ὡς Θουκυδίδῃ πρέπον, μετὰ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων τὰ Ἰταλιωτικὰ ταῦτα ἐγκεῖσθαι, ὥσπερ τὴν πορφύραν ἐπικοσμοῦντα καὶ ἐμπρέποντα καὶ πάντως συνάδοντα.

Κρέπερης κτλ. ] Thucyd. init. : Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου. *Pompeiopolis*, scriptoris patria, nunc Cappadociæ fuerit urbs an altera ejusdem nominis in Cilicia haud liquet. — Τὸν Κορκυραῖον αὐτὸν κτλ. ] « *Iisdem fere verbis, quibus apud Thucydem I, 32 sqq., Coreyræorum orator ad populum Atheniensem utitur, illum in Armenia concionatorem quendam disserentem commentum esse ait. Et Solano quidem Armenium oratorem videtur indicare, qui a Romanis auxilium iisdem verbis peteret, quibus Coreyræi ap. Thuc. ab Atheniensibus petunt. Equidem Parthicum potius crediderim oratorem, qui regulum Armenum iisdem verbis ad foedus ineundum sollicitaret, contra ad Corin-*

cuti, pestilentiam immiserit, sumptam mutuo confertim totam a Thucydide, excepto solo Pelasgico et longis maribus, in quibus habitarent tum pestilentia correpti? Ceterum et ipsa inceperat ab Æthiopia, ita ut deinde in Ægyptum descenderet, et in regis terras plurimas, et bonum factum, quod in illis mansit. Equidem sepelientem illum in Nisibi miseros Athenienses relinquens discessi, quum accurate nossem, quæ etiam post meum discessum dicturus esset. Nam rursus hoc etiam valde frequens nunc est, ut putent hoc esse Thucydideis similia dicere, si quis paucis immutatis ipsa illius verba proferat [ minuta et illa, ut ipse quoque dixeris, non... propria ]. Illud parum aberat quin omitterem : idem enim hic scriptor multa etiam armorum et machinarum genera, ut Romani illa nominant, ita in scriptum retulit, fossam ut illi, et pontem et similia latine dicens, non græco. Et cogita mihi, quæ sit historiæ illius dignitas, et quam deceat Thucydidem, inter Attica nomina Italica ista interposita esse, quæ prætextæ instar purpuræ ornatum addant et decus, omninoque cum illis consentiant.



thiorum exemplum concionantem Romanum, qui id foedus quominus fieret, impedire studeret. » HERMANN. — Λοιμὸν κτλ. ] « Et has quidem conciones fictas ab isto esse, dubium esse nequit. Pestilentiam autem hoc bellum cum illo, quod Thucydides descripserat, revera communem habuit, quanquam longe diverso et ortu et incremento, adeo ut ad describendam eam minime verbis Thucydideis uti aliquis posset. Neque enim, ut illa ap. Thuc. II, 48, in Æthiopia nata est, sed in Babylonia, ut ait Jul. Capitol. Vit. Veri c. 8, ubi in templo Apollinis ex arcula aurea, in quam miles forte incidisset, spiritum pestilentem evasisse atque inde Parthos orbemque implesse dicit. Neque inter Parthorum fines constitit, sed Romam usque pertinuit, perque totum orbem Romanum tanta cum vehementia grassata est, ut vehiculis cadavera sint exportata sarracisque, et multa hominum millia eo morbo consumerentur et multi ex proceribus, quod e Jul. Capit. Vit. M. Antonin. c. 13 et Lucian. Pseudom. c. 36 bene Solanus observavit. Quodsi quis scripta hæc esse existimet ante luem illam latius propagatam, ut quam L. Verus demum in cas provincias, per quas redierit, secum deferre visus sit, haud sane is inepte statuat, præsertim quum hunc ipsum libellum ante belli exitum a Nostro conscriptum esse e cap. 31 constet; præferenda tamen esse videtur Solani sententia, ironicas gratias historico illi Lucianum agere, qui pestilentiam, quæ jamjam Romanorum quoque imperium invadere cœpisset, intra hostium fines subsistere jusserit, quasi eo facto et ipsa vis mali inhiberi potuisset. — *Nisibin*, Mygdoniæ, Mesopotamiæ partis, caput, Tigridi propinquam, quum a Trajano expugnata esset, mox rursum defecisse iterumque a Lusio captam esse, Dio Cassius LXVIII, 23, 30 narrat; præterea de fide ipsorum adversus Romanos nihil constat. Inde a Veri tamen ævo in Romanorum potestate eam mansisse, recte inde

colligere videtur Mannertus (*Geogr.* V, 2, p. 296), quod postea a Severo munita magnoque honore est affecta (Dio Cass. LXXV, 3). » HERM.

## ΚΑΛΛΙΜΟΡΦΟΣ ΙΑΤΡΟΣ.

3.

Idem c. 16 : Ἄλλος δέ τις αὐτῶν ὑπόμνημα τῶν γεγονότων γυμνὸν συναγαγὼν ἐν γραφῇ κοιμῶν πεζὸν καὶ χαμαιπετὲς, οἷον καὶ στρατιώτης ἂν τις τὰ καθ' ἡμέραν ἀπογραφόμενος συνέθηκεν ἢ τέκτων ἢ κάπηλός τις συμπερινοστῶν τῇ στρατιᾷ. Πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν οἷος ἦν, ἄλλω δέ τινι χαρίεντι καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι προπεπονηκώς. Τοῦτο μόνον ἠτiasάμην αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ἐπέγραψε τὰ βιβλία τραγικώτερον ἢ κατὰ τὴν τῶν συγγραμμάτων τύχην. « Καλλιμόρφου ἱατροῦ τῆς τῶν κοντοφόρων ἕκτης ἱστοριῶν Παρθικῶν » καὶ ὑπεγέγραπτο ἑκάστη ὁ ἀριθμὸς· καὶ νῆ Δία καὶ τὸ προοίμιον ὑπέρφυχρον ἐποίησεν οὕτως συναγαγὼν· οἰκεῖον εἶναι ἱατρῶν ἱστορίαν συγγράφειν, εἴ γε ὁ Ἀσκληπιὸς μὲν Ἀπόλλωνος υἱὸς, Ἀπόλλων δὲ Μουσηγέτης καὶ πάσης παιδείας ἀρχὸν· καὶ ὅτι ἀρξάμενος ἐν τῇ Ἰάδι γράφειν οὐκ οἶδα ὅτι δόξαν αὐτίκα μάλα ἐπὶ τὴν κοινὴν μετήληθεν, ἱητρείην μὲν λέγων καὶ πείρην καὶ ὀκόσα καὶ νοῦσοι, τὰ δ' ἄλλα ὁμοδαίαια τοῖς πολλοῖς καὶ τὰ πλεῖστα οἷα ἐκ τριόδου.

Καλλιμόρφου ] Idem nomen in Inscript. Aphrodisiensi ap. Bœckh. C. I. II, p. 526.

## ANONYMOI.

4.

Idem c. 17 : Εἰ δέ με δεῖ καὶ σοφοῦ ἀνδρὸς μνησθῆναι, τὸ μὲν ὄνομα ἐν ἀφανεῖ κείσθω, τὴν γνώμην δὲ ἐρῶ καὶ τὰ πρῶην ἐν Κορίνθῳ συγγράμματα, κρείττω πάσης ἐλπίδος· ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ προοιμίου περιόδῳ συνηρώτησε τοὺς ἀνα-

## CALLIMORPHUS MEDICUS.

3.

Alius quidam ex illo numero commentarium eorum quæ gesta fuerant nudum scripto congegit, pedestrem valde et humilem, qualem etiam miles, quæ fiunt quotidie literis mandans, composuisset, faberæ aut caupo aliquis circummigrans cum exercitu. Verum enimvero tolerabilior sane hic indoctus erat, ipse quidem statim qualis esset manifestus, sed qui alii venusto homini et tractandæ historiæ perito laborem præcepisset. Illud solum in eo reprehendi, quod ita inscripserat libros suos tumidius quam consentaneum esset libelli conditioni : « *Callimorphi, medici sextæ contatorum, historiarum Parthicarum* » et subscriptus erat uniuscujusque libri numerus. Etiam, me

Obareni, pars Armeniae, ad Cyrum fluvium, qui Euphratem ex parallelo habet. Eorum vero Quadratus quoque in sexto Parthiῶν meminit : « Prope Cyrum fluvium Obareni et Otene habitant, magnam partem Armeniae obtinentes. »

9.

Thelatnuza, castellum Arabiae Euphrati propinqua, teste Quadrato in septimo Parthiῶν. Gentile Thelamuzæus.

10.

Gazaca, urbs Mediae maxima, cujus meminit Quadratus libro octavo Parthiῶν. Arrianus vero libro quarto Par-

thiῶν magnum vicum appellat, secundum singularis numeri casum Gazaci adducens. Gentile, Gazacenus.

11.

Maschane, urbs prope Scenitas Arabes. Quadratus in octavo Parthiῶν. Gentile Maschanensis.

12.

Solyma, urbs Assyriorum post templi Hierosolymis excidium condita, ut Quadratus nono Parthiῶν.

13.

Syrbane, insula in Euphrate. Quadratus in nono Parthiῶν. Gentile Syrbanenus.

14.

Tigranocerta, neutro genere. Quadratus in nono Parthiῶν Armeniae rege nomen habet. Quadratus in nono Parthiῶν : « Et habitavit Tigranocerta; id est Parthiῶν Tigranocerta polis. »

Bonchnæ, gens Carrenis. Quadratus in octavo Parthiῶν Cyrum fluvium, teste Qua-

16.

St. Byz. : Γίνδαρα, κώμη πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ. Τὸ ἔθνικόν Γινδαρεύς. Κουάδρατος δὲ Γινδάρους ἔφη.

17.

Idem : Μέση τῶν ποταμῶν, χώρα μεταξύ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος, καὶ Ἀδιαβηνὴ ἑκαλεῖτο, ὡς ἱστορεῖ Κουάδρατος. Τὸ ἔθνικόν Μεσοποταμίτης.

18.

Idem v. Μεσσήνη : Ἔστι καὶ χώρα Περσίδος Μεσσηνί δι' ἑνὸς σ, ὑπὸ τῶν δύο ποταμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγριδος μεσαζομένη, ὡς Ἀσίνιος Κουάδρατος φησι.

19.

Idem : Τάπυρροι (i. q. Τάπυροι), οὐ πόρρω Ὑρκανίας ἔθνος. Κουάδρατος Τάπουρρά φησι. Τὸ ἔθνικόν Ταπουρραῖοι.

20.

Julius Capitolinus in Vero c. 8 : *Fuit (L. Verus) ejus fati, ut in eas provincias, per quas rediit (e Syria) Romam usque, luem secum deferre videretur. Et nata fertur pestilentia in Babylonia; ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles forte inciderat, spiritus pestilens evasit; atque inde Parthos orbemque complese. Et hoc non Lucii Veri vitio, sed Cassii, a quo contra fidem Seleucia, quæ ut amicos milites nostros receperat, expugnata est. Quod quidem inter ceteros etiam Quadratus belli Parthici scriptor, incusatis Seleucenis qui fidem primi ruperant, purgat.*

*De templo Apollinis*] « Addit Ammianus libro XXIII, *Apollinis Chomei*. Sed quis ille Apollo Chomeus? Noli dubitare quin sit legendum *Chochæus* vel *Chochæus*. Seleucia enim illa etiam *Coche* dicta teste ipso Ammiano l. XXIV : *Quibus Coche, quam Seleuciam nominant, haud longius disparatur*. Inde Apollo χωχᾶϊος. » SALMAS. V. Steph. Byz. v. Χωχῆ. Res pertinet ad an. 166 p. C.

16.

Gindara, vicus prope Antiochiam. Gentile Gindarensis. Quadratus vero Gindaros dixit.

17.

Mesopotamōn, regiō inter Euphratem et Tigridem, etiam Adiabene vocabatur, ut narrat Quadratus.

18.

Est etiam regio Persidis Mesene, per simplex s, media inter duo flumina, Euphratem et Tigridem, sita, cujus meminit Asinius Quadratus.

19.

Τάπυρρι, gens haud procul ab Hyrcania degens. Quadratus Tapurra dicit. Gentile Tapurræi.

21.

Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio c. 1 : *Avidius Cassius, ut quidam volunt, ex familia Cassiorum fuisse dicitur, per matrem tamen avo genitus Avidio Severo, qui ordines duxerat, et post ad summas dignitates pervenerat. Cujus Quadratus in Historiis meminit, et quidem graviter, quum illum summum virum et necessarium reipublicæ asserit, et apud ipsum Marcum Antoninum pro- validum.*

## ΡΩΜΑΙΚΗ ΧΙΛΙΕΤΗΡΙΑ

## E LIBRO SECUNDO.

22.

Steph. Byz. : Ἀνθιον, πόλις Ἰταλίας. Κουάδρατος ἐν δευτέρᾳ Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος. Ὁ πολίτης Ἀνθιανός, ὡς δ' αὐτός.

## E LIBRO QUINTO.

23.

Idem v. Ἰβήρῃαι, de gentilis nominis formis exponens : Παρὰ Κουαδράτῳ ἐν Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος εἴ ἐστιν Ἰβήροισιν οὕτω· « Καὶ τοι Λίγυσι θ' ἅμα καὶ Ἰβήροισι πολεμέοντες. » Eadem Constantin. Porphy. De adm. imp. c. 27, p. 109 ed. Bonn.

## E LIBRO DUODECIMO.

24.

Idem : Θαψίπολις, πλησίον Καρχηδόνας (sic cod. Rhedig.; vulgo Χαλκηδόνας). Τὸ ἔθνικόν Θαψιπολίτης. Κουάδρατος δυσκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς (sic cod. Rhedig.; editt. Ῥωμαικῶν. Supple Χιλιάδος vel Χιλιαρχίας vel Χιλιετηρίδος).

## E LIBRO DECIMO QUARTO.

25.

Idem : Ὀξύβιοι, μοῖρα Λιγύων. Κουάδρατος τεσσαρεσκαίδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς χιλιαρχίας.

## ROMANORUM CHILIARCHIA.

22.

Anthium, urbs Italiae. Quadratus secundo Chiliadis Romanæ. Gentile Anthianus, teste eodem.

23.

Apud Quadratum in quinto Chiliadis Romanæ legitur forma Ἰβήροισι, ubi ait : « Cum Liguribus simul et Iberis belligerantes. »

24.

Thapsipolis, prope Carthaginem. Gentile Thapsipolites. Quadratus duodecimo Historiæ Romanæ.

25.

Oxyhii, pars Ligurum, teste Quadrato in libro decimo quarto Chiliarchiæ Romanæ.

## E LIBRIS INCERTIS.

26.

St. Byz. : Γερούνιον, πόλις Ἰταλίας. Κουάδρατος δὲ Γερυνίαν ταύτην καλεῖ. Τὸ ἔθνικόν Γερούνιος.

27.

Idem : Δάλμιον, πόλις Δαλματίας μεταξὺ Ἰλλυρίας καὶ Ἰταλίας... Ἀππιανὸς δὲ τὴν πόλιν Δέλμινον, Κουάδρατος δὲ Δάλμινον. Φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ Δαλμάτας.

28.

Idem : Πήλιον. Ἔστι καὶ Πήλιον Ἰλλυρίας πόλις, ἧς μέμνηται Κουάδρατος. Τὸ ἔθνικόν Πηληνός.

29.

Dio Cassius LXX, 3 : Κουάδρατος δὲ γηραιὸν μέν φησιν αὐτὸν (Antoninum Pium) τελευτῆσαι, τὴν δὲ τελευτὴν ἠδίστην αὐτῷ κατ' ἴσον ὑπνω τῷ μαλακωτάτῳ γενέσθαι.

30.

Zosimus V, 27 : Μητρόπολις δὲ Φλαμινίας (sc. ἢ Ραβέννη) πόλις ἀρχαία, Θεσσαλῶν ἀποικία, Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιρρεῖσθαι, καὶ οὐχ, ὡς ὁ Ὀλυμπιόδωρος ὁ Θηβαῖός φησι, διὰ τὸ Ῥῶμον, ὃς ἀδελφὸς γέγονε Ῥωμύλῳ, τῆς πόλεως ταύτης οἰκιστὴν γεγονέναι. Κουαδράτῳ γὰρ, οἶμαι, θετέον ἐν τῇ κατὰ τὸν βασιλέα Μάρκον ἱστορίᾳ τοῦτο περὶ τῆς πόλεως ταύτης διεξελθόντι.

31.

Agathias I, 6, p. 27 ed. Bonn. : Οἱ δὲ Ἀλεμανοί, εἶγε χρὴ Ἀσινίῳ Κουαδράτῳ ἔπεσθαι, ἀνδρὶ Ἰταλιώτῃ καὶ τὰ Γερμανικὰ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγεγραμμένῳ, ξύγκλυδές εἰσιγ ἄνθρωποι καὶ μιγάδες, καὶ τοῦτο δύναται αὐτοῖς ἢ ἐπωνυμία. Germanicum bellum (an. 166 sqq.) fortasse singulari opere Asinius Quadratus tractavit.

## NICAGORAS ATHENIENSIS.

Suidas : Νικαγόρας, Μνησαίου ῥήτορος, Ἀθηναῖος, σοφιστής. Γέγονε δὲ κατὰ Φίλιππον τὸν Καίσαρα. Βίους ἐλλογίμων, Περὶ Κλεοπάτρας τῆς ἐν Τρωάδι, Πρεσβευτικὸν πρὸς Φίλιππον τὸν Ῥωμαίων βασιλέα. Eadem Eudoc. p. 309.

Cf. idem : Μαίωρ, Ἀράβιος, σοφιστής, ἔγραψε Περὶ στάσεων βιβλία ιγ'. Συνεχρόνισε δὲ Ἀψίνῃ καὶ Νικαγόρᾳ ἐπὶ Φιλίππου τοῦ Καίσαρος καὶ ἐπάνω.

Idem : Μινουκίανδρος, Νικαγόρου τοῦ σοφιστοῦ, Ἀθηναῖος, σοφιστής, γεγονὼς ἐπὶ Γαλιηνοῦ. Τέχνην ῥητορικὴν, καὶ Προγυμνάσματα, καὶ λόγους διαφόρους.

Philostratus Vit. Sophist. c. 27, p. 271 ed. Kayser. : Νικαγόρου δὲ τοῦ σοφιστοῦ μητέρα σοφιστῶν τὴν τραγωδίαν προσειπόντος, διορθούμενος ὁ Ἰππόδρομος (Larissæus, sophista) τὸν λόγον, « Ἐγὼ δὲ, ἔφη, πατέρα Ὀμηρον. »

Idem ibid. c. 33, p. 275 : Περὶ δὲ Φιλοστράτου τοῦ Ἀθηναίου... καὶ περὶ Νικαγόρου τοῦ Ἀθηναίου, ὃς καὶ τοῦ Ἐλευσινίου ἱεροῦ κήρυξ ἐστέφθη, καὶ Ἀψίνης ὁ Φοῖνιξ ἐφ' ὅσον προὔβη μνήμης τε καὶ ἀκριβείας, οὐκ ἐμὲ δεῖ γράφειν· καὶ γὰρ ἂν καὶ ἀπιστηθεῖν ὡς χαρισάμενος, ἐπειδὴ φιλία μοι πρὸς αὐτοὺς ἦν.

Præterea in Porphyrii libro I τῆς Φιλολογ. ἀκροάσεως ap. Euseb. P. E. p. 464 Nicagoras tanquam unus ex interlocutoribus introducit. Porro obiter mentionem ejus injicit Himerius Ecl. VII, p. 166 ed. Wernsdorf.

## LUPERCUS BERYTIUS.

Suidas : Λούπερκος, Βηρύτιος, γραμματικὸς, γεγονὼς μικρῷ πρὸ τοῦ Κλαυδίου τοῦ δευτέρου Καίσαρος χρόνων. Ἐγραψε Περὶ τοῦ ἂν γ', Περὶ τοῦ ταῶς, Περὶ τῆς Καρίδος, Περὶ τοῦ παρὰ Πλάτωνι ἀλεκτρούνοιο, Κτίσιν τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ Ἀρσινοῆτου, Ἀττικὰς λέξεις, Τέχνην γραμματικὴν, Περὶ γενῶν ἀρρητικῶν καὶ θηλυκῶν καὶ οὐδετέρων βιβλία ιγ', ἐν οἷς πολλὰ κατευδοκιμεῖ Ἡρωδιανοῦ.

26.

Gerunium, urbs Italiae, quam Quadratus Geryniam vocat.

27.

Dalmium, urbs Dalmatiae inter Illyriam et Italiam. Ap- pianus eam Delminum, Quadratus vero Dalminum vocat.

28.

Pelium etiam Illyriae urbs est, cujus meminit Quadratus.

29.

Quadratus senem Antoninum diem obiisse tradit, mor- temque ei dulcissimam, quasi suavissimo somno fuisse.

30.

Flaminiae metropolis est Ravenna, prisca sane urbs, co- lonia Thessalorum, Rhene dicta, quod eam aquae ab omni parte circumfluunt; non autem propterea, velut Olympio- dorus Thebanus ait, quod Remus, Romuli frater, hujus urbis conditor fuerit. Nam Quadrato, opinor, assentiendum est, qui in historia Marci (Aurelii Antonini) imperatoris id commemoravit.

31.

Alemanii, si Asinio Quadrato, homini Italico, qui res Ger- manicas accurate conscripsit, credimus, convenae sunt et colluvies; quod et nomen eorum indicat.

# CALLINICUS PETRÆUS.

Suidas : Καλλίνικος, Γάτου, ὁ καὶ Σουκτώριος ἐπικληθεὶς, σοφιστῆς, Σύρος· ὡς δέ τινες Ἀράβιος, τὸ δὲ ἀληθὲς Πετραῖος· σοφιστεύσας ἐν Ἀθήναις. Ἐγραψε πρὸς Λοῦπον Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς, Προσφωνητικὸν Γαλιηνῶ, Πρὸς Κλεοπάτραν, Περὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἱστοριῶν βιβλία δέκα, Πρὸς τὰς φιλοσόφους αἰρέσεις, Περὶ τῆς Ῥωμαίων ἀνανεώσεως, καὶ ἄλλα τινὰ ἐγκώμια καὶ λόγους (\*).

Idem : Γενέθλιος, Γενεθλίου, Παλαιστίνος ἐκ Πετρῶν, σοφιστῆς, μαθητῆς Μινουκιανοῦ καὶ Ἀγαπητοῦ, ἀντιπαιδεύσας κατὰ τὰς Ἀθήνας Καλλινίκῳ τῷ διασήμῳ (\*\*).

Idem : Ἰουλιανὸς, Δόμνου, ἀπὸ Καισαρείας Καππαδοκίας, σοφιστῆς, σύγχρονος Καλλινίκου τοῦ σοφιστοῦ, γεγονὸς ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως.

Ex libris decem *De Alexandriae historiis* nihil est servatum præter ea quæ ex Porphyrio Suctorium secuto affert Hieronymus. Vid. Porphyr. fr. 7, § 2. Probabile vero est etiam reliqua quæ de Lagidarum

(\*) Σουκτώριος] Bernhardy. e codd. AV. dedit Σουητώριος. Aldus nomen mutavit in Σουτώριος, *sutorius*. Syrium potius nomen fuerit *Suctorius* Callinicus est etiam apud Hieronymum in Daniel. — Κακοζηλίας] Suidas s. h. v. : Καλλίνικος ἔγραψεν ὁ Σύρος Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς. — Γαλιηνῶ] sic correx. Jonsius *Histor. Phil.* III, 14, 5. Γαλήνῳ cod. A; Γαλήνῳ BVE. Sic Γαλήνου pro Γαλιηνῶ codd. perperam etiam s. v. Ἐφορος et Μινουκιανός. — φιλοσόφους] Sic ex AE Bernhardy.; φιλοσόφων vgo. Sec. Libanium in Ep. 1 ad Aristænetum Callinicon urbs Mesopotamiæ (quæ sec. Chron. Alex. a Seleuco II an. 242 a. Chr. condita est) nomen habet a Callinico sophista, qui ibi sit occisus (cf. Thomas Mag. p. 345, 10 Ritschel). De his vide quæ disputat Droysenius *Hellen.* II, p. 602 et 705 sq.

(\*\*) Scripta ejus recensens Suidas ait : ἔγραψε... καὶ μελέτας, ὧν ἐστὶν Ὁ ἀπολις ἑαυτὸν ἀποκηρύττων μετὰ τὴν τῶν Θηβῶν κατασκαφὴν. Argumentum hujus μελέτης erat, opinor, historia Clitomachi Thebani, quam narrat Pseudocallisthenes I, 46, ubi : Τοῦ δὲ κήρυκος πυθομένου αὐτοῦ τίς καλεῖται, καὶ ποίας πόλεως τυγχάνεις, ἵνα σε ἀγορεύσω; εἶπεν· « Κλειτόμαχος μὲν καλούμενος πόλιν δ' οὐκ ἔχω. » Narrationem hanc postea demum in Pseudocallisthenem illatam esse satis liquet; fortasse ex Genethlio.

## IN PATRIA ROMÆ.

Nec loci hujus ingenium æque ad aliud quam ad imperium accommodatum, neque aliud usquam solum tanti imperii capax fuit. Tributorum exactio neque nobis in immodicæ cupiditatis quæstum, neque in pendentium damnum exsolvitur; sed in bellatores milites erogata, rursum per eos in conferentium potestatem redit; ita ut potius mutua dari pecunia, quam solvi vectigalia videantur. Alexander nihil sane grandius illis, qui cum Clearcho militiæ

historia Porphyrius habet ex eodem fonte fluxisse. Quæ quum optimæ sint notæ, vehementer Callinici opus desideramus. Eodem referenda est mentio Callinici apud Hieronymum Præfat. in Danielum : *Ad intelligendas autem extremas partes Danielis multiplex Græcorum historia necessaria est, Suctorii (Sertorii Voss.) videlicet Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybii, Posidonii, Claudii Theonis et Andronici cognomenti Alypii, quos et Porphyrius esse secutum se dicit.* Quænam sit Cleopatra, ad quam scripsisse dicitur, vel cui libros De Alexandria dedicavit, nescio. Haud magis constat de declamatione Περὶ Ῥωμαίων ἀνανεώσεως. Fortasse huc pertinet fragmentum, quod Leo Allatius edidit in Exc. Var. Græcorum sophist. et rhetor. p. 256 (et deinde Orellius una cum Philonis Byzantii libello De VII orbis spectaculis. Lips. 1816, p. 37) :

## ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

### ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΑ ΠΑΤΡΙΑ ΡΩΜΗΣ.

Οὔτε ἡ καθ' ἡμᾶς γῆ πρὸς ἕτερον οὐδὲν εὐαρμόστως εἶχεν, πλὴν βασιλείας, οὔτε ἡ βασιλεία πρὸς ἄλλο χωρίον οὐδὲν πλὴν ταύτης ἐχώρησεν. Ἡ δὲ τῶν φόρων σύνταξις οὐθ' ἡμετέρα πλεονεξία γίνεταί, οὔτε τῶν διδόντων ζημίαι, ἀλλ' εἰς τὸ μάχιμον γένος δαπανωμένη, δι' ἐκείνων πάλιν εἰς τοὺς διδόντας ἐπάνεισιν, ὥστε δανείσμασι προσεικέναι τὸ διδόμενον μᾶλλον, ἢ φόρων ἐπαγωγῇ. Ἀλέξανδρος μὲν γὰρ οὐδὲν τῶν περὶ Κλέαρχον σεμνότερον διεπράξατο, ἀνδρῶν κρατήσας ἀνανδρία συντρόφων, ἐκκλίνας τοὺς εἰδότας νικᾶν, πρὸς δὲ Πέρσας ἀγωνισάμενος τοὺς παιδευθέντας ἠττᾶσθαι· ταῦτόν παθὼν τοῖς ὄναρ εὐτυχοῦσιν, ἐν τῇ τῆς εὐτυχίας ἀκμῇ καταλύσας αὐτήν, καὶ τοσοῦτον ἄρξας τὸν ἄπαντα χρόνον, ὅσος ἡμῖν οὐκ ἄρκει τὴν ἡμετέραν ἐπελθεῖν. Τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς εἴρηται, τυφλῶν εἶναι ζημίαν τὸ μὴ τὸν ἥλιον βλέπειν· ἐγὼ δ' ἂν ἐπὶ τῶν θεωμένων φήσαιμι, τὴν ἴσιν εἶναι ζημίαν, εἴ τις μὴ ταύτην θεάσαιτο,

nomina dederunt, devictis hominibus effeminatis, patravit, dum examinata bello pectora victoriasque parare sueta declinans, cum Persis vinci minime nesciis certamen instituerit; similia passus iis, qui per insomnia sunt fortunati, in ipso felicitatis flore principatu destructo. Qui tamdiu regnavit, quamdiu nostrum imperium peragrari vix potest. Multorum itaque sermone pervulgatum est, magnum damnum cæcis esse, solem non adspicere. Verum ego dixerim, eos qui vident, non minus accipere detrimenti, si Romam non viderint. Et qui lucis hujus usu fruuntur, qui urbem nostram aspectu non usurparunt, vitam

καὶ τῶν παρελθόντων εἰς φῶς ὅσοι μὲν ἀπειράτοι τῆς ἡμετέρας ἔμειναν, νόθον τινὰ βίον, ὡς εἶπειν, διαντλοῦσιν, ὅσοι δὲ ἐν πείρᾳ γεγένηται, γνήσιοι τοῦ βίου μέτοχοι, καὶ πλεόν τῶν ἑτέρων διαλλάττουσιν, ἢ τῶν βεβήλων οἱ τελεσθέντες.

Alia declamatio epideictica, ὁ μέγας βασιλικὸς λόγος, memoratur apud Menandrum De encom. in Walz. Rhett. Gr. tom. IX, p. 217 (coll. p. 245), et inde ap. Josephum Racendytum in Synopsi rhetor. ap. Walz. tom. III, p. 549, ubi sic : Θεωρήσεις δὲ πάλιν, πότερον ἔνδοξον αὐτοῦ τὸ γένος ἢ οὐ· κἂν μὲν ἔνδοξον ἦ, ἐπεξεργάσῃ τὰ περὶ τούτου· ἐὰν δὲ ἄδοξον ἦ, ἢ εὐτελές, μεθεὶς καὶ τοῦτο ἀπ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τὴν ἀρχὴν ποιήσῃ, ὡς Καλλίνικος ἐποίησεν ἐν τῷ μεγάλῳ Βασιλικῷ.

## EPHORUS CUMANUS.

Suidas : Ἐφορος, Κυμαῖος, ἱστορικὸς, ὁ νεώτερος. Ἐγράψε τὰς Γαλιηνοῦ ἱστορίας ἐν βιβλίοις κζ'. Κορινθιακά. Περὶ τῶν Ἀλεουαδῶν, καὶ ἄλλα. Liber De Aleuadis pertinet non ad Ephorum, sed ad Euphorionem. Idem statuo de Corinthiacis, quæ vix diversa fuerint ab Euphorionis libro Περὶ Ἰσθμίων.

## NICOSTRATUS TRAPEZUNTIUS.

Euagrius Hist. Eccles. V, 24 : Νικοστράτου τε τοῦ σοφιστοῦ τοῦ ἐκ Τραπεζοῦντος συγγραψάντος τὰ ἀπὸ Φιλίππου τοῦ μετὰ Γορδιανὸν ἐκτίθεται ἕως Ὀδανᾶθου τοῦ ἐκ Παλμύρας καὶ τῆς Οὐαλεριανοῦ πρὸς Πέρσας ἀφίξεως.

## NICOMACHUS.

(DE REBUS GESTIS AURELIANI.)

Flavius Vopiscus in Aureliano c. 26 : *Post hæc Palmyram iter flexit, ut ea oppugnata, laborum terminus fieret. Sed in itinere a latronibus Syris male accepto frequenter exercitu, multa perpressus est, et in obsidione usque ad ictum sagittæ periclitatus est. Epistola ipsius exstat ad Mucaporem missa, in qua de ejus belli difficultate ultra pudorem imperialem fatetur : « Romani me modo dicunt bellum contra feminam gerere, quasi sola mecum Zenobia et suis viribus pugnet, ac non ho-*

*stium, quantum, si vir a me oppugnandus esset, in conscientia et timore longe deteriore. Dicit non potest quantum hinc sagittarum, qui belli apparatus, quantum telorum, quantum lapidum : nulla pars muri est quæ non binis et ternis balistis occupata sit : ignes etiam tormentis jaciuntur. Quid plura? Timet quasi femina, pugnat quasi pœnam timens; sed credo adjuturos Rom. remp. deos, qui nunquam nostris conatibus defuerunt. » Denique fatigatus et præ malis fessus, literas ad Zenobiam misit, deditionem illius petens, vitam promittens : quarum exemplum indidi : « Aurelianus imperator Rom. orbis, et receptor Orientis, Zenobiæ ceterisque quos societas tenet bellica. Sponte facere debuistis id quod meis literis nunc jubetur : deditionem præcipio impunitate vitæ proposita, ita ut illic, Zenobia, cum tuis agas vitam, ubi te ex senatus amplissimi sententia collocavero. Gemmas, argentum, aurum, sericum, equos, camelos in cænarium Rom. conferatis. Palmyrenis jus suum servabitur. » Hac epistola accepta, Zenobia superbius insolentiusque rescripsit quam ejus fortuna poscebat. Credo ad terrorem : nam ejus quoque epistolæ exemplum indidi. « Zenobia regina Orientis Aureliano Augusto. Nemo adhuc præter te quod possis literis petiit. Virtute faciendum est quidquid in rebus bellicis est gerendum. Deditionem meam petis, quasi nescias Cleopatram reginam perire maluisse quam in qualibet vivere dignitate. Nobis Persarum auxilia non desunt, quæ jam speramus, pro nobis sunt Sarraceni, pro nobis Armenii. Latrones Syri exercitum tuum, Aureliane, vicerunt: quid igitur si illa venerit manus quæ undique speratur? Pones profecto supercilium, quo nunc mihi deditionem, quasi omnifariam victor, imperas. » Hanc epistolam NICOMACHUS se transtulisse in Græcum ex lingua Syrorum dicit ab ipsa Zenobia dictatam. Nam illa superior Aureliani græca missa est. « Censent Savaro ad Sidonium et Meursius ad Nicomachum, eundem esse (Nicomachum nostrum), qui vitam Apollonii Tyanei consignavit, de qua sic Sidonius Epp. VII, 3 : Apollonii Pythagorici etiam, non ut Nicomachus senior e Philostrato, sed ut Tuscius Victorianus e Nicomachi schedio exscripsit, quia jusseras, misi. » VOSSIUS, p. 288. Quod sane verisimillimum est. Quare etiam ea quæ Flavius Vopiscus 22 sqq. de Tyana urbe et de Apollonio, Aureliano, cui subito adstitisse dicitur, ad clementiam in victos hortante, reliquis fusiis exponit, ex eodem Nicomacho hausit.*

spuriam quandam, ut ita dicam, exantlaverunt; qui vero eam experimento cognoverint, ut par est, vitæ participes

sunt, præcelluntque aliis magis, quam profanis ii qui mysteriis sacrorum initiati sunt.



## CALLICRATES TYRIUS.

(DE VITA REBUSQUE AURELIANI.)

Flavius Vopiscus Aurel. c. 4 : *Matrem quidem ejus (Aureliani) Callicrates Tyrius, Græcorum longe doctissimus scriptor, sacerdotem templi Solis in eo vico, in quo habitabant parentes, fuisse dicit, habuisse quin etiam nonnihil divinationis, adeo ut aliquando marito suo jurgans ingesserit, quum ejus et stultitiam increparet et vilitatem, « En imperatoris patrem; » ex quo constat illam mulierem scisse fatalia. Idem dicit auspicia imperii Aureliano hæc fuisse : primum pueri ejus pellem serpentem plerumque cinxisse neque unquam occidi potuisse, postremo ipsam matrem, quæ hoc viderat, serpentem quasi familiarem occidere noluisse. His accedit quod ex palliolo purpureo, quod Soli sui temporis imperator obtulerat, sacerdos mulier crepundia filio fecisse perhibetur. Addit etiam illud, quod vinctum fasciola Aurelianum aquila innoxie de cunis levaverit et in aram posuerit, quæ juxta sacellum forte sine ignibus erat. Idem auctor est, vitulum matri ejus natum miræ magnitudinis, candidum, sed purpurantibus maculis, ita ut haberet in latere uno avem, in alio coronam. Multa superflua in eodem legisse meminimus, quippe qui asseverat etiam, rosas in ejusdem mulieris chorte nato Aureliano exisse purpureas, odoris rosei, floris aurei.*

## THEOCLES.

(VITÆ CÆSARUM.)

Flavius Vopiscus in Aurel. c. 6 : *Refert Theoclius (l. Theocles s. Theoclus), Cæsarianorum temporum scriptor, Aurelianum manu sua bello Sarmatico uno die quadraginta et octo interfecisse; plurimis autem et diversis diebus ultra nongentos quinquaginta : adeo ut etiam ballistia pueri et saltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus festis militariter saltitarent :*

*Mille, mille, mille decollavimus,  
unus homo mille decollavimus,  
mille vivat qui mille occidit.  
Tantum vini habet nemo  
quantum fudit sanguinis.*

*Hæc video esse perfrivola; sed quia supra scri-*

*ptus auctor ita eadem ut sunt latine, suis scriptis inseruit, tacenda esse non credidi. Idem apud Maguntiacum tribunus legionis sextæ Gallicanæ, Francos irruentes, quum vagarentur per totam Galham, sic adflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit. Unde iterum de eo facta est cantilena :*

*Mille Sarmatas, mille Francos  
semel et semel occidimus.  
Mille Persas quærimus.*

Præterea Flav. Vopiscus ad Græcos scriptores provocat in Aurel. c. 15. 16. 24; ubi aut Theocles aut Nicomachus aut Callicrates intelligendus esse videtur; aut denique Asclepiodotus quidam, qui ipse quoque idem argumentum Diocletiani et Constantii temporibus tractasse videtur.

## ASCLEPIODOTUS.

Vopiscus Aurel. c. 44 : *Vicentius Herennius, præfectus prætorio Diocletiani, teste Asclepiodoto, sæpe dicebat, Diocletianum frequenter dixisse, quum Maximiani asperitatem reprehenderet, Aurelianum magis ducem esse debuisse quam principem. Nam ejus ferocitas eidem displicebat. Mirabile fortasse videtur quod compertum Diocletiano Asclepiodotus Celsino consiliario suo dixisse perhibet. Sed de hoc posteri judicabunt. Dicebat enim quodam tempore Aurelianum Gallicanas consuluisse Druidas, sciscitantem utrum apud ejus posteros imperium permaneret : tum illas respondisse dixit, nullius clarius in republica nomen quam Claudii posterorum futurum. Et est quidem jam Constantius imperator ejusdem vir sanguinis, cujus puto posteros ad eam gloriam quæ a Druidibus prænuntiata sit pervenire.*

## ZENOBIA.

Trebellius Pollio in Triginta tyr. c. 30, de Zenobia, Palmyrenorum regina : *Ipsa latini sermonis non usquequaque igne cohibita; loquebatur modum. Historiæ Alperita, ut eam epitor græce legerat. « Sed, juvenandæ suæ memoriæ scripserat, non in usus publicos. »* VOSSIUS p. 280.

# DEXIPPUS ATHENIENSIS.

Quæ de Dexippo traduntur, paucis exponit Niebuhrius (Præfat. ad Exc. Dexippi, in Corp. Script. Hist. Byz. vol. I, p. XVI) hunc in modum:

« *Publius Herennius Dexippus* (1), Ptolemæi f. (2) Atheniensis, pago Hermensis, e Cerycum gente (3), summos in civitate honores adeptus est, rex creatus atque archon eponymus; splendideque agonotheætæ munere Panathenæis functus; clarus orator atque historiarum scriptor; propter quas fortunæ simul atque industriæ dotes statuæ honore ornatus est, cujus basis cum titulo exstat. Sed longe præclariorem sæculorumque memoria dignum honorem sibi comparavit quo tempore, effusis in Græciam per Propontidis claustra Herulis, captisque Athenis, cives secum in saltus invios ex urbis clade profugos confirmavit; bellique ab iis dux constitutus, advectæ in Atticæ oram Romanæ classi, cui Cleodamus præerat, conjunctus, ultionem de barbaris aliquam sumpsit, tribus millibus ex ipsorum numero per occasionem interfectis (4). Quo facto vir eximius post quingentos annos Athenienses armis desuetos ad rem gloriamque militarem revocavit: Mithridatico enim bello non sua neque sponte arma moverat infelix civitas. Quum igitur de hac Dexippi gloria titulus statuæ sileat, creditum est prius positam esse quam illam adipisceretur: cui opinioni facile accederem, si historia ævi, « quam partim ex libris, partim e vita hauerit, » ut epigramma prædicat, diversa esse posset ab illa omnis ævi, cujus notitiam ex Eunapio et Photio habemus. Ea in primo Claudii Gothici Aug. anno desinebat; Athenarum autem cladem Syncellus, qui hoc Dexippi opus legebat, sub Galieno contigisse refert: neque si eam cum continuatore Dionis (5), quem Zonaras sequitur, biennio serius accidisse statuamus, ut illo ipso Claudii anno primo, 269, acciderit, difficultas expediretur. Ita aut fingendum erit priorem exstitisse editionem, de qua nemo quicquam tradidit, aut concedendum, lævam hominum in honoribus æstimantium

horum gloriam elatus  
a, tumultuarie a con-  
er. 380 Corp. inserr. græc.  
s. v. Δέξιππος, Dexippum  
patrem illi tribuit. — 3. Vid. Bœckh. ad Inscr. — 4. Hanc  
rei gestæ seriem, paululum ab illa diversam, quam Gibbo-  
nus, nunquam sine honoris præfatione nominandus, exco-  
gitavit, nunc demum, editis ab ill. Maio excerptis de sen-  
tentiis (fr. 23) constituere licet. » — 5. In eclogis quas ill.  
Maius edidit., Coll. Vat. II, p. 240. — 6. Eunapius Vita Por-

gregata multitudine collatus, nullum in fastis ur-  
banis locum haberet: librorum famam extulisse,  
res fortiter gestas silentio transmisisse: — rem,  
propter ejus ævi pravitatem, plane non incredi-  
bilem.

« Vitam usque ad Probi principatum perduxit,  
quum jam sub Valeriano claruisset (6).

« Dexippi opera, quæ ad historiam pertinebant,  
tria legit Photius (7): de quibus singulis agendum  
est.

« I. Τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον, libris quattuor  
comprehensa; ex quibus notissimam satrapiarum  
divisionem recitat Photius; scriptoremque in uni-  
versum cum Arriano consentire docet. Ad hanc Ma-  
cedonicam historiam referenda esse quæ ill. Maius  
inventa in codicis palimpsesti paginis 81. 82. 100.  
101 edidit, uno verbo monuisse ad probandum  
sufficit: siquidem oratio Hyperidis, sive adsumpta  
sive ficta, belli Lamiaci tempus spectat.

« II. Χρονικὴν ἱστορίαν, sive annales (8), quam  
Photius σύντομον ἱστορικὸν vocat, per Olympiades,  
archontumque et consulum fastos ab historiæ ini-  
tiis, omissis tamen fabulosis primordiis, usque ad  
Claudii Gothici annum primum deducti, præcipua  
circa temporum rationem cura adhibita. Horum  
duodecimus liber a Stephano ethnicographo cita-  
tur (9); ubi Herulorum mentio certissime com-  
probat locum de quo agitur non multum ab ope-  
ris fine afuisse: constat igitur scriptorem his duo-  
decim « chartis omne ævum explicuisse. » Ex hisce  
annalibus Syncellum quæcunque e Dexippo habet  
petiisse arbitror: at Constantiniana excerpta illis  
prorsus aliena sunt: neque enim prolixas oratio-  
nes capere potuisset breviloquens annalium ratio,  
qui fere singulis libris sæculum comprehendebant;  
unde Trebellius Pollio (10) Dexippum *omnia bre-  
viter persecutum esse* scripsit.

« III. Igitur eclogas de legationibus ad Σκυ-  
θικὰ pertinere jam Vossius perspexit (11): eadem-  
que earum ratio est quas ex titulo de sententiis  
edidit ill. Maius. Σκυθικὰ, de bello Scythico vertere  
debebam; quoniam illud intelligitur, quod, cœp-  
tum sub Decio, usque ad Aureliani pacem duravit.

« Orationem Dexippi, scribendique genus, in-  
genti laude effert Photius, eo usque ut *Thucyditi-*

phyrii in f. — 7. Cod. 82. — 8. Eunapius in Hist. (v. infra  
p. 671). Idem Vita Porph. l. 1. — 9. s. v. Ἐλουροι. — 10.  
Gordian. 2. — 11. De histor. Græc. p. 242. — 12. Præf.  
ad coll. Vatic. II. p. XXVIII.

*dem perspicue loquentem* dicat, quæ mira est viri prudentis a vero aberratio. Nemo enim in eo quicquam præter inanem degeneris ævi rhetorem agnosceret, ut mirum sit qui tam puerilia sectetur, inter res arduas positum, magna gessisse. »

## DE DEXIPPO TESTIMONIA.

Corp. Inscr. tom. I, p. 439, N° 380. Inscriptio Athenis reperta prope fontem, in basi marmorea, quæ olim statuam sustinuerat Q. Epicteti, postea sublatam.

Κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς καὶ τῆς βουλῆς τῶν ΨΝ καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, τὸν ἄρξαντα τὴν τοῦ βασιλέως ἐν Θεσμοθέταις ἀρχὴν, καὶ ἄρξαντα τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν, καὶ πανηγυριαρχήσαντα καὶ ἀγωνοθετήσαντα τῶν μεγάλων Παναθηναίων, οἰκοθεν ἱερέα παναγῆ, Πόπλιον Ἐρέννιον Δέξιππον Πτολεμαίου Ἑρμείου, τὸν ῥήτορα καὶ συγγραφέα, ἀρετῆς ἕνεκα οἱ παῖδες.

Ἄλκῃ καὶ μύθοισι καὶ ἐν βουλαῖσι κρατίστους  
Ἄνδρας ἀγακλειτοὺς γείνατο Κερροπίη·  
Ὅν ἕνα καὶ Δέξιππον, ὃς ἱστορίην ἐπαθήσας  
Αἰῶνος δολιχὴν ἀτρεκέως ἔφρασεν.  
Καὶ τὰ μὲν αὐτὸς ἐπέιθε, τὰ δ' ἐκ βίβλων ἀναλέξας  
Εὖρατο παντοίην ἱστορίης ἀτραπὸν.  
Ἦ μέγα κλεινὸς ἀνὴρ, ὃς νοῦ ἀπο μυρίον ὄμμα  
Ἐκτείνας, χρονίους πρόξιας ἐξέμαθεν.  
Φῆμη μὲν περίβιωτος ἀν' Ἑλλάδα, τὴν ὃ νεανθῆς  
Αἶνος Δέξιππῳ δῶκεν ἐφ' ἱστορίῃ.  
Τοῦνεκα δὴ καὶ παῖδες ἀγακλειτὸν γενετῆρα  
Μορφήεντα λίθον θῆκαν ἀμειβόμενοι.

« Statua hæc superstiti posita videtur ab ipsius filii, non a pueris Atticis, ut erat qui putaret. Hinc v. 11 : παῖδες ἀγακλειτὸν γενετῆρα. Dux exercitus fuisse in hoc titulo non dicitur, licet in priore parte ejus honores accurate enumerentur : igitur hic titulus illo anno videtur vetustior esse, contra quam Corsino visum est. Senatus nunc est virorum DCCL, quod novum prorsus : lectio tamen verissima est. Post Claudium, atque, ut ego arbitror, inde ab Hadriano, institutis tredecim tribubus, senatus ad pristinum D numerum, additis paucis præterea aliis, redactus est, quod multi testantur tituli, et ex Pausania quoque colligitur (I, 3, 4) : postea cur auctus sit numerus, nescimus. — Mox formula ἄρξαντα... ἀρχὴν docet universum archontum collegium thesmothetarum nomine venisse ea ætate. — Herennius hereditarium sacerdotium habuit, quod ex Cerycum gente fuit. Cf. De Herenniis N° 190, et nota N° 353 Herennium hierocce-

rycem esse Ἑρμείου, ut noster Dexippus est Ἑρμείος. De versibus cf. Jacobs. in Animadv. ad utramque Anthologię editionem. » ΒΟΕΣΚΗ.

Suidas : Δέξιππος, Δεξίππου, ὁ Ἐρέννιος χρηματίσας, Ἀθηναῖος ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Βαλεριανοῦ καὶ Γαλλιανοῦ καὶ Κλαυδίου δευτέρου καὶ Αὐρηλιανοῦ, τῶν βασιλέων Ῥωμαίων.

Trebellius in Gallien. c. 23 : *Gothi Cyzicum et Asiam, deinceps Achaiam omnem vastarunt et ab Atheniensibus duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi sunt.*

PHOTIUS cod. 82 : Ἀνεγνώσθη Δεξίππου τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον, ἐν λόγοις τέσσαρσιν. Ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ καὶ ἕτερον σύντομον ἱστορικὸν, μέχρι τῆς Κλαυδίου ἐπιτρέχον τὰς κεφαλαιώδεις πράξεις βασιλείας. Ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ Σκυθικὰ, ἐν οἷς αἱ Ῥωμαίων αὐτῷ καὶ Σκυθῶν ἀναγράφονται πρὸς ἀλλήλους μάχαι τε καὶ ἀξιόλογοι πράξεις. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν ἀπεριττός τε καὶ ὄγκω καὶ ἀξιώματι χαίρων, καὶ (ὡς ἄν τις εἴποι) ἄλλος μετὰ τινος σαφηνείας Θουκυκίδης, μάλιστα γὰρ ἐν ταῖς Σκυθικαῖς ἱστορίαις.

Diversorum Dexipporum, ut videtur, scripta confundit Tzetzes Chil. IX, 274 :

Δέξιππος ὁ φιλόσοφος, μύστης ὢν Ἰαμβλίχου  
πολλὰ μὲν συνεγράψατο καὶ ἕτερα βιβλία,  
ὢν τῷ ἐνὶ ἐνέτυχον τῷ εἰς Κατηγορίας·  
ἔγραψε δὲ καὶ Σκυθικὰ, ἃ μέχρι νῦν οὐκ οἶδα,  
καὶ ἕτερα ὡς εἴρηκα· μόνον τὸ ἐν δ' ἀνέγνω.

Cf. Maius in Collect. Nov. Vatic. tom. II, p. 346 not.

Eunapius in Vit. Porphyrii sub fin. : Τοὺς χρόνους ( τοῦ Πορφυρίου βίου ) ἐς Γαλλιανὸν καὶ Κλαυδίον εἰκάζειν συνέβαινε, Τάκιτόν τε καὶ Αὐρηλιανὸν καὶ Πρόβον· καθ' οὗς ἦν καὶ Δέξιππος ὁ τὴν Χρονικὴν ἱστορίαν συγγράψας, ἀνὴρ ἀπάσης παιδείας τε καὶ δυνάμειος λογικῆς ἀνάπλεως.

Eunapii De Chronicis Dexippi locum vide in fragmentis.

## ΤΑ ΜΕΤΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

## I.

Photius cod. 82 : Ἀρχεται δὲ ( sc. Δέξιππος ) ἐν τοῖς μετὰ Ἀλέξανδρον ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς, καὶ διέξεισιν ὅπως εἰς τὸν ἀδελφὸν Ἀλεξάνδρου τὸν Ἀριδαῖον, ὃς ἦν ἐκ Φιλίνης τῆς Λαρισσαίας τῷ Φιλίππῳ γεγεννημένος, ἢ τῶν Μακεδόνων ἀρχὴ πε-

## RES SUCCESSORUM ALEXANDRI.

## 1.

Rerum post Alexandrum gestarum narrationem Dexip-

pus ab ipso regis excessu inchoat ; refertque ut ad Alexandri fratrem Aridaem ( qui ex Philine Larissæa Philippo natus fuerat ) Macedonum regnum devenerit ; ad illum,

ριέστη εἰς αὐτόν τε καὶ εἰς τὸν μέλλοντα Ἀλεξάνδρου παῖδα τίκτεσθαι ἐκ Ῥωξάνης ( ἐν γαστρὶ γὰρ ἔχουσα καταλέλειπτο ) καὶ εἰς τοὺς ἀμφὶ Περδίκκην, οἱ κρίσει τῶν Μακεδόνων ἐπετρόπευον αὐτοῖς τὴν ἀρχήν. Διέξεισι καὶ ὅπως ἡ τοῦ Ἀλεξάνδρου διενεμήθη ἀρχή. Τὰ μὲν οὖν τῆς Ἀσίας οὕτω· Πτολεμαῖος δὲ Λάγου Αἰγύπτου πάσης καὶ Λιβύης καὶ τῆς ἐπέκεινα γῆς, ὁπόση Αἰγύπτῳ συνάπτει, ἀρχειν ἐτάχθη· ὁ δὲ τῶ βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ ἐπὶ τῇ σατραπείᾳ ταύτῃ τεταγμένος Κλεομένης ὑπαρχος Πτολεμαίῳ ἀποκατέστη. Λαομέδων δὲ ὁ Μυτιληναῖος Σύρων ἡγεῖσθαι ἀπεφάνθη, καὶ Φιλώτας μὲν Κιλικίας, Πίθων δὲ Μηδίας, Εὐμένης δὲ Καππαδοκίας τε καὶ Παφλαγονίας καὶ τῶν ἐπὶ τὸν Εὐξείνιον πόντον κατιόντων μέχρι καὶ εἰς Τραπεζοῦντα, Ἀντίγονος δὲ Παμφυλίων καὶ Κιλικίων μέχρι Φρυγίας, Καρῶν δὲ Ἀσανδρος, Μένανδρος δὲ Λυδῶν, Λεώνατος δὲ τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας. Καὶ τῶν μὲν Ἀσιανῶν οὕτω· τῶν δ' Ἑυρωπαϊῶν Θράκης μὲν καὶ Χερρονήσου Λυσίμαχος, Ἀντίπατρος δὲ ἐπὶ πᾶσι Μακεδόσι καὶ Ἑλλησι καὶ Ἰλλυρίοις καὶ Τριβαλλοῖς καὶ Ἀγριαῖσι καὶ ὅσα τῆς Ἠπείρου ἐξέτι Ἀλεξάνδρου στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ἐτέτακτο. Τὴν δὲ κηδεμονίαν καὶ ὅση προστασία τῆς βασιλείας Κράτερος ἐπετρέπη, ὁ δὲ πρῶτιστον τιμῆς τέλος παρὰ Μακεδόσι Περδίκκας δὲ τὴν Ἡφαιστίωνος χιλιάρχην. Ἦσαν δὲ ἀρχόντες Ἰνδῶν μὲν ἀπάντων Πῶρος καὶ Ταξίλης· ἀλλ' ὁ μὲν Πῶρος οἱ ἐν μέσῳ Ἰνδοῦ ποταμοῦ καὶ Ὑδάσπου νέμονται, Ταξίλης δὲ τῶν λοιπῶν. Πίθων δὲ τις τῶν τούτοις ὁμόρων ἡγεῖτο, πλὴν Παροπαμισαδῶν. Οἱ δὲ συνάπτοντες Ἰνδοῖς, ὅσοι ὑπὸ τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι νέμονται, Ὁξυάρτη τῶ Βακτριῶ, ὃς ἦν Ῥωξάνης πατήρ, εἰς ἀρχὴν ἀπενεμήθησαν· ἧς ἐτέχθη παῖς

μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς Ἀλεξάνδρου θάνατον, ᾧ τὸ Μακεδόνων πλῆθος τοῦ πατρὸς τὴν προσηγορίαν Ἀλέξανδρον ἔθεντο. Ἀραχωσίων δὲ καὶ Γαδρωσίων ἐπῆρχε Σιβύρτιος, καὶ Στασάνωρ δὲ Σόλιος Ἀρείων καὶ Δράγων ἡγεῖτο. Φιλίππου δὲ ἦν ἀρχὴ Σογδιανοὶ καὶ Ῥαδαφέρνους (1. Φραταφέρνους) Ὑρκανία καὶ Νεοπτολέμου ( del. Ὑληπολέμου ) Καρμανία. Πέρσαι δὲ ὑπὸ Πευκέστη ἐτάχθησαν. Τὴν δὲ Σογδιανῶν βασιλείαν Ὀρώπιος (?) εἶχεν, οὐ πάτριον ἔχων ἀρχὴν, ἀλλὰ δόντος αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου· ἐπεὶ δὲ τύχη τις αὐτῷ συνέπεσεν, ἐπαναστάσεως αἰτίαν φεύγοντι, παραλυθῆναι τῆς ἀρχῆς, τότε κοινῶς ( ἐκεῖνος ? ) αὐτῶν τὴν ἀρχὴν εἶχε. Βαβυλωνίων δὲ καὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν Τίγρητος καὶ Εὐφράτου, τῶν μὲν Σέλευκος, τῆς δὲ Μεσοποταμίας Ἀρχέλαος ἦρχε. Τοσόσδε ἀριθμὸς ἐθνῶν τε καὶ ἔθνεσιν ἀρχόντων ἦν, ὅτε Περδίκκας μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν τὰς ἀρχὰς ἐνεῖμε. Καὶ τὰ ἄλλα διέξεισιν ἐν πολλοῖς, ὡς κὰν τούτοις Ἀρριανῶ κατὰ τὸ πλεῖστον σύμφωνα γράφων. De re v. Droysen. *Hellenism.* tom. I, p. 48 sqq.

Cf. Schol. Lucian. p. 19 ed. Jacobitz. : Περδίκκας, Πτολεμαῖος καὶ Σέλευκος] Οὗτοι οἱ τρεῖς διάδοχοι ἦσαν Ἀλεξάνδρου, καὶ ὁ μὲν Περδίκκας συνδιώκει Ἀριδαίῳ τῶ βασιλεύοντι μετ' Ἀλέξανδρον, ἀσθενεῖ ὄντι, τὴν βασιλείαν, ὁ δὲ Πτολεμαῖος ἦρχεν Αἰγύπτου, καὶ Σέλευκος τῶν περὶ Βαβυλῶνα τόπων, ὡς ἱστορεῖ Δέξιππος.

2.

Exc. Vatican. De sentent. (cod. p. 81. 82. 101. 102) p. 319-323 ed. Mai., p. 29-24 ed. Niebuhr. in Corp. Scr. Byz. tom. I : \*\*\* τὸ αὐχμημα,

inquam, et Alexandri filium, qui exspectabatur de Roxane, quæ prægnans relicta fuerat, itemque ad Perdiccam et socios, qui Macedonum decreto pro dictis regibus imperium procurabant. Narrat deinceps, ut Alexandri regnum sit divisum. Asiæ quidem hoc modo : Ptolemæo Lagi filio totius Ægypti et Libyæ et omnis ultra hanc regionis Ægypto adjacentis imperium datum : Cleomenes vero, ab Alexandro rege huic satrapie impositus, vicariam Ptolemæo præstare operam jussus est. Laomedon Mytilenæus Syriam tenuit ; Pithon vero Mediam ; Eumenes Cappadociam et Paphlagoniam gentesque ad Pontum Euxinum sitas usque ad Trapezuntem. Antigonus Pamphylis et Cilicibus præfectus est usque ad Phrygiam ; Asandro Cares obvenērunt, Lydi Menandro. Leonatus Phrygiam Hellesponticam obtinuit. Atque ita quidem Asia distributa. In Europa vero Thracia et Chersonesus Lysimacho cessit ; Antipater præfuit universæ Macedoniae et Græciæ, Illyriis item et Triballis atque Agrianis, iisque omnibus, quibus in Epiro fuerat ab Alexandro adhuc superstite cum summa potestate imperator præpositus. Curatoris porro officium quæque ad regiam pertinebant tutelam, Cratero mandata, quod summum est apud Macedones dignitatis culmen. Perdicas Hephæstionis chiliarchiam tenuit. Indorum omnium præfecti Porus et Taxiles fuere. Ac Porus quidem quæ

Indum inter et Hydaspem fluvios jacent, Taxilo vero reliqua sunt attributa. Pithon quidam horum finitimis imperavit, exceptis Paropamisadis. Qui vero Indis contermini sunt sub Caucasii montibus incolentes, Oxyartæ Bactriano, Roxanes patri, obtigerunt. Hac Roxane filius natus est, post Alexandri patris obitum, quem æque parentis nomine Alexandrum Macedones appellarunt. Arachosiis et Gedrosiis Sibyrtius præfuit. Stasanor Solensis apud Arios et Drangos regnavit. Philippus Sogdianis imperavit, ut Radaphernes (*Phrataphernes*) Hyrcaniæ, et Neoptolemus (*Tleptolemus*) Carmanie. Persæ Peucestæ paruerunt ; Sogdianorum regnum Oropius tenuerat, non a patre relictum, sed ab Alexandro acceptum ; qui postquam in eam calamitatem incidit, ut perduellionis reus regno exuendus esset, tum ille (*Philippus*) imperium Sogdianorum obtinuit. Babyloniorum vero ejusque regionis, quæ media Tigrim inter et Euphratem fluvios sita est, ita distributum imperium, ut illis quidem Seleucus, Mesopotamiæ vero Archelaus imperaret. Hic itaque gentium eorumque præfectorum recensio, ubi Perdicas post Alexandri excessum regna distribuit. Reliqua quoque, sicuti hæc, fuse persequitur Dexippus, in plerisque cum Arriano consentiens.

2.

\*\*\* quam nacta est gloriam non diminuens, sed præter-

ὅ κέκτηται μὴ καταλύσασα, πρὸς δὲ τῷδε καὶ ἄρχειν ἐτέρων δικαιοῦσα, καὶ γινώσκουσα ὡς πολυπραγμοσύνη μὲν βεβαιούται ἀρχὴ πᾶσα, ἀπραγμοσύνη δὲ φθείρεται· ἔλοιτό τε ἂν οὐδαμῶς τις, ἀνδρὶ εἰκῶς προτιμᾶσθαι ἐτέρων ἀξιοῦντι καὶ μεῖζον ἐς τὸ κοινὸν φρονεῖν, καταλύειν εἰς ἑαυτὸν τὴν κοινὴν εὐκλειαν, εἰ μὴ τῷ συμβάντι ἐξωσθῆ (Nieb., ἐξισώσθη cod.). Μηδὲ τὸν μὲν ἀντίπαλον δόξαι ἐπιθεραπεύειν (δόξαιτε θερ. ? Nieb.), παρορᾶν δὲ τό τε ἡμέτερον (ὕμ. ? N.) φρόνημα καὶ τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ ὑπουργίαν, ἣν χρῆ πεύσαντες (ἢ χρῆ πιστεύσαντας ? Bekk.) δι' αὐτῶν νοήσασθαι· περιέσται γὰρ ὑμῖν τὸ τῆς δαιμονίας σπουδῆς μὴ ἀναξίους φανῆναι, καὶ τὰ τε ἔτοιμα ἐς τὸ ὑπακούειν οἰκειώσασθαι, καὶ τὰ ἔτι μέλλοντα σὺν ἐκπλήξει τοῦ ἀδήλου προσάγεσθαι. Σωφροσύνη δὲ ἀνδρῶν τοῖς τε ἐκ τῆς τύχης προφαινομένοις εὖ χρῆσασθαι, καὶ ἅμα συνέσει ἐς τὰς πράξεις ἰόντας μὴ παριέναι τῶν κοινῶν τὸ ἐφεστηκός, μηδὲ μεταστάντων εἰς μεταμέλειαν ἤκειν τοῦ παροφθέντος. Ἄρετή ἡ μὲν πρωτίστη ἐν τῷ τὰ κράτιστα εὖ γινῶναι, δευτέρα δὲ ἡ ἐν ἔργοις. Ἀμφοῖν δὲ ὁ παρῶν καίρος δεῖται, καὶ τοῦ γε πράττειν ἐτοιμοτάτου, ὡς ἢ γε ἄνευ τοῦ προμηθοῦς σὺν τῷ ὀκνεῖν μέλλησις χρηστὸν μὲν οὐδὲν ἤνεγκε, τοὺς δὲ χρησαμένους πολλάκις ἐπ' οὐδενὶ μετρίῳ ἔσφηλε. Ταπειναὶ μὲν οὖν φύσεις οὐκ εὐπαράκλητοι ἐς σπουδὴν τῶν ἀρίστων, διότι παραδειγμάτων τε καλῶν ἀμοιροῦσιν ἰδίων τε καὶ πατέρων τῶν ἑαυτῶν, καὶ τῇ σφῶν μὲν ἀνανδρεία ῥαθυμοτέραις κέχρηται ταῖς ἐπιτηδεύσεσιν. Οἷς δὲ ἡ ἀρετὴ διὰ τε αὐτῶν καὶ προπατόρων ἐκτῆθη, φόβου ἀισχύνης μᾶλλον

ἢ ὀκνου ἐς τοὺς κινδύνους ἠττοῦνται, καὶ ἐθελοντεὶ τὸν τῶν καλῶν πόνον ὑφίστανται.

β'. Ὅτι φέρει ἀισχύνην ὁμοίως θράσει τε ἀλογίστω τῆς μὴ προσηκούσης εὐκλείας δρέγεσθαι, καὶ διαδοχὴν ἔργων ἀρίστων ἀνανδρία ἐν ἑαυτῷ καταλύσαι.

γ'. Ὅτι οὐ ταῦτὸν εὐβουλία καὶ ὀκνος· ὁ μὲν γὰρ σὺν τῷ περιδεεῖ διαμέλλει, ἡ δὲ τὰ κράτιστα ἐλομένη ὥρμησεν ἐς τὰ ἔργα.

δ'. Ὅτι τοῖς ἀνδρεία χρωμένοις ἐς τὰ ἔργα τὸ θεῖον συνέπεται.

ε'. Ὅτι ἰσχυρότατον στάσις ταραξάει εὐεξίαν καὶ εὐταξίαν φθεῖραι πόλεώς τε καὶ στρατοπέδων. — Ἐνθα δὲ καὶ ἄλλα τῶν ἀνελπίστων ἀνθρωποι κατεργάζονται· τόλμη γὰρ πρὸ δυνάμειος πιστεύσαντες ἐπὶ τοῖς πολέμοις — τῶν αἰεὶ μοχθούντων. — Ἀνέγκλητοι δὲ σύμμαχοι, κἂν ἐλάττους ᾖσιν, ἅμα προθυμῖα συμφορώτεροι ἢ πλήθει περιόντες, ὑποπτοὶ ὑπελείποντο.

ς'. Ὅτι τοὺς πραγμάτων μεγάλων προστασίαν ἐξ ἀρχῆς ἐλομένους οὐδὲ ἐθέλοντας ἔστι κινδύνων ἕξω καὶ πολέμων εἶναι· νομίζοντες γὰρ οἱ ἐν τῷ παρόντι ἰσχυρόντες τῶν ἀρετῇ διαφερόντων οὐκ ἀκινδύνους τὰς ἡσυχίας, σὺν τῷ περιδεεῖ τοῦ μήποτε ὑπ' αὐτῶν ἀχθῆναι (ἀρχθῆναι ? Bekk.), καὶ μὴ κινουμένοις ἐπέρχονται, βεβαιότατην σφίσις ἀσφάλειαν εἶναι νομίζοντες, εἰ κἂν ταῖς δοκούσαις ἀπραγμοσύναις τὰ ἰσχυρὰ προκαταλήψονται. Ἄριστον δὲ τὸ μέλλον δέος ἔστω (ἔσω ? B.) τοῦ παρόντος ἐν ἀσφαλεῖ θέσθαι, καὶ μὴ ἀναμείναντας προπαθεῖν κακῶς οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου ἀμύνεσθαι· βέλτιον γὰρ τὸ μὴ συμβησόμενον προελπίσαντας φυλάξασθαι,

ea aliis quoque imperare contendens, ac probe gnara intento in multa studio omne regnum stabiliri, desidia autem subverti. Neque quisquam qui se ceteris antestare ac dignitate in rep. fulgere velit, publicam gloriam sua culpa imminui æquo animo feret, nisi rerum necessitate cogitur. — Neque adversario videamini obsequi, vestram autem confidentiam abjicere, deque etiam auxilium spernere, quo fretos bono animo vos esse oportet. Quippe reliquum vobis erit, ut ne divina cura indigni videamini, atque ut omnes, qui ad obediendum parati sunt, vobis adjungatis; eos qui cunctantur incertorum casuum metu, concilietis. Est autem humanæ temperantiæ, bonis a fortuna oblati recte uti, simulque sapienter negotia tractando haud negligere futuram publicarum rerum sortem, neque, si res aliter ceciderint, rem omissam ægre ferre. Prima virtus est, quid optimum sit, recte dispicere; proxima in agendo versatur: utraque autem præsens tempus indiget, et præterea promptissimo opere. Nam agendi mora consilio destituta nihil utile efficiet; imo ii qui ita se gerunt, non mediocria detrimenta capere solent. Qui ergo humiliore loco nati sunt, haud facile ad studium rerum optimarum hortando impelluntur: carent enim illustribus exemplis, sive suis propriis sive parentum. Et hi quidem ob suam ignaviam socordius vitæ rationes instituunt; quibus vero et sua et majorum suorum virtus inest, ii in periculis timori magis turpitudinis, quam pigritiæ, obnoxii sunt, ultroque honestos labores excipiunt.

2. Æque turpe est stulta audacia incongruam gloriam appetere ac præclari operis exercitationem propria ignavia omittere.

3. Alia est matura deliberatio, alia segnitias: namque hæc cum timore restitit, illa ubi optime decrevit, ad opus incumbit.

4. Audentes manumque operi admoventes deus adjuvat.

5. Nihil validius seditione est ad bonum publicum perturbandum, atque ad civitatis castrorumque ordinem subvertendum. — Hinc alia quoque insperata homines faciunt. Audacia enim potius quam viribus confisi in bellis — hominum semper ærummosorum. Inculpati autem socii, etiamsi pauciores numero, tamen alacritate utiliores quam numero præstantes, ut suspecti deferebantur.

6. Qui semel magnarum rerum regimini præfuerunt, iis, ne si velint quidem, carere periculis bellisque licet. Etenim illi, qui præsentī potentia pollent, existimantes, intutam esse præclarorum virorum quietem, meluque perciti, ne summa rerum priventur, etiam ubi nullæ res novæ moventur, vigilant, atque ita firmissimam sibi securitatem fore existimant, si in pace quoque munitum, ut ita dicam, locum præoccupent. Optime autem facit, qui a futuro timore in præsentia cavet neque se patitur ante lædi, ne postea paribus viribus repugnare non possit. Præstat enim id etiam, quod futurum non est, præsentientem cavere, quam spe quietis ignaviam propriam fovere, præsentique

ἢ ἀπραγμοσύνης ἐλπίδι τὸ ἀνάνδρον \* αὐτὸν θεραπεύσαντας καὶ τὴν παροῦσαν ἀρχὴν ἀποθεμένους, ἐν τοῖς δεινοῖς ἀσθενεῖα ἐνδοῦναι. Προφυλακὴ δὲ τοῦ μέλλοντος ἀδειαν κτᾶται.

ζ'. Ὅτι ἐν τοῖς πολέμοις μάλιστα αἱ τῆς τύχης πλεονεξίαι ἄλλοτε ἐπ' ἄλλους ὄρμην ἔχουσι, κατὰ τὸ ἀεὶ συμβαῖνον περιήκουσαι. Κάλλιόν τε ὑμῖν ὑπὲρ τοῦ ποιῆσαι μᾶλλον ἢ παθεῖν αἰρεῖσθαι τὸ ἀγώνισμα. Καλοῖς δὲ ἔργοις ἀεὶ συνέπεται καλὸς ἔπαινος, ὡς τὰ γε ἐναντία φήμην ἀναξίαν ὑμῶν ἔχει τῆς εὐκλείας. Ταῦτα τοῦ Ὑπερίδου.

[Suidas v. Ἐπιμᾶλλον : Δέξιππος· « Τῶν δὲ τινῶν τοῖς Ὑπερίδου λόγοις ἐπιμᾶλλον ἀχθέντων. » ]

η'. Ὅτι [οὐ] χρὴ ταῖς ἡδίσταις ἀκροάσεσιν ἀγομέ-  
νους συνεῖναι ταῖς δυσχερεῖαις ἐπὶ τῶν πράξεων, ἀλλ' ἕως περ ἔστι τις ἀδεια, βουλῇ χρωμένους τὸ βέλτιον αἰρεῖσθαι, μηδὲ σφαλέντας μεταμέλειαν ἔχειν τοῦ γνωσθέντος. Ἀμαθία γὰρ οὐκ ἐπαινεῖται, διότι καὶ σφάλ-  
λεται· εὐβουλία τε ἄριστον, ἐπειδὴ ζύνεσις ἔστι τοῦ μέλλοντος· τό τε γὰρ συμφέρον λογισμῶ ἐπέγνω, καὶ τὸ ἐναντίον προμαθοῦσα ἐφυλάξατο. Αἱ δὲ ὀξεῖαι καὶ ἀπερίσκεπτοι ἐγχειρήσεις ταχείας καὶ τὰς μεταμελείας ἤνεγκαν. Ἡ τε τῶν λόγων ἰσχὺς, ἐλπίδων μὲν καὶ ἐπιθυμιῶν νικηθεῖσα, ἐς μὲν τὴν παραυτίκα πειθῶ εὖ συγκεῖσθαι. ἔδοξεν, ἔργῳ δὲ οὐ συνήνεγκεν. Ὅρεγεται δὲ εἰρήνη μὲν τοῦ εὖ γινῶναι, πόλεμος δὲ μάλιστα· καὶ τὴν τύχην μὲν τοῦ προσήκοντος, ἐλάχιστα ἢ οὐδὲν ἂν σφάλ-  
λοιτο, δισμαρτῶν δὲ πλείστῳ καὶ παντὶ χρῶντ' ἂν τῷ ἐναντίῳ. Παραίνῳ δὲ τοῖς...

θ'. Ἐλπίσαμεν.. μη.. ἐπὶ μεγάλαις... εἰσαῦθις φι-  
λίας διδόντες.

ι'. Ὅτι ἐν τοῖς.. πολέμοις τὸ μὲν χρηστὸν ἐτέρων, τὸ δὲ δυσχερὲς ἴδιον [τῶν] διακινδυνεο [όντων] γίνε-  
ται. Ἄμεινον δὲ.. ὑπερφρονήσαντας ἐκδέξασθαι.. πεῖ-  
ραν. Εἰ δὲ τις θράσει ἀλογίστῳ.. [ί]εναι πρὸς πόλεμον ἡγεῖται, εἰ τὴν Ἀλεξάνδρου [συμ]φορὰν... σκεψάσθω τὸ.. πεῖραν φοβερὸν.. καὶ τὴν.. παρασκευάζει.. δοκεῖ καὶ ὁ ἐπι.. το διαφερόντως.. κινδύνους εὐτολμος.. τι προμηθὲς μαλακίαν ἡγοῦντο... τὸ δὲ.. ὄντος καὶ ἡ δόξα.. πρὸς μὴ βουλόμενον ἐκ.. καὶ τὸν τοῦ ἐπικινδυν.. καὶ

ἐκ τοῦ δὲ.. διότι οὗτος.. ῥώμη καὶ παρασκευῇ [ὑπὲρ] τῆς αὐτῶν ἐλευθερώσεως μείζονα ἀνθρωπίνης ἐλπίδος ἐννοήσαντες πράξαι ἐπεχείρησαν. Ἀρετῇ γὰρ καὶ παρασκευῇ τῆς Μακεδόνων δυνάμειος ἀναμφιλόγως πάντας ἀνθρώπους ὑπερβαλλούσης, οἱ δὲ, καίπερ ἀρρωστία τῇ οἰκείᾳ οὐδὲ τῶν πολεμίων τοῖς προσοίκοις ἀξιόμαχοι νομιζόμενοι, προθυμίᾳ τῇ σφετέρᾳ καὶ πόθῳ τῆς παλαιᾶς εὐπραξίας ἐς τὸ ἂν τοῖς [ἀντιστή-  
ναι? N.] Μακεδόσι κατὰ παρασκευὴν ὠρμήθησαν.. χρὴ δὲ.. μὲν προπαθόντας καὶ ὡς ἀπὸ τῆς ὁμοίου ἀ.. τοῖς.. νήσας καὶ δωρεὰς εἰκουσίας ἀντιδιδόναι καὶ ὑπο.. αὔθις ζήλω τῶν προσγενομένων ἐφεδρεῦειν ἐν τῷ εὖ ποιεῖν.

ια'. Ὅτι πιστοῦται εὐνοια συμμάχων, μάλιστα δὲ τοὺς προὑπάρξαντας χάριτος, ἧς κα.. τοὺς τὴν μετου-  
σίαν ἤξειν.. τῶν ὁμοίων ἐπὶ τὰς εὐεργεσίας τρέπονται· χρεῶσται.. τοῖς ἐπαγγελθεῖσι παρ' ἡμῶν ἤδη τιθέμε-  
νοι.. μὴ συναινεῖν· καὶ πρεσβευομένοις παρὰ τοὺς βασι-  
λεῖς σπουδῇ πάσῃ συν.. ἡμῶν καὶ τῶν.. ελλει.. τὰ δὲ πλήθῃ ὡς τῶν τοῦτον.. πρέσβειων βουλομένοις τὴν εὐθύς ἡκίστους ὄντες.. ἐφ' ἑαυτὸν..

ιβ'. Ὅτι οἱ δεῖ.. συγχωρήσεως οὐ δεῖται.. σφετερω-  
θέντες εἰ δοξάζετε.. τὸ αὐτὸ πείραν.. ἐτοιμῶς.. σοὶ δὲ γνώριμον.. δὲ ἐπιτάττομεν.. ὡς αὐτῶν πραγμάτων συμφορ.. κάλλιστα.. καιροῦ τυχοῦσιν καὶ εἰ.. σὺν μὲν τῷ.. τούτου βλαβεράς.. ἐπ' ἀμφοτέροις καὶ σὺν τῷ δι-  
καίῳ καὶ ἅμα συμφέροντι.. ἀσφάλειαν βεβαίως ὄντες· πολέμου δὲ παρασκευῇ φυλακὴ εἰρήνης βεβαιοτάτη· τὰ γὰρ.. μέχρι τούτου οὐκ ἂν.. δὲν πράξουν.

ιγ'. Ὅτι.. οἱ κρατήσαντες ἠττηθῆναι...

Quæ leguntur § 1-7 petita sunt ex oratione Hyperidis, qua Athenienses, post nuntiatam mortem Alexandri, ad bellum contra Macedones suscipiendum excitavit. Quæ sequuntur § 8 ex Phocionis, ni fallor, oratione, qua dissuadebat bellum, deprompta sunt.

potentia ommissa, quum mala deinde ingruerint, infirmitate laborare. Etenim futuri cautio securitatem parit.

7. In bellis præpotentia fortunæ modo huc modo illuc transgreditur, pro præsentem semper eventu vices alternans. Celeroquin honorificentius vobis erit, si ob faciendum, quam si ob patiendum aliquid, certamen susceperitis. Jam egregia facinora semper subsequitur clara laus, contraria autem facta indignam pariunt claritate vestri nominis existimationem. *Hæc sunt Hyperidis.*

[Dexippus ait : « Quum autem nonnulli Hyperidis verbis magis offenderentur. » ]

8. Hand decet orationum suavitate seductam in rebus exsequendis difficultate laborare; sed donec aliqua tranquillitas est, deliberato consilio oportet meliora eligere, ne postea detrimentum passi rem præcognitam vana pœnitentia

requiramus. Inscitia illaudabilis est, quia errore prolabitur : prudentia est optima, quia futuri præscia est, et quid sit utile, ratiocinando cognoscit, contrarium autem prævisum vitat. Subitanea atque inconsiderata incepta celerem pœnitentiam provocant. Eloquentiæ vis, si spei alicui vel cupiditati sit obnoxia, e vestigio quidem persuadere videtur, re vero ipsa non prodest. Pax bono consilio eget, multo vero magis bellum : in quo si quis verum providerit, rarissime aut nunquam offendit : qui secus facit, contraria plerumque sorte utitur. Hortor autem. . . .

## ΧΡΟΝΙΚΑ.

Eunapius ( qui Dexippum continuavit ) in Exc. De sent. p. 56 ed. Niebuhr. : Δεξίππῳ τῷ Ἀθηναίῳ κατὰ τοὺς Ἀθήνησιν ἄρχοντας, ἀφ' οὗ παρὰ Ἀθηναίους ἄρχοντες, ἱστορία συγγέγραπται, προσαριθμουμένων τῶν Ῥωμαϊκῶν ὑπάτων καὶ πρό γε αὐτῶν ὑπάτων καὶ ἀρχόντων ἀρχαμένης τῆς γραφῆς. Τὸ δὲ ἐν κεφάλαιον τῆς ἱστορίας τὰ μὲν ἀνωτέρω καὶ ὅσα τὸ ποιητικὸν νέμεται γένος, ἐφεῖναι καὶ ἐπιτρέψαι τῷ πιθανῷ καὶ μᾶλλον ἀναπεῖθοντι τὸν ἐντυγχάνοντα, τὰ δὲ προϊόντα καὶ ἐπὶ πλέον μαρτυρούμενα συνενεγκεῖν καὶ κατακλεῖσαι πρὸς ἱστορικὴν ἀκρίβειαν καὶ κρίσιν ἀληθεστέραν. Βιάζεται γοῦν καὶ συναριθμεῖται τὸν χρόνον εἰς τε τὰς Ὀλυμπιάδας περιγράφων καὶ τοὺς ἐντὸς ἐκάστης Ὀλυμπιάδος ἄρχοντας. Πρόθυρα δὲ κάλλους ἀνάμεστα προθεῖς τῆς συγγραφῆς, καὶ προϊὼν τὰ τε ἔνδον ἐπιδείξας σεμνότερα, τὸ μὲν μυθῶδες καὶ λίαν ἀρχαῖον ἀφαιρεῖ, καὶ ἀφήσιν ὥσπερ φάρμακον παλαιὸν καὶ ἀδόκιμον εἰς τοὺς συντεθεικότας· Αἰγυπτίους δὲ χρόνους ἀναλεγόμενος καὶ συνωθούμενος ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ τελώτερα ( παλαιότερα *conj.* Bekk. ) τῶν παρ' ἐκάστοις ἀρχῶν, τοὺς ἡγεμόνας καὶ πατέρας τῆς ἱστορίας ἐκτίθησιν, ἐνδηλὸς ὢν καὶ σχεδόν τι μαρτυρούμενος, ὅτι τῶν ἀπιστουμένων ἕκαστον ἕτερος προλαβὼν εἴρηκεν. Καὶ περιφέρει γε τὴν ἱστορίαν ἐκ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν τῶν ταῦτα εἰρηκότων ὥσπερ ῥωπόν τι καὶ ποικίλον καὶ χρήσιμον εἰς ἐν μυροπώλιον τὴν ἰδίαν ἐξήγησιν κατακεκλεισμένην καὶ συνηγμένην. Πάντα δὲ, ὅσα πρὸς τε τὸ κοινὸν ἀπάντων ἀνθρώπων ἀξιόλογα καὶ κατ' ἀνδρα

δι' ἀρετὴν περιττοῦ τινος ὀνόματος τετυχηκότα, λάβρως ἐπιδραμὼν καὶ διαθέμενος τῷ λόγῳ, τελευτῶν εἰς Κλαύδιον καταλύει τὴν συγγραφὴν, καὶ Κλαυδίου τῆς βασιλείας ἔτος τὸ πρῶτον, ἐς δὲ καὶ τῆς βασιλείας ἤρχετο καὶ ἐτελεύτα, ἐνιαυτὸν ἄρχας Ῥωμαίους ἕνα· οἱ δὲ καὶ ἕτερον αὐτῷ χαρίζονται. Εἶτα Ὀλυμπιάδας καταλογίζεται τόσας καὶ τόσας καὶ ὑπάτους καὶ ἄρχοντας ἐπὶ ταύταις, τὴν χιλιάδα τῶν ἐτῶν ὑποβαλὼν, ὥσπερ ἀγωνιῶν, εἰ μὴ πολλῶν λίαν ἐτῶν ἀποδοίῃ λόγον τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

Ἐγὼ δὲ ὁ τοῦτο τὸ ἔργον εἰς νοῦν βαλόμενος, ὑπ' αὐτοῦ Δεξίππου ταῦτα ἔχων ἐκδιδάσκεισθαι καὶ συλλαμβάνειν, ὅσος καὶ ἡλικὸς ὁ κίνδυνος κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον ἱστορίαν γράφειν, καὶ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ὁμολογεῖν, ὅτι ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀληθῆ κατὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ τῷ μὲν οὕτως, τῷ δὲ ἐτέρως ἔδοξε, καὶ περιφανῶς ἑαυτοῦ κατηγορεῖν, ὥσπερ ἐκεῖνος, ὅτι χρονικὴν ἱστορίαν γράφων πλανωμένην τινὰ καὶ μεστήν τῶν ἀντιλεγόντων ὥσπερ ἀπρόεδρον ἐκκλησίαν ἐκτίθησιν τὴν γραφὴν, ὁξέως δὲ καὶ τῆς Βοιωτίας ἀκούων παροιμίας, ὅτι οὕτως αὐλεῖν οὐ πρέπει, κάκεῖνα προσελογιζόμενην, ὅτι τέλος ἱστορίας καὶ σκοπὸς ἄριστος τὰ πραχθέντα ὅτι μάλιστα δίχα τινὸς πάθους εἰς τὸ ἀληθὲς ἀναφέροντα γράφειν, οἱ δὲ ἀκριβεῖς λογισμοὶ τῶν χρόνων, ὥσπερ ἀκλήτοι μάρτυρες αὐτομάτως ἐπεισιόντες, εἰς ταῦτα ὠφελοῦσιν οὐδέν. *Pluribus in hanc sententiam disputatis, mox iterum Dexippi mentio fit in hisce* : Κωλύει μὲν γὰρ ἴσως οὐδέν καὶ περιττόν τι μαθεῖν, ἄλλως τε καὶ, ὡς φησιν αὐτὸς Δεξίππος, τῶν

## CHRONICA.

§ 5. not. 1. εὐθύς] Syncellus in fragm. 3 habet: ἐπαρθεὶς δ' ἐπὶ τῇ νίκῃ καὶ αὐτὸς (Σέλευκος) ἀναίρεται πρὸς Πτολεμαίου. Similiter Memnon apud Photium cod. 224: Σέλευκος δὲ τοῖς κατὰ Λυσιμάχου ἐπαρθεὶς εἰς τὴν Μακεδονίαν διαβαίνειν ὄρητο « Malle tamen apud Syncellum εὐθύς δὲ ἐπὶ ex Porphyrio. » Clinton. II, p. 237 not. Inter Seleuci et Ptolemæi cædem septem admodum menses intercedunt, teste Justino XVII, 2. Seleucus vero periit Ol. 124, 4, mense Januario, regni anno tricesimo secundo (v. Clinton. II, p. 238 sq.). Septem ejus menses apud Porphyrium comprehenduntur in anno uno quinque mensibus, qui Ptolemæo Cerauno ascribuntur, pertinentque a mense Junio 281 usque ad initium Januarii an. 280; Ptolemæi sunt reliqui menses decem qui currunt usque ad finem mens. Octobris anni ejusdem. Tempus quod ad solum Ptolemæum pertinet, ex Clintoni sententia indicari voluit auctor in Eusebio Scaligeri, ubi hæc: Μακεδόνων ἐβασίλευσε Πτολεμαῖος ὁ καὶ Κεραυνὸς μῆνας θ', μεθ' ὃν ἐβασίλευσε Μελέαργος μῆνας γ'. Idem Clintonus laudat Eusebium Pontaci in quo unius annus ascribitur Ptolemæo. Sed nihil histriandum, præsertim quum nulla ibi fiat Seleuci mentio. In utraque editione truncatos habes numeros. Legebatur olim ἔτος α', μῆνας θ', uti apud Samuelem Aniensis; quod ipsum, uti supra monuimus, corruptum est ex ἔτος α', μῆνας ε'.

§ 6. not. 1. De seqq. pauca Syncellus habet in fragm. 3. Iterum hæc exponit in Canone suo p. 270, ubi sæpius ad verbum Eusebium nostrum exprimit. Totum locum adscribo: Τὴν Μακεδονίαν ἀρχὴν Μελέαργος παραλαμβάνει μετὰ τὴν ἀναίρεσιν Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὃν εὐθύς ἐκβάλλουσι Μακεδόνες μετὰ μῆνας δύο, ὡς ἀνάξιον φανέντα, καὶ ἀντ' αὐτοῦ βασιλεύουσιν (sic pro βασιλέα ποιοῦσι) Ἀντίπατρον ἀδελφιδοῦν μὲν Κασάνδρου, υἱὸν δὲ Φιλίππου, δι' ἀπορίαν γένους βασιλικοῦ. Ὅν μετὰ πέντε (supple: καὶ τεσσαράκοντα) ἡμέρας Σωσθένης δημοτικὸς ἐξήλασεν ὡς ἀδυνατοῦντα στρατηγεῖν, Βρέννου (1. Βρέννου) τοῦ Γαλάτου ἐπιόντος, αὐτοῖς, ὃν Σωσθένης ἐκδιώξας κρατεῖ καὶ αὐτὸς ἔτη δύο τῶν Μακεδόνων. Τοῦτου θανάτου ἀναρχία γέγονε. Τῶν δὲ πραγμάτων προϊστάντο οἱ ἐξ Ἀντιπάτρου καὶ Πτολεμαίου καὶ Ἀριδαίου (deb.: οἱ περὶ Ἀντίπατρον κτλ.). Τοῦ δὲ Ἀντιπάτρου ζῶντος (?) καὶ τοῖς πράγμασιν ἐπιβουλεύοντος Ἀντίγονος, υἱὸς Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ καὶ Κεφίλλας (1. Φίλλας) τῆς θυγατρὸς Ἀντιπάτρου, μεταποιεῖται τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς ἔτη μδ', ὃς ἐν Γόνασι (1. Γόναις) τραφεὶς τῆς Θεσσαλίας Γονατᾶς ἐπεκλήθη. Ἦν δὲ καὶ πρὸ τοῦ βασιλεύσαι Μακεδόνων ἔτη δώδεκα (sic Sync. etiam supra; leg. ex Euseb. δέκα) βασιλεύσας. Οὗτος τῆς πάσης Ἑλλάδος ἐγκρατῶς ἐκυρίευσεν ζήσας ἔτη πγ'. — 2. υἱὸν δὲ Φιλίππου] De hoc Philippo (pro quo infra Lysimachus nominatur), Casandri fratre, aliunde non constat, quantum equidem sciam.

§ 7. not. 1. τοὺς περὶ Ἀντίπατρον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Ἀριδαῖον] De his fere nihil compertum habemus, nisi quod Polyænus IV, 6, 17 memorat pugnam Antipatri cum Antigono Gonata commissam. Antipater ille idem est, qui ante Sosthenem per dies aliquot regnaverat. Apud Syncellum (fr. 3) recensentur: Μελέαργος... Ἀντίπατρος... μεθ' οὗς Σωσθένης ἔτι δὲ Πτολεμαῖος πρὸς δὲ τούτοις Ἀλέξανδρος καὶ Πύρρος ὁ Ἠπειρώτης οἱ πάντες ἔτη τρία κατὰ Διόδωρον. At Pyrrhus cum Alexandro filio inde a vere anni 280 in Italia erat. Aut igitur auctori obversabantur ea quæ post reditum ex Italia Pyrrhus contra Antigonom Gonatam gessit, aut Pyrrhi mentio ad illud tempus pertinet, quo Ptolemæus Ceraunus regno politus est. Nam tunc quoque Pyrrhum armis Macedonicum imperium recuperare studuisse colligitur ex Trogi Prolog. lib. XVII: Ptolemæus cognomine Ceraunus, creatus ab exercitu rex, Macedoniam occupavit; bella cum Antiocho et Pyrrho composuit, datus Pyrrho auxiliis, quibus iret contra Romanos. — 2. τοῦ λοιποῦ χρόνου εἰς

Ἀντιπάτρου δὲ ἡμέρας μὲν, Σωσθένους δὲ ἔτη β', καὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου εἰς ἀναρχίαν λογισθέντος (2).

8. Τοῦ δ' Ἀντιπάτρου τοῖς πράγμασιν ἐπιβουλεύοντος, Ἀντίγονος, δὲ Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ καὶ Φίλας τῆς Ἀντιπάτρου θυγατρὸς υἱὸς, μεταποιεῖται τῆς ἀρχῆς, ὃς ἐν Γόνοις τῆς Θεσσαλίας γενόμενός τε καὶ τραφεὶς Γονατᾶς ἐπεκαλεῖτο (1). Λογίζεται δὲ αὐτῶν τὰ πάντα ἔτη τῆς βασιλείας τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα. Ἦν γὰρ βασιλεὺς καὶ πρὶν τῆς Μακεδονίας κρατῆσαι, ὄλοις ἔτεσι δέκα πρότερον. Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν Ἑλλάδα ἐγκρατῶς χειρωσάμενος. Καὶ βιοῖ μὲν τὰ πάντα ἔτη τρία καὶ ὀγδοήκοντα, τελευτᾷ δὲ τῆς ρε' Ὀλυμπιάδος ἔτει πρώτῳ (2).

*ginta diebus, Sosthenem duobus annis, reliquum vero tempus interregno esse occupatum.*

8. *Quum autem Antipater reipublicæ insidias moliretur, Antigonus natus e Demetrio Obsessore Philaque Antipatri filia, imperii cepit habenas. Huic, Gonis Thessalis educato, ideoque Gonatæ dicto, adscribuntur regni anni omnino tres [quattuor Aucher.] supra quadraginta. Is enim Macedonia nondum sibi adserta, decimo jam anno regnabat, rex nimirum appellatus anno altero Olympiadis 123 : tum Macedoniam primo anno Olympiadis 126 [obtinet]. Hic est qui Helladem valida manu sibi subdidit. Idem vitam prorsus ad tertium supra octogesimum annum produxit, exstinctusque est Olympiadis 135 anno primo.*

ἀναρχίαν λογισθέντος.] Anarchiæ tempus sec. summarium Euseb. Arm. est annorum duorum. Igitur a Ptolemæo Cerauno usque ad finem anarchiæ numerantur an. 5, mens. 8½, qui pertinent a mens. Junio anni 281 usque ad Jan. an. 275, sive ab Olymp. 124, 3 mense undecimo usque ad Ol. 136, 1 mensem septimum (Januar.), quo regnum suscipit Antigonus Gonatas. Hæc igitur bene inter se concinunt. Verum si a Perseo retro numeros supputaveris, initium Gonatæ cadit in Januar. an. 276. Idque rectius habere omnia clamant. Igitur unus annus abundat. Quodsi Porphyrium corrigere licet (nam ipse Porphyr. erravit, non vero excerptor, ut ex not. seq. colligitur), Sostheni pro duobus annis nonnisi unus assignandus esse videtur Clintono et Droysenio, uti fit in Regg. Thess. Sin Sostheni annos duos tribui malis, interregnum anni unius fuisse statuendum foret. Idque eo commendatur, quod in summario græco notatur ἀναρχίας ἔτος α' μῆνας β'. Fuisse puto : ἔτος α' ἢ β' (sicuti vice versa in fragm. 3 aperto errore legebatur ἔτη ι' ἢ θ' pro ἔτη ι' μῆνας θ'). Noli duobus illis mensibus patrocinari allato Thess. Regg. laterculo, in quo anarchiæ sunt anni 2 mensesque 2. Illi, sicuti menses duo qui Antigoni annis 34 ibidem adduntur, minime sunt documentum ἀκριβείας chronologicæ. Nam quum in superioribus regnis menses nonnullos omissos esse, nihilominus vero summam annorum totius laterculi bene habere viderimus, ommissa illa alicubi supplenda erant, suppleta vero hoc sunt loco. In Canone Eusebii et apud Samuellem auctoremque Exc. Barb. tempus anarchiæ annis Antigoni Gonatæ comprehenditur, cui pro 34 annis Porphyrii tribuuntur anni 36, unde liquet duos subesse anarchiæ annos, quos Eusebius plane uti Eusebianus Porphyrii textus tribuit annis 125, 3 et 125, 4. Contra in Exc. Barb. quum nonnisi 35 anni Gonatæ tribuantur, anarchiæ annus unus proditur. Non debebat Droysenius l. l. Eusebii Canoni fidere eoque duce Antigoni Gonatæ initium ad Ol. 125, 3 referre. Denique addo Diodorum ap. Sync. inde a Meleagri regno usque ad finem anarchiæ nonnisi tres annos, rotundius, puto, numerasse. Sec. Porphyrium emend. sunt 3 anni, 3 menses.

§ 8. 1. ὃς... Γονατᾶς (Γονάτας cod.) ἐπεκαλεῖτο] « Sed eam explicationem e ratione temporum redarguit Niebuhr. (Kl. Schrift. I, p. 227), patrem Antigoni ostendens, quando filium genuit, nondum Thessaliam neque adisse neque in potestate habuisse. Quare γονατᾶς ipse habet pro voc. Macedonico confertque novi græcismi vocem γονατᾶς, quæ laminam ferream significat circa genu positam. Sed ab eo vocabulo quum non videatur formari potuisse γονατᾶς, ita ut significet ejusmodi genuali cinctum, dicere malim Antigonom a vitio genuum, sicut Antiochum Grypum a naso, cognomen adeptum. Ceterum in eadem qua Porphyrius sententia versatus est Stephanus Byz., quum gentile urbis Thessalicæ formari etiam Γονατᾶς scripsit : Τὸ ἔθνικόν καὶ Γονατᾶς, ὃ καὶ παράλογον διὰ τὸν τόνον, non aliud ejus, satis scio, exemplum in promptu habens præter cognomen Antigoni, cujus ipse quem miratur accentus cavillandi vocabulum prodere ei debebat. Vera enim prosodia est non γονατᾶς, neque, ut est ap. Eus. l. l., γονάτας, et ap. Steph. B. v. Ἀντιγόνηα, Γονάκου, sed Γονατᾶς. » L. DINDORF. in Steph. Thes. II, p. 709, A. — 2. In notandis Antiochi Gonatæ et Antiochi Drosonis temporibus mira est apud Eus. calculorum confusio. Nimirum annos sexaginta sex, quibus regnarunt Ant. Gonatas, Demetrius II et Antigonus Droson, ita distribuit ut Gonatas regnasse dicatur annis 34, Demetrius an. 10, Ant. Droson an. 12; Olympiades autem ita notavit, ut Antigono Gonatæ dentur anni 37; Demetrio et Ant. Drosoni anni 19, id est Demetrio anni 10, Drosoni anni 9. Vera ratio est ea, quæ Olympiadum annis indicatur, altera falsa est. Primus error latet in temporibus Antigoni Gonatæ, cujus regnum decurtavit annis tribus, quos deinde, ut summa annorum, quæ desiderabatur, erueretur, addidit regno Drosonis. Originem erroris paucis exponam. Scilicet Demetrius Macedonia ejectus (287 April.) et in Asiam transgressus in manus Seleuci venit hieme sequente, sive circa Januar. vel Februar. an. 286. Ol. 123, 2. Sic ex collatis inter se locis Plutarchi in Demetr. c. 48 et Pyrrho c. 12 recte tempus rei constituit Clinton. II, p. 234. Eundemque annum (123, 2) etiam Porphyrius notat in latin. Mortuus vero Demetrius est nondum expleto captivitatis anno tertio (Plutarch. Dem. 52). Nos ex more chronologorum plenos annos tres numeremus, mortemque assignemus initio an. 283. Patre libertate orbat, Antigonus in Græcia regnum administravit; titulum vero regium filium piissimum a morte demum patris assumpsisse consentaneum est. Igitur regnavit a captivitate Demetrii per annos 47, a morte ejus cum regis titulo per annos 44. Posteriorem numerum notat Medius ap. Lucian. Macrob. c. XI : Ἀντίγονος... μδ' Μακεδόνων (hoc minus accurate) ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ π'. Regnum Macedonia recuperavit decem annis post patris captivitatem (286), idque tenuit per ann. 37. Jam vero alii decennium istud, quod Macedonicam dominationem antecedit, computarunt a morte Demetrii (283) : quo commisso, anni Macedonici 37 reducti sunt ad an. 34. Deinde error errorem traxit. Nonnulli ab eodem anno 283 in calculis profecti sunt, ita tamen ut eum non pro anno fatali Demetrii, sed pro captivitatis anno primo haberent : undesequebatur, mortem Demetrii ab anno 283 descendere ad an. 280. Ita enim Porphyrius in Regg. Syr. § 2 Demetrium obiisse dicit Ol. 124, 4 ( $\frac{281}{280}$ ), annos natum 54. Eodem modo jam Plutarchi auctor computaverat, nec non Appianus in Syr. c. 54. Namque Plutarchus in Dem. c. 5 ait anno 312. Ol. 117, 1, Demetrium, ad Gazam proelio victum, natum fuisse annos 22 (sic etiam Appian.); vixisse eum annis 54 refert loco supra laudato.

9. Ὁν διαδέχεται υἱὸς Δημήτριος, ὃς καὶ πᾶσαν τὴν Λιβύην ἔλαβε, Κυρήνης τε ἐκράτησε, καὶ κατέσχευεν ἑτῶν δέκα (1). Γήμας δὲ τινὰ τῶν αἰχμαλώτων, καὶ Χρυσήδα προσειπὼν, Φίλιππον ἐξ αὐτῆς ἔσχε τὸν πρῶτον πολεμήσαντα Ῥωμαίοις καὶ κακῶν αἰτίων Μακεδόσι γενόμενον.

10. Φίλιππον μὲν οὖν ὀρφανευόμενον ἐπετρόπευεν Ἀντίγονος ἕτερος ἐκ τοῦ βασιλείου γένους, ᾧ Φοῦσκος ἐπώνυμον ἦν. Δίκαιον δὲ τὸν Φοῦσκον εἰς τὴν ἐπιτροπὴν ὀρῶντες οἱ Μακεδόνες ἐστήσαντο βασιλεύειν, καὶ τὴν Χρυσήδα (1) αὐτῷ ἤρμωσαν. Ὁ δὲ παίδων γενομένων ἐκ τῆς Χρυσήδος, οὐκ ἀνεθρέψατο, τὴν ἀρχὴν τῷ Φιλίππῳ περισώζων (παρασ. Scal.), ᾧ δὲ καὶ παρέδωκεν ἀποθνήσκων, ἐπιτροπεύσας μὲν ἐπ' ἔτη ιβ' (2), ζήσας δὲ πάντα ἔτη μβ'. Ἦν δὲ (3) τοῦ Δημητρίου υἱὸς, ὃν οἱ Μακεδόνες Καλὸν ἐπωνόμαζον. [Ὁ δὲ Φίλιππος]

9. *Huic successit filius Demetrius, qui Libyam universam subegit, Cyrenen item occupavit; hisque patrie ditioni additis, monarchice novam rationem fundavit, atque annis decem dominatus est, ducla uxore captiva quadam, cui nomen fecit Aureolae, de qua filium suscepit Philippum, illum scilicet qui primus cum Romanis bello certavit, et Macedonicæ calamitatis causa fuit.*

10. *Jam vero Philippi patre orbatu solertem tutelam gessit quidam ex regio genere, cognomine Phuscus, qui mox propter tutelam æquo jure administratam rex constitutus est, Aureola quoque collocata eidem in matrimonium. Is tamen filios, quos ex Aureola suscepit, haud aluit, ut imperium Philippo fraude procul adservaret, quod vita excedens in eum transtulit. Demetrius (Demetrii filius em. mgo) cognomento Pulcher, mortuus est anno altero Olympiadis 130 [132?]. Regnum deinde recidebat in Philippum, cujus curator et custos prædictus Antigonus erat, qui quidem Olympiadis 139 anno quarto diem supremum obiit, postquam annis duodecim curatorem egerat, et duobus vixerat cum quadraginta. Jam Philippus custode*

Igitur vixit Demetrius ab an.  $\frac{334}{333} - \frac{281}{280}$  : quod est falsissimum, uti vel ex natalibus Antigoni filii (319 a. C.) intelligis. Contra Diodorus XIX, 69, 1 (ex Hieronymo?) de Demetrio 22 annos nato loquitur in re quæ pertinet ad Ol. 116, 3. Itaque vitæ anni 54 recte se habeant, sed numerandi sunt ab an. 337—283 Jun. Denique quod Porphyrius in Regg. Syr. § 2 Demetrium captum esse dicit Ol. 123, 4.  $\frac{285}{284}$  (pro 123, 2), id falsum esse vel ex iis quæ præcedunt ap. Porphyr. colligitur. Idem etiam nostro loco, ubi recte dicit Antigonom regem appellatum esse Olymp. 123, 2 (287-286), indicat in eundem annum cadere captivitatem Demetrii. Nihilominus alter numerus, sc. Ol. 123, 4, non est librarii error, sed ipse Porphyrius eum in auctore aliquo invenisse debet, quum satis quadret cum altero, in Regg. Mac., ubi Antigonus Gon. regnum suscepisse dicitur 126, 1. 275 Jan. (pro 125, 4), sive *decem annis* post patris captivitatem. Videmus itaque in Regg. Mac. et Syr. tres misceri computos e diversis fontibus profectos : primus (ex quo Demetrius mortuus est Ol. 124, 1, et Antigonus nonnisi 34 annos regnat) tribus annis aberrat; alter (ex quo Demetrius captus est Ol. 123, 4, Antigonus regnum suscepit Ol. 126, 1) ad verum propius accedit, quamquam etiam ipse adulteratus est; de origine hujus computi dicemus in not. ad Regg. Syriæ; tertius denique sincerus computus est, ex quo Demetrius captus dicitur Ol. 123, 2, et initium Antigoni, si retro numeros Porphyrii supputaveris, incidit in Ol. 125, 4. Fieri potest ut Porphyrius diversos hos calculos notaverit quidem, non vero miscuerit. Diversorum enim auctorum sententias in medium prolatas esse colligas e fragm. 3, ubi Syncellus ait Antigonom Dosonem regnasse annis *duodecim*, secundum Diodorum vero annis *novem*. Quem utrumque calculum apud Eusebium ita confusum habes, ut regno Antigoni adscribantur quidem anni *duodecim*, Olympiades vero ita notentur, quasi *novem* tantum annis regnarit. Hoc igitur procul dubio excerptoris culpa factum est. — Restat ut de initio regni Antigoni Gonatæ apponam testimonium in Vita IV Arati p. 60 in Bioyr. Westerm. : Παρέλαβε τὴν ἀρχὴν περὶ τὴν ρκε' Ὀλυμπιάδα (i. e. inter 481 Jul. — 476 Jul.). Cf. Vit. I Arati p. 51 : Γέγονε δ' Ἀντίγονος κατὰ τὴν ρκε' Ὀλυμπιάδα. Quomodo fiat ut in Canone Eusebii 36 anni Antigono tribuantur, d'xi in antecedentibus.

§ 9 not. 1. ἐτῶν δέκα] Cf. Polyb. II, 44 : Δημητρίου βασιλεύσαντος δέκα μόνον ἔτη καὶ μεταλλάξαντος τὸν βίον περὶ τὴν πρώτην διάθασιν εἰς Ἰλλυρίδα Ῥωμαίων (an. 229. Postumio Albino, Cn. Fabio coss.). Quoad Eusebium dicit : ὃς καὶ πᾶσαν Λιβύην (i. e. omnem regionem quæ est inter Cyrenen et Ægyptum) ἔλαβε, Κυρήνης τε ἐκράτησε, idem sic habet Syncell. p. 271, B : Μακεδόνων γ' ἐβασίλευσε Δημήτριος υἱὸς Ἀντιγόνου ἔτη ι'. Οὗτος Λιβύης πάσης καὶ Κυρήνης ἐκράτησε, τὴν πατρῴαν τε ἀρχὴν ἀνεκτήσατο. His diversa plane confunduntur. Nam Demetrius, qui Cyrenen abiit, non est noster rex, sed D. ὁ Καλὸς, Demetrii Poliorcetæ et Ptolemaidis filius, frater Antigoni Gonatæ, et ex Olympiade Larissæa pater Antigoni Dosonis. Vide Regg. Thess. fr. 5. Justin. XXVI, 3; Niebuhr. l. I. p. 231. Droysen. l. I. p. 215. 293. sqq.

§ 10. not. 1. Χρυσήδα] Cf. Etym. M. : Δώσων' οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ εἰς τῶν Ἀντιγόνων, ὁ υἱὸς Δημητρίου, ὃς ἔγημε Χρυσήδα τὴν μητέρα Φιλίππου τοῦ ὑπὸ Ῥωμαίων γενομένου... εἴρηται δὲ διὰ τὸ φιλότιμον καὶ διὰ τὸ πολλὰ διδόναι καὶ χαρίζεσθαι. Cognomen Φοῦσκος probabiliter est Macedonica vox, quæ quid significet, nescio. — οὐκ ἀνεθρέψατο] non ita educavit, ut Philippo eos opponeret, quasi regnum sibi vindicaturus. Nescio an hoc sensu auctor dixerit : οὐκ ἀνεθρέψατο. — 2. ιβ'] Quomodo factum sit ut 12 anni pro *novem* Antigono tribuantur diximus supra. Laterculus Regg. Thess. h. l. recte habet annos *novem*; sed quod Porphyrius in Antigoni temporibus peccavit, idem auctor laterculi Regg. Thess. in Pyrrhi regno commisit. *Novem* annos etiam Diodorus ap. Sync. notavit (v. fr. 3). Antigonus post pugnam ad Sellasiam commissam citato itinere in Macedoniam reversus ibique cum Illyriis prælio congressus τῇ μὲν μάχῃ κατώρθωσε, τῇ δὲ παρακλήσει καὶ κραυγῇ... ἐκθύμως χρησάμενος, εἰς αἵματος ἀναγωγὴν ἐμπεσὼν μετ' οὐ πολὺ νόσῳ τὸν βίον μετήλλαξε, Polyb. II, 70. Cf. Plutarch. Cleom. c. 27. 30. Pugna ad Sellasiam pugnata est circa mensem Junium an. 221. Olymp. 139, 3 exeunte. V. Droysen. II, p. 549. Ex Porphyrii numeris retro supputatis Philippus regnum suscepit initio anni 220. Idemque initium ex Polybio et Livio computari docet Clinton. II, p. 243. — 3. ἦν δὲ] sic correx. Niebuhr. pro vulgata ὁ δὲ. Deinde inserui : ὁ δὲ Φίλιππος. Ceterum mentionem patris Antigoni non in fine, sed initio hujus segminis expectabas. Turbatum aliquid esse, et Demetrii Pulchri mentionem ex alio loco huc translata, ac primum nonnisi ad marginem adscriptam fuisse, inde colligis, quod alio modo hæc in græcis nostris, alio in latinis adornata sunt. Secundum latina in græcis post verba παρέδωκεν ἀποθνήσκων, pergendum fuisset hunc in modum : Ἦν δὲ τοῦ Δημητρίου υἱὸς, ὃν οἱ Μακεδόνες Καλὸν ἐπωνόμαζον, ὃς ἐτελεύτησε τῷ β' ἔτει τῆς ρλ' (ρλβ'?) Ὀλυμπιάδος. Ἦ δὲ βασιλεία εἰς Φίλιππον μετῆλθεν, οὐ ἐπίτροπος καὶ ἐπιμελητὴς δὲ προειρημένος Ἀντίγονος ἦν, ὃς τελευτᾷ ἔτει δ' τῆς ρλθ' Ὀλυμπιάδος, ἐπιτροπεύσας μὲν ἐπ' ἔτη θ', ζήσας δὲ πάντα

χωρίς τοῦ ἐπιτρόπου ἀπὸ τῆς ρμ' Ὀλυμπιάδος ἀρχεῖν ἤρξατο· καὶ ἐβασίλευσεν ἔτεσιν ὄλοις δύο καὶ μ'. τελευτᾷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς ρνθ' (1. ρν') Ὀλυμπιάδος, νη' τὰ ὅλα βιοὺς ἔτη.

11. Περσεὺς δὲ υἱὸς τοῦ Φιλίππου Δημήτριον τὸν ἀδελφὸν ταῖς πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ διαβολαῖς ἀποκτείναντας βασιλεύει ἔτεσι δέκα καὶ μηνσὶν ὀκτώ. Ἐπὶ γὰρ τῆς ρνθ' Ὀλυμπιάδος τοῦ τετάρτου ἔτους Λεύκιος Αἰμίλιος πρὸς (στρατηγὸς ἢ ὑπάτος?) τοὺς Μακεδόνας περὶ τὴν Πύδναν εἶλε κατὰ κράτος. Περσεὺς δὲ εἰς τὴν Σαμοθράκην ἔφυγεν. Ἐἴτα ἐκουσίως παρέδωκεν ἑαυτὸν δέσμιον τοῖς πολεμίοις, κακῆϊθεν εἰς Ἄλβην μετατεθείς καὶ τηρούμενος μετὰ πέντε ἔτη ἐτελεύτα.

12. Τὰ δὴ τῶν Μακεδόνων ἐπὶ τούτου κατελύθη. Καὶ αὐτοὺς Ῥωμαῖοι τότε μὲν αὐτονόμους ἀφῆκαν, αἰδούμενοι ὁρᾶν ἀγαθὴν καὶ μέγεθος ἀρχῆς τῆς Μακεδόνων.

13. Ἐτει δὲ ἔννεακαιδεκάτῳ, ἐπὶ τῆς ρνζ' Ὀλυμπιάδος, εἰς ἔτος τρίτον, Ἀνδρίσκος τις υἱὸν ἑαυτὸν ψευδόμενος εἶναι Περσέως, καὶ Φίλιππον ἑαυτὸν μετονομάσας, καθ' (καὶ cod. παρ' Scal.) ὁ καὶ Ψευδοφίλιππος ἐκαλεῖτο, κρατεῖ Μακεδονίας, Θρακίας λαβὼν συμμαχούς. Ἐνιαυτὸν δὲ κρατήσας, ἐκ παρατάξεως μὲν [ἠττηθείς] φεύγει εἰς τοὺς Θρακίας, ἔκδοτος δὲ παρ' ἐκείνων δοθεὶς ἀναπέμπεται δέσμιος εἰς τὴν Ῥώμην.

14. Ῥωμαῖοι δὲ Μακεδόνας ἀχαρίστους γενομένους, διὰ τὸ συλλαβέσθαι τῷ Ψευδοφιλίππῳ, ὑποφόρους ἐποίησαν, ἔτει τετάρτῳ τῆς ρνζ' Ὀλυμπιάδος. Γίνονται οὖν μετ' Ἀλέξανδρον τὸν μέγαν ἀπὸ τῆς ριδ' Ὀλυμπιάδος ἔτους δευτέρου, ἄχρι τῆς ρνζ' τετάρτου ἔτους, ἐν ᾧ κατεδουλώθησαν Μακεδόνες, τὰ πάντα ἔτη ροδ', ἔτους τῆς Μακεδονικῆς βασιλείας ροδ'.

15. α' Ἀριδαῖος ὁ καὶ Φίλιππος ἔτη ζ'.  
β' Κάσσανδρος ἔτη ιθ'.  
γ' Κασσάνδρου παῖδες ἔτη γ', μῆνας σ'.  
δ' Δημήτριος ὁ Πολιορκητῆς ἔτη σ'.  
ε' Πύρρος μῆνας σ' (1. ζ').  
ς' Λυσιμάχος ἔτη ε', μῆνας ε' (supra σ').  
ζ' Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς ἔτος α', μῆνας ε'.  
η' Μελέαγρος (ἔτος α', quod dele), μῆνας β'.  
θ' Ἀντίπατρος Λυσιμάχου (supra Φιλίππου) ἔτος α' (1. ὁ Ἐτησίης), ἡμέρας με'.  
ι' Σωσθένης ἔτη β'.  
ια' Ἀναρχίας ἔτος α' μῆνες β'. (aliter latin.)  
ιβ' Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς ἔτη λδ'.  
ιγ' Δημήτριος ὁ Καλὸς ἔτη ι'.  
ιδ' Ἀντίγονος ὁ Φοῦσκος ἔτη ιβ'.  
ιε' Φίλιππος ἔτη μβ'.  
ισ' Περσεὺς ἔτη ι', μῆνας η'.  
ιζ' Ἀὐτονομίας ἔτη ιθ'.  
ιη' Ψευδοφίλιππος ἔτος α'.

remoto regnum auspicatus est Olympiade 140, tenuitque annis quadraginta duobus. Obiit denique secundo anno Olympiadis 159 (1. 150), annos octo et quinquaginta natus.

11. Philippi filius Perseus, Demetrio fratre interfecto, annis decem cum mensibus octo regnavit. Namque centesimæ et quinquagesimæ secundæ Olympiadis quarto anno Lucius Æmilius Macedonicas vires ad Pydnam fregit (codex: Leucippus et Acilius Macedonum Pydnæ oras vi occupaverunt); Perseus autem primum in Samothraciam confugit, mox se hostibus sponte dedit, translatusque Albam sub custodia vitam agebat, donec post quinquennium decessit.

12. Macedonum res sub eo finem acceperunt: quamquam adhuc Romani liberis illis sui que juris esse permiserunt, honoris ergo dignitatisque propter famam eximiam gloriosi victoriosique imperii Macedonum.

13. Sed enim post decimum nonum annum, qui fuit centesimæ et quinquagesimæ septimæ Olympiadis tertius, Andriscus quidam lepide se Persei filium dictitavit, adscito etiam Philippi nomine, unde et Falsus Philippus vocatus est. Is ope Thracum fretus Macedoniae dominatum occupavit tenuitque anno uno, donec prælio superatus ad Thraces confugit, a quibus proditus, Romam vincitus traducitur.

14. Tunc demum Romani spreto Macedones, qui Philippo studuissent, stipendiarios eos fecerunt Olympiadis 157 anno quarto. Itaque post Alexandrum, regni quidem Macedonici, usque ad tempus quo id tributo subjectum est, atque ad Romanorum dominatum, ab Olympiadis 114 anno altero ad Olympiadis 157 annum quartum, numerantur omnino Olympiades quadraginta tres cum duobus annis; summa autem annorum est CLXXIV.

15. Reges vero Macedonum post Alexandrum Philippi fuerunt hi.

1. Aridæus idemque Philippus annis VII.
2. Cassander annis XIX.
3. Cassandri filii annis III, mensibusque VI.
4. Demetrius Obsessor annis VI.
5. Pyrrhus mensibus VII.
6. Lysimachus annis V, mensibusque V.
7. Ptolemæus Ceraunus anno I mensibusque V.
8. Meleager mensibus II.
9. Antipater Lysimachi (supra Philippi), diebus XLV.
10. Sosthenes annis II.
11. Interregni anni II.
12. Antigonus Gonatas annis XXXIV. (cod. XXXIII.)
13. Demetrius annis X.
14. Antigonus Physcus annis XII.
15. Philippus annis XLII.
16. Perseus annis X, mensibusque VIII.
17. Libertatis cum legibus propriis anni XIX.
18. Falsus Philippus anno I. Post quos Romani.

ἔτη μβ'. Vortit hæc Niebuhrus, monetque fieri non potuisse ut Demetrius Pulcher diem obierit Ol. 130, 2. Scribens enim esse censet Ol. 132, 2, suffragante Droysenio l. l. II, p. 248. 314.

(5.)

Eusebii Chron. Armen. p. 180 sqq. ed. Mai :

## THESSALORUM REGES.

1. *Thessali et Epirotæ diu paruerunt iisdem qui Macedonibus præsidebant; a Romanis autem libertatem cum jure utendi suis legibus adepti sunt post Philippum in Thessalia armis Titi Romanorum ducis profligatum. Sed et ipsi demum stipendiarii Romanorum facti sunt eadem qua Macedones causa.*

*Jam vero post obitum Alexandri his quoque Aridæus, qui et Philippus, imperavit annis septem. Huic successit Casander Epirotarum et Thessalorum rex annis novemdecim. Tum Philippus ejus filius mensibus (cod. h. l. annis) quattuor. Deinde et hujus fratres Antipater et Alexander annis duobus mensibusque sex. Item Demetrius Antigoni (cod. Antipatri) annis sex totidemque mensibus. Postea Pyrrhus annis quattuor totidemque mensibus (infra: tribus annis quattuor mensibus). Deinde Lysimachus Agathoclis annis sex. Mox et Ptolemæus cognomento Ceraunus anno uno mensibusque quinque. Quem excepit Meleager mensibus duobus. Post quem Antipater Lysimachi quinque et quadraginta diebus. Post quem Sosthenes anno uno. Consecutum est interregnum duobus annis et mensibus totidem. Exin dominatus est Antigonus De-*

*metrii annis triginta quattuor, mensibusque duobus. Circa hos annos Pyrrhus receptis in deditioem Antigoni copiis, paucisque locis potitus, prælio deinde Dardii a Demetrio filio Antigoni debellatus est (1) rebusque exutus. Brevi tempore post, extincto Antigono, regnavit ejus filius Demetrius annis decem. Post hunc Antigonus Demetrii ejus, qui Cyrenen profectus est, et Olympiadis, filia Polycleti Larissæi, annis novem. Hic Achæis suppetus validas ferens Cleomenem Lacedæmoniorum tyrannum prælio superavit, Spartanosque libertate donavit, ac divinos prope honores apud Achæorum gentem promeritus est. Post hunc Philippus Demetrii regnavit annis XXIII cum mensibus novem (2): tum prælio in Thessalia a Tito duce Romani exercitus debellatus est. A Romanis autem libertatem potestatemque utendi suis legibus acceperunt Thessali itemque reliqui Græci qui vectigal Philippo pendebant.*

2. *Et primo quidem anno (3) nulli principes in Thessalia fuerunt; deinceps vero principes annui suffragiis publicis legi cœperunt. Primus autem creatus est Pausanias Echecrati Pheræus (4). Deinde Amyntas Cratis Pierius (5), quo imperante Titus Romam reversus est. Deinde Æacides Calliæ Metropolitanus. Deinde Epidromus Andromachu Larissæus, mensibus octo; reliqua autem ejus anni parte Eunomus Polycleti Larissæus, mensibus quattuor. Rursus (6) Eunomus anno uno. Deinde Æaci-*

FRAGM. 5. Locum hunc adscripsimus, etsi non est Porphyrii. Cujusnam sit, nescio. Fortasse et Thallo fluxit, quem inter fontes suos Eusebius recenset. — 1. *Prælio deinde Dardii (Dardæ Aucher.) a Demetrio filio Antigoni debellatus est.* Justinus XXVI, 2: *Antigonus... bellum Atheniensibus infert. In quo quum occupatus esset, interim Alexander, rex Epiri, ulcisci mortem patris Pyrrhi cupiens, fines Macedoniæ depopulatur. Adversus quem quum reversus a Græcia Antigonus esset, transitione militum destitutus, regnum Macedoniæ amittit. Hujus filius Demetrius puer admodum, absente patre, reparato exercitu, non solum amissam Macedoniam recipit, verum etiam Epiri regno Alexandrum spoliatur.* Eusebius pro Alexandro Pyrrhum nominans male excerpisse auctorem suum videtur. Quod deinde Justinus et Eusebius dicunt Demetrium illum fuisse filium Antigoni Gonatæ, id negat Droysenius II, 179, 214. Nam matrem Demetrii Philam, Seleuci I filiam, non nupsisse Antigono antequam bellum inter Antigonum et Antiochum fuisset compositum (an. 278), adeo ut Demetrius victor (circ. an. 266) vix duodecimum ætatis annum egisset. Itaque intelligendum esse censet Demetrium fratrem Antig. Gonatæ, vel potius Demetrium τὸν Καλόν. Ceterum nihil video cur Antigonus Philam ducere non potuerit antequam controversiæ cum Antiocho conflarentur. *Dardium* vel *Dardia*, Macedoniæ locus aliunde non notus. *Derdas*, virorum Macedonum nomen, sæpius obvium. V. Steph. Thes. s. v. et Droysen. II, p. 215. — 2. *annis XXIII cum mensibus novem* ] codex h. l. *annis III c. m. novem.* Sed infra recte annis XXIII etc. Pertinent hi ab anno 220 Jan. usque ad 197 Sept. sive ad Olymp. 145, 4 mens. tertium. Pugna ad Cynoscephalas ex Livii narratione pugnata esse debet circa mens. Junium anni 197, sive exeunte Olymp. 145, 3. Noster auctor illos annos 23 novemque menses usque ad pacem constitutam numerasse videtur. — 3. *Primo quidem anno* ] i. e. Olymp. 146, 1, non vero 145, 4, ut Niebuhrius p. 243 computat; nam infra Philippus diem obiisse dicitur Ol. 152, 2, anno Phyrini, qui decimus septimus erat Thessalorum præfectus: unde sequitur primum præfectum creatum esse Ol. 146, 2, 195. Quanquam initium anni Olympici non idem fuerit cum initio anni Thessalici. — 4. *Pausanias Pheræus* ] Pausaniam Pheræum, principem civitatis, Livius XXXVI, 9 in rebus anni 191 memorat; hunc eundem esse cum nostro censet Niebuhr. p. 243. — 5. *Pierius* ] *Pierensis* Aucher. Monet Niebuhrus Pierios Philippo paruisse. Probabiliter indicari urbem Thessalicam; fortasse eam, quam Stephanus memorat: Πηρεία, Θεσσαλίας χωρίον, τὸ ἔθνικόν Πηρεύς. Titus *veris initio* anni 194 Elatea Corinthum profectus est, ubi conventum edixerat. Deinde Elateam rediit. Post hæc in Chalcidem profectus est, ibique conventum Euboicarum civitatum habuit. Quibus peractis, Demetriadem se contulit, *ubi non liberandæ modo civitates erant, sed ex omni colluvione et confusione in aliquam tolerabilem formam redigendæ.* Dehinc in Epirum abiit, unde in Italiam trajecit. Sic Livius XXXIV, 48 sqq. Hinc facile colligitur, e Thessalia Titum proficisci non potuisse ante mens. Julium an. 194, sive ante init. Ol. 146, 3, qui annus est Æacidæ præfecti (non vero 146, 3, ut Niebuhr. putavit). — 6. *Rursus* ] i. e. primum suffectus est in quattuor menses anni, Ol. 147, 1, cujus eponymus Epidromus erat. Deinde in annum sequentem creatus, Ol. 147, 2, 192, cujus ipse erat eponymus.

des Calliæ Metropolitanus anno altero (7). Deinde Pravius (infra Praviles) Phaxiæ Scotussæus. Deinde Eunomus Polycleti Larissæus anno altero. Deinde Androsthene Idalii Gyrtionius. Deinde Thrasymachus Alexandri Atracius (Artacius cod.). Deinde Leontomenes Damothonis (8) Pheræus. Deinde Pausanias Damothonis Pheræus (9). Deinde Theodorus Alexandri Argivus (10). Deinde Nicocrates Phaxini Gortynensis (11). Deinde Hippolochus (12) Alexippi Larissæus. Deinde Phyrinus Aristomenis Gomphensis.

3. Eo anno Philippus rex obiit in Macedonia, potestate in filium Perseum translata. Is Thessalis imperaverat, uti dictum est, annis [viginti] tribus cum mensibus novem, Macedonibus autem annis omnino quadraginta duobus et mensibus novem (13). Jam vero a centesimæ et quartæ decimæ Olympiadis anno altero, quo tempore rebus præpositus est Philippus (Aridæus), usque ad Philippum Demetrii exstinctum, cujus obitus incidit in centesimæ et quinquagesimæ Olympiadis annum alterum, cum quinque mensibus, constantur anni CXLIV, mensesque quinque (i. e. 323 Juli — 179 Dec.).

Thessalorum regum summa.

1. Aridæus idemque Philippus, annis VII.
2. Casander annis XLX.
3. Philippus mensibus IV.
4. Antipater et (codex : Antipater qui et) Alexander annis II et mensibus VI.
5. Demetrius annis VI et mensibus VI.
6. Pyrrhus annis III et mensibus IV.

7. Lysimachus annis VI.
8. Ptolemæus idemque Ceraunus anno I et mensibus VII (supra : mss. V).
9. Meleager mensibus II.
10. Antipater diebus XLV.
11. Sosthenes anno I.
12. Interregnum annis II et mensibus II.
13. Antigonus annis XXXIII (leg. XXXIV ut supra) et mensibus II.
14. Demetrius annis X.
15. Antigonus annis IX.
16. Philippus annis XXIII et mensibus IX. Deinde copiarum duces hi :
1. Pausanias. (Ol. 146, 2. 195.)
2. Amyntas. (Ol. 146, 3. 194.)
3. Æacides. (Ol. 146, 4. 193.)
4. Epidromus. (Ol. 147, 1. 192.)
5. Eunomus. (Ol. 147, 2. 191.)
6. Æacides alter. (Ol. 147, 3. 190.)
7. Praviles. (Ol. 147, 4. 189.)
8. Eunomus alter. (Ol. 148, 1. 188.)
9. Androsthene. (Ol. 148, 2. 187.)
10. Thrasymachus. (Ol. 148, 3. 186.)
11. Leontomenes. (Ol. 148, 4. 185.)
12. Pausanias. (Ol. 149, 1. 184.)
13. Theodorus. (Ol. 149, 2. 183.)
14. Nicocrates. (Ol. 149, 3. 182.)
15. Hippolochus. (Ol. 149, 4. 181.)
16. Cleomachides. (Ol. 150, 1. 180.)
17. Phyrinus. (Ol. 150, 2. 179.)
- Philippus. (Ol. 150, 2. 179 exeunt.)

Hujus Epidromi prætoris Thessalorum in rebus an. 192, meminit Livius XXXV, 39. — 7. anno altero] infra : Æacides alter. Dicere voluit : Æacides iterum, δεύτερον vel αἰθις. — 8. Laontomenes codex. Alterum nomen Damothonis, fuerit Δαμοθόου. Nomen Δαμοθοῖδας occurrit ap. Pausan. IV, 24, 1. — 9. Pheræus] Ex Aucheri vers. additum — 10. Argivus] Maius Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν prætoris hujus patriam fuisse censet. Niebuhr. mavult intelligere Ἄργος τὸ Ὀρεστικόν; addens tamen apud Stephanum etiam Argos Thessalicum memorari; fortasse etiam pro Argivus fuisse Atracius. — 11. Gortynensis] Cortunensis ed. Ven. Cotunensis ed. Mediol. Hoc si verius est, Niebuhrius proponit Cyltynensis. (St. B. : Κύτινα, πόλις Θεσσαλίας. Ὁ πολίτης Κυτιναῖος). — 12. Hippolochus] Idem, ut videtur, cum eo, cujus Livius meminit XXXVI, 9 (ad an. 191). In seqq. nomen Phyrinus vix genuinum est. — 13. quadraginta duobus et mensibus novem] Chronologia postulabat ut scriberetur quadraginta et uno etc. Nam post Philippi annos 23, menses 9, recensentur 18 anni libertatis, quorum postremo moritur Philippus; unde summa efficitur an. 41, m. 9; qui pertinent ab an. 220 Jan. usque ad 179 exeunt. sive Ol. 152, 2, ut ipse auctor dicit rectissime. — Ceterum huc usque Eusebius prætores Thessalicos recensuit, quod Macedonicorum regum chronologiæ illustrandæ essent. Nam postea quoque Thessalorum prætores creatos esse, exemplis demonstrat Niebuhrius p. 246.



	EXC. BARB.	SAMUELS.	EUSEBIUS, p. 256.	EUSEBII CANON.		REGG. THESS.	PORPHYRIUS.		NUMERI CORRECTI.		
	Anni.	Anni.	Anni.	Olymp.	Anni.	Anni.	Olymp.	Anni.	Olymp.	s. Chr.	Anni.
Philippus III Aridæus	7	7	7	144,2	7	7	114,2—115,4	7	114,2—115,4	323 Juli. 13.	7
Olympias et Cassander	19	19	19	116,1	19	19	116,1—120,3	19	116,1—120,4	316 Juli.	19
Philippus IV	4	4	4 (gr. 3.)	120,4	4	4	120,4—121,3	3	120,4—121,3	297 Juli.	3 [3]
Antipater et Alexander	5	5	6	121,4	5	6	121,4—123,1	6	121,3—123,1	294 Oct.	6
Demetrius I	6	7	7	123,1	7	[3]	123,1	7	123,1	287 April.	7
Pyrrhus	5	5	5	123,2	5	6	123,2—124,3 m. quinto.	5	123,2—124,3	287 Nov.	5
Lysimachus	2	1	1	124,3	2	1	124,4—125,1 m. quintum.	1	124,3—125,1	281 Juni.	1
Ptolemæus Ceraunus											
Meleager	7	2	2	"	2	2	"	2	125,1	280 Nov.	2
Antipater	2	1½	1½	"	1½	1½	"	1½	125,1	279 Jan.	1½
Sosthenes	2	2	2	125,1	2	1	124,4—126,1	2	125,1	279 Feb.	1
Interregnum				"	"	2	"	2	125,2	278	2
Antigonus Gonatas	35	36	36 (gr. 44.)	125,3	36	34	126,1—135,1	34	125,4—135,1	276 Jan.	37
Demetrius II	10	10	10	134,2	10	10	"	10	135,1—137,4	239 Jan.	10
Antigonus Doson	15	15	15 (gr. 12.)	137,1	15	9	"	12	137,4—139,4	229 Jan.	9
Philippus V	5*	42	42	140,4	42	41	"	42	139,4—150,2	220 Jan.	41
Perseus	10	10	10 (gr. 9.)	151,2	10	144 5½	"	10	150,2—152,4	179 Oct.	10
Proërium ad Pnydam	"	"	"	"	"	"	152,4	"	152,4	168 Jun. 22.	"
Libertatis anni	"	"	"	"	19	"	"	19	152,4—157,3	168—149	19
Pseudophilippus	"	"	"	158,3	1	"	"	1	157,4	149—148	1
							" Summa : 174 "				174 ½
							i. e. $\frac{323}{322} - \frac{149}{148}$				

6.

Scaliger Exc. Eus. p. 61. Cramer. An. Par. II, p. 125 :

Ἀσίας καὶ Συρίας βασιλεῖς οἱ μετὰ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον.

1. Φιλίππου τοῦ [ καὶ ] Ἀριδαίου ἕκτον ἔτος κατὰ-γοντος ( ἄγοντος Scal. ) τῆς βασιλείας ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς πεντεκαίδεκάτης Ὀλυμπιάδος ἔτει τρίτῳ Ἀντίγονος ὁ πρῶτος ἐβασίλευσε τῆς Ἀσίας καὶ ἤρξε μὲν ἔτεσιν ὀκτωκαίδεκα, τὰ πάντα βιώσας ἕξ καὶ ὀγδοήκοντα (1). Φοβερῶτατος δὲ τῶν τότε βασιλέων γέγονε· καὶ ὤνησκει περὶ τὴν Φρυγίαν, πάντων αὐτῶν διὰ φόβον τῶν δυναστῶν ἐπιθεμένων, τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς ἑννεακαίδεκάτης Ὀλυμπιάδος (2).

2. Ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Δημήτριος φυγὰς εἰς τὴν Ἐφεσον διεσώθη· καὶ τῆς Ἀσίας ἀπάσης ἀποσφαλεῖς, πάντων δεινότατος βασιλεὺς ἔδοξεν εἶναι ἐν τῇ πολιορκίᾳ· ἀφ' οὗ δὴ καὶ Πολιορκητῆς ἐπεκλήθη. Βασιλεύει δὲ καὶ αὐτὸς ἔτη ιζ'. ( Excidit folium. )

[ Syncell. p. 273', D : Δημήτριον τὸν Πολιορκητὴν ὁ Σέλευκος λαβὼν ἐν Κιλικίᾳ βασιλικῶς τηρεῖσθαι προσέταξεν, ἕως θανάτου ὑπὸ χειρᾶ τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν κτησάμενος. ]

6.

Eusebii Chronicon Armenicum ex versione Ang. Maji, p. 183 :

Asianorum et Syrorum reges.

1. Quum Philippus Aridaeus sextum jam regni annum exigeret, centesimæ et quintæ decimæ Olympiadis tertio anno, Antigonus primus imperavit Asiaticis, regnavitque annis XVIII, donec octogesimo ætatis anno consumptus est. Hic omnium regum per id tempus multo horrendissimus fuit, peritque in Phrygia, exercitibus (δυνάμεων pro δυναστῶν) undique, qui ab eo sibi timebant, in eundem irruentibus, centesimæ et decimæ nonæ Olympiadis quarto anno.

2. Ejus vero filius Demetrius, fuga se proripiens Ephesum, salutem consuluit, Asia cuncta ab eo deficiente. Hic quidem omnium regum acerrimus in obsidendis urbibus visus est, ideoque Obsessoris cognomen retulit. Regnavit annis septemdecim, vixit omnino quattuor supra quinquaginta. Centesimæ vigesimæ Olympiadis primo anno cum patre regnaverat [jam] biennio (1), quod item tempus ad annos ejus imperantis septemdecim pertinet. Captus a Seleuco ductus est in Ciliciam centesimæ et vigesimæ [tertiae] Olympiadis (2) quarto anno, at-

FRAGM. 6, § 1, not. 1. ἕξ καὶ ὀγδοήκοντα] octoginta in latinis. Sec. Hieronymum Cardianum (fr. 3, tom. II, p. 453) ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα. Fortasse igitur apud Porphyrium legendum ἐν καὶ ὀγδ. Sec. Appian. Syr. c. 55 moritur ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη γεγονώς. Quæ sequuntur, φοβερῶτατος κτλ., ea in caput de regibus Macedonum transtulit ineptè-que detorsit Syncellus (vide fr. 3). — 2. τετάρτῳ ἔτει Ὀλ. ριθ'] Pugna ad Ipsum incidit in initium Olymp. 119, 4 (an. 301 æstat.). V. Diodor. XX, 113. Clinton. ad an. 301. Chronographus noster totum hunc annum numerat Antigono; nam si usque ad pugnam ad Ipsum octodecim regni annos complevisset, initium caderet in Olymp. 115, 2. 319, sive in quintum, non vero in sextum annum Aridaei. Igitur regnum Antigoni pertinet ab initio Olymp. 115, 3 usque ad finem Olymp. 119, 4 (318 Juli. — 301 Juli.). Ceterum cur τῆς βασιλείας initium referatur ad an. 318, mirari licet. Droysenius Hellen. I, p. 697 causam rei in eo invenit, quod an. 318 Eumenes Asia occidentali Antigono cesserit. Accuratius, puto, tempus, a quo tanquam Asiæ regem Antigonus se gesserit, indicat Diodorus XVIII, 73, ubi narrato prælio navali, quo Clitum Antigonus oppressit (an. 318 æstat. vel auct.), subjicit hæc: Ἀντίγονος μὲν οὖν τηλικαύτη συμφορᾷ περιβαλὼν τοὺς πολεμίους μεγάλην ἐπὶ στρατηγίᾳ καὶ συνέσει δόξαν ἀπηνέγκαστο. Θαλαττοκρατῆσαι δὲ ἔσπευδε καὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν ἀδρήριτον περιποιήσασθαι.

§ 2. not. 1. cum patre jam regnaverat biennio] Regis nomine Demetrium salutaverat anno 306 post victoriam ad Salaminem, uti constat (Plutarch. Dem. 18, 1). Sed hoc nihil ad nos. Secundum Plutarchum (Dem. c. 28) Antigonus, quum hostes jam in propinquo essent, fatum præsentiens, τὸν υἱὸν ἀπέδειξε τῷ πλήθει καὶ συνέστησε διάδοχον. Hoc sec. Plutarchum paucis diebus ante pugnam ad Ipsum Ol. 119, 4 factum est. Droysenius I, p. 697 statuit hoc factum esse postremis diebus Olymp. 119, 3, atque chronologum totum hunc annum tanquam primum Demetrii annum numerasse; secundum vero annum quod cum patre regnaverat, intelligit paucos illos dies qui labuntur usque ad prælium commissum Ol. 119, 4; nam totum hunc annum a Porphyrio tribui adhuc Antigono. Sed vereor ne sic argutius quam verius pauci dies in biennium chronologicum extrahantur. Imo fuisse debent qui Demetrium cum patre vivente per duos fere annos regnasse tradiderint; quanquam de hoc aliunde non magis constat, quam de βασιλείας annis ab Olymp. 115, 3 numerandis. Nam sic demum quæ de septemdecim annis Demetrii traduntur cum vera chronologia conciliari possunt. Nimirum supra vidimus captum esse Demetrium Ol. 123, 2. 286 Jan.; hinc si septemdecim annos numeraveris, initium cadit in Ol. 119, 1. 303 Jan. Jam vero facillime accidit, ut aliquis Demetrii annos illos septemdecim inde ab morte Antigoni numeraret, ideoque Demetrium captum diceret Ol. 123, 4. 285 Juni. Ejusmodi errorem in fontibus suis Porphyrius invenit atque enotavit. Atque hinc pendet alter error in regibus Macedonum (fr. 4), ubi decennium quod est inter Demetrii captivitatem et Antigoni Gonatæ regnum, ita ponitur ut exeat in Ol. 126, 1. 275 Jan. Ex iis quæ in antecedentibus Porphyrius dicit, illud quod de anno quo captus sit legitur, explicationem non admittit. Nam etiamsi biennium illud ex Droysenii ratione accipere velis, tamen Ol. 123, 4 non esset decimus septimus, sed duodevicesimus Demetrii annus. — De tertio errore, ex quo Demetrius mortuus esse dicitur Ol. 124, 4, quemque etiam apud Plutarchi auctorem et Appianumprehendimus, dixi supra. Niebuhrius Kl. Schft. p. 223 posteriorem numerum mutari voluit in Ol. 124, 2, totumque hunc locum in Græcis Porphyrii ita fere habuisse statuit: Καὶ βιοῖ μὲν ἔτη νδ', βασιλεύει δὲ ἔτη ιζ', μόνος μὲν ἀπὸ τῆς Ὀλ. ρα', ἔταυς α', συναριθμεῖται δὲ αὐτῷ ὁ χρόνος δυοῖν ἐτῶν, ἃ σὺν τῷ πατρὶ ἐβασίλευσε. Καὶ ἦλω ὑπὸ Σελεύκου ἐν Κιλικίᾳ Ὀλ. ργγ' ἔτει δ', βασιλικῶς τε φυλαχθεὶς τῷ β' ἔτει τῆς ρκδ' Ὀλ. ἀπέθανεν.

4. [Synzell. p. 266, C : Πτολεμαῖος ὁ Λάγου πρῶτος τῆς Αἰγύπτου μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλεύσας ἔτη μ', ἐλθὼν εἰς Παλαίγασσαν συνάπτει μάχην Δημητρίῳ τῷ Ἀντιγόνου, καὶ νικήσας ἀναδείκνυσι Σέλευκον βασιλέα Συρίας καὶ τῶν ἄνω τόπων. Σέλευκος δ' ἀναβὰς μέχρι Βαβυλωνίας καὶ κρατήσας τῶν βαρβάρων βασιλεύει ἔτη λβ'· διὸ καὶ Νικάνωρ ἐπεκλήθη.]

que apud illum regio more in liberali custodia habebatur, donec quarto anno Olympiadis vigesimæ quartæ supra centesimam obiit. Hunc exitum Antigonî et Demetrii res habuerunt.

3. Jam vero Lydorum regionibus qua ad Thraciam pertinent imperavit Lysimachus, superioribus autem partibus Syriæque Seleucus: quorum uterque jam inde a primo anno Olympiadis centesimæ et quartæ decimæ eas dominationes obtinuit. Sed enim Lysimachi res prætermittere salius est; a Seleuco autem quid quave ratione actum sit narrabimus.

4. Ægypti primus rex Ptolemæus Veterem Gazam delatus Demetrium Antigoni filium superavit: quo facto regem Syriæ et superioribus partibus Seleucum imposuit. Tum vero Seleucus inter Barbaros ulterius proventus, victoria regnum confirmavit, ex eaque dictus est Nicanor (seu Victor), sceptroque potitus est annis triginta duobus, orsus videlicet a centesimæ et decimæ septimæ Olympiadis anno primo, desinensque in centesimæ et vigesimæ quartæ annum quartum, vita ad annum usque septuagesimum quintum producta, quo insidias a familiari suo Ptolemæo, cognomento Cerauno, passus interiit.

5. Successit filius Antiochus ex Apame (1) Perside, nuperius appellatus Soter (nempe Servator), qui centesimæ et vigesimæ nonæ Olympiadis anno primo obiit, postquam annis LXIV vixerat; regnaverat autem annis XIX a centesimæ et vigesimæ quintæ Olympiadis primo anno, usque ad tertium vigesimæ nonæ supra centesimam. Nati sunt ei e Stratonice Demetrii masculus Antiochus et feminæ Stratonice atque Apame, quarum Apamen Magas (2) duxit uxorem, Stratonicen autem rex Macedoniæ Demetrius.

6. Prædicto Antiocho Soteri vita juncto successit in imperium Antiochus cognomento Deus, orsus a centesimæ et vigesimæ nonæ Olympiadis quarto anno, vitamque annis adhuc XV (cod. XIX) propagans: implicatus in morbum decessit Ephesi (1) centesimæ et trigessimæ quintæ (l. tertię) Olympiadis tertio anno, postquam annis omnino quadraginta vixisset. Filios suscepit duos Seleucum, cognomento Callinicum, et Antiochum (2), filiasque duas e Laodice Achæi (3), quarum alteram Mithridates, alteram Ariarathes (4) duxerunt uxores.

§ 5. not. 1. Apame] Apamen hanc Artabazi filiam dicit Strabo XII, p. 578; Spitamenis filiam Arrianus Exp. VII, 4, et Malala p. 198 (ubi codd. Πιθαμένην). Cf. Droysen. I, p. 606. — 2. Magas] Nomen hoc in cod. Arm. abiit in Darao. Pausanias I, 7, 3: Μάγας ἤδη γυναῖκα ἔχων Ἀπάμην Ἀντιόχου τοῦ Σελεύκου θυγατέρα ἔπεισεν Ἀντίοχον παραβάντα ἄς οἱ ὁ πατήρ Σέλευκος ἐποίησατο συνθήκας πρὸς Πτολεμαῖον εἰσαίνειν εἰς Αἴγυπτον. Hanc Apamen Justinus XXVI, 3 Arsinoen vocat. Errat Hyginus Poem. astron. II, 24, ubi de hujus Arsinoes et Magæ filia, Berenice, Ptolemæi III uxore, leguntur hæc: Ptolemæus Berenicen, Ptolemæi et Arsinoes filiam, sororem suam, duxit uxorem. V. Droysen. II, p. 244.

§ 6. not. 1. Ephesi] Non Ephesi, sed in propinqua aliqua urbe Antiochum obiisse Droysenius (II, p. 339) censet, quod Ephesum tunc Ægyptii tenuerint. — 2. Antiochum] Antigonum codex et h. l. et in seqq. Est Antiochus Hierax. — 3. Laodice Achæi] Aliter, sed falso, Polyæn. VIII, 50: Ἀντίοχος ἔγημε Λαοδίκην ὁμοπάτριον ἀδελφὴν. Cf. Appian. Syr. 65. Hieronym. in Daniel. c. XII, 5. Achæum tanquam ducem copiarum Seleuci Nicatoris commemorat Polyæn. IV, 17, una cum Andromacho, qui ejus filius fuisse putandus est, ipseque filium Achæum habuit. Achæi senioris filia altera erat Antiochis, mater Attali I. Vid. Strabo XIII, p. 624, A. Niebuhr. I. I. p. 258; Droysen. I. I. II, p. 317. 324. 339 sqq., et de juniore Achæo idem p. 56. 61. 428. 521. 532. Quod ad Laodicen attinet, haud semel cum aliis ejusdem nominis feminis confusa est. Distinguendæ sunt, ut Niebuhrius p. 363 docet, hæc: Laodice I; uxor Antiochi Θεοῦ, filia Achæi. — Laodice II, uxor Seleuci II, filia Andromachi, neptis Laodices I. — Laodice III, uxor Mithridatis, filia Laodices I. — Laodice IV, uxor Antiochi III, filia Laodices III. — Laodice V, soror Laodices IV, quam Mithridates primum Hieraci destinasse videtur, post cladem ejus Achæo II dedit. — 4. Ariarathes] Arathes codex. Quod mutavi, quanquam formam Ἀράθης præbent etiam libri Maccab. I, 15, 22. Filia Ariarathæ desponsa est Stratonice, teste Diodoro XXXI, 19, 6. De nomine filiae alterius, quæ Mithridati IV nupsit (an. 242 sec. Droys. p. 355), non constat. Matrimonium commemorat Justinus XXXVIII, 5, ubi Mithridates Eupator dicit: Phrygiam... quam et proavo suo Mithridati Seleucus Callinicus in dotem dedisset.

7. Post eum major natus Seleucus, cognomento ut | centesimæ et trigesimæ tertiæ auspiciatus est, tenuit-  
dicimus Callinicus, regnum tertio anno Olympiadis | que ad alterum usque annum centesimæ et trigesimæ

§ 7. not. 1. XXI] Sic etiam Sulpicius Severus II, 28 : *Post hunc Seleucus filius cognomine Callinicus annis unum et viginti*. Malala (ex Pausania chronographo) p. 229 Bonn. Callinico tribuit annos 24. Verum is quum a Callinici regno statim transeat ad annos 36 Antiochi Magni, intelligitur annis 24 Seleuci II comprehendi annos tres Seleuci Cerauni : adeo ut Callinico item 21 anni relinquuntur. Contra Canon astron. et Euseb. in Can. non nisi 20 annos ei assignant. Neque plures ipse Porphyrius exputat Olympiadum annis 133, 3—138, 2. Statuendum igitur complevisse Seleucum annos 20, currente vicesimo primo diem obiisse. Ceterum quæ de Seleuci temporibus ex ubere fonte pauca Eusebius deprompsit, et quæ Justinus ex Trogo misellus breviator contraxit, cum prologo Trogi ad lib. XXVII aliisque nonnullis hic illic sparsis testimoniis, fere omnia sunt quæ de gravissima hac Seleuci et Antiochi Hieracis historia comperta habemus. Data opera eam refingere studuit Niebuhrius l. I. p. 267 sqq. Ita tamen hoc fecit, ut ordinem rerum et apud Justinum et apud Porphyrium vel ejus Excerptorem perturbatum esse censeret. Deinde idem argumentum retractans Droysenius (II, p. 349 sqq.), adorationem historiarum qualem Niebuhrius dederat, prorsus reliquit; idque sane jure merito; nam chronologicam rerum seriem haud recte a viro ιστορικωτάτω constitutam esse, ex iis quæ Droysenius p. 356 affert, nemo non intelligit. Ipse tamen etiam Droysenius non Justinum solum sed Porphyrium quoque et Trogum tempora rerum miscuisse putat. At fefellit, opinor, virum doctissimum speciosa Niebuhriana conjecturæ probabilitas. Qua remota, nihil est cur Porphyrium et Trogum, nec non, si unum vel alterum exceperis, Justinum, seriem rerum pervertisse censeamus. Igitur historiam Seleuci paucis delineabo, ita ut ordinem, quem ipsi testes suppeditant, nusquam relinquam. — [Ol. 133, 3—134, 1. 246—244] Ptolemæi III contra Seleucum bellum, ex quo revocatur *domestica seditione*. — [243] *Post discessum Ptolemæi adversus civitates quæ defecerant ingentem classem comparat... Classem naufragio amittit... Plurimæ Asiæ civitates imperio ejus se restitunt*. Justin. XXVII, 2. — [242] Antiochum duobus præliis in Lydia vincit. *Porphyr.* — 242. Callinicipolin condit. Chron. Alex. ad Olymp. 134, 1 (244 a. C.) : Ἐπὶ Κατούλλου καὶ Ἀλβίνου (qui cons. erant a. 242) Σέλευκος Καλλινικόπολιν κτίζει (Consulum nomina, non vero Olympiadis annos verum rei tempus indicare ex aliis Chronici locis colligitur. Cf. fragm. 7, § 2 not. 5.) — Mithridates Antiochi partibus accedit. Eo socio et Gallorum operâ utens Antiochus fratrem clade afficit ad Ancyram. *Porphyr.* Cf. Trogus Prolog. XXVI : *Seleucus Ancyrae victus est a Gallis*. Phylarch. (fr. 29) ap. Athen. XIII, p. 593, E : Μόλις ἐκ τῆς φυγῆς διέσωθη. Polyæn. IV, 10, 6 narrat Seleucum mutata veste fugisse usque in Ciliciam. Ἐπεὶ δὲ πολὺ πλῆθος συνήλθεν ἐπιπέων καὶ πεζῶν, τότε τὴν βασιλικὴν στολὴν ἀναλαβὼν, ἑαυτὸν τοῖς στρατιώταις ἔδειξεν. Antiochus aliquantisper credebatur Seleucum cecidisse, testante Plutarch. Moral. p. 489, A. Fugam istam Porphyrius significat verbis : *profligatus evanuit*. De Mystra amica prælio capta, deinde per Rhodios, qui captivam emerant, Seleuco restituta, v. Polyæn. VIII, 61. Ceterum hujus pugnae memoriam cum alio prælio collavit Justinus. V. infra. — Ol. 134, 4. 241. Asia minore ejectus Seleucus, recollectis viribus, Syriam tutari studet, novosque reprimere conatus Ptolemæi, qui (Seleuco in Asia occupato) Damascum occupaverat atque Orthosiam obsidione cingebat. Urbem obsessam Seleucus liberavit. *Porphyr.* Deinde vero cladem ab Ægyptiis passus esse videtur. Nam Justinus XXVII, 2 : *Victus prælio... trepidus Antiochiam confugit. Inde ad Antiochum fratrem literas facit, quibus auxilium ejus implorat, oblata ei Asia inter fines Tauri montis in præmium laetæ operæ... Interea Ptolemæus Evergetes quum Antiochum in auxilium Seleuco venire cognovisset, ne cum duobus uno tempore dimicaret, in annos decem cum Seleuco pacem facit* (a. 241). — Rebus sic cum Ptolemæo et Antiocho compositis, mox contra defectores eis τὴν ἄνω Ἀσίαν expeditionem paravit. Nimirum in Parthia Arsacis defectionis impunitatem Seleuci et Antiochi discordia dedit... (Arsaces) *accepta opinione Seleucum a Gallis victum esse, solutus regis metu, imperium gentis invasit... Non magno deinde post tempore Hyrcanorum quoque regnum occupavit, atque... grandem exercitum parat, metu Seleuci et Theodoti Bactrianorum regis. Sed cito morte Theodoti metu liberatus, ... cum filio ejus et ipso Theodoto fœdus ac pacem facit. Nec multo post cum Seleuco ad defectores persequendos veniente congressus victor fuit*. Hæc Justinus XLI, 5. Ad tempus expeditionis definiendum facit locus Agatharchidis (fr. 19, p. 196) : Ἦλθε μὲν εἰς Συρίαν (Stratonice, Seleuci Θεοῦ soror) ἐκ Μακεδονίας, καταλιποῦσα τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα Δημήτριον. Σελεύκου δὲ γαμεῖν αὐτὴν οὐ θελήσαντος, ὅπερ ἐκείνη προσεδόκησε, ποιουμένου δὲ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος στρατείαν αὐτοῦ, τὰ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἐνεωτέρησεν. Cf. Justin. XXVIII, 1 : *Velut matrimonio pulsa, sponte sua ad fratrem Antiochum (sic) discedit, eumque in mariti bellum impellit*. Jam quum Demetrius ex superinducta uxore Philippum susceperit an. 238, repudiare alteram non potuit post annum 239. Itaque in Syriam Stratonice venerit circa an. 240, pace inter fratres et Ptolemæum jam composita. Non ita multo post (an. 239 vel 238) Babylone contra Arsacem Seleucus profectus fuerit. Nec infeliciter initio rem gessisse videtur, quandoquidem Strabo (XI, p. 513) ait : Ἀρσάκης τὸν Καλλινίκον φεύγων Σέλευκον εἰς τοὺς Ἀσπίακας ἐχώρησε. Deinde vero prælio victus, ulterius belli fortunam non tentavit; *novis motibus in Asiam revocatur*. Justin. XLI, 5. Motus illos Stratonice in Syria movebat, juvante, ut videtur, Antiocho et Ptolemæo. Reversus Seleucus Antiochiam capit, et Stratonicen in Seleucia urbe occidit (Agatharchid. l. l.). Hæc circa an. 236 accidisse videntur. Interea Antiochus, ut Gallis suis mercedes suppeditaret, Phrygiam tributis oneravit; nec non, rupta pace, contra fratrem duces militum emittebat (ut rebellibus auxilio essent?). Seleucus vero, seditione in Syria coercita, adversus fratrem in Asiam tendit. Ibi Antiochus jamjam prælium, ut videtur, commissurus a Gallis suis rebellantibus desertus ægre Magnesiam evadit; postero tamen die, assumpto Ægyptio præsidio, quod erat Magnesiæ (et placata Gallorum seditione), pugna vincit. Sic *Porphyr.* Justinus XXVII, 2 Parthiam expeditionem et turbas Syriæ ne verbo quidem memorat, sed post ea, quæ supra adscripsimus, pergit : *Sed pax ab hoste data interpellatur a fratre, qui conducto Gallorum mercenario exercitu pro auxilio bellum, pro fratre hostem imploratus exhibuit. In eo prælio virtute Gallorum victor quidem fuit : sed Galli, arbitrantes Seleucum in prælio cecidisse, in ipsum Antiochum arma vertere, liberius depopulaturi Asiam, si omnem stirpem regiam exstinxissent. Quod ubi sensit Antiochus, velut a prædonibus auro se redimit, societatemque cum mercenariis suis jungit*. Videlicet cum Gallorum defectione, quæ sola ad hæc tempora pertinet, Justinus miscet ea quæ in pugna ad Ancyram commissa accidisse narrantur. — Post victoriam illam Antiochus uxorem duxit Zielæ filiam regis Bithynorum. *Porphyr.* — Deinde Antiochum victorem Gallosque aggreditur Attalus (rex Bithynæ Eumenes, iterum

octavæ Olympiadis, atque ita annis XXI dominatus est. Ei mortuo succedit filius Seleucus cognomento Ceraunus. Atque hæc quidem ita se habuerunt.

hariolans Justinus). *Nec difficile saucios adhuc ex superiore congressione... superat.* Justin. XXVII, 3. Eandem Attali victoriam Niebuhrio (non item Droysenio p. 416) intellexisse videntur Polybius XVIII, 24, 7; Strabo XIII, p. 621; Livius XXXVIII, 16; Polyæn. IV, 19; Front. I, 11, 15. — *Victo Antiocho, quum Eumenes majorem partem Asiæ occupasset, ne tunc quidem fratres perditio præmio propter quod bellum gerebant, concordare potuerunt, sed... in mutuum exitium bellum reparant.* Justin. XXVII, 3. Nimirum Antiochus, quum Asia minore jam ab Attalo excluderetur, per Cappadociam in Mesopotamiam atque ultra, Syriam versus penetravit (circa. an. 230). Nam tale quid præcessisse debet iis quæ leguntur apud Polyæn. IV, 17: Ἀντίοχος ἔφυγεν... εἰς τὴν Μέσην τῶν ποταμῶν. Ὅτε καὶ αὐτὸν (sc. ex Mesopotamia porro fugientem) τὰ τῶν Ἀρμενίων ὄρη διελθόντα φίλος ὄν Ἀρσάβης ὑπεδέξατο. Στρατηγοὶ Σελεύκου Ἀχαιὸς καὶ Ἀνδρόμαχος μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐδίωκον. Πολλὴ αὐτῶν ἐγένετο ἡ παράταξις. Τέλος τρωθεὶς Ἀντίοχος ὑποφεύγει εἰς τὴν ὑπερκειμένην ὑπώρειαν. Sequitur ap. Polyæn. strategema, quo usus Antiochus quater mille ex Seleuci militibus trucidavit. Neque tamen is successus bellum diremit. Denuo in fugam conversus Antiochus in Cappadociam retrocessit. Etenim pergit Justinus: *In eo (bello) Antiochus denuo victus multorum dierum fuga fatigatus, tandem ad socerum (in Trogi fonte, Phylarcho, fuerit κηδεστήν, affinem, id est h. l. sororis suæ maritum. Niebuhr.) suum, Ariamnem, regem Cappadociæ provehitur. A quo quum primum benigne exceptus esset, interjectis diebus, cognito quod insidiæ sibi pararentur, salutem fuga quæsivit.* Cf. Trogi Prolog. XXVII: *A Callinico fusus in Mesopotamia, Antiochus insidiantem sibi effugit Ariamnem.* Vestigiis ejus instituisse Seleuci copias consentaneum est usque in Asiam minorem. Ibi in Lydia bis armis motis debellatus est Olymp. 137, 4. 229. Tunc etiam circa Choloen (Lydiæ lacum prope Sardes) certavit cum Attalo (Seleuci tum socio). Denique Olymp. 138, 1. 328 Attalum in Thraciam usque fugiens post pugnam in Caria (in Caria Thracica ad Pontum) patratam vitam excessit. Hæc Porphyrius. Thracica Ponti ora tunc in Ptolemæi potestate erat (Monum. Adulitan.). Quare Justinus l. l.: *Igitur quum profugo nusquam tutus locus esset, ad Ptolemæum hostem... decurrit. Sed Ptolemæus... servari eum arctissima custodia jubet. Hinc quoque Antiochus... deceptis custodibus, elabatur, fugiensque a latronibus occiditur.* Cf. Trogi Prolog.: *Ut postea custodes Tryphonis (i. e. Ptolemæi III) sc. effugit. Quo a Gallis occiso, Seleucus quoque frater ejus decessit.* Polyb. V, 74: Ἀντίοχος ὁ μεταλλάξας τὸν βίον περὶ Θράκη. De mortis ratione v. Phylarch. ap. Plin. H. N. VIII, 42, Ælian. VI, 44. Niebuhr. p. 285. Droysen. p. 425. — Hæc series est rerum, quam Porphyrius, Trogius et Justinus suppeditant. Droysenius in primo fratrum bello Orthosiam urbem obsidione liberatam esse statuit antequam Seleucus ad Ancyram cladem accepisset. Niebuhrius sane falsis suis temporum calculis coactus erat ut ita statueret; Droysenius vero cur Porphyrium errasse putaret, causam non video. Deinde in altero fratrum bello ut alio ordine res Droysenius disponeret, causa erat Niebuhrii conjectura, qua locum corruptum in Trogi prologo XXVII emendare studuit. Verba ita habent: *Septimo et vicesimo volumine continentur hæc: Seleuci bellum in Syria adversus Ptolemæum. Item in Asia adversus fratrem suum Hieracem: quo bello Ancyrae victus est a Gallis. Ulque Galli, Pergamo victi ab Attalo, Ziela Bithynum occiderint. — Ut Ptolemæus eum denuo captum interfecit: et Antigoni Andro prælio navali OPRONA vicerit. — Ut a Callinico fusus in Mesopotamia Antiochus insidiantem sibi effugit Ariamnem, dein postea custodes Tryphonis. Quo a Gallis occisus Seleucus quoque frater ejus decesserit, majoremque filiorum ejus Apaturius occiderit.* In his pro Ptolemæus eum Gronovii codices quinque præbent Ptolemæus adeum. Inde Niebuhrius p. 260 eliciendum esse censuit Achæum (Laodices patrem et Seleuci ducem). In v. denuo latere loci nomen suspicatur. Magnam hæc, si palæographicas rationes spectas, veri ferunt speciem. At fugit Niebuhrium cladem in Mesopotamia, quæ deinceps a Trogo memoratur, Antiocho illatam esse ab ipso illo Achæo, ut e Polyæno l. l. docemur. Itaque captus antea Achæus esse non poterat. Animadvertit hoc Droysenius; nihilominus tamen et Niebuhrii conjecturam et Polyæni testimonium retinuit, utrumque ita concilians, ut temporum rationes a Trogo perversas esse statuatur. Conjecit igitur Achæum tum esse captum, quum ad Magnesiam Antiochus Seleuci exercitum vicit, atque his anteriorem fuisse fugam qua Antiochus ex Mesopotamia per Armeniam in Asiam M. se receperit. Quod quomodo in singulis adornaverit, apud ipsum legas velim Droysenium. Ego non video cur in gratiam conjecturæ, quæ ex ipsa historia confirmari nequit, tantas excitemus turbas, et negligentiam Trogi incusemus; præsertim quum minime constet, an omnino verba: *Ut Ptolemæus... interfecerit*, ad Seleuci historiam pertineant. Mihi ita potius de prologo Trogi statuendum esse videtur. Tres erant libri vicesimi septimi partes. In prima Trogius narravit Seleuci bellum contra Ptolemæum et Antiochum usque ad tempus quo Antiochus Gallique ab Attalo victi, et Ziela, socer Antiochi, a Gallis occisus est (cf. Phylarch. fr. 31). Ziela quo anno perierit non constat; hoc tantum serie chronologica docemur, accidisse rem non ita multum ante expeditionem quam in Mesopotamiam Ant. suscepit, sive ante 230. — In secunda parte auctor narravit res, quas Ptolemæus post pacem cum Seleuco factam (a. 241) contra Cyrenæos et contra Antigoni Gonatam gesserit. Cyrene post necem Demetrii Macedonis τοῦ Καλοῦ (circa an. 250), Berenices et Ptolemæi III nuptiis in Ægyptiorum potestatem venerat. At jugi novi mox impatientes Cyrenæi rebellaverunt. Nec improbabilis est Niebuhrii p. 232 et Droysenii p. 361 sententia, Cyrenæicam fuisse domesticam illam seditionem, quæ Ptolemæum (an. 244) ex Asia revocaverit. Ceterum Cyrenæi non statim a rege reduce subacti sunt, imo libertatem recuperarunt, et post turbas intestinas tandem optime ordinata civitas florere cœpit. Hujus autem rei auctores fuerunt Megalopolitani duumviri, Ecdemus et Demophanes, Philopœmenis pueri magistri, deinde exules Arcesilai philosophi Academici familiares, καὶ φιλοσοφίαν μάλιστα τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἐπὶ πολιτείαν καὶ πράξεις προσάγοντες. Οὗτοι καὶ τὴν ἑαυτῶν πατρίδα τυραννίδος ἀπήλλαξαν τοὺς ἀποκτενοῦντας Ἀριστόδημον κρύφα παρασκευάζοντες, καὶ Νικοκλέα τὸν Σικυωνίων τύραννον Ἀράτῳ συνεξέβαλον (an. 252), καὶ Κυρηναίους δεθηθεῖσιν, τεταραγμένων τῶν κατὰ τὴν πόλιν καὶ νοσοῦντων, πλεύσαντες εὐνομίαν ἔθεντο καὶ διεκόσμησαν ἄριστα τὴν πόλιν. Hæc Plutarch. Philop. c. 1. Cf. Arat. c. 5. Eadem Polybius X, 25 (25), 3, ex quo hæc apponam: Ἐπι δὲ Κυρηναίων αὐτοὺς μεταπεμφθέντων, ἐπιφανῶς προὔστησαν καὶ διεφύλαξαν αὐτοῖς τὴν ἐλευθερίαν. Cf. Niebuhr. p. 231; Droysen. p. 362 sq. Jam vero quum in Monum. Adulitano Libya inter possessiones Ptolemæi recenseatur, subactam denique Cyrenen esse intelligitur. Et ad exitum hujus contra Cyrenæos belli refero verba Trogi Pompeji, quæ hunc in modum refingo: *Ut Ptolemæus Eudemum (adeum denuo codd.) captum interfecerit.* Verum ducis nomen est Ecdemus, quod

8. Veruntamen vivente adhuc Callinico Seleuco, Antiochus (1), minor natu frater, quietis sortisque suæ impatiens, adjuvorem favitoremque nactus est Alexandrum (2), qui et urbem Sardes tenebat et Laodices matris suæ frater erat: denique et Gallis auxiliariis usus est. Duobus præliis Seleucus in Lydia victoriam nactus est, ita tamen ut neque Sardes caperet neque Ephesum, quam urbem Ptolemæus (3) præsidio insidebat. Deinde in Cappadocia atque adversus Mithridatem, novo prælio coorto, tum militum ejus viginti millia cæsa a barbaris sunt, tum ipse profligatus evanuit.

9. Ptolemæus vero, qui et Tryphon (1), Syriæ regiones cum Damasco occupavit, Orthosiamque (2) obsidione cinxit, quæ quidem soluta est centesimæ et trigesimæ quartæ Olympiadis anno tertio, Seleuco illuc apulso.

10. Frater autem Callinici Antiochus Magnam Phry-

giam peragrans, tributis incolas onerabat. Quin et contra Seleucum copiarum duces mittebat, quo tempore quum a barbaris suis satellitibus se prodi sensisset (1), horum manibus elapsus parvo comitatu Magnesium evasit: crastinaque die Ptolemæi auxiliis fretus prælium felici Marte conseruit: tum et Zielaë filiam nuptiis sibi copulavit. Deinde anno quarto Olympiadis centesimæ et trigesimæ septimæ in Lydia bis armis motis debellatus est. Tum etiam circa Choloen certavit cum Attalo. Denique primo anno Olympiadis trigesimæ octavæ supra centesimam, Attalum in Thraciam usque fugiens, post pugnam in Caria (2) patratam, vita excessit. Jam et Seleucus cognomento Callinicus frater Antiochi postero anno extinctus est.

11. Huic successit filius Alexander, qui maluit dici Seleucus (1), ab exercitu autem Ceraunus (2) vocitatus est. Is habuit etiam fratrem nomine Antiochum

in libris mss. abiit in *Ecdelum*, *Eudemum*, *Eudamum*, notante Droysenio p. 306. Hæc accidisse debent aut eodem anno quo Ptolemæus pacem cum Seleuco iniit (241), aut anno sequente. Nam sequitur ap. Trogum prælium cum Antigono Gonata commissum; Gonatas verò mortuus est anno 239 init. Ceterum pro corrupto illo: *Ut (vgo et) Antigonom Andro (i. e. ad Andrum) prælio navali* OPRONA (v. l. *prona*) *vicerit*, Droysenius scribendum putat *prælio navali pervicerit*. Quod non est probabile. In *oprona* latet ducis nomen proprium. Nec dubito quin dux iste fuerit *Sophron*, quem Epheso, nobilissimæ Asiæ urbi, quæ tum in Ægyptiorum potestate erat, a Ptolemæo III præfectum fuisse scimus ex Phylarcho (fr. 23) ap. Athen. XIII, p. 593, B. Jam quæritur num scribendum sit: *Ut Antigonus... Sophrona vicerit*, an: *Ut Antigonom... Sophron vicerit*. Antigonom vicisse puto. Nam accusativus *Sophrona* nihil offendit, imo placet sibi auctor in hoc græcismo (cf. v. c. *Conona* Prol. 8. 9; *Sidona*, 10; *Area*, 25; *Philometora*, 36; *Eupatora*, 37), adeo ut in ipsa formæ hujus insolentia genuinam Trogi manum agnoscamus. Consequitur pro *Antigonom* reponendum esse *Antigonus*. Unicus testis, qui præter Trogum pugnae mentionem faciat, Plutarchus est in *Pelopid.* c. 2: Βέλτιον δ' Ἀντίγονος ὁ γέρων, ὅτε ναυμαχεῖν περὶ Ἄνδρον ἐμελλεν, εἰπόντος τινός, ὅτι πολὺ πλείους αἱ τῶν πολεμίων νῆες εἶεν, « Ἐμὲ δ' αὐτὸν, ἔφη, πρὸς πόσας ἀντιστήσεις; » In his optime quadrat illud ὁ γέρων, nam an. 240 Antigonus natus erat annos septuaginta octo vel novem. Deinde vero ex dicto hoc colligitur secutam esse pugnam, in qua non cladem tulerit Antigonus, sed numerum copiarum arte supplens imperatoria vicerit. Repetit historiam Plutarchus in *Apophthegm.* Imp. p. 183, D (Μέλλων δὲ ναυμαχεῖν πρὸς τοὺς Πτολεμαίου στρατηγούς etc.), et in libro *De ratione qua quis se ipsum absque invidia laudet*, c. 16 p. 545, A, nisi quod posteriore loco legitur: Ἀντίγονος... ἐν τῇ περὶ Κῶν ναυμαχίᾳ etc. Et ad *Con* ins. pugnam commissam esse etiam Moschion testatur apud Athen. V, p. 206, E, ubi commemorat Ἀντιγόνου ἱερὰν τριήρη, ἣ ἐνίκησε τοὺς Πτολεμαίου στρατηγούς περὶ Λευκόλλαν τῆς Κῶας. Quamquam de Leucolla promontorio Cœi insulæ non constat. Videntur igitur duæ pugnae, altera ad Cœn, altera ad Andrum, distinguendæ esse. Plutarchi parum intererat hanc an illam nominaret, modo in utraque Antigonus victor abierit. Confundi vero tanto poterant facilius, si utraque eodem fere tempore pugmata est. Neque hoc veri specie caret. Certe cum victoria ad Cœn insulam reportata paullo antequam Demetrius in regno succederet, optime quadrat quod in sequente libro Trogus narrat, Demetrium in Asia Cariam sibi subjecisse (nam recte Niebuhrium ap. Trogum pro *in Asiam Cariam* emendasse in *Asia Cariam*, non est dubium). Droysenius II, p. 218 victoriam ad Cœn pertinere putat ad an. 263, dubitans tamen. — Hæc igitur Trogus in secunda parte libri XXVII exposuit. Deinde in Syriam Asiamque minorem revertens, Seleuci et Antiochi bellum secundum usque ad mortem fratrum narravit. Hæc paullo fusius annotanda erant, ut fidem Porphyrii nostri tueremur.

§ 8. not. 1. *Antiochus*] codex et hoc loco et in seqq. semper *Antigonus*. — 2. *Alexandrum*] sic Aucher; *Alexandriæ* Majus. Ceterum hunc Alexandrum aliunde non novimus. — 3. *Ephesum... Ptolemæus... insidebat*] Ptolemæus, Ptolemæi Philadelphii filius nothus, juvante Timarcho Milesiorum tyranno, a patre deficiens Ephesum occupaverat quo tempore in Syria regnavit Antiochus Decus. V. Trog. Pomp. Prolog. XXVI. Ptolemæo isto occiso, Ephesus in Ægyptiorum potestatem rediit, eique præfectus est Sophron. V. Phylarch. ap. Athen. XIII, p. 593, B.

§ 9. not. 1. *Typhon*] Vulgo hoc nomine notatur Ptolemæus Euergetes II. Non subesse excerptoris errorem, patet ex Trogo Pomp. in Prolog. XXVII. — 2. Igitur neque Damasco neque Orthosia Ptolemæus in priore expeditione contra Seleucum suscepta potitus erat.

§ 10. not. 1. Apud Aucherum legitur: *verum a suis voluptariis ministris barbaris traditus est*. — 2. *in Caria*] Non de Asiæ Caria cum Niebuhrio cogitandum, sed de Thracica, super Odessam ad Pontum sita. Arrian. Peripl. Pont. Eux. § 24, 3: Καρῶν λιμὴν, καὶ ἡ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος Καρία καλεῖται. Eadem Anonymus B in Peripl. Pont. § 18 in Gall. Geogr. min. tom. III, p. 226. Cf. Steph. Byz. Καρὸς κῆποι, χωρίον Θράκης, ὡς Θεόπομπος ν'. Quibus idem locus indicari videtur. Antiochus in Bithyniam, terram amicam, se recepisse, hinc in Thraciam trajecisse videtur. Aliter Droysen. II, p. 426, Arriani et Anonymi immemor.

§ 11. not. 1. *maluit dici Seleucus*] Regno potitus Seleuci nomen assumpsisse videtur. Nomen *Alexandri* habet etiam Malalas p. 299, ubi post Callinicum recensetur Ἀλέξανδρος ὁ Νικάτωρ, ἔτη λς'. Anni 36 pertinent ad Antiochum Magnum. Cf. supra § 7 not. 1. — 2. *Ceraunus*] Ceraunus a vulgo vocabatur, sicut Seleucus Callinicus Πώγων cognomina-

Quum tribus annis Seleucus patrum imperium rexisset, a quodam Nicanore Gallo (3) in Phrygia ex insidiis interimitur circa Olympiadis centesimæ trigesimæ nonæ annum primum.

12. Successorem habuit Antiochum fratrem, quem Babylone accitum creavit regem exercitus, quique Magni cognomentum sortitus est, atque annis XXXVI (1) imperavit, a centesimæ scilicet et trigesimæ nonæ Olympiadis anno altero usque ad centesimæ et quadragessimæ octavæ item alterum. Is Susa profectus atque in superiores satrapias, manu cum Elymæis conserta, interneccione cæsus est, relictis duobus liberis Seleuco et Antiocho (2).

13. Ex his Seleucus in patris locum suffectus est anno tertio Olympiadis centesimæ et quadragessimæ octavæ, annisque duodecim (1) in imperio superfuit, usque ad Olympiadis [centesimæ] quinquagesimæ primæ annum primum, vixitque omnino annis sexaginta (2).

14. Extincti locum Antiochus frater insedit, cognomento Epiphanes, rebusque præfuit annis undecim (1), a tertio nimirum anno centesimæ et quinquagesimæ primæ Olympiadis ad primum usque quinquagesimæ quartæ supra centesimam. Epiphane Antiocho adhuc superstite, regnum adibat filius duodennis (2) Antiochus cognomento Eupator, qui anno uno mensibusque sex (3) cum patre vivebat.

16. [Synzell. p. 290, D : Οὗτος ὁ Δημήτριος ὑπὸ Σελεύκου τοῦ πατρὸς δοθεὶς ὄμηρος εἰς Πρώμην, φυγὼν εἰς Τρίπολιν Φοινίκης ἐν ἡμέραις\* παρεγένετο, καὶ ἐπελθὼν Λυσίαν τε ἐπίτροπον Ἀντιόχου τοῦ παιδὸς ἀναιρεῖ καὶ αὐτὸν Ἀντιόχον, παραδόξως ἐν ταῖς θλαῖς (ἐν ὀλίγαις?) ἡμέραις τοσαύτην κατακτησάμενος ἀρχήν. Κατὰ τοῦτου Πτολεμαῖός τε συμμαχεῖ Ἀλεξάνδρῳ διὰ μισθοφόρων ξένων καὶ Ἄτταλος ὁ Περγάμου βασιλεὺς δὲ καὶ κατὰ γων αὐτὸν πρὸς δὴ ἀντιταττόμενος ὁ Δημήτριος τελευτᾷ ἰβ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ κρατεῖ τῆς Συρίας Ἀλέξανδρος ὁ ὑποτεταγμένος ἔτη ε', καὶ ἀναιρεῖται πολεμῶν τῷ Πτολεμαίῳ κατὰ τὴν Ἀντιόχεια\* κατὰ γων τὸν Δημήτριον ἐπὶ τὴν βασιλείαν Συρίας\* συμπίπτει δὲ καὶ ὁ Πτολεμαῖος καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον θνήσκει.]

15. Mox Demetrius, quem Seleucus pater Romanis obsidem tradiderat, fuga se Roma subducens ad Phœniciz urbem Tripolim appulit, Lysiam pueri tutorem cum ipso Antiocho peremit, regnumque invasit Olympiadis centesimæ et quinquagesimæ quartæ anno quarto, idque retinuit usque ad centesimæ quinquagesimæ septimæ Olympiadis annum quartum (1. tertium). Huic Soter cognomentum fuit, mansitque imperium annis duodecim (1) : tandemque coorto sibi regni causa prælio adversus Alexandrum, quem mercenarii milites prætereaque Ptolemæi regisque Attali copiz firmabant, vita orbatus est.

batur (Polyb. II, 78). In actis publicis Seleucus III appellatur Σωτήρ. V. Pocock. Inscript. ant. c. 1, p. 4. 18. Droysen. II, p. 520. — 3. a quodam Nicanore Gallo] Breviator Nicanorem cum Apaturio, quem omisit, confundit. Polyb. IV, 48, 8 : Ὑπερβαλὼν δὲ μεγάλη δυνάμει τὸν Γαῦρον καὶ δολοφονηθεὶς ὑπὸ τε Ἀπατουρίου τοῦ Γαλάτου καὶ Νικάνορος μετήλλαξε τὸν βίον. Hieronymus in Daniel. c. 11 (e Porphyrio) : Quum Seleucus (Ceraunus) major frater tertio anno imperii esset occisus in Phrygia per dolum Nicanoris et Apaturii, exercitus qui erat in Syria Antiochum fratrem ejus cognomento Magnum de Babylone vocavit ad regnum. Appian. Syr. 66 : Σελεύκῳ μὲν δὴ ἀσθενεῖ τε ὄντι καὶ πενομένῳ καὶ δυσπειθῇ τὸν στρατὸν ἔχοντι, ἐπεβούλευσαν οἱ φίλοι διὰ φαρμάκων, καὶ ἐς ἔτη δύο μόνῳ ἐβασίλευσεν. Sulpicius Sever. I. I. : Seleucus filius annos tres. Chronicorum scriptores, ut annorum fractiones vitent, computant ita : Sel. II regnat an. 20 ; Sel. III regnat an. 3 ; aut (sicut Exc. Barb.) Sel. II regnat an. 21 ; Sel. III regnat an. 5, pro an. 20 1/2 et 2 1/2. = 23. Cf. etiam Polyb. IV, 48.

§ 12. 1. XXXVI] XXXVII, sec. Appian. Syr. 66 et Sulpic. I. I. Mortuus est ineunte anno trigesimo septimo. V. Clinton. III, p. 314 sq. — 2. Antiocho] Alius Antiochus, filiorum natu maximus, quem natum esse an. 221 Clintonus exputat, jam mortuus erat an. 193. Vid. Liv. XXXV, 13. 15. Alios duos filios, Ardyn et Mithridatem, qui item ante patrem obiisse debent, commemorat Livius XXXIII, 9.

§ 13. 1. duodecim] Sic etiam Appianus I. I. Sulpicius II, 28 : Seleuco mortuo anno imperii duodecimo, regnum frater Antiochus, qui obses Romæ fuerat, accepit. — 2. sexaginta] Error subest, siquidem Antiochus frater natu major natus demum est an. 221. Unde sequitur Seleucum Ol. 151, 2 non ultra 47 annos posse exegisse. V. Clinton. I. I.

§ 14. 1. undecim] Sic Hieronymus quoque in Dan. c. 11. (Hieronym. Opp. tom. III, p. 1121) et Sulpicius I. I. In Exc. Barb. sunt novem (ἐννέα confusum cum ἑνδεκά). Apud Malalam p. 205 anni duodecim. Accuratius Appian. Syr. 66 eum regnasse dicit ἔτεσι δώδεκα οὐ πλήρῃσιν. — 2. duodennis] novennis sec. Appian. Syr. 46. 66. — 3. anno uno mensibus sex] Duo anni ei numerantur ap. Joseph. A. J. XII, 10, 1, itemque in Canone Eusebii. Porphyrius Olympiadum annos ita adornat, ut Antiochi Epiphaneis annus postremus sit Ol. 154, 1, Demetrii annus primus Ol. 154, 4, adeo ut Olymp. 154, 3, 1/8, quo currente mortuus est Antiochus Eupator, totus ei assignetur. Diem vero Ant. Eupator obiit auctumno an. 162 ; nam Demetrius statim post mortem Cn. Octavii Roma aufugit (Polyb. XXXI, 19) : Cn. Octavius autem mortuus est an. 162 (Obsequens c. 74).

§ 15. 1. duodecim] Eodem modo Polybius III, 5. Undecim annos ei tribuit Josephus A. J. XIII, 2, 4.

17. [Cf. Syncell. p. 292, C : Τοῦ Ἀλεξάνδρου τούτου τοῦ προρηθέντος υἱοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφάνους πεσόντος ἐν τῇ πρὸς Πτολεμαῖον μάχῃ μερίζεται ἡ τῆς Συρίας ἀρχὴ εἰς τε Δημήτριον τὸν τοῦ Δημητρίου υἱὸν ὀρμώμενον ἐκ τῆς Σελευκίας καὶ εἰς τὸν υἱὸν Ἀλεξάνδρου ὀρμώμενον ἐκ Συρίας καὶ Ἀντιοχείας Ἀντιόχον. Ἀλλὰ τοῦτον ὁ Δημητρίου Δημήτριος τάχιστα νικήσας χειροῦται τὴν ἀρχὴν ἔτη γ' ὄθεν καὶ Νικάνωρ ἐκλήθη. Στρατεύσας δὲ ἐπ' Ἀρσάκην εἰς Βαβυλῶνα αἰχμάλωτος γίνεται ὑπὸ Ἀρσάκου καὶ εἰς τὴν Παρθικὴν ἀναχθεὶς ἐφρουρεῖτο σιδηρωθεὶς ὄθεν καὶ Σιδηρίτης ἐλέγετο ὕστερον.]

16. Itaque Alexander Syria politur anno tertio Olympiadis centesimæ quinquagesimæ septimæ, regnatque annis quinque (1), donec quarto (1. tertio) centesimæ et quinquagesimæ octavæ morte occumbit beligerans cum Ptolemæo, qui Demetrio Demetrii filio opem ferebat prope urbem Antiochiam : quippe ibi pugna pugnata est, quo in tumultu Ptolemæus ipse desideratus est.

17. Exinde bellum sustentavit (1) Demetrius, quem diximus Demetrii filium. Quum igitur manus conseruissent Demetrius qui Seleucia, et Antiochus Alexandri filius qui a Syria Antiochiæque urbe adventabat, superior discessit Demetrius; primoque anno Olympiadis centesimæ et sexagesimæ regni habenas capessivit. Mox altero anno (2) copias contra Arsacem Babylonem atque in superiores provincias educebat; tum sequente anno, qui tertius erat centesimæ et sexagesimæ Olympiadis, eundem captum Arsaces transferri ad Parthos atque in custodia haberi jubebat. Is Nicenor (nempe Victor) dictus est ob Antiochum Alexandri filium victum: tum etiam Siripides (3), quia ferrea vinculus compede abductus est atque in custodia adseruatus.

18. Demetrii vero frater natus minor nomine Antiochus, in urbe Sida educatus, ex qua cognomentum quoque Sidetis (1) reportavit, fratris cladem et vincula edoctus, Sida relicta, ad occupandam Syriam projectus est centesimæ et sexagesimæ Olympiadis quarto anno (2), idque regnum tenuit annis novem. Hic Judæos vi subdidit, obsessæque urbis mœnia evertit, et gentis optimates occidit centesimæ et sexagesimæ secundæ Olympiadis anno secundo (3). Tum quarto (4) Olym-

§ 16. 1. *quinque*] Consentit Joseph. XIII, 4, 8. Deinde pro *donec quarto* leg. *donec tertio*. Mortuum esse Balam Ol. 158, 3. 146 exeunte, colligitur etiam e Ptolemæi Philometoris temporibus, atque inde, quod in Maccab. I, 10, 21 res refertur ad an. 167 ær. Seleucid. V. Clinton p. 325. Eusebius in Canone (et Exc. Barb.) Alexandro Balæ tribuit annos decem (Ol, 157, 4-160, 1); idem in regum latere. pag. 260, annos 9, mens. 9; Samuelis Aniensis annos 9, menses 10. Comprehenduntur his numeris tempora Alex. Balæ et filii ejus Antiochi et Tryphonis sive Diodoti usque ad an. 140 a. C.

§ 17. 1. Historiam annorum quinque, quibus post necem Alexandri Demetrius et Antiochus et Typhon de Syriæ regno contendebant, Eusebius pessime omisit. De Demetrii rebus quæ ex Porphyrio traduntur, apte componi possunt cum iis quæ tradunt Josephus, Diodorus et Livius (uterque ex Posidonio Syrio), et Justinus. Vide quæ notavimus ad Diodori De insid. fr. 25 in tom. II, p. XX. Diversam, neque vero, opinor, præferendam chronologiam sequitur auctor lib. Maccab. Hanc Clintonus adoptavit p. 326 sqq. — 2. *altero anno*] Ol. 159, 2.  $\frac{143}{142}$ . Sec. Maccab. I, 14, 1 expeditio Parthica incidit in an. 172 aer. Seleuc. = 140 a. C. sive Ol. 159, 4  $\frac{141}{140}$ . — 3. *Siripides*] Σιδηρίτης Syncellus; at non Græcum, sed Syrum esse vocabulum (sicuti *Bala* et *Zabina*) monet Niebuhrus p. 298. Deducendum nomen a voce Chaldaica *sér* (hebraice *serdh*), i. e. catena, ut *Siripides* sit *catena vinculus*.

§ 18. 1. *Sidetis*] Steph. B. : Σίδη, πόλις Παμφυλίας... Ὁ πολίτης Σιδήτης. Prideaux vol. III, p. 391, Vaillant Imp. Seleucid. p. 168, alii, nomen hoc a Syriaca voce, quæ *venatorum* significat, deducere voluerunt. V. Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. p. 184, D. — 2. *Olymp. 160, 4*] Incipit ejus regnum exeunte Ol. 160, 3, quem annum pro more suo Porphyrius totum assignat decessori. Computum ex Josepho XIII, 8, 2 et Maccab. I, 16, 14-16 instituit Clinton. III, p. 330, ubi vide. — 3. *Ol. 162, 2*] Is est septimus annus Antiochi Sidetis. Josephus vero XIII, 8, 2 ait : Ἀντιόχος τὴν Ἰουδαίαν ἐνέβαλε τετάρτῃ μὲν ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, πρώτῃ δὲ τῆς Ὑρανοῦ ἀρχῆς. Addit : Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ καὶ ἐξηκοστῇ καὶ δευτέρῃ (ἑκατ. καὶ ἐξ. δευτέρῃ in edit. Dindorfii. Quod non minus corruptum foret). Leg. cum Hudsono : Ὀλυμπιάδος ρξά' ἔτει δευτέρῃ. Eusebius in Canone Hierosolymorum obsessionem notat ad annum quintum Antiochi, Ol. 162, 1. Bellum illud supra anni tempus durasse ex Josephi narratione colligitur (an. 134 Febr. — 133 Octobr. s. Ol. 161, 4 sec. Clinton.). Quodsi igitur Porphyrius Olymp. 162, 2 *finem* belli assignavit, restat duorum annorum differentia. Antiochum muros urbis diruisse etiam Diodorus (e Posidonio) tradit lib. XXXIV, 1, 5 (τὰ τεῖχη περιελών). Josephus l. l. : καθεῖλε δὲ καὶ τὴν στεφάνην τῆς πόλεως. Quod vero addit Porphyrius : *et gentis optimates occidit*, discrepat a narratione Diodori et Josephi (cum quibus comparandus Plutarch. Moral. p. 184, F), qui benignissimum victis se regem præbuisse narrant. Niebuhrus l. l. p. 299 Porphyrii testimonium præferendum censet, in Josephi narratione vanitatem scriptoris agnoscit, qui gentis suæ infortunia celare studeat. Sed num simile quid etiam de Posidonio, Judæorum adversario potius quam amico (v. Posid. fr. 14, p. 206), statuere licebit? — 4. *Olymp. 162, 4*]  $\frac{170}{168}$  a. C. Consentit Livius Epit.



(Cod. fol. 193) \*\* κῆσαι ἀρχιμάλωτον βασιλικῶς ἐφύλαττεν.

19. Ἦν Ἀντιόχῳ \*\* καὶ τοῦ Σελεύκου τούτου νεώτερος υἱὸς δ' Ἀντιόχος δ' ἐν Κυζίκῳ παρὰ Κρατερῶ τῷ εὐνούχῳ τρεφόμενος διὰ δέος τοῦ Δημητρίου, ὃς διὰ τούτου Κυζικηνὸς ἐπεκλήθη.

20. Ὁ τοίνυν Δημήτριος ἀπολυθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἀρσάκου, ὡς εἴρηται, καὶ κατελθὼν, βασιλεύει. Πτολεμαῖος δὲ ἀγανακτήσας, ὅτι τῷ Πηλουσίῳ προσέβαλεν ὁ Δημήτριος, ἅτε τῶν κατ' Αἴγυπτον πραγμάτων ἐχόμενος, πέμπει βασιλέα τῆς Ἀσίας Ἀλέξανδρον, ὡς υἱὸν Ἀλεξάνδρου, ὃς διὰ τὸ ὡς ἀγοραστὸς εἶναι νενομίσθαι τοῦ Πτολεμαίου, Ζαβινᾶς ἐπεκλήθη πρὸς τῶν Σύρων. Συμβολῆς δὲ περὶ Δαμασχὸν γενομένης, ἠττηθεὶς ὁ Δημήτριος φεύγει εἰς Τύρον, καὶ κει κωλυόμενος εἰσελθεῖν, ἐκείνη κόπη, βασιλεύσας πρὸ μὲν τῆς αἰτίας, μετὰ δὲ τὴν κάθοδον ἔτη δ'.

*piadis centesimæ et sexagesimæ secundæ centum viginti millibus (5) militum irruebat in eum Arsaces, qui strategemate etiam usus fratrem ejus Demetrium captivitate solutum emittebat in Syriam. Antiochus autem dum ingruente hieme (6) barbaros angusto loco persequitur, in pugna æstu vulneratur et obit anno ætatis quinto supra trigesimum. At ejus filium tenera ætate Seleucum (7), qui erat in patris comitalu, Arsaces captivum abduxit regioque more custodiendum curavit.*

19. *Ceterum Antiocho quinque liberi nati sunt, tres nempe mares et feminæ duæ. Prior itemque altera filia Laodice audiverunt, uno nomine duabus communi. Tertius Antiochus, quem itemque sorores morbus exstinxit. Quartus Seleucus, quem cepit Arsaces. Quintus tandem Antiochus idemque Cyzicenus, qui quum apud Craterum eunuchum aleretur, terrore Demetrii Cyzicum se fuga contulit cum Cratero aliisque Antiochi famulis.*

20. *Itaque quum alter quidem [frater] cum sororibus diem supremum obiisset, solus autem natus minimus superesset Antiochus, qui et ejus [fugæ] causa Cyzicenus appellatus est; denuo Demetrius, ab Arsace expeditus, anno altero (1. quarto) (1) centesimæ et sexagesimæ secundæ Olympiadis regno præesse cepit, post annos decem in captivitate transactos. Staturque a postliminio Ægypto mentem intendens Pelusium profectus est: sed mox resistente sibi Ptolemæo Physcone pedem retulit: namque et exercitu, cui erat invisus, parum alacri ad bella utebatur. At vero Ptolemæus ira flagrans, misit regem Asianis Alexandrum filium Alexandri, seu dictitatum Alexandri filium, qui quum emptus a Ptolemæo putaretur, Zabinæ cognomen apud Syros nactus est (2). Prælio prope Damascum inito victus Demetrius Tyrum confugit: verum illuc prohibitus ingredi, dum fugam navi molitur, cæsus interiit (3) centesimæ et sexagesimæ quartæ Olympiadis anno primo: adeo ut regnaverit ante captivitatem annis tribus, post reditum autem annis quattuor (4).*

59, ubi bella inter Antiochum Syriæ et Phraatem Parthorum regem gesta memorantur in anno M. Perpennæ consulis, i. e. an. 129. Cf. de hoc bello Appian. Syr. 68; Josephus XIII, 8, 4; Justin. XXXVIII, 10; Diodor. XXXIV, 15-17; Posidonii fr. 19-21. — 5. *centum viginti millibus*] Fortasse non exaggeratum numerum esse monet Niebuhrus. — 6. *hieme*] Dec. an. 129 vel Jan. an. 128. Justin. l. 1: *Propter multitudinem hominum exercitum suum Antiochus per civitates in hiberna dividerat; quæ res exilii causa fuit* etc. Sed vere demum (τῆς ἐαρινῆς ὥρας τῆ γλιᾶ τρυκούσης τὸν χιόνα Diod. 34, 15) prælium, quo cecidit Antiochus, commissum est. — 7. *Seleucus*] Athenæus IV, p. 153, a Posidonii (fr. 19) libro XVI (in quo de Antiochi Sidetis expeditione sermonem fuisse scimus), de Seleuco rege ab Arsace capto narrat. Putabam Athenæum Seleucum regem cum Demetrio Nicatoris rege, qui eodem fere tempore e captivitate dimissus est, confudisse. Meliora nostro loco docemur. Seleucus ille est Antiochi Sidetis filius, quem perperam Athenæus βασιλέα dixit.

§ 20. 1. *quarto*] sic pro vulgata *altero* scribendum esse ex antec. numeris patet. — 2. Nummi Alexandri Zabinæ supersunt cum notis annorum 184. 185. 186. 187 ær. Sel. (Ol. 162, 4—163, 3), ut eodem adhuc anno, quo reversus Demetrius regnum suscepit, Alexander ei oppositus sit. — 3. *cæsus interiit*] Cf. Justin. XXXIX, 1; Josephus XIII, 9, 3; Livius Epit. 60; Appian. Syr. 68. — 4. *annis quattuor*] In antecedd. auctor dixit Demetrium regnum suscepisse Olymp. 162, 4. (129 a. C.; 184 ær. Sel.). Itaque anni quattuor pertinent usque ad Ol. 163, 3 (125 a. C.; 187 ær. Sel.). Et hunc annum ne explevit quidem Demetrius. Nam supersunt nummi tum Demetrii tum Antiochi Grypi cum nota anni 187 (Vaillant. p. 188. Frœlich. p. 89). Igitur paullo post initium anni 187 diem obierit Demetrius; deinde Seleucus regnavit per menses aliquot (annum ei tribuit Porphyrius); exeunte anno 187 (circa m. Aug. an. 135 a. C.; Ol. 163,

21. Διαδέχεται δὲ τὸν Δημήτριον Σέλευκος ὁ υἱός, καὶ εὐθὺς ἐκ διαβολῆς τῆς μητρὸς ἀποθνήσκει. Ἀντίοχος δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος παραλαμβάνει τὰ πράγματα τῆς εἰκοστῆς ἐξηκοστῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος ἔτει δευτέρῳ, καὶ τρίτῳ ἔτει νικᾷ τὸν Ζαβινᾶν. Ὁ δὲ τὴν ἤπταν μὴ ἐνέγκας φαρμάκῳ ἑαυτὸν διεχρήσατο. Βασιλεύει δὲ ἔτη ια', ἄχρι τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς ἑκατοστῆς ἐξηκοστῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος. Συναριθμεῖται γὰρ ὁ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Σελεύκου ἐνιαυτὸς τῆς ἀρχῆς εἰς τοῦτον. Ἐκαλεῖτο δὲ Γρυπὸς καὶ Φιλομήτωρ. Κατιόντι δὲ τῷ ὁμομητρίῳ ἀδελφῷ Ἀντιόχῳ (ἀγίτράχῳ cod.) καὶ ἀνεψιῷ τὰ ἐκ πατρὸς, τῷ ἐπικληθέντι Κυζικηνῷ, περὶ οὗ πρὸ ὀλίγου εἰρήκαμεν, ἐκχωρεῖ τῆς ἀρχῆς ἀπελθὼν εἰς τὴν Ἀσπενδὸν, ὅθεν καὶ Ἀσπένδιος ἐκλήθη ὁ αὐτὸς καὶ Γρυπὸς καὶ Φιλομήτωρ ἐπικαλούμενος.

22. Τοῦ τοίνυν Ἀντιόχου εἰς τὴν Ἀσπενδὸν ἐκχωρήσαντος, ἄρχει ἀπὸ τῆς ρξζ' Ὀλυμπιάδος ἔτους τοῦ πρώτου ὁ Κυζικηνὸς Ἀντίοχος. Τῷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς αὐτῆς Ὀλυμπιάδος κάτεισι πάλιν ἀπὸ τῆς Ἀσπένδου ὁ Ἀντίοχος· καὶ κρατεῖ μὲν αὐτὸς τῆς Συρίας, ὁ δὲ Κυζικηνὸς τῆς Κοίλης. Διαιρεθείσης δὲ τῆς ἀρχῆς, ὁ μὲν Γρυπὸς παρατείνει ἄχρι τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος τοῦ τετάρτου ἔτους, ἔτη μετὰ τὴν κάθοδον ἐπιζήσας δεκαπέντε, ὡς ἄρξαι τὰ πάντα εἴκοσι ἕξ, ἕνδεκα μὲν καὶ ἑαυτὸν, πεντεκαίδεκα δὲ τῆς ἀρχῆς διηρημένης.

23. Ὁ δὲ Κυζικηνὸς κρατήσας ἀπὸ τῆς ρξζ' ἔτους πρώτου τελευτᾷ ἔτει πρώτῳ τῆς ροα' Ὀλυμπιάδος, βασιλεύσας μὲν ἔτη ιη', βιοῦς δὲ τὰ πάντα ἔτη ν'. Τελευτᾷ δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. Ἀποθανόντος γὰρ τοῦ Γρυποῦ

21. *Demetrium consecutus est filius ejusdem Seleucus, qui statim matris calumniis interemptus est (1) Res ergo ad Antiochum minorem natu fratrem re- cidebant centesimæ et sexagesimæ quartæ Olympiadis anno altero. Is anno tertio Zabinam fregit, qui ne cladi superesset, veneno mortem hausit (2). Regnavit autem [Antiochus] annis undecim usque ad centesimæ sexagesimæ sextæ Olympiadis quartum annum (3): eoque numero unicus etiam annus concluditur, quo frater ejus Seleucus potestatem retinuit. Idem vocitatus est Grypus (id est aduncus) itemque Philometor. Hic adventante Antiocho, qui materno genere frater erat, paterno autem patruelis, et cognomento, ut paullo ante diximus, Cyzicenus, potestate abdicata pergebat Aspendum; quamobrem etiam Aspendius appellatus est idem cui Grypo et Philometori agnomen erat.*

22. *Postquam Antiochus Aspendum secesserat, rerum potiebatur centesimæ sexagesimæ septimæ Olympiadis anno primo Cyzicenus Antiochus. Sed enim mox secundo anno ejusdem Olympiadis redibat Aspendo Antiochus, Syriamque occupabat, præter quandam partem Cyziceno adhuc obnoxiam. Ergo imperium bifariam divisum est: quod Grypus usque ad centesimæ septuagesimæ Olympiadis quartum annum insedit, annis post reditum quindecim in regia potestate versatus: ita ut annis omnino sex supra viginti (1) regnaverit, nempe undecim imperio integro, quindecim bifariam diviso.*

23. *Jam ipse Cyzicenus a centesimæ sexagesimæ septimæ Olympiadis primo anno dominatus est... tem centesimæ septuagesimæ primæ... quam annis octodecim (1) regnavit.*

4 init.) Antiochus Grypus successerit. Hinc liquet et historiæ et sibi ipsi repugnare Porphyrium, quod in Olymp. 164, 1. Non subesse librarii errorem ex seqq. numeris patet, nec non ex comparatione, qui eodem modo rem adornasse videtur. Nam quæ leguntur in Epit. 60: *Motus Syriæ referuntur, in qua parte Demetrium virum suum et Seleucum filium, indignata quod occiso patre ejus a se injussu suo diadema sumpsisset, interemit*: ea collocantur in anno Q. Metelli consulis, i. e. 124 a. C., Olymp. 164, 1. Ceterum Porphyrius finem Demetrii ad Olymp. 164, 1 detulit propterea, quod initium Antiochi Grypi assignavit Olymp. 164, 2. In posteriore hoc numero causa erroris quærenda est. Etenim ex genuina chronologia ita statuendum, ut Ol. 163, 4 sit Demetrii annus primus; Ol. 164, 1, regni anno secundo, Alexandrum Zabinam debellaverit; Olymp. 164, 2 denique primus sit annus, quo, *recuperato patrio regno* (Justin. 39, 2), solus absque æmulo imperaverit. Hunc primum recuperati regni annum Porphyrius sumpsit pro anno quo Seleuco successerit, ideoque Zabinæ cladem anno sequenti, Ol. 164, 3, attribuit. Ceterum recte Porphyrius ab Ol. 164, 2, usque ad discessum Demetrii undecim exputat annos; inde ab initio regni forent anni tredecim; id quod infra etiam Josephi testimonio confirmabimus. V. § 22, not. 1. — 4. Post v. ὑπὸ τοῦ in codice vacuum spatium vocum duarum triumve.

§ 21. not. 1. *interemptus est*] V. Justin. XXXIX, 1; Appian. Syr. 69; Livius Epit. 60. — 2. Aliter de his narrat Justinus XXXIX, 2. Cf. Josephus XIII, 9, 3. — 3. *Olymp. 166, 4*] i. e. 113 a. C., 200 ær. Sel. Secundum Justinum I. I. Antiochus Grypus, postquam Cleopatram matrem suam vel potius furiam sustulerat, *octo annis quietem habuit... Natus deinde illi est æmulus regni frater ipsius Cyzicenus*. Cleopatrarum numus ultimus notam habet anni 191 Sel. (122 a. C., Ol. 164, 3); in primo numo nostro Ant. Cyziceni notatur annus 199 (114 a. C., Ol. 166, 3). Ex his igitur colligis Cleopatram obiisse currente anno 191, et octo annis post (199 Sel.) jam regis titulum sibi vindicasse æmulum Ant. Grypi, qui anno sequente (200 Sel.) regno cedens Aspendum abiit. De re cf. etiam Appian. Syr. 69.

§ 22. not. 1. *sex supra viginti*] Constat sibi Porphyrius. Sed duobus annis eum errasse supra (§ 20) vidimus. Consequitur Grypum non 26 annis, sed 28 regnasse, adeo ut omne temporis spatium ab initio regni usque ad mortem sit annorum viginti novem. Atque sic Josephus XIII, 13, 4: Ἀντίοχος ὁ Γρυπὸς ἐπικληθεὶς ἀποθνήσκει ὑπὸ Ἡρακλέωνος; ἐπιβουλευθεὶς βιώσας μὲν ἔτη τεσσαράκοντα καὶ πέντε, βασιλεύσας δ' ἑννέα καὶ εἴκοσι. Itaque natus est Demetrius Ol. 159, 3. 141.

§ 23. not. 1. *octodecim*] In subjecto laterculo latino nonnisi *septemdecim* numerantur, idque ex Porphyrii calculis rectius habet. Nam ab Ol. 167, 1-171, 1 inclusive, sunt anni 17. Quamquam accesserit fortasse pars Olympiadis 166, 4, adeo ut currente anno duodevicesimo defunctus sit.

Ἀντιόχου κατὰ τὸν εἰρημένον χρόνον, Σέλευκος ὁ τοῦτου παῖς ἐπελθὼν μετὰ δυνάμει πολλὰς πόλεις προσηγάγετο. Ἀντιόχος δὲ ὁ Κυζικηνὸς προσαγαγὼν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας τὴν δύνανται, καὶ παραταξάμενος, ἐνίκηθη· ἔξενεχθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ ἵππου αὐτοῦ πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ μέλλων συλλαμβάνεσθαι, ἑαυτὸν ἀπέσφαξε. Τῆς δὲ βασιλείας ὁ Σέλευκος ἐγκρατῆς γενόμενος παρέλαβε τὴν Ἀντιόχειαν.

24. Πρὸς δὲ τοῦτον ἐπολέμει τοῦ Κυζικηνοῦ υἱὸς γενόμενος Ἀντιόχος. Γενομένης δὲ μάχης ἐν τῇ Κιλικίᾳ περὶ πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Μοψουεστίαν, ἐνίκησεν ὁ Ἀντιόχος. Σέλευκος δὲ φυγὼν εἰς τὴν πόλιν, καὶ πυθόμενος τοὺς ἐγγυρίους, ὅτι διεγνώκασιν αὐτὸν ζῶντα κατακαῦσαι, φθάσας ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν.

25. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ αὐτοῦ οἱ κληθέντες Δίδυμοι, Ἀντιόχος τε καὶ Φίλιππος, ἐπιφανέντες μετὰ δυνάμει καὶ τὴν πόλιν βία χειρωσάμενοι μετῆλθον τὴν ἀπώλειαν τοῦ ἀδελφοῦ, κατασκάψαντες τὴν πόλιν. Ἐπελθὼν δὲ ὁ τοῦ Κυζικηνοῦ υἱὸς μάχη αὐτοὺς νικᾷ. Καὶ τούτων Ἀντιόχος μὲν ὁ τοῦ Σελεύκου ἀδελφὸς ἀπὸ τῆς μάχης ἐλαύνων τὸν ἵππον καὶ καταφυγὼν εἰς τὸν Ὀρόντην, ὑπὸ τοῦ ρεῖθρου κατεφθάρη.

26. Λοιπῶν δὲ ὄντων τῶν ἀμφισβητούντων περὶ τῆς βασιλείας Φιλίππου, τοῦ Σελεύκου μὲν ἀδελφοῦ, υἱοῦ δὲ τοῦ Γρυποῦ Ἀντιόχου, Ἀντιόχου δὲ τοῦ παιδὸς τοῦ Κυζικηνοῦ, ἀπὸ τρίτου ἔτους τῆς ροα' Ὀλυμπιάδος ἀρξάμενοι καὶ δυνάμει ἀξιολόγους ἔχοντες καὶ μέρους τῆς Συρίας ἐπικρατοῦντες, διεπολέμουν πρὸς ἀλλήλους

*ginta (2) vitam produxerat. Porro necis ejus ratio ejusmodi fuit. Grypo Antiocho eo quod diximus tempore fatis functo, Seleucus hujus filius adducto exercitu urbes plurimas subigebat. At vero Cyzicenus Antiochus contractis Antiochiæ copiis manus infelici Marte conseruit: tum equo inter hostes elatus, quum jam capiendus esset, educto gladio ipse sibi vitam exhausit (3). Quo facto regnum universum cum ipsa Antiochia in Seleuci potestatem redactum est.*

*24. Contra eum tamen bellum aluit residuus Cyziceni filius Antiochus (1). Reapse praelio in Cilicia prope urbem Mopsuestiam patrato victoriam Antiochus adeptus est. Seleucus autem in urbem fuga elapsus, sciscitabatur a civibus num se agnoscerent (2). Quumque se agnitum audisset, ne vivus combureretur, manus illico sibi attulit.*

*25. Tum fratres ejus, qui Gemini dicebantur, Antiochus et Philippus (1), cum exercitu adventantes in urbem ceperunt, fratrisque ulciscendi causa eandem subverterunt. Hos tamen Cyziceni filius armis petiit ac debellavit: atque ex his quidem Antiochus Seleuci frater pugna equo admissa excedens temere in Orontem amnem delapsus vortice haustus periit (2).*

*26. Reliqui erant, qui de regno inter se decertarent, Philippus Seleuci frater, Grypo Antiocho natus, et Antiochus Cyziceni filius. Hi orsi ab anno tertio (1) Olympiadis centesimæ septuagesimæ primæ, non sine delectis exercitibus Syriæ partem singuli tenebant, bellum-*

— 2. *quinquaginta*] Si mortuus est Ol. 171, 1 exeunte, 95 a. C., natus est an. 144 a. C., septem annis antequam pater ejus Antiochus Sidetes regnum suscepit. Clintonus pro *quinquaginta* (v) scribi vult *quadraginta* (μ'), ut a rege de numo patre genitus sit. — 3. De morte Cyziceni cf. Josephus XIII, 13, 4 et Appianus Syr. 69.

§ 24. *Antiochus*] i. e. Antiochus Eusebes. Rem ita narrat Josephus XII, 13, 4: Μετ' οὐ πολὺ δὲ τοῦ Κυζικηνοῦ παῖς Ἀντιόχος ὁ Εὐσεβῆς καλούμενος παραγεννηθεὶς εἰς Ἀραδὸν καὶ περιθέμενος διάδημα πολεμῆι τῷ Σελεύκῳ, καὶ κρατήσας ἐξήλασεν αὐτὸν ἐξ ἀπάσης τῆς Συρίας. Ὁ δὲ φυγὼν εἰς Κιλικίαν καὶ γενόμενος ἐν τῇ Μόψου ἐστία, πάλιν αὐτοὺς εἰσέπραττε χρήματα. Ὁ δὲ τοῦ Μοψουεστιέων δῆμος ἀγανακτήσας, ὑψῆψεν αὐτοῦ τὰ βασίλεια καὶ διέφθειρεν αὐτὸν μετὰ τῶν φίλων. Appian. Syr. 69: Βίαιος καὶ τυραννικώτατος ὢν ἐν Ἐστία Μόψου τῆς Κιλικίας κατεπρήσθη κατὰ τὸ γυμνάσιον. — 2. Græca li. 1. non satis intellexisse videtur interpres Armeniacus.

§ 25. *not. 1. gemini. Antiochus et Philippus.*] Hos e Tryphæna Ptolemai VIII filia Grypus suscepit. Quinque ei fuerunt filii: 1. *Seleucus*, de quo vidimus in § 24. Is in numis sine anni nota nominatur βασιλεὺς Σελ. Ἐπιφανῆς Νικάτωρ (Vaillant. p. 211 sqq.). 2. 3. *Philippus*, in numo: βασις. Φιλ. Ἐπιφανῆς Φιλάδελφος (Vaillant. p. 228), et *Antiochus major*, qui item βασις. Ἀντ. Ἐπιφανῆς Φιλάδελφος. 4. *Demetrius*, ὁ Εὐκαιρὸς λεγόμενος (Joseph. XIII, 13, 4); in numo: βασις. Δημ. Φιλομήτωρ Εὐεργέτης Καλλίνικος (Vaill. p. 220). 5. *Antiochus minor*, ὁ κληθεὶς Διόνυσος (Joseph. XIII, 15, 1); in numo: βασις. Ἀντ. Θεὸς Ἐπιφανῆς Νικηφόρος (Frælich. p. 113). Demetrii et Antiochi minoris mentio ap. Eusebium desideratur. — 2. Josephus XIII, 13, 4 hæc ita narrat: Ἀντιόχου δὲ τοῦ Κυζικηνοῦ παιδὸς βασιλεύοντος τῆς Συρίας, Ἀντιόχος ὁ τοῦ Σελεύκου ἀδελφὸς ἐκφέρει πόλεμον πρὸς αὐτὸν, καὶ νικηθεὶς ἀπόλλυται μετὰ τῆς στρατιᾶς. Μετὰ δ' αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Φίλιππος ἐπιθέμενος διάδημα μέρους τινὸς τῆς Συρίας ἐβασίλευσε. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάθουρος τὸν τέταρτον αὐτοῦ ἀδελφὸν Δημήτριον τὸν Εὐκαιρὸν λεγόμενον ἐκ Κνίδου μεταπεμψάμενος κατέστησεν ἐν Δαμασκῷ βασιλέα. Τούτοις δὲ τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς καρτερώς ἀνθιστάμενος Ἀντιόχος ταχέως ἀπέθανε. Λαοδίχη γὰρ ἐλθὼν σύμμαχος τῇ τῶν Γαλαθηῶν βασιλίσση Πάρθους πολεμοῦση μαχόμενος ἀνδρείως ἔπεσε, τὴν δὲ Συρίαν κατεῖχον οἱ δύο ἀδελφοὶ Δημήτριος καὶ Φίλιππος. Deinde Demetrius hic contra Philippum arma movit; at a sociis Philippi, Stratone Berœæ tyranno, Azizo Arabum duce et Mithridate Sinace (num *Acinace*?), Parthorum præfecto, victus et in Parthiam a Mithridate abductus est (Joseph. XIII, 14 3). Post hæc quartus Philippi frater, Antiochus minor, cognomine Dionysus, τῆς ἀρχῆς ἀντιποιούμενος, εἰς Δαμασκὸν παραγίνεται, καὶ τῶν ἐκεῖ πραγμάτων ἐγκρατῆς γενόμενος ἐβασίλευσε. Hic quum in Arabiam expeditionem suscepisset, per absentiam ejus Philippus Damasco urbe prodicione potitur, sed ipsis proditoribus suspectus rursus ejicitur. Antiochus autem paullo post praelio contra Arabes commisso cecidit. Joseph. XIII, 15, 1.

§ 26 *not. 1. anno tertio Olymp. 171.*] Sic e græcis reposui pro *anno primo*. Ol. 171, 1 mortuus est Ant. Cyzicenus, ut supra vidimus. Igitur quæ de Seleuco et Antiocho fratribus narrantur, pertinent ad Ol. 171, 2. 95 a. C. Reliqua quæ Grypus contra Demetrium et Antiochum minorem et contra Antiochum Eusebem bella gessit, ad sequentes annos pertinent. Fieri tamen vix potest ut biennio hæc omnia gesta sint, quanquam Eusebius Philippo non nisi duos annos tribuit

περὶ τῆς Συρίας. Καὶ ἡττηθεὶς δ' Ἀντίοχος εἰς Πάρθους ἀπέφυγε, καὶ ὕστερον Πομπηίῳ ἑαυτὸν ἐνεχείρισεν, ὡς ὑπ' αὐτοῦ καταχθισόμενος εἰς τὴν Συρίαν. Ὁ δὲ λαβὼν πρὸς τῶν Ἀντιοχέων χρήματα, τοῦ μὲν οὐκ ἐφρόντισεν, αὐτόνομον δὲ τὴν πόλιν εἶασε. Περὶ τῶν δὲ ἐπ' αὐτὸν (Scal., αὐτοὺς cod.) Μενέλαον καὶ Λάμπωνα καὶ Καλλίμανδρον Ἀλεξανδρέων, ὅπως, Πτολεμαίου τοῦ Διονύσου τῆς Ἀλεξανδρείας ἐκστάντος, αὐτὸς ἐλθὼν τῆς Αἰγύπτου βασιλεύσει μετὰ τῶν θυγατέρων τοῦ Πτολεμαίου, νόσῳ συσχεθεὶς ἐτελεύτησε.

27. Καταλύεται δὲ καὶ Φίλιππος δ' τοῦ Γρυποῦ καὶ Τρυφαίνης τῆς Πτολεμαίου τοῦ ὀγδόου υἱὸς δ' προειρημένος· καὶ κατιέναι θέλοντα αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον (μετεπέμφαντο γὰρ καὶ τοῦτον τότε οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν) Γαβίνιος δ' τῆς Συρίας ἀρχὸν Ῥωμαῖος, ἐπαρχὸς ὢν τοῦ Πομπηίου, ἐπέσχε. Καὶ οὕτως ἡ βασιλικὴ διαδοχὴ ἢ κατὰ Συρίαν ἄχρι τούτων φθάσασα κατελύθη.

28. Εἰσὶν οὖν ἐφεξῆς Ἀσίας καὶ τῆς Συρίας βασιλεῖς οἷδε·

α'. Ἀντίγονος ἐβασίλευσε τῆς Ἀσίας ἔτη ιη'.

β'. Δημήτριος δ' Πολιορκητὴς τῶν τε ἄνω τόπων καὶ Συρίας ἔτη ιζ'.

γ'. Σέλευκος δ' Νικάτωρ ἔτη λβ'.

δ'. Ἀντίοχος δ' Σωτὴρ ἔτη ιθ'.

ε'. Ἀντίοχος δ' Θεὸς ἔτη ιε'.

ς'. Σέλευκος δ' Καλλίνικος ἔτη κα'.

ζ'. Σέλευκος δ' Κεραυνὸς ἔτη γ'.

η'. Ἀντίοχος δ' Μέγας ἔτη λς'.

θ'. Σέλευκος δ' Φιλοπάτωρ ἔτη ιβ'.

ι'. Ἀντίοχος δ' Ἐπιφανὴς ἔτη ια'.

*que pro Syriæ [universitate] gerebant, donec superatus Antiochus ad Parthos se fuga recepit (2). Idem postea (3) per Pompeium intercessorem agebat, ut in Syriam reduceretur; verum hic, pecunia ab Antiochenis accepta, nullam illius curam gessit, urbiq[ue] libertate frui concessit. Interim et Alexandrini missis legatis Menelao, Lampone et Callimandro rogabant illum (4), ut, digresso (58 a. C.) Alexandria Ptolemæo Dionyso, Ægypti regnum una cum Ptolemæi filiabus capesseret. Verum ipse morbo gravatus interiit.*

27. *Imperio excidit etiam Philippus, de quo antea diximus, Grypi filius ac Tryphænæ Ptolemæo octavo genitæ. Idem quum averet Ægyptum adire, propterea quod ipsum quoque per id tempus Alexandrini cives ad imperium accersebant, Romanus Syriæ proconsul (57 a. C.) Gabinus, Pompeii legatus, negotium disturbavit. Igitur Syriaticorum regum successio hactenus deducta finem nacta est.*

28. *Sunt autem Asianorum et Syrorum reges singulatim hi:*

1. *Asianis imperavit Antigonus annis XVIII.*

2. *Demetrius Obsessor superioribus regionibus et Syriæ annis XVII.*

3. *Seleucus Nicanor annis XXXII.*

4. *Antiochus Soter annis XIX.*

5. *Antiochus Deus annis XV.*

6. *Seleucus Callinicus annis XXI.*

7. *Seleucus Ceraunus annis III.*

8. *Antiochus Magnus annis XXXVI.*

9. *Seleucus [Philopator] annis XII.*

10. *Antiochus Epiphanes annis XI.*

in laterculo latino (in græco numerus excidit); quod deinde ex Eusebio transiit in Samuelem Aniensem et Excerpta Barbara; adeo ut statuendum foret Tigranem Syriam non anno 83, sed 92 a. Chr. occupasse. Ejusmodi errorem si in Eusebio non miramur, a Porphyrio certe alienum fuisse persuasum est. Neque ego erraverim, pro ἔτη β' corrigendum esse jubens ἔτη ιβ', qui pertinent ab an. 94 usque ad exeuntem annum 83 a. C., quo Tigranes Syriam, vel saltem majorem ejus partem occupavit. — 2. Aliter Josephus l. 1., qui Antiochum Eusebem in pugna contra Parthos cecidisse refert. Appianus c. 69 de morte ejus nihil tradit; hoc tantum de eo habet: αὐτὸν ἐξήλασε τῆς ἀρχῆς Τιγράνης. Hæc ita videntur conjungenda esse, ut contra Antiochum Syri Tigranem advocaverint; Antiochus vero Syria pulsus ad Laodicen se contulerit, eique contra Parthos auxilians prælio sit occisus. — 3. *Idem postea etc.*] Hæc sicuti reliqua fere omnia excerptorem produunt negligentissimum. Sic h. l. ne verbo quidem de Tigra-ne monuit multos per annos Syria potito. Ceterum Antiochus qui regnum a Pompeio poposcit, non fuit Eusebes Cyziceni filius, quem prælio cecidisse Josephus testatur, sed Eusebis e Selene filius, Antiochus Asiaticus, ut diserte ait Appianus c. 69. Is puer adhuc erat an. 75, quo cum fratre Romam venerat. Cicero in Verr. II, 4, 27: *Reges Syriæ, regis Antiochi filios, pueros scilicet Romæ nuper fuisse, qui venerant non propter Syriæ regnum, nam id sine controversia obtinebant, ut a patre et majoribus acceperant, etc.* Patrem et filium Justinus quoque confundit lib. XL, 2: *Pompeius (Antiocho Cyziceni filio) poscenti regnum respondit, ne volenti quidem Syriæ, nedum recusanti daturum se regem, qui octodecim annos, quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Ciliciæ latuerit.* Eisdem annos octodecim habet lib. XL, 1: *Accitus (Tigranes) in regnum Syriæ per octodecim annos tranquillissimo regno potitus est.* Rectius Appianus Syr. c. 48: ὁ Τιγράνης ἤρχε Συρίας... ἐπὶ ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα, i. e. ab an. 83 usque ad an. 69, quo a Lucullo victus est. Justinus anni octodecim, monente Clintono p. 340, minus accurate numerantur ab an. 83 usque ad annum 66 exeuntem, quo Pompeius pacem Tigrani concessit. Eodem modo etiam Porphyrius statuit. Quod etsi disertis verbis non traditur, facile tamen colligi potest. Etenim in subjecto laterculo græco Eusebius ait, annos regni Syriaci inde ab Antigono (318 a. C.) esse 274, inde a Seleuco autem (312 a. C.) computari annos 239. Numeri illi inepti sunt, neque vero corrupti. Nimirum ad annos illos 239 addidit Antigoni annos 18 et Demetrii Poliorcetes annos 17, atque sic obtinuit summam an. 274. A Seleuco autem usque ad finem Philippi sec. Eusebium non nisi 221 anni colliguntur (Cf. Exc. Barb.: *Sub Philippo novissimo Syrorum regnum dissipatum est... permanens per annos CCXXI*): supersunt anni octodecim; hi sunt anni Tigranis, quos recensuisse Porphyrium liquet ex laterculo latino, ubi, omissis illis summario in græcis servato, in fine leguntur: *Post quos Romani.* — 4. In his sicuti in seqq. diversæ personæ confunduntur; quod demonstrare studui in not. ad Diodor. Exc. Escorial. p. XXV.

ια'. Ἀντίοχος ὁ Εὐπάτωρ ἔτος α', μῆνας ς'.  
 ιβ'. Ἀντίοχος ὁ Σωτήρ ἔτη ιβ'.  
 ιγ'. Ἀλέξανδρος ἔτη ιε' (leg. ε').  
 ιδ'. Δημήτριος Δημητρίου ἔτη γ'.  
 ιε'. Ἀντίοχος ὁ Σιδῆτης ἔτη θ'.  
 ις'. Δημήτριος αὖθις ἔτη δ'.  
 ιζ'. Ἀντίοχος ὁ Γρυπὸς ἔτη κς'.  
 ιη'. Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνὸς ἔτη ιη'.  
 ιθ'. Φίλιππος ὁ τοῦ Γρυποῦ ἔτη β' [leg. ιβ'], ἐφ'  
 οὗ ἡ κατὰ Συρίαν ἀρχὴ κατελύθη.  
 Συνάγεται οὖν ὁ τῆς βασιλείας τῆς ὑπὸ Μακεδόνων  
 χρόνος ἀπὸ μὲν τοῦ Ἀντιγόνου εἰς ἔτη σοδ', ἀπὸ δὲ Σε-  
 λεύκου τοῦ Νικάτορος ἔτη σλθ'.

11. *Antiochus hujus filius anno I et mensibus VI.*
12. *Demetrius Soter annis XII.*
13. *Alexander annis XV (leg. V).*
14. *Demetrius Demetrii annis III.*
15. *Antiochus Sidetes annis IX.*
16. *Demetrius iterum annis IV.*
17. *Antiochus Grypus annis XXVI.*
18. *Antiochus Cyzicenus annis XVII (supra XVIII, ut in gr.).*
19. *Philippus Grypi annis \*\*, sub quo Syriaticae dominationi finis est impositus. Post quos Romani.*

## REGUM SYRIÆ LATERCULUS.

	EUSEBII ARM. CANON.		PORPHYRIUS.		NUMERI CORRECTI.			
	Anni.	Olymp.	Anni.	Olymp.	Anni.	Olymp.	A. ScL.	A. C.
Antigonus. . . . .			18	115,3 — 119,4	17	115,3		(Aug.) 318
Demetrius Poliorc. post patris obitum regnat. . . . .			15	(120,1) — 123,4	14½	119,4		(Aug.) 301
Idem moritur. . . . .				124,4	32	124,1		(Jan.) 283
Seleucus Nicator. . . . .	32	117,2	32	117,1 — 124,4	19	117,1	32	Oct. 312
Antiochus Soter. . . . .	19	125,2	19	125,1 — 129,3	15	124,4	51	Jan. 280
Antiochus Theus. . . . .	15	130,1	15	129,4 — (133,2)	20	129,3	66	(Jan.) 261
Seleucus Callinicus. . . . .	20	133,4	21 (20)	133,3 — 138,2		133,2		(Jan.) 246
Orthosiam obsidione liberat. . . . .				134,3. . . . .		134,3		242
In Lydia duobus proeliis fratrem vincit. . . . .				137,4		137,4		229
Antiochus Hierax in Thracia moritur. . . . .				138,1		138,1		228
Seleucus Ceraunus. . . . .	3	138,4	3	(138,3) — 139,1	3	138,3	86	(Aug.) 226
Antiochus Magnus. . . . .	36	139,3	36	139,2 — 148,2	36	139,2	89	(Aug.) 223
Seleucus Philopator. . . . .	12	148,3	12	148,3 — (151,2)	12	148,2	126	(Oct.) 187
Antiochus Epiphanes. . . . .	11	151,3	11	151,3 — 154,1	11	151,2	137	(Aug.) 175
Antiochus Eupator. . . . .	2	154,2	1½ (2)	(154,2 — 154,3)	2	154,1	149	(Dec.) 164
Demetrius Soter. . . . .	12	154,4	12	154,4 — (157,3)	12	154,3	151	(Nov.) 162
Alexander Bala. . . . .	10	157,4	5	157,3 — (158,3)	5	157,3	162	(Aug.) 150
[Demetrius Nicator. Antiochus Trypho]. . . . .			*	* * *				
Demetrius Nicator. . . . .	3	160,2	3	160,1 — (160,3)	3		172	140
Demetrii expeditio Parthica. . . . .				160,2		160,2	173	139
Demetrius a Parthis capitur. . . . .				160,3		160,3	175	(Nov.) 138
Antiochus Sidetes. . . . .	9	161,1	9	160,4 — 162,4	9	160,3	175	(Feb.) 138
Hierosolyma capit. . . . .				162,2		161,4	180	(Oct.) 133
Mors Sidetis. . . . .				162,4		162,4	184	Feb. 128
Demetrius Nicator iterum. . . . .	4	163,2	4	162,4 — 164,1	3	162,4	184	Feb. 128
Seleucus. . . . .					(½)	163,3	187	Feb. 125
Antiochus Grypus. . . . .	12	164,2	11	164,2 — 166,4	13	163,4	187	(Aug.) 125
Zabinam vincit. . . . .				164,3		164,1	189	124
Aspendum abit. . . . .				166,4		164,4	200	Juli. 112
Antiochus Cyzicenus solus. . . . .	(18)	167,2	1	167,1		167,1	200	Juli. 112
Ant. Grypus et Ant. Cyzicenus. . . . .			15	167,2 — 170,4	15	167,2	201	111
Mors Ant. Grypi. . . . .				170,4		170,4	216	96
Antiochus Cyzicenus, iterum solus			1	171,1	1	170,4	216	96
Moritur. . . . .				171,1		171,1		95
Antiochus Eusebes. Seleucus. Antiochus Grypi filius. . . . .				(171,2)		172,2		95
Antiochus Eusebes. Philippus. . . . .	2	171,4 - 172,1	12	171,3				94
Tigranes. . . . .			(18)		14	174,2	229	83

7.

Scaligeri Exc. Euseb. p. 59. Cramer. Anecd. Paris. II, p. 120 :

Οἱ μετὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας βασιλεύσαντες. Ἀπὸ τῆς Πορφυρίου γραφῆς.

Τελευτᾷ μὲν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς τεσσαρεσκαίδεκάτης Ὀλυμπιάδος, ἄρξας ἔτη τὰ σύμπαντα δώδεκα. Διαδέχεται δὲ τὴν βασιλείαν Ἀριδαῖος ὁ μετονομασθεὶς Φίλιππος, ἀδελφὸς ὄν Ἀλεξάνδρου οὐχ ὁμομήτριος· γέγονε γὰρ ἐκ Φιλίνης τῆς Λαρισσαίας τῷ Φιλίππῳ. Βασιλεύει δὲ ἐπὶ ἔτεσιν ζ', καὶ ἀναιρεῖται ἐν τῇ Μακεδονίᾳ διὰ Πολυσπέρχοντος τοῦ Ἀντιπάτρου (1) υἱοῦ.

Πτολεμαῖος δὲ ὁ Ἀρσινόης καὶ Λάγου υἱὸς μετ' ἐνιαυτὸν (2) [καὶ διὰ] τῆς εἰς Φίλιππον ἀναγεγραμμένης ἡγεμονίας σατραπείας εἰς Αἴγυπτον πέμπεται. Καὶ σατραπεύει μὲν τὰ πρῶτα ἔτη ζ' καὶ δέκα, βασιλεύει δὲ ἔτη τρία καὶ εἴκοσι, ὥστε τὰ πάντα μ' λογίζεσθαι αὐτῷ ἄχρι τῆς τελευτῆς. Ἐπεὶ δὲ ζῶν ἔτι τῆς ἀρχῆς παρεχώρησε τῷ υἱῷ Πτολεμαίῳ τῷ ἐπικληθέντι Φιλαδέλφῳ, δύο ἔτη ἐπέζησε τῷ παιδί τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένῳ· οὐκέτι δὲ τεσσαράκοντα, τριάκοντα δὲ καὶ ὀκτὼ τὰ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου, ὃν Σωτῆρα ἐπεκάλουν, λογίζονται.

Τοῦτον διαδέχεται Πτολεμαῖος ὁ υἱὸς ὁ ἐπικληθεὶς, ὡς ἔφαμεν, Φιλαδέλφος. Καὶ ζῶντος μὲν ἔτι τοῦ πατρὸς, δύο πληροῖ τῆς βασιλείας ἔτη, ἀποθανόντος δὲ, [ἔξ] (vox deest in cod.; ὀκτὼ dedit Scal.) καὶ τριάκοντα. Ὡς καὶ τούτῳ ὀκτὼ καὶ τριάκοντα τοὺς τῆς βασιλείας ἐνιαυτοὺς ἴσους τοῖς τοῦ πατρὸς ἀποδίδοσθαι.

Τοῦτον διαδέχεται τρίτος Πτολεμαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Εὐεργέτης, καὶ βασιλεύει ἔτη πέντε καὶ εἴκοσι (3).

Ὁν ὁ τέταρτος διαδέχεται Πτολεμαῖος ὁ κληθεὶς Φιλοπάτωρ, καὶ βασιλεύει ἔτεσιν ὄλοις ἑπτακαίδεκα (4).

Ὁ δὲ μετ' αὐτὸν πέμπτος Πτολεμαῖος, Ἐπιφανῆς μὲν ἐπεκλήθη, βασιλεύει δὲ τέσσαρσι καὶ εἴκοσι ἔτεσιν (5).

7.

Eusebius Chron. Armenicum ex versione Aug. Maii p. 114 :

*Quinam post Alexandrum Macedonem Ægypti Alexandrinæque urbis regnum tenuerint. E Porphyrii libris.*

*Hunc Alexandrum Macedonem centesimæ et quartæ decimæ Olympiadis anno secundo regni successor excepit Aridæus, qui Philippus dictus est, frater quidem Alexandri, haud ex eadem tamen matre : nam de Philinna Larissæa susceperat eum Philippus. Is regnavit annis VII, donec a Polysperchonte Antipatri filio in Macedonia interemptus est.*

*Ptolemæus Arsinoes et Lagi filius post annum ex quo Philippus imperium obtinuerat, ad præfecturam Ægypti mittitur, eaque primum potestate fungitur annis XVII : deinde supremam regis dignitatem invadit annis XXIII, ita ut ante ejus obitum anni omnino effluerint XL. Hic tamen adhuc superstes in filium suum Ptolemæum, cognomento Philadelphum, transtulit imperium, biennioque vitam produxit cum filio regnante : quare jam haud quadraginta, sed octo supra triginta putabantur anni Ptolemæi primi cognomento Soteris.*

*Hunc successor consecutus est Ptolemæus filius, cognomento, ut diximus, Philadelphus, qui parente superstite regnum biennio administravit, eoque mortuo, annis XXXVI : prorsus ut ipse, non secus atque parens, octo ac triginta annis regnasse dicendus sit.*

*Tertius ei successit Ptolemæus cognomento Euergetes, qui mansit in potestate annis XXV.*

*Hunc quartus Ptolemæus excepit, cognomento Philopator, qui regnavit annis XVII.*

*Mox quintus Ptolemæus, cognomento Epiphanes, regnum tenuit annis XXIII (leg. XXIV).*

*Fragm. 7. § 1. Ἀντιπάτρου* ] Non Antipatri filius Polysperchon, sed Simmiæ fuit, ut ait Arrian. Exp. II, 12, 2. III. 11, 9. — 2. μετ' ἐνιαυτὸν κτλ.] Rectius in lat. *anno ex Phil.*, etc.; quod quidem, si historiam spectes, parum accurate se habet; sed statuendum est Alexandrinum auctorem, ex quo sua Porphyrius hausit, regnorum annos more Ægyptio ita computasse ut mortem Alexandri sive initium regni Aridæi componat cum initio anni Ægyptiaci, quo regnum Aridæus suscepit, i. e. cum die XII mensis Nov. (d. I. m. Thoth.) an. 324; quemadmodum fit in Canone Astronomico. Primus annus Ptolemæi eadem ratione computatur a primo die mensis Thoth anni 323. Itaque recte se habent latina : *post annum ex quo Philippus*, etc. In græcis verba καὶ διὰ correctorem produnt, qui computum hunc non intellexit. — Ceterum errat Eusebius in Canone Ptolemæo I annos 40, ejus filio 38 annos assignans. V. Clinton. III, p. 379; Droysen. *Hell.* I, p. 693. — 3. πέντε καὶ εἴκοσι.] Sic etiam Can. Astron. In subjuncto laterculo male : XXIV. Male etiam Eusebius in Canone annos XXVI notat. Quodsi in monumento Adulitano notatur Ptolemæi III annus 27, id ita explicandum, ut Ptolemæum II per postremos regni annos filium sibi associasse statuamus. Mortuus est Euergetes ineunte Olymp. 139, 3, exeunte anno 222 a. C., uti Clintonus exputat, adhibito Polybio (V, 34. XV, 25) et Plutarcho (Cleom. 32-34). — 4. ἑπτακαίδεκα] Sic etiam Canon. Astron. et Eusebius in Canone. Infra male : XXI. — 5. τεσσ. καὶ εἴκ.] Sic etiam Can. Astron. et Euseb. in Can. In latinis corrupte : XXIII, et in laterculo : XXII. Hieronymus ad Danielelem c. XI : *Ptolemæo Philopatore mortuo adversum filium ejus, qui tunc quattuor annorum erat et vocabatur Ptolemæus Ἐπιφανῆς, rupto fœdere movit exercitum* (Antiochus). Hæc adscripsi, quod Hieronymus l. l. chronologica sua e Porphyrio potissimum depromere solet. Secundum Justin. XXX, 2 Philopator moritur relicto quinquenni ex Eurydice (Arsinoe) sorore filio. Igitur quattuor annos tum exegerat, agebat vero quintum, uti movent Clinton. III, p. 384 et Letronn. *Insc. de l'Égypte*, I, p. 265. Idem Hieronymus, l. l. c. XI : *Antiochus... filiam suam Cleopatram per Euclen*

2. Τούτου παῖδες δύο Πτολεμαῖοι μετ' αὐτὸν τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενοι, ὃ τε πρεσβύτερος ὁ κατ' ἐπικλήσιν Φιλομήτωρ, καὶ ὁ νεώτερος ὁ ἐπικαλούμενος Εὐεργέτης δεύτερος. Ἀμφοῖν δὲ ἔτη τέσσαρα καὶ ἐξήκοντα (1) λογίζονται. Ὑφ' ἐν γὰρ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν ἐτάξαμεν, ὅτι διαστασιαζόντων πρὸς ἀλλήλους καὶ ἐναλλάξ βασιλευόντων, σύγχυσις περὶ τοὺς χρόνους γέγονεν. Ἀρχεῖ μὲν γὰρ ὁ Φιλομήτωρ πρότερος ἔτεσιν ἔνδεκα μόνος. Ἀντιόχου (2) δ' ἐπιστρατεύσαντος Αἰγύπτῳ, καὶ περιελόντος αὐτοῦ τὸ διάδημα, οἱ Ἀλεξανδρεῖς τῷ νεωτέρῳ ἐπέτρεψαν τὰ πράγματα, καὶ διώξαντες Ἀντίοχον ἐρρύσαντο τὸν Φιλομήτορα, καὶ ἐχρημάτισεν αὐτοῖς [ἔτος] Φιλομήτορος [μὲν] ιβ' (ις' Scal.), Εὐεργέτου δὲ α' (3). Ὁμοιοῦσι δὲ ἄχρι τοῦ ἑπτακαιδεκάτου. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἔκτωκαιδεκάτου μόνου χρηματίζει τοῦ Φιλομήτορος.

2. *Hujus duo filii Ptolemæi in imperium deinde succedunt, quorum major natus Philometor, minor autem Euergetes secundus dicebatur. Utriusque simul anni numerantur LXI (1. LXIV). Nos enim horum annos in unam seriem contulimus, propterea quod ipsis bello inter se decertantibus seque regno vicissim. pellentibus temporum permixtio secuta est. Primus regnat Philometor annis XI. Mox Antiochus, oppressa armis Ægypto, eundem diademate spoliabat. Tum Alexandrini regiam potestatem ad minorem (fratrem) deferebant, pulsoque Antiocho, ipsum Philometorem expediebant: dicebatur autem his Philometoris annus duodecimus (XVI mgo) Euergetis primus. Hinc potestate æquata usque ad decimum septimumque annum perrectum est. Mox ab octavo decimo unius Philometoris nomen scribeba-*

*Rhodium septimo anno (sc. regni) adolescenti despondit Ptolemæo, et tertio decimo anno tradidit, data ei dotis nomine omni Cœlesyria et Judæa (cf. Appian. Syr. c. 5. Polyb. XVIII, 34. Livius XXXIII, 40). Cum Porphyrii vel Hieronymi calculo componendus Chron. Alexandrin. p. 255 ad Ol. 145, 2 (Ptolem. Epiphan. an. 7): Ὑπὸ Πορφυρίου καὶ Μαρκελλοῦ. Ἀντίοχος βασιλεὺς Συρίας φιλωθεὶς Πτολεμαίῳ τῷ Ἐπιφανεῖ σπονδὰς πρὸς αὐτὸν ἐποίησατο καὶ Κλεοπάτραν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἐκδίδωσι (despondet) τῷ Πτολεμαίῳ εἰς γυναικα, παραχωρήσας αὐτῷ φερνῆς ὄνοματι Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Σαμάρειαν καὶ Ἰουδαίαν. Purpurio et Marcellus consules sunt Ol. 146, 1. 196. a. C. Hunc annum ponere debebat; isque est annus septimus Epiphani in Canone Eusebii, cujus computum etiam Chron. Alex. reddere puto. Falsos vero esse Eusebii numeros inde patet quod in regnis Ptolemæi II et III annis Eusebius erravit. — Ceterum de Ptol. Epiphane cf. Porphyrius (in interpretat. Danielis) ap. Hieronymum in Dan. c. XI: Porphyrius dicit... Ptolemæum Epiphanem, qui Seleuco sit molitus insidias et adversus eum exercitum præparaverit et veneno sit interfectus.*

§ 2. not. 1. De summa annorum 64 consentiunt Canon. Astron. et Euseb. Can. Uterque Philometori 35, Euergetæ II 29 annos tribuit. — 2. Ἀντιόχου] Cf. Hieronym. ad Daniel c. XI: *Quum ipse obtulisset pacem Ptolemæo et fuisset dux fœderis, post est ei molitus insidias. Ptolemæum autem hic non Epiphanem significat, qui quintus regnavit in Ægypto, sed Ptolemæum Philometorem, filium Cleopatraz sororis Antiochi, cujus hic avunculus fuit. Et quum post mortem Cleopatraz Eulæus Eunuchus, nutricius Philometoris, et Lencæus Ægyptum regerent, et repeterent Syriam, quam Antiochus fraude occupaverat, ortum est inter avunculum et puerum Ptolemæum prælium. Quumque inter Pelusium et montem Casium prælium commisissent, victi sunt duces Ptolemæi. Porro Antiochus parcens puero et amicitias simulans adscendit Memphim, et ibi ex more Ægypti regnum accipiens, puerique rebus se providere dicens, cum modico populo omnem Ægyptum subjugavit sibi, et abundantes atque uberrimas ingressus est civitates. Fecitque quæ non fecerunt patres ejus et patres patrum illius. Nullus enim regum Syriæ ita vastavit Ægyptum, et omnes eorum divitias dissipavit, et tam callidus fuit, ut prudentes cogitationes eorum, qui duces pueri erant, sua fraude subverteret. Hæc Porphyrius sequens Suctorium (Callinicum sc.) sermone lacinosissimo prosecutus est, quæ nos brevi compendio diximus. — 3. α'] (i. e. πρῶτον.) Sic scripsi pro ἐν. Deinde post v. αὐτοῖς addidi ἔτος, et post v. Φιλομ. particulam μὲν. Pro ιβ' quod recte codex præbet; Scaliger habet ις'. Etiam in cod. Arm. ad marginem notatur numerus ις'. Ceterum locus noster paullo plenius exhibetur apud Syncellum p. 284, unde eum in Eusebium suum p. 68 Scaliger transtulit. Verba sunt: Πτολεμαίου τοῦ Ἐπιφανοῦς ἀποθανόντος καὶ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, δύο παῖδες αὐτοῦ Πτολεμαῖοι τὴν ἀρχὴν μετ' αὐτὸν διεδέξαντο, ὃν ὁ πρεσβύτερος Φιλομήτωρ ἐπεκέκλητο, ὁ δὲ νεώτερος Εὐεργέτης. Πρὸς ἀλλήλους δὲ στασιαζόντες ἐναλλάξ (ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Scal.) ἐβασίλευσαν. Διὸ καὶ σύγχυσις γέγονε περὶ τοὺς χρόνους αὐτῶν. Πρῶτος γὰρ ὁ Φιλομήτωρ μόνος ια' ἔτη ἐβασίλευσεν, εἶτα ὑπὸ Ἀντιόχου ἐξεβλήθη. [Inser. Οὐ] ἐπιστρατεύσαντος κατ' αὐτοῦ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἀφελόντος αὐτοῦ τὸ διάδημα, κρατεῖ τῶν πραγμάτων Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης, ὁ νεώτερος ἀδελφὸς τοῦ Φιλομήτορος, γνώμη τῶν Ἀλεξανδρέων. Διώκεται δὲ (καὶ) Ἀντίοχος, λυτρωθέντος καὶ τοῦ Φιλομήτορος καὶ (καὶ λυτρωθέντος τοῦ Φιλομήτορος, ὁμοῦ;) βασιλεύουσιν οἱ δύο ἀπὸ τοῦ ιβ' ἔτους ἕως τοῦ ις'. Ἐχρημάτισεν οὖν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι τὸ ιβ' τοῦ Φιλομήτορος ἔτος πρῶτον ἔτος τοῦ Εὐεργέτου. Καὶ ἐβασίλευσαν οἱ δύο ἐν ὁμοιοῖᾳ ἀπὸ τούτου τοῦ ιβ' ἔτους τοῦ Φιλομήτορος ἕως τοῦ ις' ἔτους αὐτοῦ, ἕκτου δὲ τοῦ Εὐεργέτου. Καὶ πάλιν στασιαζοῦσι κατ' ἀλλήλων, καὶ χρηματίζει ἀπὸ τοῦ ιη' ἔτους μόνου τοῦ Φιλομήτορος ἢ κατ' Αἴγυπτον ἀρχῇ, παραχωρήσαντος τῷ ἀδελφῷ τὴν Διόβης καὶ Κυρήνης ἀρχὴν μετὰ τὴν ἐν Κύπρῳ μάχην, καθ' ἣν ἐλαττωθεὶς ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἀβλαβῆς ἔμεινε, φιλανθρώπως αὐτῷ χρησαμένου τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ μὴ μόνον τὴν εἰρημένην αὐτῷ ἐγχωρήσαντος (συγχ. Scal.) χώραν ἀλλὰ καὶ σίτου πλῆθος λαμβάνειν κατ' ἐνιαυτὸν, τοῦτο μὲν διὰ χρηστότητα καὶ εὐγένειαν φυσικὴν, τοῦτο δὲ, ὡς φασι, διὰ τὸν ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων φόβον ὑπερασπιζομένων αὐτοῦ. Κρατεῖ γοῦν ὁ αὐτὸς Φιλομήτωρ μετὰ τὸ ις' ἔτος ἄλλα ἔτη ιη'. Οὐ κατὰ τὴν Συρίαν ἀποθανόντος (ἐγκρατῆς γὰρ καὶ τῶν ἐκεῖσε γέγονε τόπων), μετακληθεὶς ἐκ Κυρήνης ὁ Εὐεργέτης λεγόμενος δεύτερον κρατεῖ τῆς Αἰγύπτου λοιπὰ ἔτη καὶ μόνος μετὰ (τὸν add. Scal.) θάνατον τοῦ πρεσβυτέρου ἀδελφοῦ, ὡς γίνεσθαι τὸν ἅπαντα χρόνον τῶν ἑκατέρων ἀδελφῶν λε' καὶ καθ' ἣτοι ἔτη ξδ'. Διόδωρος δὲ φησὶν ὅτι ιε' ἔτη ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἐβασίλευσε μετὰ τὸν πρεσβύτερον ἀδελφόν, πολλὰς τε παρανομίας διεπράξατο, τὴν τε ἰδίαν ἀδελφὴν Κλεοπάτραν γήμας καὶ πολλοὺς περιβαλὼν ψευδῶς, ὡς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρῶν, τοὺς δὲ συκοφαντίας φυγαδεύων καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀφαιρούμενος. Quod e Diodoro additur (v. fragm. Diod. tom. II, p. 582 Didot; qui locus jungendus cum lib. XXXIII, cap. 6, ubi eadem fere ex Exc. De virt. leguntur), id non ita intelligendum, quasi Siculus pro 29 annis nonnisi 15 posuisset, sed indicantur anni 146. Nov — 132 Nov., post quos regno ejectus Cyprus in Ægyptum aufugit; mox tamen inde rediit.*



